Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

Collegij Regiæ Cracouiensis Societatis Jesv
Catalogo inscriptus Ao 1686.

Herodoti Halicarnassei historiæ lib. IX, & de vita Homeri libellus:

Illi ex interpretatione Laur. Vallæ adscripta, hic ex interpret. Cõradi Heresbachii: vtraque ab Henr. Stephano recognita.

Ex Ctesia excerptæ historiæ.

Icones quarundã memorabiliũ structurarũ.

Apologia Henr. Stephani pro Herodoto.

Eiusdẽ H. Steph. de hac sua editione distichõ,

Herodoti Latium possederat hactenus vmbram,
Nunc Latium corpus possidet Herodoti.

Ex Libris Rudolphi Ferdinandi de Wincze
fo 16



ANNO M. D. LXVI
Excudebat Henricus Stephanus, illustris viri
Huldrichi Fuggeri typographus.

ὁ κόσμος ἐρώτων.

κόσμος

HENR. STEPHANI ELEGEION

in eos qui Herodoti historiam fabulositatis accusant.

Quisquis is est vel quisquis erit quo iudice mendax
Dicar, vel nimium vel nihil ille sapit.
Nil sapit, hoc vulgo qui dicere credulus audet,
Atque leui famæ pondus inesse putat:
At siquis lectis hoc ausit dicere Musis,
Quum sapit has vltra, plus satis ille sapit.

Eiusdem, in Herodoti interpretationem à se recognitam.

Qui verax propria, mendax interprete lingua
Antè fui, verum nunc in vtraque loquor.

HENRICVS STEPHANVS IOACH. CAMERARIO SVO S. D.

POST Herodotũ Thucydides, inquit M. Tullius: (in cuius dicti explicatione aut ego fallor, aut alii multi falluntur) at ego tibi contrà, mi Camerari, Herodotum post Thucydidem, tuũ ἀμοιβαῖον munusculum Hesiodea mẽsura ἀντιπαμοιβόμενος. Quẽ tu mihi Herodotum narras? inquies: illúmne cum suo Zopyro, aut sua cum Artaynte, miserandis pariter nefandísque modis ab interprete mutilatum, laceratum, fœdatum, prorsus denique deformatum? Imò verò absit vt tam turpe támque horrendum spectaculum, Massagetis potius aut Cyclopibus dignum, in conspectum tuum venire permittam. Túne igitur (dices) Latinum Herodotum ad me mittis incudi per te aut alium quempiam redditum? Certè si totum incudi redditum dixero, mẽtiar: si ex parte, & quidem magna ex parte redditũ, non mentiar. Ita enim res (ne te diu suspensum teneam) se habet. Quum eodẽ tempore quo Thucydidem Græcum Latinúmque edidi, de edendo quoque Herodoto cogitassem, atque adeo nõ paruam pecuniæ vim in picturam sculpturámque quarundam ad eum pertinentium iconum insumpsissem, contigit vt is quem in recognoscẽda Thucydidea interpretatione exantlaueram labor, me ab Herodotea, quam ex eadem officina prodire animaduertebam, planè deterreret. Sed tamen periculum aliquando tandem facere placuit an officina illa sui vsquequaque similis fuisset, an potius in cudẽda Herodoti interpretatione meliorem quàm in altera quicunque est eius author operam nauasset. At ego non tam ouum ouo quàm duas illas fabricas sibi similes esse comperi. hoc tamen interesse animaduerti, quòd quæ in Thucydidea peccata sunt, bilem lectori, at quæ in Herodotea, risum potius mouere possint. Quis enim adeo sit Democritus vt illi ad multos concionum Thucydidis locos bile non intumescat iecur, quos ille quisquis est interpres ita in Latinum sermonem vertit vt simul eloquentiam summam in meram infantiam verterit? Quis vicissim adeo sit Heraclitus vt risum vel cachinnum potius ad illos Herodoteæ interpretationis locos compescat, in quibus nouos montes, nouos populos, nouas gẽtes ex vno calami ductu ortas intuetur? Vetus fuit verbum, Sẽper Libya noui aliquid adfert: at hæc interpretatio Libyæ vice fuerit viris doctis, quibus eam cũ textu Græco conferre minimè graue videbitur. Illic enim ἰερὸν (Ionico more positum pro ἱερὸν) id est sacrum, in montem nomine Hirum noua quadam metamorphosi mutatum cõspiciet: illic ex μυχοῦ (id est recessu, vel sinu) Inachum siue Machũ vrbem: ex οἵπερες (id est Qui) populum nomine Hœtines: illic ex ἥσσονας (id est inferiores) populum Hessones: illic denique ex ἁλὲες (quod declarat Vniuersi, vel Simul omnes) populosissimam gentẽ Halees repentè emergere videbit. Eant nunc qui magicarum vocum potẽtiæ vel circa leuissima opera fidẽ derogant, quũ tanta à tantillis istis quinq; vocibus miracula, & quidem nullius Circes ope adiutis, edita cernantur. O quàm opportunè in Deucalionea tempora incidisset huiusmodi interpres: quàm strenuus humani generis reparator, sine lapidum iactatione, fuisset. His atque si-

milibus iocis immenſum quem circa bellæ illius interpretationis caſtigationem exhauſi laborem, fallere interdum iuuit. Quibus fortaſſe non abſimilia ipſe quoque, ſi foret in terris, iocaretur Democritus. Verùm vt vnde digreſſa eſt, eò mea reuertatur oratio, quum nō tam ouum ouo quàm duas illas interpretationes ſibi ſimiles eſſe comperiſſem, ego tamē nunquam ad ſubeundum caſtigationis onus magis imparatus fuiſſem, (ídque cum ob alia, tum propter eos qui ſub prelo erant libros, quos tibi paulo pòſt recenſebo) quem laborem vires etiam infirmæ detrectare ſuadebant, eum à me repentina neceſſitas extorſit. Quum enim in Homeri locum (cuius impreſſionem caſus quidam interruperat) ſufficiendus aliquis Græcus ſcriptor eſſet, commodè in illo incommodo accidere videbatur vt Herodotus Ion Ionis Homeri vicariū ſe offerret. Sed quāuis & omen hoc animum ad ſpem erigeret, & neceſſitas ſtimulos admoueret, timidè tamen vel trepidè potius manum operi admouebam: donec eruditiſſimus vir Theodorus Beza & huius ſcriptoris amantiſſimus, operam mihi ſuam pollicendo, (quam & nauauit qualem in præfixa ad lectorem epiſtola docui) ita me confirmauit, vt huius authoris editionē vno cœptam prelo, duobus proſequutus ſim. Sed quorſum tam multa? inquies: cur tam anxiè facti tui rationem exponis? Nimirum vt ſi conſilium meum tibi non vſquequaque probem, temeritatis ſaltem crimen effugiam, atque hoc à te impetrēm vt hunc meum laborem boni conſulere, non autèm ἐργοεπιστικῶς ἐξετάζειν velis: quippe cui, quot menſes poſcebat, vix tot à me dari potuerint dies. Si enim horarum à me in hoc qualecunque eſt opus inſumptarum numerus ſubducatur, nequaquam duodecim integros dies confecerint.

De authore autem huius interpretationis (quiſquis is eſt) quid dicā? Indoctus certè is non fuit, ſed nec doctus fuit: infidelem certè interpretē eum non vocarim, ſed nec fidelem vocare auſim: negligens certè fuiſſe non videtur, ſed nec diligens fuiſſe comperitur: ſed ſiquid medium inter doctum virum & indoctum, inter fidelem & infidelem interpretem, ſiquid denique medium inter diligētem & negligētem eſſe poteſt, aut ſiquid ex his alioqui contrariis conflatum imaginari poſſumus, id in eo fuiſſe putandum eſt. Miraris quod dico? at quod magis mireris addam. Hanc interpretationem, aut non vnius viri, aut vnius quidem, ſed duplici ingenio præditi opus eſſe aio. Quòd ſiquis quomodo fieri poſſit vt aliquis duplici ingenio ſit præditus, me roget, eum ego viciſſim interrogabo quî fieri poſſit vt vnum idémque ingenium in vna eadémque ſuæ interpretationis pagina rem eandem hîc aptis & Latinis, illic ineptis & barbaris verbis reddiderit: in eruendo ſenſu huius loci alioqui obſcuro Lyncei oculos habuiſſe, in eliciendo ſenſu illius loci claro & aperto Hypſea cæcior fuiſſe videatur. quî fiat vt alicubi ita verbis Græcis inſiſtat vt ea in re ſuperſtitioſus ſit potius quàm religioſus: alicubi contrà, ea non libertate ſolùm ſed licentia etiam vtatur, vt quæ ſint interpretis partes oblitus videri poſſit. quî denique fiat vt illius loci interpretatio acutiſſimum hominis iudicium teſtetur, huius interpretatio vel ipſo communi ſenſu hominem caruiſſe arguat. Nam ſi bona non ita malis permixta eſſent vt in vna eadémque pagina, imò verò in vna interdum periodo v-

traque inuenirentur, ſed aliquot paginas integras bene, aliquot deinde malè interpretatus eſſet, ad harũ interpretationem ebrium, ad illarũ ſobrium acceſſiſſe, vel non eiuſdem interpretis totũ eſſe opus ſuſpicarer: nunc, quum vel vnius periodi interdum prius membrum alioqui difficile, feliciſſimè ſit redditum, poſterius, quod erat facilius, infeliciſſimè: aut vice verſa: quomodo in vna periodo ſobrium & ebrium eundem fuiſſe, aut vnam eãdémque periodum duos interpretes habuiſſe veriſimile cuiquam fiat? Sed nec illud facilè cuiquam perſuadebitur, eundem quidem interpretem fuiſſe, ſed eum in vno periodi mẽbro aliquem ſe doctiorem conſuluiſſe, in altero autem neminem in conſiliũ adhibuiſſe. Quid igitur ſupereſt vt dicamus? equidem quid aliis hac de re dicendum ſuperſit neſcio: aliud certè mihi ſupereſt nihil, niſi vt id mirari quidem ac ſæpe miratum eſſe, ſed eius cauſam & antea ignoraſſe & nunc quoque ignorare fatear. Cætera quæ de edito à me Latino Herodoto dicenda putaui, ex ea quam præfixi ad lectorem epiſtola (ſi legere graue non fuerit) intelliges.

VENIO ad eam qua tuum illud munuſculum ornaſti epiſtolam. In ea me tam amanter à te tanto viro compellari, ſanequam gaudeo: ſed nimiùm honorificas illas compellationes non agnoſco. Nullis tamen me nec laboribus nec ſumptibus parcere, dum in promouenda re literaria veſtigiis patris mei inſiſto, hi quos dum hæc ſcriberem, ſub prelo habebam ſcriptores (quorum te nomina libenter auditurum ſcio) teſtari poterunt. POETARVM veterum ſyntagma (grandibus pariter & elegantibus literis) Homeri, Heſiodi, Theognidis, Phocylidis, Orphei, Theocriti, Nicandri, Callimachi, Arati. SOPHOCLES cum omnibus quæ in eum extant ſcholiis. POLEMONIS & HIMERII declamationes. Et hæc quidem Græco ſermone. Latino autẽ, MEDICORVM ſyntagma è Græco ſermone in Latinum verſorum, Aretæi, Rufi, Oribaſii, Tralliani, Pauli AEginetæ, Aetii, Actuarii, aliorũmque fere omnium præter Hippocratẽ & Galenũ: additis & ex Latinorum medicorũ numero iis quibus primæ deferuntur. Inchoatum erat & SYNTAGMA concionum ex omnibus tã Græcis quàm Latinis hiſtoriis excerptarum: ſed Græco ſermone in Latinum tranſlato. quibus & indicem qui eas in certas claſſes diſtribuat, adiũgere decreui. ANTHOLOGIAM autem Græcorũ epigrammatum quæ ante paucos dies è prelo exiit, ad te vnà cum ipſo Herodoto mitto.

QVOD ſcribis, eam meæ epiſtolæ partem, qua te vt commercium cum Muſis cõſtanter habeas cohortor, neſcio quid cogitationum animo tuo commouiſſe, quaſi vel ipſe ſuſpicari vel ad ſuſpicandum aliis anſam dare videar, aliud à te ſuſcipi atq; agi quàm vt bonas literas colas: non de nihilo certè (vt verum fatear) hæc animo tuo inceſſit cogitatio. Illa enim reuera mentem meam ſubierat ſuſpicio, ex eo nimirum orta quòd iampridẽ nulla ſcripta prodiiſſe à te intellexiſſem. Tunc enim ne rude (prout mereris) donari velles, magno literarum omnis generis diſpendio, vereri vel potius pertimeſcere cœpi. Sed quædã tua πομφάτα quæ paulo pòſt in manus meas peruenerunt, illo metu me liberauerunt.

Quòd in extrema epiſtola, Adriani Turnebi mortem (mei poſt Petrũ Daneſium & Iacobum Tuſanum præceptoris) non fictis lamentis proſequeris, facis tu quidem quod non te ſolùm ſed omnes literatos facere decet: quòd verò & eius ſapientiam, doctrinam, virtutem, humanitatem pleno ore prædicas, in eo animi tui candorem (rem hoc ſeculo rariſſimã) & agnoſco & magnopere laudo. Nimis enim verum hodie experimur illud Aſcræi poetæ, Καὶ κερδαλέος περ. Sed quid hoc ſibi vult quod à te ſubiungitur? quum ais, quo maiorem iacturam hæc noſtra ſtudia fecerint, eo plus curæ laboríſque in me meíque ſimiles recũbere? Imò verò quod de me nonniſi ioco, de te ſeriò dici poteſt, illius morte, in te, & in tui ſimiles, (quos paucos orbis habet) in te vnũ, inquam, totã literariã rempublicã inclinatã recumbere. Cæterùm quũ te laudum eius tam ſtudioſum eſſe animaduertiſſem, nõ dubitaui quin grata tibi lectio futura eſſet eorum quibus tumulum eius ornaui epigrammatum: quare adſcribenda cenſui, tua viciſſim (ſi qua ſcripſeris) expectans.

ΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΤΟΥΡΝΗΒΟΝ.

Τουρνήβου μὲν πρὶν κλέος ἔπλετο οὐρανόμηκες,
Νεῦ δ' αὐτῷ ψυχὴ οὐρανοδ' ἐναίετο.
Καὶ γὰρ ἐπιχθονίης σοφίης δεδαημένη ἄκρα,
Ἦλθε καὶ οὐρανίης ἄκρα δαηομένη.

IN ADR. TVRNEBI TVMVLVM.

In manes ingrata tuos hæc ora ferentur,
Quòd taceant te, à te quæ didicere loqui.
Sed reus huius agi malo, chariſſime, laudes
Ingenii culpa quàm tenuare tuas.
Ergo alii laudent: ego tantùm epigrammate teſtor,
Laudibus haud vllum par epigramma tuis.

In eundem.

Cur placuit cunctis Turnebus? cur tot amici
Illi, vix hoſtes vnus & alter erant?
Cur placuit cunctis? tot linguis lingua diſerta
Tótne illi potuit conciliare viros?
Cur placuit cunctis? an quòd certare videbant
Iudicii dotes dotibus ingenii?
Cur placuit cunctis? cunctas placuítne quòd artes
Excoluit Graias, excoluit Latias?
Cur placuit cunctis? an quòd totúſque lepores
Spiraret, totus quòd lepidóſque ſales?
Cauſæ equidem ſunt hæ: ſed & hæc eſt maxima cauſa,
Hic placuit cunctis quòd ſibi non placuit.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI S. D.

QVVM inceptam à patre meo Rob. Stephano Græcorum hiſtoricorum editionem perſequens, & eum in illa perſequenda ordinem tenens, non quem ratio temporum quibus quiſque vixerat, ſed quem offerentes ſe occaſiones ſuadebant, Diodorũ Siculum, mox Xenophontem, tandem & Thucydidem, vtrũque Græcum pariter & Latinum edidiſſem, à me Herodotũ vtraque itidem lingua loquentem expectari ſciebam. Sed ex quo cum illa Thucydidea interpretatione luctatus fueram, quod naufragis vſuuenire ſolet, vt tranquillas etiam aquas horreant, idem & mihi vſuueniebat: ac tantum abeſt vt iterum aduerſus Laurentianam Scyllam & Charybdin dimicare vellem, vt vix nomen audire ſuſtinerem. Sed illa potentiſſima domina Neceſſitas me quãtumuis repugnantem in hanc arenam iterum deſcendere, & iugo quod excuſſeram, rurſus collum ſubdere, quantumuis recalcitrantem, coegit. Hunc igitur laborem quum illa mihi expreſſerit, occaſionem quam in mea ad Ioachimum Camerarium epiſtola commemoraui, nacta, diligẽtiæ quæ multis in locis deſiderari poteſt, veniã mihi dari poſtulo.

Ea tamẽ lege veniam impetrare volo, vt quod hîc defuerit, id in annotationibus quæ Græcæ editioni adiungentur, cumulatiſſimè expleam. Ad quam differẽdam tribus potiſſimùm rationibus ſum inductus. Prima eſt, quòd illam interpretationem cum Græco contextu conferendo, & quas interpres ſequutus erat diuerſas lectiones examinãdo, maius veterum codicum auxilium deſiderarim. Quanuis enim multas ex illis lectionibus, in quibus à vulgatis editionibus Græcis interpretatio illa diſſentit, ex noſtris vetuſtis exẽplaribus annotatas repererim, (quarum etiam nõnullas margini huius Latinæ editionis adſcripſi, eáſque præſertim quibus lacunæ explentur) non tamen omnes tum quas ille rectè ſequutus eſſe videtur, tum quas præterea in locis alioqui obſcuris ſequẽdas iudico, aut reperi, aut reperturum me, niſi conſultis multis aliis veteribus exemplaribus, ſperaui. Secunda quæ me ad differẽdam Græcam editionem impulit cauſa, fuit Theodori Bezæ pollicitatio, is enim in deſcribendis pictori iconibus quæ huic volumini ſubiunctæ ſunt, operam ſuam nauaſſe, & quarundam ſuarum in tres priores libros animaduerſionum, ac potiſſimùm in primum, copiam mihi feciſſe non contentus, quũ ſe præterea nonnullas in hunc ſcriptorem obſeruationes editurum polliceretur, illas ego grande moræ pretium (omniũ iudicio qui hominis doctrinã norũt) futuras exiſtimaui. Tertia eſt, quòd meum imperfectũ emendationis laborem eò quo paulo antè dixi modo explere, atq; adeo, vt aliena recognoui, ita & mea ipſemet (quũ præſertim nimiæ nimiúmq; periculoſæ feſtinationis mihi ſim cõſcius) recognoſcere ſtatuerim. Nã & loci quidã, dum iam ſub prelo eſſent, mihi clari redditi ſunt, qui obſcuri paulo antè fuerant. ex quibus ille eſt in ſignis lib. 2, μὴ μὲ καταποθῇς πρὸς τοῦ λιθίνας πυραμίδας· cuius, quum iam prelo commiſſus eſſet, hunc eſſe ſenſum animaduerti, Ne me præ lapideis pyramidibus, ludibrio habeas.

Sed quid ego me tam anxiè excuſo? Si Conrado Hereſbachio tibi imponenti, & quũ ne milleſimam quidem errorum huius interpretationis partem emendaſſet, totam ſe accuratiſſimè emendaſſe iactanti, æquum te præbuiſti, cur mihi, bona fide tecum agẽti, iniquum te præbebis? Sed quid de Conradi Hereſbachii impoſtura loquor? Cum interprete & cum Conrado ipſos etiam qui antea excuderunt hunc librum typographos de imponendo tibi & de te ludificando coniuraſſe dicas. Nulla enim tam horrenda fingi errorum typographicorum monſtra poſſunt, quæ ſuperiores editiones Gallicæ, Italicæ, Germanicæ non fouerint: quæ vix dici poteſt quanto & quàm moleſto cum labore à me profligata fuerint: & eorum quædam in calce huius libri, in perpetuam rei memoriam, ſpectãda tibi viſum eſt proponere. At bonus ille vir Conradus Hereſbachius, quaſi ab illis monſtris ſibi metueret, nullum eorum oppugnauit, imò verò ne attigit quidem. Qui tamen, quotamcũque eorum partẽ profligaſſet, multo melius & de Herodoto & de Herodoti lectore meritus eſſet, quàm dum decẽ interpretationis Latinæ errores pro decem millibus errorũ, magna cum oſtentatione emendat, & eos quidem eiuſmodi qui in omniũ oculos qui Græcas literas vel à limine ſalutarint, incurrere queant: vel dum, pro verbis Herodoti quæ non intelligit, alia quæ ſolus intelligit, & quæ nec Herodoti nec cuiuſquam Græci ſcriptoris ſunt, reponit: vt quum pro ἄρθμιοι nos ἀείθμιοι legere iubet.

Verùm his omiſſis, pauca de opera quam in huius interpretationis emendatione poſui, & de ratione quam pro tẽporis anguſtiis inii vt maiore cum fructu legi Latinus Herodotus poſſet, dicenda núc arbitror. Literis quas vulgus Italicas vocat, ea ſcribẽda cenſui

quæ in contextu Græco non habentur: & ex illis ea potiſſimùm quæ interpretem non ex aliquo veteri codice à vulgatis editionibus diuerſo, (quod eum locis aliquot feciſſe oſtendi) ſed ex ingenio, interpretationis iuuãdæ gratia, addidiſſe exiſtimaui. Ex vocabulis & loquendi generibus quæ barbara videbantur, parte aliquam mutaui. Antiquiſſima verò mihi fuit (quum minus vrgebar) falſas interpretationes emendandi cura: quarum tamẽ multas me inemendatas reliquiſſe, vt mihi ſum cõſcius, ita ingenuè fateor. Hoc quoque non diſſimulabo, multos eſſe locos, quorum ſententia, ſi generatim conſideretur, bene reddita ſit: ſin ſigillatim, malé. id eſt, in quibus interpretatio, quod ad nudam facti expoſitionem attinet, vera ſit: quod ad circunſtantias autem, non ſatis. Cæterùm nequem interpretationes apertè falſæ offenderent, ſtatueram quidem initio vnãquanque earũ expungere, & in eius locum verã reponere: (ac plurimis iam certè locis id fecerã, vt ex collatione cũ cæteris editionibus cognoſcetur) ſed quũ animaduertiſſem, lexica Græca quæ hodie linguæ Græcæ ſtudioſis terenda proponũtur, huiuſmodi falſis, ineptis ridiculíſque interpretationibus, (vt ſimiles habeant labra lactucas) tanquam gemmis quibuſdam ab eorum interpolatoribus inſignita eſſe: ne ii quos illa ad has interpretationes remittunt, in mea editione eas quærentes, oleum atque operam perderent, retinendas eſſe, noſtris eregione adſcriptis, iudicaui. Neque verò de his illíſve lexicis loquor, ſed de omnib⁹ quæ duodecim abhinc annis prodierunt: quorum nonnulla Theſauri etiam titulo ornata fuerunt: ſed de quibus, quum introſpiciuntur, verè dicit poſſit quod habet vetus prouerbium, theſaurus carbones. Sed nimirũ quidam qui patrem meũ audierant ſæpe dicentẽ ſe Theſauri Græci editionem moliri, ſi non aliud, at ipſum certè titulum præripere illi volebant: perinde facientes ac ſiquis Irum, ob acceptam Crœſi veſtem, regem euaſiſſe perſuadere vellet. Sed de his tunc aptior fuerit dicendi locus quum verum & ἐπώνυμον Theſaurum dabo: cuius quo diuturniorem expectationem eſſe video, eo magis vt illi reſpõdeat efficere, manibus pedibúſque conabor.

Quòd ſiquis obiiciat me bonas horas in emendanda huiuſmodi interpretatione, tanquam in repurgando Augiæ bubili, malè collocaſſe, potiúſque nouam cudendam fuiſſe, primùm ego ei, aurum ex Ennii ſtercoribus collectũ fuiſſe reſpondebo: deinde eundem hoc conſiderare iubebo, ita eſſe vitioſam hanc interpretationem vt permixtas vitiis virtutes & quidem maximis maximas & plurimis plurimas habeat: magnúmque ad præcepta optimæ rationis interpretandi, magnum ad formandum iudicium eius qui interpretem agere diſcit, adiumẽtum afferre queat. Sunt enim quædam (aut ego valde fallor) tam Latinè, tam dilucidè, tam numeroſè, tam denique omnibus modis concinnè venuſtéque expreſſa, vt nihil Latinius, dilucidius, numeroſius, nihil concinnius venuſtiúſque fieri fingíve poſſe videatur. Quid quòd ſæpiſſime in vno eodémque loco bona malis permixta eſſe contingit? quid quòd interdum in vno periodi membro doctum, fidelem & diligentem interpretem, & omnia Laurentio Valla digna agnoſcimus, in altero doctrinam (imò vel vulgarem linguæ Græcæ cognitionem) fidem, diligentiam deſideramus? Hoc tibi mirum viſum iri ſcio: mihi certè & mirum viſum eſt iampridem, & in dies magis miror: nec, quamcunque in partem animum verſem, vlla coniectura rationem huius inconſtantiæ aſſequi poſſum. Sed hanc interpretationem (quicunque ſit eius author, & vndecunque profecta ſit quæ in ea cernitur inconſtantia) minimè reiiciẽdam, ſed potius quas habet inter vitia virtutes, vt roſas inter aculeos, carpendas eſſe cenſeo.

Vale, & noſtris laboribus faue.

HENR. STEPHANI APOLOGIA pro Herodoto, siue Herodoti historia fabulositatis accusata.

VT antiquitatem nonnulli nimiùm religiosè atque adeo superstitiosè colunt, ita non desunt qui eandem merito honore meritáque obseruantia fraudare videantur. Horum autem vitiorum vtrunque non peculiare seculo nostro, sed illi cum superioribus esse commune, multa nobis argumento esse possunt. Posterioris quidem certè fidem nobis vel ipsa Græci sermonis consuetudo facit, in quo ἀρχαῖος & ἀρχαϊκὸς de homine nimia simplicitate prædito, interdum verò & de planè stolido bardóque dicuntur: & ἀρχαῖον ἔργον itidem. Atque hinc, id est ex hoc priscorũ morum & institutorum (vtpote quibus nimiùm rudis simplicitas inesset) cõtemptu, manarunt & illa, κρόνος, κρόνιος, κρονόληρος, βεκκοσύλλωος. Hinc & illi versus,

Prisca iuuent alios: ego nunc me denique natum
Gratulor, hæc ætas moribus apta meis.

At illi priori vitio eorum qui superstitiosè antiquitatem colunt, quid ansam præbuerit, assequi coniectura nequaquam facile est. Non iam de illa altè repetita antiquitate, nec de iis loquor qui mores sui seculi exosi, vota contraria votis Nasonis fecerunt: vt quum dicit Tibullus,

Tunc mihi vita foret: vulgi nec tristia nossem
Arma, nec audissem corde micante tubã. Quæ verba eruperũt huic poetæ postquam aurei seculi felicitatem cõmemorauit. Atque hunc, dum eò respiceret, pertæsum vitæ suæ fuisse, mirum videri non debet: quum ipse Hesiodus multis antè ætatibus hæc protulerit,

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

Sed & ille ipse Naso, qui in versibus quos modò citaui, antiquitatem ludibrio habet, illam laudari solitam, alibi fatetur, quum dicit,

Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis. Et quî (obsecro) prisci seculi laus dissimulari posset, cuius vt rudis simplicitas iis quæ dixi verbis apud Græcos notata, ita vicissim probitas & fides consuetudine Latini sermonis celebrata fuit? Ille demum antiquis est adolescens moribus, inquit Plautus. Homo antiqua virtute ac fide, inquit Terentius. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent, inquit Cicero. His autẽ loquendi generibus materiã non alios quàm poetas præbuisse verisimile est: sed hi quàm angustis spatiis tempus illud circunscribant, vel ex his Iuuenalis versibus patet,

Antiquum & vetus est alienum Posthume lectum
Concutere, atque sacri genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas,
Viderunt primos argentea secula mœchos. Sed & ipsum Hesiodũ longo interuallo argentei seculi mores ab aurei seculi moribus separantẽ audimus. Dubium verò nemini esse debet quin aureo seculo argenteũ, vt æreo ferreum poetæ subiunxerint, id ipsum exprimere volentes quod Horatius his versibus cecinit,

AEtas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem. Quam sententiam ex hoc Arati loco mutuatus videri potest,

Οἷον χρύσεοι πατέρες γένος εἰλήσαντο
Χειροτέρων ὑμεῖς δὲ κακώτερα πρέσσετε.

Huius autem rei (meo iudicio) non obscura ratio est. quum enim posteri vltra nequitiam suorum maiorum, cuius hæredes relinquuntur, sibi nouam in dies comparent, nequiores euadere necesse est. Verùm (si seriò loquendum est) ne primum quidem seculum, vel potius ne primos quidem illos primi seculi homines nequitia caruisse, & ea vel maxima, sacræ literæ nos Caini exemplo docent. Quo minus Romuli multis seculis posterius factum in perpetranda itidem fratris sui cæde, mirum videri debuit. Atque (vt huic sermoni finem imponamus) priscorum hominum maiorẽ simplicitatem atque adeo rusticitatem fuisse, quàm probitatem, & aut nullo vitio aut sola auaritia minus quàm nos laborasse, credibile est. At nostrum seculum si aureum ea vocari ratione

nō poteſt ob quàm nomen id primo ſeculo impoſitū fuit, illa certè eadem ratio hanc appellationem ei vēdicat, propter quam Naſo in his verſibus (nam eorum authorem illum eſſe potius quam Propertium iudico) eam ſuæ ætati tribuit,

Aurea ſunt verè nunc ſecula: plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Quibus adiicienda ſunt quæ apud Propertium ſequuntur,

Auro pulſa fides, auro venalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Adiiciendus & hic verſus, qui diſtichon illud Aurea ſunt, &c. præcedit,

Aurum omnes victa iam pietate colunt.

Verumenimuero non de illis (vti dixi) altè repetitæ antiquitatis admiratoribus loquor, qui, quæcunque poetæ de ea ſomniarunt, vera eſſe in animum induxerunt. De quibus igitur? de iis qui ſuæ ætatis artifices, (præſertim que pictores & ſculptores) nec non poetas, præ illis quos ſuperiores ætates tulerant, floccifaciebant. Nam quis vel ex Cicerone non didicit quanto ſtudio olim antiqui operis tabulæ, ſigna, toreumata conquiri, quanto pretio comparari ſolita fuerint?

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo, inquit Horatius: at quàm multos præterea eadem inſania & circa ſtatuas & circa res huiuſmodi laboraſſe putamus, perinde ac ſi cum Apelle & Zeuxide ars pingendi, cum Scopa, Myrone, Praxitele, ars ſculpendi ſiue fingendi ſepulta eſſet? Nec verò aliunde quàm hinc ortum apud Latinos habuiſſe crediderim illa loquendi genera, Nihil antiquius mihi fuit, Nihil antiquius habui, Antiquiſſimum mihi fuit, aliáque huiuſmodi. Nam qui hæc ab ea quæ ſenili ætati debetur reuerentia petita eſſe exiſtimant, aut falluntur, aut ego fallor. Quæ tamen origo voci Græcæ πρεσβύτερον meritò fortaſſe tribuatur: ſed vocabulum Antiquius, vt illi ſignificatione reſpondet, ita origine reſpondere, nequaquam dixerim. Et de artificibus quidem hactenus. Quod autem de poetis dixi, vel ſolius Horatii querimonia nobis ſatis ſupérque teſtatum reddet: in qua inter cætera hæc dicit,

Si meliora dies, vt vina, poemata reddit,
Scire velim pretium chartis quotus arroget annus.
Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteréſque referri debet, an inter
Viles atque nouos?

Similis autem cum alibi, tum lib. ſecundo Anthologiæ Græcorum epigramm. extat querimonia. Veruntamen vt hodie cantilenæ ſiue cantica, quo recentiora, eo ſunt gratiora, ita iam Homeri ſeculo nouitatem illa non vetuſtatem commendaſſe, ex his illius verſibus diſcimus,

Τλιὼ τὴν ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέλητα.

Cui ſubſcribens Thebanus poeta dixit, Αἶνει παλαιὸν μᾶλλον, ἄνθρα, ὑμνον νεωτέραν. Vbi animaduertendum eſt negari à Pindaro quod Horatius ex vulgi ſententia affirmat.

SED quorſum hæc omnia? dicat aliquis. Nimirum vt propoſitis duobus hiſce hominum generibus, quorum vnum nimis religioſos, alterum nimis irreligioſos oculos & aures ad antiquitatem affert, iis qui veterum hiſtoriarum lectores futuri ſunt, vt mediam quandam viam teneant author ſim: ſic tamen vt veteres hiſtoricos (ſicut & poetas) dum legunt, illos ab eorum poſteris, tanquam magiſtros à diſcipulis, diſtinguendos eſſe meminerint. Nam ad hiſtorias quidem quod attinet, ſi verè illud dictum fuit, diſcipulum prioris eſſe poſteriorem diem, quin facta plurima quæ in poſterioribus hiſtoriis celebrātur, priores hiſtorias (id eſt facta quæ in illis cōmemorantur) tāquam exemplar ſibi propoſuerint, nemo (vt opinor) inficiari volet. Nam quis L. Tarquinium (vt vnum aliquod in hiſtoria Græca celebre factum cum celebri in Romana facto comparem) in decutiendis ſummis papauerum capitibus Thraſybulum imitari voluiſſe neget? Imò verò vt hunc ille imitatus eſt, ita hiſtorieos Latinos in deſcribendo eius facto Græcos imitari voluiſſe dicas. Ego verò ex Græcis Herodotum, ex Latinis T. Liuium deligens, vtriuſque locum (nequid fingere videar) proferam. Herodotus igitur (ſi bene interpretor) hæc ſcribit, Præconem ad Thraſybulum Periander miſit qui ex eo ſciſcitaretur quis maximè tutus ipſi rerum ſtatus & ad exercendum in vrbem ſuam imperium accōmodatiſſimus futurus eſſet. Thraſybulus hunc à Periandro miſſum ſecum ex vrbe educens, ſegetem ingreſſus eſt, eámq; perambulans, dum illum repetitis ſubinde ſuper eius è Corintho aduentu interrogationibus compellaret, vt quanque ſpicam ſupra reliquas eminere cernebat, ſecundebat: & poſtquā retuderat, proiiciebat. donec quotquot in tota ſegete pulcherrimæ

altissimæ que erant, hoc modo labefactauit. Quum autem vniuersum prædium obiisset, præconem nullo dato consilio remisit. Reuerso deinde præcone, quum Periãder Thrasybuli consilium audire summopere cuperet, is nullum sibi ab eo datum respondet: & se mirari addit quid illi in mentem venerit, vt ad talem virum reum mitteret qui ita mente captus esset vt etiam suas ipsius res profligaret. Quæ dicens, simul quæ facientem Thrasybulum viderat, narrare cœpit. At Periander quum huius facti mentem percepisset, & Thrasybulum ipsi de interficiendis ciuibus cõsilium dare animaduertisset, mala omnia ciuibus suis inferre cœpit. Hactenus Herodotus. Liuiũ nunc audiamus de Sexto Tarquinio ita loquentem, Itaque postquã satis virium collectum ad omnes conatus videbatur, tum è suis vnum scisciatum Romam ad patrem mittit quídnam se facere vellet: quandoquidem vt omnia vnus ipse Gabiis posset, ei dii dedissent. Huic nuntio (quia credo dubiæ fidei videbatur) nihil voce responsum est: rex, velut deliberabundus, in hortum ædiũ transit, sequente nuntio filii. ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandóque responsum nuntius fessus, vt re imperfecta redit Gabios: quæ dixerit ipse, quæque viderit, refert: seu ira, seu odio, seu superbia infita ingenio, nullam eum vocem emisisse. Sexto, vbi quid vellet parens, quídve præciperet tacitis ambagibus, patuit, primores ciuitatis, criminando alios apud populum, alios sua ipsos inuidia opportunos, interemit. Hactenus & Liuius. Quis autem hîc ea quæ dixi, id est Ἕλληνος ἀρχέιης & Ἕλληνος διηγήσιος, non agnoscit? Iam verò, si fluuiorum quos vidimus, fontes quoque videre iuuat, cui non lectio veterum historiarum (à quibus aliqui in posteriores siue riui siue riuuli profluxerint) gratissima esse debet? Nam vt Homẽri poesin fontem appellat Naso, (quum canit,

—à quo, ceu fonte perenni,

Vatum Pieriis ora rigãtur aquis.) ita ego Herodoti & Thucydidis scripta fontibus cõparare, duabus de causis non dubitem. Vna est, quòd ex illorum lectione præstãtissimos quosque & bellica virtute clarissimos viros prudentiam hausisse, & de variis rebus gerendis vel non gerendis consilium, tanquam ex oraculo certissimo petiisse, (felices, quos facerent aliena pericula cautos) atque adeo illorum facta non in similibus tãtùm rebus imitatos esse, sed interdum ad vsus alioqui dissimiles accommodasse, verisimile est. Altera, quòd ex horum vtroque (ac præsertim ex Thucydide) omnes propemodum qui sequuti sunt historicos, cum alia tum varias scribendæ historiæ regulas deriuasse, & horum scripta tanquam ideas illis scribentibus obuersatas fuisse, multa nobis argumento esse possint. Verùm quum ista sint eiusmodi quæ multo facilius mente comprehendi quàm verbis explicari possint, quæ addi huc pertinentia possent, cogitanda relinquo. Hoc autem nequaquam silentio prætereundum censeo, veteres historicos (sicut & poetas) si non ob aliud, ob eam certè reuerentiam qua fictitiũ numen suum suáque adulterina sacra prosequuntur, dignissimos esse quos reuereamur. Hanc autem illorum reuerentiam fateri cogentur quicunque multa loquendi genera, quibus sacræ literæ nobis Dei prouidentiam, & (vt theologica voce vtar) omnipotentiam testãtur, itidem ab illis vsurpata inuenient: quæ contrà eorum posteri neglexerunt. Duobus exemplis contẽtus ero: quis non, quum hæc verba audit, Deus in cor meum immisit, Deus in manus meas illum tradidit, Dauidem, vel Esaiam, vel Ieremiam, aliúmve quempiam è sacrosanctorum Prophetarum numero, potius quàm Homerum vel Hesiodum, aut alium poetam loquentẽ audire sibi videtur? At ego & hæc & alia loquendi genera Herodoto veteri historico cum veteribus illis poetis dico esse communia: vt omittam quæ præterea ore Christiano itidem dignissima sibi habet ille peculiaria. Quæ quoniam vt omnino impietatis, ita mendacii suspicione aliqua eum ex parte liberare posse videntur, non omittenda sed alii loco seruanda iudico: atq;, hactenus in gratiã & laudatorum & vituperatorum antiquitatis, ex multis pauca præfatus, ad ipsum disputationis caput venio.

QVVM in legendis historiis duo considerauda sint, quæ narrentur & à quo narrentur, prius de eo qui hæc memoriæ prodidit, nobis dicendum est. Herodoti fabulositatem ita omnibus omnium sermonibus fuisse iam olim iactatam vt in prouerbium propemodum abierit, quis est qui nesciat? Sed quod hodie in multis experimur, idem plurimis superiorũ seculorũ hominibus vsuenisse credibile est, vt aliena fide illũ mendacii arguerent: quippe qui ne librorũ quidem eius titulum vnquã nisi per transennam aspexissent, sed aliorum à quibus lectos esse credebant, iudicio standum sibi esse existimarẽt. Verùm vt huiusmodi hominum voces olim exibilari potius quàm refelli solitas verisimile est, quippe qui temerariam suam credulitatem impudentiámque prodentes, non Herodoti sed suam ipsorum famam læderent: sic & hodie similem impudentiam similiter exibilã-

dam explodendámque potius quàm argumentis vllis confutandam censeo. Quare hos missos faciens, illos compellabo qui Herodotum non semel sed sæpius, non eius partem sed opus integrum, non oscitanter, sed summa cum attentione voluerunt. Ac primùm ex illis scire velim vtrum Herodotus prudens sciénsque, an imprudens mentiatur. Illum prudentem ac scientem mentiri si respondebunt, mendacii ipsimet ex eius sexcentis locis conuincentur. Si enim mentiri propositum illi esset, cur quoties aliquid commemorat quod perspectum exploratúmque non habet, hac de re nos admonet? cur tot locis tã solicitè se excusat? Aut quid hæc, Vt audiui, Vt narrãt, Vt aiunt, addere passim attinebat? Aut quid, horum quidem se testem esse oculatum, at illorum testem auritum duntaxat, fateri necesse erat? vt in Euterpe, μέχρι μὲν τῆς Ελεφαντίνης πόλιος αὐτόπτης ἐλθών, τὰ δ' ἀπὸ ταύτης ἤδη ἀκοῇ σημήια. Sed & sæpe de rebus sibi dubiis scribens, nescire se quàm veræ sint illæ, sed quæ ab aliis referantur, narrare, & penes eos fidem esse velle dicit. Atque adeo in Polymnia, hoc suum esse in vniuerso opere consilium pronuntiat, vt sibi commemoranda quæ ab aliis acceperit, non item omnino sibi credenda esse censeat. ἐγὼ δὲ, inquit, ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πίστιν δὲ οὐ παντάπασι ὀφείλω, καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. Ac ne his quidem contentus, sæpe etiam suspicionem lectoris præuenit, & hoc vel illud narrari quidem sed verisimile sibi non fieri profitetur. Vt quũ in Clione scribit, φασὶ δέ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, τὸν θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν, &c. Sic in Terpsichore dicit, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τῳ. At multis locis hanc admonitionem non attexit, in quibus videtur esse necessaria. Nimirum tibi necessaria videtur: at illi contrà superuacaneam (quippe cui sui dicti ratio constaret) visam fuisse persuasum habeo. Atque hanc meã opinionem confirmat (ni fallor) iste Clionis locus, in quo Babylonici soli fertilitatẽ exponẽs, scribit, In quã autem altitudinem milium & sesamum arborescant, etsi probè norim, tamen id nõ referam: quum certò sciam, iis qui nunquam Babylonicam regionem adierũt, quæ de fructibus dicta sunt, planè incredibilia videri. Meã, inquã, opinionem cõfirmat (vt opinor) hic locus. vt enim de his tacere voluit quòd fidem impetratura non crederet; quidni de illis quoque tacuisset, si fide maiora fore putasset: aut aliquo saltem verbo, vt aliis in locis suspecta sibi esse testatus esset? Quid quòd comperta sibi aliorum mendacia dissimulare non potest, vt cum in Euterpe, tum alibi apertè ostendit? Atqui mendacia exagitare, nequaquã eius qui mendaciis gaudeat, esse videtur. Ac primum quidem hoc sit φιλαληθὲς Herodoti argumẽtum. Secundùm esse possit, quòd non, vt alii plerique historici, quæ vel à dicendo vero eum deterrerent, vel ad mentiendum impellerẽt, habuerit. Cui enim illum assentari voluisse; aut quod assentationis præmium sibi proposuisse dicemus? Adde quòd assentari & παρήσειν amare, velut ex diametro inter se pugnent: quam tamen illum amasse, cum ex aliis locis, tum ex hoc in Polymnia deprehẽdimus; Hic ego, quod sentio & verum mihi videtur, nõ dissimulabo: licet eiusmodi esse sciam quod mihi inuidiam apud multos conflare possit. Atenim quorundam encomia suæ historiæ inseruit. Id quidem fateor: sed & rara & nullam assentationis speciem præ se ferẽtia esse dico. nec quicquam assentatorium vel in Polycratis laude in Thalia, vel Bogis aut Cadmi in Polymnia, agnosco. Remoto autem assentationis studio, quid ei lucri fuisset (vt ille apud comicum loquitur) nos fallere? Esto tamen, aliquos historiæ eius locos criminis illius suspectos nobis esse: at quis eam saltem partem quæ nõ res gestas sed varios hominum variorum mores ac ritus describit, (quæ potissimùm calumniis obnoxia est) suspicione huiusmodi non liberet? Tertium argumentum (nisi quis coniecturam vocare malit) ex magna hominis circa suum numen suáque sacra obseruantia peti posse dixerim, quam & paulo antè attigi. Multæ enim sententiæ siue γνῶμαι tum quas aliis locis adhibuit, tum quas narrationibus vel præfixit, vel tanquã corollaria adiunxit, tanta illum pietate præditum fuisse testantur quanta in hominem Christianæ religionis ignarum cadere potest: imò verò ea de diuina potentia prouidentiáque sensisse quæ Christianũ sentire & deceat & oporteat. Huiusmodi sunt hæc in Thalia, SED profectò prouidentia Dei, pro sua sapiẽtia, quæcunque animalia meticulosa & esculenta sunt, valde fœcunda reddidit, ne assiduo esu absumpta deficerent: at quæcunque improba & pernicioſa, parum fœcunda. Atque hinc fit vt lepus &c. Consideremus & hæc ex Polymnia, VIDEN' vt Deus animalia prægrandia fulmine feriat, eorum fastum nõ tolerans: at pusilla ne vellicet quidem? Viden' vt in editissima quæque ædificia & in celsissimas quasque arbores tela hæc ingruant? Gaudet enim Deus quæcunque eminẽt, deprimere. Vnde etiam contingit vt ingens exercitus ab exiguo profligetur: Deo videlicet illis quorum insolẽtiam exosam habet, terrorem aut fulmen immittente: ita vt superiores eorum successus exitus exitiales habeant. Magnificè enim de se sentire nemini commune secum esse finit Deus. Quid, obsecro,

obſecro, de diuina potẽtia diuini⁹ iſtis dici potuit? Heſiodeã illã γνώμην laudib⁹ oẽs efferũt,

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει,
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
Ῥεῖα δὲ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγλωρα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Quem imitatus Horatius dixit,

—valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens.

Et meritò quidem certè illam veteris poetæ ſententiam laudibus extollũt: ſed quanto tamen vlterius progreditur hic noſter hiſtoricus? Iam verò gnomẽ illam quæ Deo vindicem oculum tribuit, quot nobis exemplis cõfirmat? vel potius, quot locis eam tanquã in ſpeculo intuẽdam proponit? Primùm quæ de Pheretima narrat, & verba quibus narrationem ſuã claudit, audiamus: ac quoniam eſt valde memorabilis, eam à capite ipſo arceſſamus, diſperſa eius membra in vnum corpus colligentes. Erat hæc Pheretima Batti claudi Cyrenes regis vxor. hic Arceſilai filius erat, quem Cyrenes regnum tenẽtem, dum morbo laboraret, frater Aliarchus ſtrangulauerat: iſque viciſſim ab illius vxore cui nomen Eryxo, ex inſidiis interfectus fuerat: Batto hoc mortuo, Arceſilaus quem is è Phereti ma ſuſtulerat, regni hæres relinquitur: ſed quum orta inter hunc & populum ſeditione, factio populi ſuperior euaſiſſet, Arceſilaus Samum, Pheretima eius mater Salaminem profugit: & ab EVelthonte, imperium eius obtinente, exercitum à quo vnà cum filio Cyrenem reducatur, petit. At EVelthon quidnis potius illi quàm exercitum dabat. Illa, quicquid dabatur accipiens, pulchrum quidem & id eſſe dicebat, ſed pulchrius futurum eſſe ſi ipſi quem petebat exercitum daret. Atque hoc reſponſo donum vnumquodque proſequebatur. Tandem verò EVelthon ei fuſum aureum, & colum cui circumpoſitum ſtamen erat, dono miſit. Quum autem iiſdem quibus prius verbis inter accipiendum hoc munus vſa eſſet, tunc EVelthon ſe talia fœminis non exercitum donare dixit. Arceſilaus autem interea Sami agens exercitum coegit, à quo quum Cyrenem reductus & in antiquum ſtatum reſtitutus eſſet, magnam in ſuos ſæuitiam exercuit: ob quam ſibi metuens quum ad Alazerem Barcæorũ regem ſocerum ſuum ſe contuliſſet, à Barcæis quibuſdã, quibus ſe nõnulli Cyrenæi exules adiunxerãt, in foro interfectus fuit: eiúſq; cædem mox Alazeris ſoceri cædes ſequuta eſt. At Pheretima, tãtiſper quidem dũ Arceſilaus filius Barcæ ageret, eius gradũ apud ſuos cum aliis in rebus, tum in præſidendo ſenatui, tenebat: ſed vbi filiũ Barcæ interemptũ audiuit, fuga ſe in AEgyptum proripuit: atque ibi Aryandem (quem Cambyſes AEgypto præfecerat) ſupplex rogauit vt vicem ſuam vlciſceretur, hoc prætextu vtens, quòd filium ſuũ, quia Medorũ partibus fauebat, interfectũ diceret. Quum Barcen perueniſſent quos exoratus Aryandes ex AEgypto miſerat, cámque vrbem vi capere fruſtra conati, fraude cepiſſent, Pheretima ex Barcæis eos qui perpetrandæ cædis principes fuerant, crucibus per ambitũ murorum ſuffixit: eorum autẽ vxoribus mammas amputauit, quibus eoſdem muros tanquã notis quibuſdã interpũxit. Cæteros Barcæos Perſis diripiẽdos reliquit, præter eos qui Battiadæ & affines cædis nõ erant: his autẽ vrbis gubernacula tradidit. Hactenus de Pheretimæ facto. nunc animaduertere operæpretiũ fuerit, quod huic narrationi (interiectis tamẽ nõnullis) corollariũ, librum claudẽs, attexat. At Pheretima (inquit) ne ipſa quidẽ mitẽ vitæ exitũ habuit. quamprimũ enim è Libya, Barcæos vlta, AEgyptũ rediit, miſerabilem mortẽ obiit. viua enim vermibus ſcatere cœpit, à quibus corroſa fuit. Nẽpe homines tã atrocibus vindictis inuidiã ſibi apud deos cõflant. Hactenus de Pheretima. Ad Hermotimũ eunuchum veniamus. ſcriptã enim de illo hiſtoriã religio mihi eſſet ſilentio præterire. Hermotimo, inquit, amplior illatæ ſibi iniuriæ, quàm vlli vnquã mortali (quod ſciã) contigit vltio. Is ab hoſtibus captus & venalis à Panionio quodam Chio emptus fuerat, qui ex ſceleſtiſſimo facinore quæſtũ faciebat. quoſcũque enim nãciſci poterat formoſos pueros, caſtrabat, móxq; Sardis aut Epheſum abductos magna pecunia vẽdebat. Barbaris enim eunuchi in pretio ſunt, quòd iis maiorẽ quàm aliis fidẽ in rebus omnibus habendã putent. Ex corũ autẽ numero quos caſtrauerat Panionius, erat Hermotimus: cui felici ſorte cõtigerat vt cũ aliis donis Sardib⁹ ad Xerxẽ mitteretur: tẽporis autẽ progreſſu primũ inter eunuchos locũ apud illũ obtineret. Quũ autẽ rex Perſicas copias in expeditionẽ aduerſus Athenas educẽs, Sardis perueniſſet, tũ Hermotimus negotii cuiuſdã gratia quũ in Myſiã regionem deſcendiſſet, quæ à Chiis incolitur, Atarneus dicta, hîc Panioniũ offendit. Quẽ agnitũ quũ blãdè cõpellaſſet, & primùm quidẽ ei expoſuiſſet quãta bona, eius opera cõſequutus eſſet, deinde verò magnã ſe illius meriti gratiã relaturũ promiſiſſet, ſi cum ſuis liberis illuc cõmigraret, ei vt id faceret perſuaſit. Poſtquam verò eũ in poteſtate habuit, quippe qui cum liberis & vxore illuc cõmigraſſet, his eum affatus eſt verbis, O qui præ omnibus mortalibus quæſtum è

ſceleſtiſſimo facinore quæſtũ feciſti, quid de te ego aut meorũ maiorũ quiſpiã, de te inquã vel aliquo tuorum commeruimus, propter quod me ex viro nihil eſſe feceris? Nempe deos tuas illas artes ignoraturos ſperabas: at te rem adeo iniuſtam auſum, iuſto ipſi contrà iudicio in manus meas compulerunt, vt tantas quantis dignus es pœnas mihi dares. Quæ dum Panionio exprobrantur, adductis in conſpectum quatuor filiis, eorum amputare genitalia coactus fuit: quod quum illis feciſſet, ad idem ei viciſſim faciendum adacti ipſi fuerunt. Ita Hermotimo aduerſus Panionium diuinæ vltionis vices adiutrices fuerunt. Quid quæſo hîc legimus quod ore Chriſtiano ſonari non mereatur, ſi tantũ pluralem deorum numerũ in ſingularem vertamus? Sed & in Euterpe quàm pulchrè ab eo dicitur magnorum ſcelerum magnas immitti à diis vltiones? τῶ δαιμονίου ἄρξεσθαι δίκαιον ἔκως παντελέα ἀπολόμενον, καταφανὲς τῶ τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσαντα ὡς οὐ μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ θεῶν. Illis autem verbis quibus ſuum de Hermotimi vltione ſermonem finit, cõſona ſunt (ſi ipſum etiam loquẽdi genus ſpectemus) hæc quæ in Thalia habentur, χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Ὀρσίπαι Γολγοκράτεος ἔσεσι μετῆλθον. dixerat enim illic, Παντάπασι μὲν νυν οὔτω ἀξιόλογόν τι πάσι καὶ ὁ Ἑρμότιμος. Sed & ἔοικε δίκην τινὶ interdum dicit, vt in Eratone, οὐ μὲν οὐδὲ Λυσιχίδης καταγήρα ἐν Σπάρτῃ, δηλὰ ἔσικε δὲ καὶ Δημαρήτῳ ἐξίσεσθαι. & in eodem libro, de Cleomene, cuius inſaniam vindictæ diuinæ imputat, ἐμοὶ δὲ δοκέει πᾶσαν τοῦτο ὁ Κλεομένης Δημαρήτῳ ἐκτίσασθαι. In Calliope autem δίκην τῆ φόνου τῆ Λεωνίδεω ὀκτὼ Μαρδονίου dicit. Huc etiam pertinet vocabulum μοῖρις, vt quum ſcribit in Polymnia, τοῖσι δὲ ὧν Λακεδαιμονίοισι μοῖρις κατίσκηψε τοιήδε τοῦ Ταλθυβίου τῆ Ἀχαιμένεος κήρυκος. & paulo pòſt, ὅτε μὲν γὰρ κατίσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις, &c. in quo etiam loco obſeruatione digniſſimum eſt quod tradit de ſcelere quod in filiis authorum eius Deus vindicauerit. Frequens eſt illi vſus & vocis, χρεὼν, ſiue ἐδέη (pro ἔδει, quod & ipſum apud eum extat) de eo quod vt à Deo decretũ fuerit, ita fieri oportuerit & neceſſe fuerit: vt non procul à Cliûs initio, χρεὼν γὰρ Καισαύλην γενέσθαι κακῶς. Et circa finem Calliopes, κακῶς γὰρ ἐδέησε πανσαίην γενέσθαι. Et in Terpſichore, οὐ γὰρ ἐδέησε τύπῳ τῷ τότε Ναξίους ἀπολέσθαι. In eadem, ἐδέησε δὲ οὐ τοῦ Ἡπώνεω γόνου Κοείνθῳ κακὰ αἰκισθῆναι. Item in Eratone, δεῖν γὰρ Μιλτιάδεα πλυτῆσαι μὴ θῦ. Nec verò mihi dubium eſt quin Liuius imitari Herodoteum iſtud loquendi genus volens, (vt antea dixi à veteribus hiſtoricis poſteros multa mutuatos eſſe) non procul à primi libri initio ita loquutus ſit, Sed debebatur, vt opinor, fatis tantæ origo vrbis, maximíque ſecundum deorum opes imperii principium. Quòd ſi huius χρεὼν vel ἐδέη explicationem quærimus, eam nobis eiuſdem Herodoti Calliope ſuppeditabit, Hoſpes, inquit, quod à Deo contingere oportet, homo nulla ratione auertere à ſe poteſt. quoniam ne veriſimilia quidem dicentibus quiſquam auſcultare vult. Sed narrationem à qua dictum illud pendet, audiamus. Dum autem, inquit, hac in re occupati ſunt barbari, Attaginus Phrynonis filius vir Thebanus conuiuio magnificentiſſimè inſtructo Mardonium ipſum, & quinquaginta eorum qui cum illo erant honoratiſſimos, excepit. Secundum cœnam Perſa quidam Therſandrum Orchomenium cuias eſſet interrogauit: quẽ vbi Orchomenium eſſe accepit, Quoniam, inquit, te mihi menſæ & libaminum conſortem eſſe contigit, tibi ſententiæ meæ mnemoſyna relinquere libet, vt & ipſe eorum quæ impendent præſcius, tuis rebus conſulere poſſis. Vides Perſas qui hîc epulantur, & exercitum quem ad flumen caſtra habentem reliquimus? Ex hoc vniuerſo numero non multo pòſt perpaucos videbis ſuperſtites. Atque his verbis multas lacrymas ille miſcebat. Quæ quum admiratus Therſander dixiſſet, Nónne Mardonio hæc ſignificanda ſunt, & Perſis qui ſecundum ab eo locum obtinent? tum ille ſubiecit, Hoſpes, quod à Deo contingere oportet, homo à ſe arte nulla depellere poteſt. ſiquidem ne veriſimilia quidem dicentibus fidem quiſquam adhibere vult. Atque adeo ex Perſis multi quanuis hoc ſciamus, ſequimur neceſſitate conſtricti. Ex his, (ſicut & ex aliis quæ antè attuli) quæ fuerit noſtri hiſtorici pietas, patere ſatis arbitror. quanuis enim hæc poſtrema verba non in ſua ſed in Perſæ cuiuſdam perſona proferat, (cui eũ illa nequaquam affingere dixerim) illi tamen aliqua ex parte adſcribi poſſunt: quòd ſic ea commemoret vt illis ſe aſſentiri planũ faciat. Reliquũ eſt vt ſcrùpulum, quem animis aliquorum inicere potuit vocabulum τύχη, eximam. Nam quomodo (dicent nonnulli) huic quã prædicas pietati conſentanea ſit illa τύχης appellatio, quæ quum apud vetuſtiſſimos ſcriptores tarò, apud Homerum autem nunquã reperiatur, hic contrà illi euentus rerum imputat? Qui fortunam conſtituit, nónne is prouidentiam tollit? Hoc ego ſanè fateor: ſed τύχῃ illis in locis vulgarem fortunæ ſignificationem habere nego. Alioqui enim quomodo adderet θεὸν cum τύχῃ? vt in Melpomene, τὰς δὲ οἰήτους ταύτας ἀπὸ τῆ ἅρματος τιμωρίας ὁ τύπος τῆ χώρῳ ἀφανιζόμενος θεὸν τύχη. Et in Terpſichore, τὸν λαβόντα αὐτὸν ἀνδρῶν θεὸν τύχη φυγεῖλαι τὸ πτερόν. Hîc enim θεὸν τύχη nihil aliud ſonat quàm θεὸν μοῖρα, & quod vernaculo ſermone

dicimus, *Ainſi que Dieu uoulut*. Quod illa etiam verba Calliopes indicant, εἴτε καλὸν ἔργον ἦλθον πρᾶξαι, εἴτε καὶ κατὰ συμφορήν, ἧκω πειθώμενος. Illæ porrò Gallicæ voces aliud loquendi genus in memoriam mihi reuocant, quod quum ineptum alioqui iudicetur, magnam tamen cum iſtò Herodoteo habet affinitatem, atque adeo tantam vt eius videri poſſit ἀπόγονον. Ita enim loquitur ſæpe apud nos vulgus, *C'eſt fortune: Dieu le veult*. Quàm multas autem alias habeat hic ſcriptor dicendi formulas ſibi magna ex parte inter Græcos ſcriptores peculiares, at quæ ſermoni noſtro cum eo ſint communes, alius erit aliquando dicendi locus. Ad θείῳ πρόσω reuertor, & hoc addo, interdum etiam θεῖον πρῆγμα vocare Herodotum τὸ θεῖον πρῆγμα συμβαῖνον. vt quum in Eratone dicit, ὁρέων δέ μιν καταμεμυθεύμενον ὁ Λεύκων, ἐμάθε ὡς θεῖον εἴη τὸ πρῆγμα. Et in Polymnia, θῶμα ὦν μοι ὅπως θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ὁκοῖόν τις μιῦθος. Dixerat autem paulo antè, τῶν μοι ὁ θεὸς πόνον φαίνεται πρήσσειν. Sed & in Calliope legimus, δῆλα δὴ πολλοῖσι πεπυνθάνεσθαι ὅτι τὸ θεῖον πρῆγμα. In quo etiam loco nobis obſeruandum eſt quod & alibi dicit, nimirum diuinitus ſigna malorum futurorum hominibus ſolere dari. vt in Eratone, φιλέει δὲ κως μεσοῦσθαι οὔτε τὰ μέλλοντα μεγάλα κακὰ ἢ πόλιν ἢ ἔθνεα ἔπεσθαι. Rurſus in eodem libro, ἢ τῶν μὲν καὶ πέρας διαφώνεον ἢ μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνε ὁ θεός. Verumenimuero quas hactenus recenſui Herodoti pias ſententias dum mecum reputo (vt tandem huic ſermoni finem imponam) hic animum meum percellit metus, ne cum profana illa muliere regina Saba profanus Herodotus, & cum Herodoto cæteri profani ſcriptores quibuſcunque adeo ſacra dicta eruperunt, nos in illo extremo iudicii die reos peragant, qui quum Chriſto, vnico veræ religionis duci, nomen dederimus, & cognomen ab eo acceperimus, profanius plerunque & ſentimus & loquimur & ſcribimus. Sed quoniam non hoc in præſentia quæritur, quàm pius, ſed quàm verax fuerit Herodotus, quod initio huius ſermonis dixi, iterum dico, tertium φιλαληθείας Herodoti argumentum ex hac eius pietate (meo iudicio) poſſe duci. Quis enim rationi cõſentaneum eſſe dicat, vt qui tam pius, idem tam improbus etiam fuerit, vt ſciens prudénſque, nulla ſpe aut lucri aut alius commodi propoſita, lectoribus imponere planéque eos ludificari voluerit? Niſi fortè eum aliquis, quantum eſſet inter hiſtorici & poetæ officium diſcriminis, & veritatis lucem eſſe hiſtoriã, neſciuiſſe arbitretur: vnde incomperta pro compertis, ficta pro factis, falſa pro veris commemorare, adeo religioni non habuerit, vt ſuum etiam nomen (ne poſteritas illorum mendaciorum authorem ignoraret) operi ſuo præfixerit. Imò verò vel hinc, id eſt ê præfixo operi nomine, quartum φιλοψευδείας eius argumentum peti poſſe crediderim; quod tamen non tanquam neceſſarium, ſed potius tanquam ex abundanti cæteris additum exiſtimari volo. Cæterùm cogitanti aliquando mihi quid fidem Herodoti & cæterorum priſci ſeculi ſcriptorum tantopere ſuſpectam multis reddat, ratio illa occurrit, quòd vt bonam eorum partem qui res à ſe longinquis in regionibus viſas aut auditas narrant, mentiri ſuſpicamur, quaſi locorum lõginquitas ad hoc audaciores reddat: ita etiam non paucis dubia ſit illorum hiſtoricorum fides, quaſi temporum longinquitate (quæ rerum memoriam propè obliterarit) freti, fabulas pro hiſtoriis obtrudere nobis non dubitent. Atqui eos quorum animis inſidet hæc ſuſpicio, quantum inter hæc duo ſit diſcrimen, animaduertere decebat. locorum enim longinquitas eadem ſemper manet, at temporum non item. atque adeo multæ res geſtæ quàm longè à noſtris temporibus abſunt, tam propè ab eorum tẽporibus qui eas memoriæ prodiderunt, abfuere. Et hactenus quidem iis qui Herodotum conſultò mentiri perſuaſum habent, reſponſum ſit.

At qui Herodoto propoſitum quidem non fuiſſe mentiri, ſed mentitum tamen eſſe arbitrantur, dum incomperta pro compertis (vt modò dixi) commemorat, & ſuam interdum fidem de iis quæ audierit, non ſecus ac de iis quæ viderit, obſtringit, reſpondeant velim ad hoc, Herodotum illa comperta non habuiſſe, id verò vnde ipſi compertum habeant. Si enim ſe hinc coniecturam facere dixerint quòd aliis quibuſdam repugnantia tradat, ecqua tandem ipſi certiore antiquitatis cognitione freti, Herodotum mẽdacem, cæteros veraces eſſe pronuntiare audebunt? & quam tandem ad normam eas quæ de rebus priſcis extant ſcriptiones dirigendas cenſebunt? Quòd ſi fortè Herodotum fabuloſitatis reum agi poſſe exiſtimẽt hoc vno nomine quòd eorum fidem ſuperẽt quæ narrat: at non protinus quæ fidem apud illos excedunt, apud omnes fidem exceſſuta putanda ſunt. Demus tamen ea eſſe eiuſmodi quæ fidem apud nullum mortalium impetrent, an quia eam non impetrant, eam non meteri dicemus? Quæ noua eſt iſta dialectica, per quam nobis ita colligere liceat, vt quod veriſimile non eſt, ne verum quidem eſſe poſſit? Quæ porro eſt iſta in hiſtoricos tyrannis, vt ſi res ab illis ſcriptas credere nolimus, eos noſtræ incredulitatis (liceat hoc vti verbo) præſtare culpam velimus? Quæ tamen ego dum ſcribo, non ſum neſcius Ioſephum in hac altera opinio-

re fuisse, nimirum vt diceret Herodotum in mendacio quidem sibi non placuisse, sed suam illi credulitatem, mentiendi occasionem dedisse. Sed ego quam modò ab aliis exegi normam, ad quam priscæ historiæ dirigantur, ab eo quoque exigere non dubitarim.

NE TAMEN dum alios nimis incredulos esse queror, nimiùm ipse credulus habear, quibus niteris aut argumẽtis aut exemplis, non temerè derogandam esse antiquis historiis fidem contẽdam, exponere decreui. Quæcunque leguntur apud historicos miracula, ea vel ipsius naturæ rerum, vel humanarum actionum esse, nemo (vt opinor) negauerit. Nam siquid hæc vel illa regio aut prorsus inauditum, aut inauditæ certè magnitudinis vel contrà paruitatis producit, id naturæ: siquid ab hominibus mirabile proficiscitur, id humanæ actionis miraculũ voco. Primùm igitur (vt terræ fruges omittam) quot animalium genera summa admiratione digna describunt historici, quæ aut non habemus omnino aut certè forma & magnitudine plurimùm ab illis differentia? Ne longè abeamus, ad homines, omnium animalium præstãtissimum nobilissimúmque genus, veniẽdũ est. Quales nobis passim gigantes, quales vicissim Pygmæi describuntur? Quid? an quòd neutros viderimus, neutros esse aut fuisse dicemus? Atqui ad gigantes quidem quod attinet, qui fabulosos esse illos dixerit, (vt omittã multa eorum extare passim ossa) non profanos tantùm sed & sacros libros fabulositatis insimulauerit. Pygmæos autẽ si esse aut fuisse negabimus, non solùm magnæ externorum scriptorum turbæ, sed & nostris ipsorum oculis fidem derogabimus. quid enim aliud sunt qui passim spectantur nani quàm Pygmæi, aut certè ex Pygmæis oriundi? Cur autem si naturam (id est naturæ opificem) omnipotentem esse credimus, homines à nobis & forma & magnitudine variè differentes creare olim potuisse & hodie quoque posse non credemus? Iã verò & hoc circa hominem (antequam ab eo digrediatur oratio) diuersum naturæ opus consideremus. Ea nunc fœtum vtero mulieris per nouem duntaxat menses includit: an igitur Herodoto, ex cuius historia quadam, fœtus vtero muliebri, plerunque decem mensium spatio includi solitos colligimus, fidem derogabimus? Atqui vt taceã, ne verisimile quidem esse, longam eum historiam ad inserendum illi tale mendacium confinxisse, quicũque vel Herodoto vel alii cuilibet hoc narranti fidem derogat, & fieri posse negat, nónne is eadem opera fidem diuinæ potentiæ derogare putandus est? Verùm vt ad diuinam vsque potentiam non progrediamur, qui hîc mendacii Herodotũ accũsant, quàm multos in crimen trahant, ostendemus: si prius illam historiam paucis perstrinxerimus. hæc igitur sunt eius verba, de tertia vxore Aristonis regis Lacedæmoniorum loquẽtis, Nondum autem elapso decem mensium spatio mulier ista hunc Demaratum Aristoni parit. At is in solio suo cum ephoris sedens, nuntium de nato sibi filio simulatque accepit, temporis quo vxorem duxerat, memor, subducto in digitos mensium numero, hunc, filium suum non esse, iureiurando affirmauit. Quod quum audiss. &c. Aliquanto pòst narrat istum huius mulieris ad filium suum sermonem, Quod autẽ præcipuè obiiciunt tibi inimici, ipsum Aristonem, quum ei te natum esse nuntiatum est, multis audiẽtibus esse te suum negauisse, quippe quòd exacti nondum decem menses forent, nimirũ vt talium rerum imperito hæc verba exciderunt. Mulieres siquidẽ nono etiam atque adeo septimo mense pariunt: nec omnes decem mensium spatium implent. Ego verò te, fili, septimo mense peperi. Hactenus Herodotus: ex cuius narratione elici quod dixi, apertius est quàm vt vllam dubitationem relinquat. Supereſt igitur vt illos proferam quos in crimẽ trahi necesse sit ab iis qui Herodotum mendacii hîc insimulabunt. A Plauto summam initium, in cuius Sticho leguntur hi lepidissimi versus,

Famem fuisse suspicor matrem mihi:
Nam postquam natus sum, satur nũquam fui.
Sed quam ego matri meæ refero inuitissumus,
Ea mihi nunquam retulit mater gratiam.
Nam me illa in aluo menses gestauit decem,
At ego illam in aluo gesto plus annos decem.
Atque illa puerum me gestauit paruulum,
Quo minus laboris illam cepisse existumo:
At ego non pauxillulam in vtero gesto famem,
Verum hercle multo maxumam & grauissumam.
Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie.
Sed matrem parere nequeo, nescio quomodo.
Audiui sæpe hoc volgò à multis dicier,
Solere elephantum gratidam perpetuos decem

Eſſe annos: eius ex ſemine hæc certò eſt famies.
Nam iam complures annos vtero hæret meo.

Idem poeta in Ciſtellaria,

—tum illa quam compreſſerat,
Decumo pòſt menſe exacto hîc peperit filiam.

Extant & Cæcilii ſuper hac re verſus, in Plotio,

Inſolétne mulier decimo menſe parere?
Pol nono etiam, ſeptimo atque octauo.

Quæ ſcripſiſſe fertur, hæc Menandri verba in eiuſdem nominis fabula ſequutus, χωὶ κωῦ δεκάμηνος. Audiamus & Pomponium in Hirnea,

Pappi decimus menſis eſt quum factum eſt: ita fit, ita ſemper ſolet:
Decimo menſe demum turgens verminatur, parturit.

Ac ne ex vno poetarum genere teſtimonia proferamus, quis non illius Virgiliani verſus recordatur?

Matri longa decem tulerint faſtidia menſes.

quis non illorum Propertii?

Non non humani ſunt partus talia dona:
Iſta decem menſes non peperere bona.

Sed quoniam dubiæ ſunt itidem fidei poetæ, (qui tamẽ in iis quæ ad rerum naturam pertinent, veraces eſſe ſtuduerunt) ne videar ἀζητήσιον σωαρπάζειν, ad Hippocratem, Ariſtotelem, Plutarchum, lectorem remittam, qui non ſolùm decimo menſe ſed vndecimo etiam, partus edi ſcripſerunt. Sed horum partuum exempla etiam ex Plinio, viro in huiuſmodi rerum indagatione diligentiſſimo, proferre libet. Veſtilia C. Herdicii (inquit) ac poſtea Pomponii atque Orfiti clariſſimorum ciuium coniunx, ex his quatuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Ruffum vndecimo, Corbulonem ſeptimo, vtrunque Conſulem: poſtea Cæſoniam Caii principis coniugem, octauo. Hactenus Plinius. His autem exemplis quin & alia ex hoc noſtro ſeculo petita poſſint addi non dubito. Ad me certè quod attinet, honeſtiſſimam matronam Pariſiis audiui, in frequenti cœtu, puerum quem oſtendebat, vndecim mẽſes à ſe in vtero geſtatum affirmãtem. ex certiſſimis enim ſignis (quæ mulieribus ſæpius enixis cognita ſunt) cõceptus tẽpus compertum ſe habuiſſe. Quæ quum ita ſint, crudelem quorundam iuriſconſultorũ incredulitatem (hoc vti verbo cogor) mirari ſubit, qui pueros poſt certum & à ſe præſcriptum diem ex vtero materno prodeũtes legitima hæreditate fraudauerint. Scribit enim Vlpianus, Poſt decem menſes mortis natus non admittetur ad legitimam hæreditatem. De eo autem qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & diuus Pius pontificibus reſcripſit, iuſto tempore videri natum. nec videri in ſeruitutem cõceptũ, quũ mater ipſius ante centeſimũ octogeſimũ ſecundũ diem eſſet manumiſſa. Hæc Vlpianus. Iam verò & Iuſtinianus mulierẽ quandam, quæ vndecimo poſt mariti mortẽ mẽſe pepererat, ſtupri dãnat, quòd fœtũ tanto tẽpore vtero includi, incredibile eſſe credat: & quam ipſe forſan ei⁹ liberis ſua incredulitate iniuriã facit, partui matris imputat. οἱ πάϊδες, inquit, οἱ παῖδες οἱ τῇ δεκαμηνιαίῃ τῆς μητρὸς τοκετῷ ἀφιγμένοι τὸν χρόνῳ πεφαμιαίαν τῆς παιδὸς ἡξίωσαν λαβεῖν δωρεάν. Imò verò tu fortaſſe Iuſtiniane eos ἀφειδεῖς, vel ἀκεῖνος potius τῇ αὐτοῦ ἀπιστίᾳ, propter quã indicta cauſa illorum matrem damnas. Lõgè certè tuo iudicio diſſimile L. Papyrii Prætoris iudicium fuit, qui ſecũdo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem cõtra eum dedit, quum mater partum ſe X I I I menſibus diceret tuliſſe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Enimuero poſtulare videtur hic locus vt miram quam tempus attulit circa rem hanc mutationem conſideremus. Hunc enim Lacedæmoniorum regem Ariſtonem videmus, ob non elapſos decem menſes, partum vxoris nolle agnoſcere: quum hodie contrà elapſi illi iuſtam maritis occaſionem non agnoſcendi vxorum partum, atque adeo ſuſpectam habendi illarum pudicitiam, præberé videantur. Atque, vt generalẽ huic ſermoni clauſulã imponamus, quicũque quid ſit ratiocinari, nouerit, ex hac Herodoti narratione colligi fatebitur, quod hodie eſt ordinarium vterum geſtandi ſpatium, olim fuiſſe extraordinariũ: cõtrà, quod extraordinariũ nũc ſit, id olim fuiſſe ordinarium. Quantumuis enim Herodoti accuſatores in ſua pertinacia ſibi hîc placeant, Herodotum certè hîc abſoluere quàm cum eo tot grauiſſimos ſcriptores damnare malent. Ego verò huic ratiocinationi aliam quam hinc elicio, adiungam. ita enim colligo, quemadmodum ſi nuſquam alibi mentio facta reperiretur partus decimo menſe editi, hiſtoria hæc, quum vera ſit, falſa iudicaretur: ita multas alias eſſe quæ, quòd exemplo careant, falſæ iudicentur, quum tamen veriſſimæ ſint, & exemplo fortaſſe nõ

itidem apud reliquos omnes mortales vt apud nos careant.

Hoc autem cum aliâs, tum vel maximè vbi quarundam regionũ fertilitatem deſcribit, animo infixum habere debemus. Nam quum ea legimus quæ de Babylonici ſoli fertilitate ſcribit, ſi quidem ad noſtros reſpiciamus agros, & coniecturam ex illis facere velimus, ſtatim mendacii Herodotum accuſabimus. At ſi hanc regulam teneamus, nó eſſe nobis ex iis quæ viderimus & audierimus ferendum de iis quæ nec viſa nobis nec audita ſint, iudicium, & mentem ad omnipotentem Dei manum potius quàm oculos ad arua noſtra conuerterimus, nulla tanta deſcribetur nobis fertilitas, vt eam incredibilem iudicemus, ſed vt antea potuiſſe, ita nunc quoque poſſe alicubi eſſe credemus. Atenim (dicet aliquis) veteres hiſtoriæ locis quibuſdam ſummam fertilitatem tribuũt quos hodie penuriæ tantùm fertiles eſſe videmus. Hoc ego vt concedam, non tamen mentiri earum hiſtoriarum authores in ea fertilitate narranda, protinus concedam. Niſi fortè & ipſa ſacra biblia ſuſpecta mendacii nobis eſſe debent, quòd ab illis celebratæ quorundam locorum fertilitatis nullum hodie veſtigiũ in illis appareat. Quod abſit vt nobis in mentem veniat: ſed potius illud Dauidis animo noſtro ſemper oberſetur,

Te magnam pandente manum, ſaturantur abundè
Omnia, te rurſus vultum condente fatiſcunt.

Quid? ſi Babylonis magnitudinem è noſtrarum vrbium magnitudine metiamur, an credibile fuerit, expugnata iam vna vrbis parte, rumorem expugnationis ad alteram longo poſt tempore peruenisſe? Aut, ſi expeditionem Xerxis è noſtrorum regum aut etiam ipſius Turcarum imperatoris expeditionibus æſtimemus, nónne quot flumina à Xerxis militibus epota legimus, tot impudentiſſima mendacia nos audire credemus? Sed nimirum qui Xerxis & cæterorum Perſiæ regum potentiam ex ea qua prædicti ſunt noſtri reges, & illius regionis ac temporis τὴν ἀληθῆ δρωπίαν ex ea quæ hodie cernitur, æſtimare volet, hunc eadem opera & aquilæ vel ſtruthiocameli magnitudinem ex regaliolo, & Oceani magnitudinẽ ex paruo Rubicone æſtimare oportebit. Verùm vt ei qui Nilum vel Danubiũ viderit, multo credibilior Oceani vaſtitas fuerit quàm ei qui paruum Rubiconem duntaxat ſpectauerit: ita qui in regum noſtrorum factis non inſiſtet, ſed paulo altius res bellicas repetens, ad Tamberlanem aut eiuſmodi quempiam aſcendet, non tã incredibilia eius ad aures accident quæ de Xerxis exercitu narrantur. Tamberlanes ex bubulco miles factus, eò tandem potentiæ euectus eſt vt quadringẽtis equitum, ſexcentis peditum millibus Paiazetem Turcarum regem adortus ſuperauerit: & cæſis eius militum ducentis millibus, ipſum aureis catenis vinctum & caueæ incluſum in omnibus quas poſtea ſuſcepit expeditionibus, ſecum duxerit. Hic ille eſt Tamberlanes qui quemcunque locum oppugnatum venerat, prima die tentorio candido, ſecunda rubro, tertia nigro vtebatur: candore pacem pollicente, rubore, omnium puberum cædem, nigredine, loci illius excidium omniúmque incolarum internecionem minitante. Sed hæc narratio huius loci non eſt. hoc vnum conſideremus, vt longo interuallo Tamberlanis copiæ à Xerxianis abſunt, ita quãtum vicißim noſtræ ætatis reges à Tamberlanis exercitu (qui centum duntaxat & ſexaginta octo annis illos præceſſit) ſuperentur. Quũ autẽ de regibus noſtri temporis loquor, Turcarum regem ſiue imperatorem excipio, qui (ne longius abeamus) tantam vnus manum militum quantam omnes fere omnibus collatis viribus Chriſtiani principes, cogere poteſt vt non immeritò magni domini appellationem obtinuerit. Tantam verò eſſe eius potentiam & mirabitur & vix credibile fortaſſe arbitrabitur qui Turcici imperii ſtatum cognitum non habuerit, & ex noſtrorum principum imperiis æſtimare voluerit: at qui illum cognouerit, mirari deſinet. Eiuſmodi enim is ſtatus eſt vt duos duorum Perſiæ regum titulos (de potentia non loquor) vnus Turcarum rex ſibi vendicare, & dominum, vt Cambyſes: inſtitorẽ, vt Darius, appellare ſe meritò poſſit. & quod in nos quidã iocatus eſt, quum regem Gallorum, regem aſinorum eſſe diceret, (quòd onera nulla ſibi ab illo impoſita detrectarent) de vniuerſis qui ſub ditione eius viuunt, non ioco ſed ſeriò dici queat. Verè enim illi, tanquam ὄνου μεγάλοις ἀχθεὶ πιρόμενοι (vt Tyrtæus de Meſſeniis cecinit) nõ bona tantùm omnia precaria poſſident, ſed ipſam etiam animam precariam trahũt. Atque vt in regum noſtrorum aulis inter multos de nobilitatis, ſic apud illos inter omnes de ſeruitutis gradibus certatur. Nec tamen hoc tantùm nomine, ſed & aliis multis, regno Perſico maior eſt cum Turcico quàm cum aliis affinitas. Atque vt taceam huius ſplendorem multis in rebus Perſico ſi non parem, certè æmulum, vt magnam eunuchorum Turcæ, magnam pallacarũ, magnam ſatraparum turbam omittam: multos etiam ritus, multas conſuetudines velut hæreditarias manſiſſe illius regno cõſtat. Quinetiam quòd Turcæ portam pro Turcæ

aula nominari audimus, id à Perſarum regibus manaſſe, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Plutarchus, Athenæus, nos docent. Sed & hoc ipſum quòd Turcam pro rege Turcarum vulgò dicimus, (quum tamen nec Gallum pro Gallorum rege, nec Hiſpanum pro Hiſpanorum rege, nec Anglum pro Anglorum rege, nec Polonum pro Poloniæ rege dicere ſoleamus) ab iiſdem regibus originem habere, ex illis ſcriptoribus diſcere poſſumus. Nec verò dubium eſt quin idem Turca morem illum rarò in publicũ ac nonniſi cum magno & ſpeciem exercitus præbente ſatellitio prodeũdi, (vt ita ſuis formidabiliorẽ ſe venerabiliorémque reddat) à Perſarũ itidẽ regibus mutuatus fuerit. Noſtri autem reges (vt hoc obiter dicam) quid à Perſarum regibus peculiariter mutuati ſint neſcio, reginæ certè noſtræ à Perſarum reginis zonas ſuas ſumpſiſſe videri poſſunt. Perſarum enim reges Antyllæ vrbis reditus ſuis vxoribus in zonas donare ſolitos, memoriæ proditũ eſt. Cæterùm vt vnde digreſſa eſt eò reuertatur oratio, quàm abſurda ſit potentiæ alicuius noſtrorum regum cum Xerxis potentia comparatio, vel vnum eius quo Themiſtoclem donauit, munus abundè nos docebit. Ex multis enim hiſtoricis didicimus Xerxem Themiſtocli Lampſacum in vinum, Magneſiam in panem, Myuntem in opſonium donauiſſe. At ſicui noſtrorum regum quiſpiam non tres pagos ſed vnicum donauerit, magna hæc liberalitas & rege digna cenſetur.

Sed iam ad alteram partem veniamus, & miracula quæ circa humanas actiones ſiue humana facta verſantur, examinemus. (quam ad partẽ ſiquis ea referre malit quæ modò de regibus dicta ſunt, nõ magnopere repugnabo.) Quæ ſunt illa igitur apud Herodotum quæ tantopere à fide abhorrere iudicanda ſint, vt illorum ergô præ quouis alio mẽdax iudicari debeat? An quæ de variis variarum gẽtium ritibus moribúſque ſcribit? Hãc nimirum partem reprehenſionibus patere, hanc potiſſimùm calumniis obnoxiam, hãc ſannis multorum expoſitam eſſe video. Quare? quòd nõ tam aqua igni quàm ritus moréſque illi noſtris repugnent, atque adeo illorum rituum nonnulli huiuſmodi etiam ſint vt nihil magis fatuum illis, nihil magis ridiculum fieri ac ne fingi quidẽ poſſe videatur. Atqui nónne ipſimet in eo ridiculi comperiuntur, quòd eum quem in vicinis populis non inueniunt morum conſenſum, in iis quærendum putent quos maria tot montéſque à nobis ſeparant, & quibus longè diuerſum cælum longè diuerſas animorum inclinationes tribuit? atque adeo quæ in vicinorum moribus excuſant, ob eadem hyperboreos neſcio quos accuſandos cenſeant? Age enim, cur quod Herodotus de Perſis commemorat, eos nimirum nonniſi inter pocula de rebus grauioribus agitare conſilia, incredibile cuiquam videbitur, quum apud quoſdam ex vicinis populis hunc morem magna cura, velut inuiolabilem, ſeruari videamus, vt qui ſunt de re quapiã magni momenti conſultaturi, aut cum aliquo contracturi, ex caupona βουλευτήριον faciant, atque ibi non prius vllum de ſuo negotio verbum facere incipiant, quàm pes & caput officium facere deſinant? Apud hos καπηλοσυλευτὰς ſi mulierem quampiam de marito interroges, illum edormiſcere crapulam, nihil mutato vultu, nec dato vllo pudoris ſigno, reſpõdebit. Nos hæc in illis populis quibuſcum nobis quotidie commercium eſt, & qui nobiſcum religione coniuncti ſunt, non mirамur: quæ de ebrietate illorum narrãtur quibus nullus vnquam Chriſtianæ religionis affulſit radius, non mirabilia ſolùm ſed planè incredibilia iudicabimus? Sed quid ego exemplũ ex alia natione peto? Quæ non dicam natio, ſed vrbs, ſed domus, non habet aliquos ſacris Bacchicis initiatos? nónne ex duobus communi tecto vtẽtibus ſæpe cõtingit vt alter edere & bibere vt viuat, alter contrà, non alia de cauſa quàm vt edat bibátq;, viuere velle videatur? Verùm eos qui cibo & potu abutũtur, miſſos faciam°: diſcrimẽ inter eos qui moderatè illis vtũtur, cõſideremus. Nónne quod huic palato ſapit, illi inſipidum eſt? quæ hoc palatum appetit, ea illud faſtidit? nónne cibos nonnullos à quibus ipſi abhorremus, aliis quibuſdam in deliciis eſſe videmus? nónne multos felibus, nõnullos & muribus veſci videmus? Interim tamẽ ſi gentis alicuius victus nobis à quopiã hiſtorico deſcribatur à noſtro diſcrepans, is ſtatim nugator, ſtatim mendax, ſtatim fabuloſus audiet. Verũtamẽ ſúſque déque ferri profanorum ſcriptorum ſugillatio poſſit: quid quòd ne libris quidem ſacris incredulitas quorundam parcit? Ioannem Baptiſtam locuſtas ediſſe non veriſimile eſt: (aiebant nonnulli) qualis enim fuiſſet iſte cibus? At hoc Euangeliſta ſcribit. Non Euangeliſtæ (reſpondebant) ſed librario fidem derogamus, eúmque ἀκρίδας pro ἀχράδας vel alia quapiam voce ſcripſiſſe dicimus. Quid tandem? non prius de illa deduci ſententia potuerunt quàm varii ex variis authoribus externis prolati ſunt de locuſtarum eſu mentionem facientes loci. Labãtem ſcilicet ſacrorum librorum hac in parte fidem, teſtimonio profanorum fulciri oportebat. Atqui nobis ex ea quã experimur paſſim circa ciborum delectum diſcrepãtia,

quod de locuſtarum eſu traditur, vel à quolibet profano ſcriptore (nedum ab Euangeliſta) ſcriptum, credibile videri poterat. Vtrum enim mirabilius? locuſtarum aut huiuſmodi animalium eſu delectari, an ab eſu panis abhorrere? Nónne hoc quàm illud maiori admiratione dignum quilibet fatebitur? At ego, qui locuſtis veſceretur, neminem: qui à panis eſu prorſus abhorreret, his oculis ſæpe vidi. Rurſum verò quàm mirabile nobis eſt videre quempiam qui panis eſu non delectetur, tam mirabile AEthiopibus macrobiis erat (Herodoto teſte) Perſas pane veſci audire. Vt autem à pane ad vinum veniamus, ſi nunquam abſtemios vllos vidiſſemus, nónne eos qui à vini potu abhorrentes aliquos ſe vidiſſe dicerent, fabulari crederemus? Et tamen illa ipſa regio quæ homines alioqui vino deditiſſimos gignit, quoſdã etiã hoſtes vini acerrimos habet. De hominibus φιλοποσίοις quum loquor, primũ locum Flandris, ſecundum Germanis tribuo. nã qui Germanis potandi principatum deferunt, Flandris (meo quidem iudicio) magnam iniuriam faciunt. qua de re ego non ex iis quæ audiui, ſed ex iis quæ vidi, ſententiam pronuntio. Nam multa quidem Germanicis potoribus cum Flandricis fateor eſſe commu nia, atque illud in primis vt quot calices ſuper menſam, tot matulas ſub menſa habeant, aut omnia illis vicem matularum præſtẽt: (de iis tãtùm loquor qui apud vtroſque principem inter Bacchi ſatellites locum obtinẽt) ſed illos ab his ſuperari hac in re dico, quòd horum bona pars nõ priꝰ legitimum Bacchum adoriatur, quàm à ſpurio Baccho, id eſt zytho ſiue ceruiſia, domitam aut certè ſemidomitam ſe ſenſerit. Quod quum ſe more inſtitutóque maiorum facere dicant, eius tamen facti rationem aſſequi coniectura non potui. niſi forte vt clauum clauo, ceruiſiam vino ſe repulſuros, aut vt vulgari prouerbio fertur, inter duos litigãtes tertium gaudere, ita ſe, interea dum in ſtomacho vinum cum ceruiſia pugnabit, pace fruituros, & à neutro illorum oppugnatum iri ſperant. Et hactenus in illorum laudes digreſſus, ad ſermonem de abſtemiis redeo. Si ſuperiorum tẽporum hiſtorias excutiamus, non ſolùm natura abſtemios abſtemiáſque, ſed & lege, in illis inueniemus. Multis enim in locis vini potũ mulieribꝰ ignominioſum fuiſſe ſcimus: Romæ autem non ſolùm mulieri ingenuæ, ſed & ſeruo vini vſus interdictus erat. atque adeo (ſi quibuſdam credimus) ne ingenuo quidem, antequam triceſimum annum attigiſſet, eius vſus concedebatur. Romanas quidem certè mulieres à iudice non minus, ſi vinum bibiſſent, quàm ſi adulterium admiſiſſent, multari ſolitas, M. Cato refert. Nunc autem apud nos nulli mulieri, cuiuſcunque conditionis ſit, probro eſt vini vſus: & tamẽ morẽ illũ oſculãdi obuios ſibi propinquos nobiles fœminæ apud nos retinuerunt, (& auxerunt etiam) ob quem Romanis mulieribus vinum interdicebatur, ne videlicet cum oſculo vinoſum halitum olfaciendum præberent. Vel potius (ſi quibuſdam credimus) non ob oſculandi conſuetudinem vini vſus lege vetabatur, ſed ad deprehendendum an legem illam violaſſent, oſculi vſus inſtitutus erat. Quid quòd Zaleucus legiſlator Epizephyrius Locris merum bibere (præterquã ægrotis, ex medici cõſilio) capitale crimẽ eſſe voluerat? Sed & aliud circa vini potũ cõſideremus. Aliis in vino nihil magis placere quàm vinum, id eſt vini ſaporem: ex Anglis cõtrà multos aut ſaccharũ aut herbam quampiam ad eius ſaporem infuſcãdum miſcere videmus. (& nos quoque, ſi Plauto credimus, vinum, dum diluimus, infuſcamus.) Verùm id quidẽ quod de Anglis dixi, credibile viſum iri, mihi perſuadeo: at quod de Flandris addam, vt fidem impetrare poſſit vereor: & tamen vtriuſque peræquè oculatus ſum teſtis. Quid illud eſt? Vinũ butyro (nauſeo referens) diluere, & ita dilutum (ſi tamẽ hoc diluere eſt) potare. Quod mihi narranti fidem non facilè adhiberi haud mirabor: ipſe certè meis hac de re oculis credo, vix alienis crediturus. Nã in Flãdrorum menſis butyrum inter omnia fercula atque adeo inter bellaria locum obtinere, mihi, antequam eorum regionem adiiſſem, credibile videbatur: at verò vllum vſquam mortalem eſſe qui vinum è butyro ſiue butyrum è vino potaret, tum demum quum vidi, credere potui. Quòd ſi inter vicinos populos tanta eſt in victu diſcrepantia, cur ea quæ narrantur de victu hominum qui longinquitate & temporis & loci procul à nobis abſunt, fabuloſa habebuntur? Aliud exemplum ab hoc de cibis ſermone non alienum proponam. Scribit Hermippus, Illyrii ſedentes edũt atque bibunt: & ad conuiuia ſuas vxores ducunt: quæ nihil indecens facere exiſtimãtur, ſi ex iis qui in cœtu illo ſunt, cuicunque fors tulerit propinauerint. Hæc ſcribit Hermippus, primùm quidem illud ceu nouum referens, ſedentes Illyrios edere ac bibere: at nos contrà miramur eos qui aliter quàm ſedentes ederint. Quod autem ſequitur de iiſdem qui ad conuiuia vxores ducerent, & eas cuilibet ſine diſcrimine propinare permitterent, quin, vt ipſe mirabatur, ita mirum aliis futurum putauerit, nemini dubium eſſe poteſt. Sed & AEmylius Probus (aut is potius cui AEmylii Probi nomen tribuitur) poſtquã de

iis lo-

iis loquutus est qui nihil rectum nisi quod ipsorum moribus conueniat, putant, inter alia hoc discrepantiæ morum Romanorum à Græcis exemplum affert, Quem enim Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium? aut cuius materfamiliâs non primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Græcia. nam neque in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum: neque sedet nisi in interiore parte ædium, quæ γυναικωνῖτις appellatur. quò nemo accedit nisi propinqua cognatione coniunctus. Hactenus ille: cuius quum verba de maritis vxores ad conuiuia ducentibus cum verbis Hermippi confero, ita ego mecum, Quid si igitur maritos illos in Anglia tam lentos & patientes non multos abhinc annos vidissent, vt ignotis etiam viris suas ipsi vxores ad compotationes abducendas traderent, iisdémque eas reducentibus Bacchi sacris (& iis quæ illa comitantur) operatas, gratias immortales agerent? Quod factum summa alioqui admiratione dignum, si tamen cum Candaulis aut Caii Caligulæ facto comparetur, minus admirabile iudicabitur: contrà verò, si cum Cotys regis zelotypia, de qua postea dicetur, aut cum Macedonum facto conferatur, hos, viros, illos autem, ne homines quidem esse dixeris. Cuius quidem facti historiam multi Galli si legissent, aut lectam memoriæ infixam habuissent, ipsis Neapolis & Mediolanum sepulchra miserè interfectis non fuissent: imò nec dominũ fortasse vrbes illæ mutassent: sed nimirũ, vt illis, dũ se in Macedonia nõ in Persia esse, obliuiscũtur, Macedonicarum mulierum, ita his, dum se in Italia non in Gallia esse non cogitant, Italarũ mulierum attrectationes & osculationes, atque adeo salutationes (quum ne salutari quidem suas vxores Itali velint) eo pretio quo nullum maius esse potest, emerunt. Sed quoniam iucunda non est harum rerum memoria, illum de mulieribus sermonem persequens, vt multa de illis ab Herodoto referri dico quibus nostri seculi exẽpla fidem afferãt, ita vicissim nonnulla illum narrare quorum exempla desint, fateor. Hoc enim seculum Pheretimarum, Amestridum, Atossarum, necnon (vt Ctesiæ historiam cum Herodotea connectam) Amytidum & Parysatidum ferax, contrà Artemisiarum & Argiarũ sterile esse dico. Quocunque enim quis oculos conuertat, mulieres multas nobili genere ortas, implacabilis iræ & nulla vltione satiabiles, cũ Pheretima, Amestride & Paryſatide, non pauciores libidinosas cum Amytide, multas etiam noui semper luxus auidas cum Atossa: nullas autẽ vel pauciſſimas strenuas cum Artemisia aut Argia, reperiet. Sed muliebris quidem in vindicta crudelitatis exempla vetera pariter & noua præ aliis regionibus Anglia suggerere potest: de mulierum autẽ inexhausta libidine luxúque insatiabili regiones omnes æquè conqueri posse existimo. Nec verò si seculi illius mulieres cõsideremus quod inter eas quas modò nominaui & nostras interceſſit, pauciora nobis exempla suppetent. Nam si ad libidinem Romanarum mulierũ respicere velimus, Claudius audi quæ tulerit. Audi inquam ex Iuuenale, adeo monstrosè libidinosam Messalinam Claudii Cæsaris vxorem fuisse, vt à latere viri quocum iacebat, furtim se subducens, ad lupanar se conferret, & inde lassata viris nondum satiata rediret. Ad luxum autẽ quod attinet non mirum tantùm sed incredibile etiam videri possit quod de Atossa narrat Herodotus, illam ad bellum Græciæ inferendum Darium maritum solicitasse, Lacænarũ, Argiuarum, Atticarum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incensam. Sed vt ad reginas vsque non ascendamus, nónne Romanas matronas pro suo luxu tanquam pro aris & focis apud T. Liuiũ certare videmus? Nónne & Nasonem querentẽ audimus?

Quis furor est census corpore ferre suos?

& Propertium, Matrona incedit census induta nepotum.

Nec tamen singularum ætatũ luxum peculiare aliquid habuisse negauerim. Exẽpli gratia: eunuchos olim à regibus, præcipuè barbaris, studioſè vndiq; cõquisitos fuisse scimus, quòd illos, vt scribit Herodotus, magis fidos in rebus omnibus quàm alios, esse putarẽt. (quid autem eos tales reddere videatur, docet Pædiæ lib. septimo Xenophon) quinetiam vt eunuchos, ita & eunuchas Lydos reges habuisse, memoriæ proditũ est. Verùm, vt veteres Romani eunuchorum minus studioſi erant, eósque pauci barbaris inuidebant, ita nos hodie Turcæ aliíſque barbaris principibus eos non inuidemus. Porrò quin Romanorum vicissim luxus peculiare aliquid habuerit, minimè dubium est, vt quum Tibullus de domina sua dicit,

Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

quod & Italas quasdam imitari videmus. Itidem verò & nostri huius seculi luxum propria sibi habere multa, cõtrouersum nõ est. Sed Gallicus (vtinam verum hoc non dicerem) eo cæteris omnibus qui vnquam fuerũt est damnosior, quòd in dies atque adeo in horas innouatur. Nam vt taceam, in regum

noſtrorum aulis id veſtis genus quod manè geſtari cœperit, veſperi pro obſoleto haberi, id demum circa cultum corporis magnificum & ſplendidum ducitur quod diu magnificum ſplendidúmque eſſe non poteſt: ne videlicet nouæ ſemper ſumptuum occaſiones deſint. Hinc factũ eſt vt armillæ & torques aureæ, quæ magno olim in pretio illis fuerunt (vt hodiéque ſunt Germanis) ſordere incipiant. Quem tamen ornatum iam inde à priſcis temporibus originem habere variæ nos hiſtoriæ docent. Ex tribus etiam rebus quas nunc in deliciis regum noſtrorum aulæ habent, duas cum ſuperioribus ſeculis cõmunes eſſe illis conſtat, tertiam ſuo quodam iure, tãquam propriũ inuentum, vendicare ſibi videntur. Nanos enim & catellos Melitæos Sybaritis quidem primùm, poſtea verò & aliis in deliciis fuiſſe (ſicut & ſimiolas) legimus. Refert enim Plutarchus Iuliũ Cæſarem, quum peregrinos quoſdam diuites vidiſſet qui catellos & ſimiolas in ſinu circumferrẽt, interrogaſſe an apud eos fœminæ infantes non parerent. Itidem verò & Maſaniſſa Mauruſiorum rex iam antea quoſdam mercatores, qui ſimiarum coemendarum gratia illuc venerant, eadem de re interrogauerat, ſi Ptolemæo apud Athenæũ credimus. Fuiſſe autem & Romanas mulieres catellorum huiuſmodi ſtudioſas, teſtatur apud Lucianum catella nomine Myrrhina quæ philoſophicã Theſmopolidis barbam (ſi bene memini) perminxit. Hanc enim catellam ei hera ſua mulier Romana nobilis (ludos miſerum philoſophum faciens) cuſtodiendam dederat. Ad illud tertiũ venio quod regum noſtrorum aulis peculiare eſſe, vel hinc coniicio, quòd vocem nec Græcam nec Latinam qua illud exprimam inuenio: ac certè vel nũquã vel rarò inuentã exiſtimo. ſed interim morionem fœminam petita à grammaticis venia nominare non dubitabo. Quam igitur nunc ex morionibus fœminis voluptatẽ reginæ aliæque principes capiunt, huic ſeculo peculiarem eſſe ſuſpicor: certè ſi non peculiarem, at longè vſitatiorem illi eſſe, affirmare audeo. Sed nec moriones viros tam crebros in veterum principũ aulis fuiſſe (de ſcurris, id eſt γελωτοποιοῖς, nõ loquor) atque adeo poſterioribus demum ſeculis illos haberi in pretio cœpiſſe, mihi perſuadeo. Nunc enim (quod fateri pudet) non naturales tantùm ſed & artificiales Gallia moriones habet, qui nimirum ex ἠμιμώρων facti ſunt μωροὶ, aut certè in eum ſtatum redacti qui inter φρενήρη & μωρὸν medius eſt: ſiquid tamen inter hæc duo medium eſſe poteſt. Hoc autem, vti dixi, fateri pudet, quia qui barbarorum factum damnamus in amputãdis virilibus, tanto grauius illis peccamus, quanto illi corporis parti mens antecellit, quæ alioqui & vniuerſo corpore longè præſtantior ſemper iudicata eſt. Atenim ex iis duntaxat fiũt moriones quibus parum mentis ineſt, adeo vt iam aliquam naturæ inclinationem ad μωρείαν habere videantur. Tanto certè magis miſerari eorum cõditionem, nõ deterioré efficere, conari oportebat. Sed quoniã vereor ne in hac de morionibus quæſtione immorari, μωρολογῖν eſſe iudicetur, aliis eam relinquam: & comparationem hanc claudens, hoc addam, principes noſtri ſeculi fœminas (ac præſertim Gallas) ſi non alia virtute à priſcis, φιλοστοργίας ſaltem ſuperari. Quotacunque enim princeps fœmina hodie infanti ex vtero ſuo prodeunti ſua vbera ſugenda præbet? Atque huius rei ideo mentionem faciendam putaui, ne qui reginas ipſas apud noſtrum Herodotum alióſque hiſtoricos nutricum officio fungi leget, fidem illis derogandam putet. Sed quid ego φιλοστοργίας huius (à qua illæ degenerant) exempla à priſcis vſque ſeculis repeto? Carolum Marilliacum (clariſſimum virũ, & qui multis pro rege legationibus functus, honorificentiſſimam ſui memoriam reliquit) hiſtoriam hanc ex Hiſpanicis chronicis aliquoties referentem audiui: reginam quandam Galliæ quæ ex Hiſpania oriunda erat, tanta cum zelotypia infantem ſuum lactaſſe, vt quum aliquando abſente ipſa lactatum ab alia reſciuiſſet (qui iam per aliquot menſes ſolius matris lac ſuxerat) nunquam conquieſcere potuerit donec infantem lac illud externũ euomere coegiſſet. Hæc ille. Cæterùm vt Herodoto derogandam non eſſe fidem admonui vbi reginam aliquam nutricis officio fungentem nobis deſcribit, ita nec quod in Calliope de Ameſtri regina texẽte marito ſuo amiculum, nec quod in Vranie de alia quadam regina piſturam ſuæ familiæ exercente ſcribit, ſuſpectum eſſe debere, ſed vtin quibuſdam hiſtoriis luxum illius ſeculi, ſic in quibuſdã viciſſim ſimplicitatem contemplãdam nobis eſſe dico. Sed vt à reginis ad reges tranſferatur oratio, non minus certè quæ de regibus ſcribit Herodotus, impetrare fidem debent: quanuis ſi ad regum noſtrorum mores inſtitutáque exigantur, in dubium meritò vocari poſſint. Si enim quod de Pſeudoſmerdi mago narrat, eum pro vero Smerdi rege per ſeptem menſes habitum fuiſſe, ad aulicos huius tempeſtatis ritus exigatur, quî fraus illa tandiu latere potuerit, & quî à nullo ſuorum tam longo tempore agnitus fuerit, valde mirandum videbitur: at ſi aditum ad reges illos non itidem vt nobis ad noſtros patuiſſe, ſed multo paucioribus & rarius ſe cõſpiciendos exhibere ſolitos fuiſſe

consideremus, minor iam huius facti animos nostros subibit admiratio. Primus Deioces(inquit in Clione noster Herodotus)hoc instituit, necui ad regem aditus pateret, sed omnia per internuntios trãsigerentur,& nequis regem conspiceret. quinetiam inhonestũ cuiuis coram rege ridere vel spuere, censeri voluit: Hæc ille, causam etiam subiungens. Vt autem eandem consuetudinem à rege Turcarum seruari dixi, ita similem impostura locum apud eos superioribus annis inuenisse scimus; quodã Pseudomustapha pro Mustapha vero ad regnum grassante. Quæ tamen quum dico, alibi quoque, vbi consuetudo hæc recepta non erat, Pseudariarathi, Pseudantiocho, Pseudoneroni, Pseudalexandro viam arte diuersa ad similẽ dolum patuisse nõ ignoro. Quinetiam Valerius Maximus, Iustinus, Appianus, Iosephus, aliorum præterea memineruntqui hac similitudinis formæ occasione vsi, in principum itidem imperia aut in aliorum opes fortunásque grassati sunt. Atque adeo(vt omnes non temerè veteribus historiis fidem derogari debere, & nostrum seculum multis in rebus non minus superioribus miraculorum ferax esse intelligant) facta duo eiusdem cum præcedentibus artificii, id est similes illis duas impostura, (diuersum tamẽ finem propositũ habẽtes)recentẽ vnam, aut recenti proximã, alteram, recẽtissimã, cõmemorabo. Anno post natũ Redemptorem nostrum M. CC. XXV, cuidã Gallo cui nomen Bertrãdo Remensi, inopi & vilibus ministeriis operã locare solito, quòd Balduinum qui ex Flandrorum comite imperator Constantinopolitanus euaserat, facie planè referret, à proditoribus quibusdam, vt nomen pariter & imperium Flãdricum illius Balduini sibi vendicet suadetur. Hoc quum illi non suasissent solùm sed etiam persuasissent,(vt facilè ad amplectendos obuiis vlnis huiusmodi honores eriguntur hominum animi)eum in eremo quadam commorari tantisper voluerunt, dum fama percrebuisset Balduinum imperatorem è captiuitate reducem, eremum quandam ad agendam peccatorum pœnitentiam, incolere. Quæ mox per Flãdriam quum dissipata esset fama, vndique illuc concurritur, magnáq; cum põpa illinc hic Pseudobalduinus per vniuersas regionis vrbes deducitur, quæ vno omnes ore illum dominum suum gratulabundæ agnoscunt & salutant. Hoc subreptitium imperium quum per menses aliquot exercuisset, Ioanna veri Balduini filia,& paterni in Flandria imperii hæres(quæ paulo antè, nisi repentina fuga sibi consuluisset, in illius Pseudobalduini manus ventura fuerat)regem Galliæ Ludouicum octauum, sibi consanguineum, de hac quæ sibi fiat iniuria certiorem facit. Rex Pseudobalduinum fide data ad se vocat. Ille vt adfuit, variis interrogationibus à rege aliisq; qui regi à consiliis erant, vrgeri cœpit. Aptè ad singula & vt ipsius impostura consentaneum erat, respondet: quippe qui nõnisi ore præcomposito illuc veniisset. Sedenim quum multos difficiles alioqui nodos expedisset, vnum facillimum, quem quidam Bellouacensis episcopus ei proposuerat, expedire nõ potuit. Interrogatus enim quo in loco vxorem duxisset, ad hanc quæstionem obmutuit: quo silentio certum impostura suæ testimonium dedit. Eum tamen rex ob datam à se fidem impunè à se abire permisit. Ille quum se inde in patriam proripuisset, aliquanto pòst ibi deprehensus, captus,& ad Ioannam missus fuit: quæ eum sibi non donatum sed magno pretio veriditũ, cruci affixit. Hæc fere sunt quæ Flandriæ annales de hoc Pseudobalduino referunt: aliis quibusdã historicis nonnihil circa facti ipsius circunstantias dissentientibus. Ad alterã illam quam recentissimam esse dixi impostura venio, huic & superioribus similem,& eadem quidem via, sed aliò tamen tendentem. Alii enim sua fallacia in principum imperia aut in aliorum bona inuolarunt, aut certè inuolare conati sunt: at hic in alienæ vxoris possessionem inuolauit,& fabulosum Plauti Iouem non fabulosè imitatus est, vt testatur sentẽtia quã aduersus eũ curia Tolosona tulit, lite primùm apud eã intẽdi cœpta AN. M. D. LIX. vnde excerpta est quæ sequitur breuis facti illius narratio,(quæ tibi prima fronte Amphitruonẽ, Alcmenam, Iouem repræsentare videbitur.)Quidam nomine Martinus Guerre relicta iuuene vxore in militiam proficiscitur. Elapso demum octauo post eius discessum anno, quidam Arnauldus Tillius (sed sibi illius Martini Guerre nomen asserens, quòd ei omnibus oris lineamentis assimilis esset) ad illam quum venisset, ab ea pro marito recipitur. quippe quem esse Martinum Guerre, nõ ipsa solùm sed quatuor ipsius Martini sorores, aliique nonnulli propinqui, & cum his amici viciníque omnes persuasissimum haberẽt. Nam præter illam oris similitudinem, qua potissimùm fretus hoc facinus aggrediebatur, indicia omnia quæ à vero marito afferri poterant, afferebat:& varia superioris temporis facta dictáque illi in memoriam reuocans, ad arcanos vsque sermones ab illa & marito habitos dum prima in nuptiali thalamo vestigia ponerent,& ad alia quorum nox conscia sola est, progrediebatur. (Ea autem partim ex vero marito resciuisse, cum quo illi ex commilitio summa familiaritas intercesserat, partim

magicæ artis auxilio diuinaſſe creditus fuit) Sed quum per tres annos cum illa cõſueuiſſet, duobus iam ſuſceptis ex ea liberis, quarto tandem ineunte anno quum eius impoſturæ ſuſpicio mulieri oborta eſſet, actionémque in eum intendiſſet, in carcerem coniicitur. A iudice ſecundario damnatus quum ad curiam Toloſanam prouocaſſet, ſic ad infinitas propemodum eius interrogationes reſpondit, tótque probabilibus argumentis innocentiam ſuam tueri viſus eſt, (præterquam quòd tot eum teſtes, aut circiter, ſuo teſtimonio ſubleuabãt, quot erant ii qui ſuo eũdem teſtimonio premebant) vt vocatis ad calculum omnibus coniecturis, nec damnare illum nec abſoluere curia Toloſana auderet. Hæſitãtibus in re tam perplexa iudicibus, verus maritus Martinus Guerre aduenit: móxque quàm ſibi factam videt iniuriam, iudicibus exponit, eorúmque opem implorat. Verùm ille alter ſuppoſititius maritus poſtquã cum hoc vero commiſſus fuit, tot eum obiectionibus oppugnare cœpit, vt aliquandiu ſuſpenſos ſicut & antea iudices tenuerit: donec tandem ille paulo poſt reditum, ab vxore veniam poſcente agnitus, necnon ſororum aliorúmque multorum palinodiam canentium teſtimoniis comprobatus verus maritus, ſuæ vxori ſuáque domui redditur, alteri autem ſuæ impoſturæ præmium, domicilium in patibulo datur. Hîc mihi huius generis exemplis finem imponere volenti in mentem venit alia præ cæteris omnibus mirabilis Ioannis octaui Pontificis impoſtura: qui non tantùm Pſeudopapa verumetiam ψευδανὴρ fuit, id eſt ſub muliere virum mẽtitus eſt. donec vir illa (non ille) ſuo ſe tanquam ſorex indicio prodidit, & media in via repentè enixa, fœminini non maſculini generis ſe geſſiſſe papatũ fateri coacta eſt. At ne in poſterũ alius quàm maſculinus gereretur, ſolerti patrum petaſatorum cura prouiſum eſt, qui neminem ad eum admittendum cenſuerunt niſi vir magnis teſtibus comprobatus eſſet. Quam tamen conſuetudinem alii potiori ſua ætate ceſſiſſe, docet Paſquillus: qui vbi illam & illius cauſam verſibus octo deſcripſit, ita ſuum epigramma claudit,

Cur igitur noſtro mos hic iam tempore ceſſat?
Antè probet quòd ſe quilibet eſſe marem.

Cæterùm huius facti lõgiore alioqui narratione digni refricãdam duntaxat memoriã (quòd eius fama peruagata ſit) exiſtimaui. Eſt tamen hæc eo diuerſa à præcedentibus impoſtura, quòd non alienum ſed alterius ſexus nomen mentita fuerit. At ſimilis ſuperioribus virorum impoſturis muliebris fallaciæ exemplum Valerius (ſi parua magnis licet adiungere) nobis in quadam quæ ſe pro Rubria bonis nihil ad ſe pertinentibus inſerebat, proponit.

Sed ad reges orationem referens, iterum dico, multa ad noſtrorum regum mores & inſtituta non debere exigi, eorum quæ ab illis dicta factáve commemorantur. alioqui enim cui perſuadebit Herodotus Xerxis ſatellites legatos Lacedæmoniorũ in caput protruſiſſe, vt ad procumbendũ pedibus Xerxis eúmq; adorandũ adigerent? Sed & alia circa eos qui vltro citróque mittebantur legatos obſeruari poſſint quæ non ſatis cum nunc recepta conſuetudine conueniunt. Illud certè omnibus ſeculis commune fuiſſe videtur, vt legati ſæpe ſub legationis ſpecie ſpeculatorum exploratorúmque officio fungerentur. Nam vt in Thalia audimus AEthiopum regem legatos Cambyſis ſic alloquentem, Neque Perſarum rex vos ad me cum donis ideo miſit quòd me ſibi hoſpitii neceſſitudine iungi, magni æſtimet, neque vos vera loquimini. venitis enim exploratores meæ ditionis futuri. Vt (inquam) hũc regem his legatos verbis compellantem audimus, (erat autem is non hæreditario iure regnum adeptus, ſed ex AEthiopum inſtituto, quòd cæteris ciuibus corporis proceritate & robore præſtaret, rex creatus) ſic apud Saluſtiũ in bello Iugurthino legimus, Ibi cum Boccho Numida quidam nomine Aſpar multùm & familiariter agebat, præmiſſus ab Iugurtha: qui poſtquam Syllam accitum audierat, orator & ſubdolè ſpeculatũ Bocchi conſilia ierat. Hactenus Saluſtius. Noſtri quoque ſeculi principes non ignorare hunc legatorum vſum, quis ignorat? Verũenimuero ille Saluſtii locus Libyam mihi in memoriam reuocans, vnà etiam quandam Libyæ regum conſuetudinem ex Herodoti Melpomene in memoriam reuocauit, quam præ quauis alia exemplo carere, & tamen fabuloſam nequaquam eſſe credo. Siquidem eorum Libyum regi qui Adyrmachidæ vocantur, ſolenne fuiſſe ſcribit vt adductis in conſpectum virginibus quarũ propinquæ nuptiæ eſſent, ei quæ præ cæteris placuiſſet, virginitatẽ raperet. Sed quum & alia multa idem hiſtoricus regum facta commemoret, in quibus vel libido, vel ebrietas, vel crudelitas, vel fatuitas fide maior appareat, ex collatione cum aliorũ regum factis qui longo pòſt tempore extiterunt, fidem priſcis illis viſum eſt conciliare. Primùm igitur illum deuirginatorem regem, vel Rampſinitum filiam ſuam proſtituentem, cum Hieronymo Syracuſarum rege comparemus. Hunc quandam ex iis quæ lupanari præerant, Pitho dictam, vxorem duxiſſe, & reginam conſtituiſſe, memoriæ proditum eſt.

Quid Ptolemæus? Thaidem nobile illud ſcortum matrimonio ſibi iunxit,& ex ea filios duos Leontiſcum & Lagum,filiam vnam Irenem ſuſcepit. Darius autem is quem Alexãder imperio ſpoliauit,in eo ipſo bello in quo de fortunis omnibus aduerſus illum dimicabat,trecentis quinquaginta pallacis ſtipatus erat. Sardanapalum, Ninum,alióſque huiuſmodi,necnon eorum æmulum Heliogabalum(quòd monſtra iuſtiùs quàm homines appellari poſſint)omitto:& à Venere ad Bacchum,id eſt ab illius ſatellitibus ad huius ſatellites venio. Narrat Herodotus ebrietatem Cleomenis eò inſaniæ illum perduxiſſe vt arrepto gladio ſibi tibias primùm,mox femora & coxas,tãdẽ vẽtrẽ cõſcinderet. Cur(obſecro)id narranti Herodoto minus fidei adhibebitur quàm iis qui ab Alexandro magno Clitum intimum eius amicum inter pocula interfectum commemorant, & hanc cædẽ ſenſibus eius mero victis imputant? Hunc(ſi illis credimus)vt ebrietas ad cædem illius ſtimulauerat,ita & ipſe ebrietatis pœnas,quum ex ea morbum contraxiſſet,morte tandẽ luit. Huic ſemper ad edormiſcendam crapulam non breuiori quàm duorum dierum totidémque noctium ſpatio fuiſſe opus aiunt. Quid huius pater Philippus? Quid rex Antiochus,& qui eum ſequuti ſunt eiuſdem nominis reges? Quid poſterior Dionyſius Siciliæ tyrannus,qui per totos nonaginta dies ebrius interdum erat? Quid prioris Dionyſii filius Hipparinus? nónne ſua illũ crapula iugulaſſe fertur? Hactenus & de ebrietate. Nũc de crudelitate,quæ ebrietatis plerunque ſolet eſſe comes. Exempla crudelitatis apud Herodotum horrenda legi fateor, & quidem horrendum præ cæteris Aſtyagis facinus Atreum æmulantis exiſtimari ſcio: ſed Neronem vnum non ea ſolùm quæ ab Herodoto ſcribũtur,ſed omnia omniũ mortaliũ crudelia facinora crudelitate ſua partim ſuperaſſe, partim credibilia reddidiſſe dico. De qua tamen(quòd & ſatis peruulgata & omnibus exoſa ſit) dicere ſuperſedeo. Hanc autẽ miſſam faciens,vt de regum multorum fatuitate dicam,ordo poſtulat. Ad quam generatim probandam licet veteris illius prouerbii authoritate niti poſſim, Aut regem aut fatuum naſci oportet, à ſuis tamen ſingulos factis, tanquam locupletiſſimis & certiſſimis teſtibus,conuinci malo. Sed hîc mihi hærenti, & vnde incipiam cogitanti,illud Naſonis ſubit,

Vt ſtat,& incertus qua ſit ſibi neſcit eundum
Quum videt ex omni parte viator iter.

Verè enim mihi ipſa exemplorum copia nocet. Sed commodùm illius regis facta in mẽtem veniunt,qui ſuo ipſius cognomine veteri illi prouerbio aſtipulatus eſt. Qui enim ab adulatoribus Antiochus Epiphanes, is ab ingenuè verum profitẽtibus Epimanes dictus eſt. Is ſubinde regali veſte depoſita vilem togam induebat, eáque indutus ad forũ ſeſe cõferebat,in quo obuium quenque prehenſabat, vt ædilis aut tribunus plebis crearetur:& quem magiſtratum adeptus erat,eo tanquam plebeius fungebatur. Idem ſubinde à ſuis ſe ſubducens,aurifabrorum aut aliorum artificum officinas adibat, vt cum illis confabularetur: aut certè qui primus è plebe atque adeo è fæce plebis ei occurreret, illum congerronem habebat. Obuiis & nunquam antea ſibi viſis munera ſæpenumero dabat. Interdum per compita numos proiiciens, Cui dat fortuna,capiat,inquiebat: móxque ſe inde proripiebat. Interdum & ſertis caput redimitus per vrbem incedebat, lapides occultè circumferens,quibus aulicos qui ipſum ſequebantur, petebat. Idem balneis publicis & ad quas plebs confluebat,vtebatur. vbi quum aliquãdo plebeius aliquis ei pretioſis vnguentis ſe perfricãti dixiſſet,Beati eſtis vos reges quibus harum rerum vſus ſuppetit; ex quibus tam bene oletis: At ego te iſtis (reſpondit) ad ſatietatem vſque, & vltra etiam,explebo. Cuius promiſſi memor poſtridie ad locum in quo is lauabat accedit,& magnum vas vnguento pretioſiſſimo ſtacte appellato plenum in eius caput effundit. Quum autem multi è plebecula(qui non procul & ipſi lauabant) accurrentes,in vnguento illo in terram effuſo ſe volutarent, móxque in loco illo, quia lubricus redditus erat,multi labentes riſum ſpectantibus mouerent, tandem & rex ipſe ex illis ſuolapſu riſum excitantibus vnus eſſe voluit. Idem rex fontem quendam apud Antiochiam(Midæ factum imitatus) vino perfudit. Alia egregia eiuſdem regis eiuſdémque generis facta ex hiſtoriis promenda lectori relinquo. Cæterùm hic quidẽ rex in vnam,alii potius in alteram ſtultitiæ peccarunt partem. quanto enim hic infra regiam dignitatem ſe demittebat,tanto alii multi ſupra illam ſe extollebant, & aliquam de ſeipſis diuinitatis opinionem concipiebant. Qua de re extant aurei Rhiani verſus: qui poſtquam oſtendit quàm miſera egenis conditio ſua videatur,contrà de diuitibus & qui in magno imperio conſtituti ſunt, ita canit,

Ος δ' ἂν ἀνὴρ ἀνέχθηται, ὅτις δ' ἔτι ἔλλον ὀπάζει
Καὶ πολυπειρασίῃσι, θανὴ δ' ἔτι οὐδὲν ἔοικε χαίδειν.

Ποσσὶ θιγεῖν ἔθελεν· τοὶ δέ οἱ εἶκον ἅπαντες.
Αὐτὰρ ὑπερθύμῳ κεκαμὼν ἐπὶ νείατον ἦτορ
Ἴσκε δὶ βρομίῳ κεφαλὴν ἀπὸ αὐχένας ἴξαι,
Καίπερ ἰὼν ὀλίγος. μιᾶπερ ἀπ' ὄμματα Διὸς,
Ἠέ περ ἀστραπὴν παμφαίνουσαν ἐλυσπάζῃ.

Hîc autem quorſum poeta, non contentus dixiſſe, reges ita faſtu turgere vt obliti videantur ſe terram pedibus calcare, & mortalibus ortos parẽtibus eſſe, addat inter alia, eos Mineruæ nuptias ambire, quum à non paucis doctiſſimis viris quæſitum ſciam, à nemine autem repertum audierim, ſi explicauero (quum præſertim explicationem propoſito noſtro congruentem habeat) maximam me à multis iniurum gratiam ſpero. Poetam igitur non hyperbole poetica hîc vti voluiſſe, nec Mineruã pro quauis alia dea nominaſſe, ſed ad hiſtoriam reſpexiſſe dico à Theopompo ſic relatam. Cotys qui luxum cæterorum Thraciæ regum ſupergreſſus eſt, nuptiale epulum aliquando apparauit, tanquam Mineruam in vxorem ducturus eſſet: adornatóque thalamo, quum ebrius ipſius aduentum aliquandiu expectaſſet, tandem furore percitus, vnum ex ſatellitibus, nũ dea in thalamũ veniſſet, viſere iuſſit. Quem reuerſum, & neminem in thalamo eſſe reſpondentem, ſagitta tranſfixit: móxque ſecundum à ſe miſſum, ob idem reſponſum itidem interfecit. Tandem miſſus tertius, re animaduerſa, illum à dea iampridem in thalamo expectari retulit. Hactenus quæ ad germanam (vt ego quidem iudico) verborum Rhiani expoſitionem faciunt. Qualis verò hic bellus Mineruæ procus erga vxorem ſuam fuit? Ex zelotypia in tantam iram repentè aduerſus illam exarſit, vt propriis manibus eam, à vulua orſus, diſſecuerit. Sed de Coty ſatis. Quid Alexander? nónne Ammonis ſiue Iouis filius haberi gaudebat? nónne modò Mercurii ritu talaria petaſúmque & caduceũ, modò Herculis more leoninam pellem clauámque geſtabat? Commodus autem nónne cum Herculis inſignibus nomen etiam eius ſibi vendicabat? Vnde hæc? roget aliquis. Nimirum ex praua præbendi adulatoribus aures conſuetudine. Quid enim aliud ſunt adulatorum voces apud principes, (quibus ingenita iam cum opibus eſt ſuperbia) quàm additum incendio oleum? Quum igitur illa de Alexandro & Commodo legimus quæ modò commemorata ſunt, quum eundem Alexandrum ſtatuæ dei alicuius cultum & ornatum ſibi adhibitum admiſiſſe, quum alterum quem debellaret orbem quæſiuiſſe audimus, vnà cũ hac adeo ſtulta eorũ arrogantia ſimul & aſſentatorum diram blandiloquẽtiam, à qua illa profecta ſit, audire nobis videamur. Et tamen principibus multis amici, nullis adulatores defuerunt. Habuit & Philippus huius pater ſuum Cliſophum, Antigonus cui cognomen fuit Epitropo, ſuum Apollophanem, Ptolemæus tertius ſuum Callicratem, Ptolemæus ſeptimus ſuum Hieracem, Philopator ſuum Philonem, Attalus ſuum Simachum ſiue Theodorium, Mithridates ſuum Soſipatrum, Seuthes Thracum rex Heraclidem Maronitem, cuius à Xenophonte etiã fit mẽtio: habuerunt ambo Dionyſii Syracuſarũ tyranni Satyrum, Chiriſophũ, Democlem: habuit earũdem Syracuſarum tyrannus Hieronymus Thraſonem & Oſin. Nec verò his aſſentatoribus illos contentos fuiſſe, ſed horum duntaxat & aliorum quorundam nomina, quòd cæteris antecelluerint, literis mandata eſſe credibile eſt. Ego certè ne ipſum quidem Alexandrum Hegeſia, Agnone, Demetrio, Medio, Bagoa, Gergithio, Dioxippo, Anaxandro, aliiſque quorum per hiſtorias ſparſa extant nomina, contentum fuiſſe exiſtimo. Quid quòd ipſos quoque philoſophos aſſentationis artifices eſſe non puduit? Anaxandrum enim (quem hîc poſtremum nominaui, & cuius verba putidæ adulationis plena paulo pòſt referã) philoſophũ fuiſſe conſtat. Sed & eum quem Attalo aſſentari ſolitum dixi, Simachũ ſiue Theodorium, eius etiam præceptorem fuiſſe legimus: qui librum περὶ τῆς Ἀτταλικῆς παιδείας ſcribere (Xenophõtis Κύρου παιδείαν, vt opinor, æmulatus) & hoc ſuæ adulationis monimentum poſteritati commendare non erubuit. Quinetiam huiuſmodi homines à nõnullis principibus tanquã prouerbiale nomen traxiſſe, & ab Alexandro ἀλεξανδροκόλακας, à Dionyſio Διονυσοκόλακας appellatos fuiſſe accepimus. Sunt porro aſſentatorũ duo genera: vnum eſt eorum qui aperto (vt ita dicam) marte, alterum, eorum qui ex inſidiis adulantur. Hos illis vt periculoſiores, ita formidabiliores eſſe debere nemo ignorat: & tanto quidem quanto ſaxa ſub aquis latentia ſcopulis conſpicuis ſunt formidabiliora. Rurſum verò inter eos qui aperto marte graſſantur, periculòſiores ſunt ii qui ad id quod præſtant infame obſequiũ, verba non tantùm ad demerendam principum gratiam, ſed ad inflandos etiam eorum animos accommodata addunt. Vtriuſque generis exempla proferam, ſed minus periculoſis priorem locum dabo. Chiriſophus Dionyſii prioris adulator, ridentẽ illum cum quibuſdam familiaribus cernens, ridere & ipſe cœpit. Interrogante Dionyſio quæ illi cauſa

riſus eſſet, quum ea quæ dicerentur non audiret, Fidem, inquit, vobis adhibeo, quicquid illud ſit quod dixeritis, eſſe riſu dignum. Eius autem filius Dionyſius eos circa ſe habuit qui διονυσοκόλακες appellati fuerunt, qui ſpuēte Dionyſio faciem ſuam ſæpenumero conſpuendam præbebāt, atque adeo ſputum eius, interdum etiam (honor auribus) quod euomuerat lambentes, melle dulcius eſſe aiebant. Iidem, quum Dionyſius ex ebrietate cæcus aut certè cæco proximus euaſiſſet, patinas & calices inter cœnandum deiiciebant, tanquam & ipſi ita cæcutirent vt nequaquam illa vaſa ac ne ipſos quidem cibos cernerent: expectabántque dum Dionyſius prehenſam eorum manum patinæ admoueret. Quod officium Hiero quoque quibuſdam ſuis adulatoribus idem oculorū vitiū ſimulātibus præſtitiſſe ſcribitur. Iidem illi Dionyſii aſſentatores, vt ſibi in illa ſua ſimulatione cō ſtarent, inter eundum alter in alterum ſæpe impingebant, adeo vt eos ipſe Dionyſius manu perinde ac cæcos deduceret. Cum hoc autem eorū facto optimè quadrat quod Cliſophus Philippi aſſentator facere ſolitus narratur. Quū enim exculptus Philippo fuiſſet oculus, eum comitabatur eundem & ipſe oculū faſciis inuolutum habēs. Rurſus quū ex vulnere debilitatum crus Philippo eſſet, vnà cum Philippo claudicās incedebat. Sed hic tamen, ſicut & illi διονυσοκόλακες, ſuam artem ſine vllo ſuo damno exercebat: at Mithridates (en quò progrediatur aſſentationis furor) aſſētatores nactus eſt qui graues ſibimet ipſis aſſentationis ſuæ pœnas dabant. Quū enim ille rei medicæ ſtudioſus eſſet, vt oſtenderent quantam de illius peritia opinionem concepiſſent, ſecandos illi vrendóſque (quū alioqui nihil opus hoc remedio haberent) ſe præbebant. Ad alterū illud adulatorum genus, quod periculoſius eſſe dixi, venio. Niceſias Alexandri aſſentator, quum eum ex epoto pharmaco torſionibus vexari cerneret. O rex, inquit, quid faciēdum nobis eſt, quū vos dii talia patiamini? Dioxippus autem Athenienſis pancratiaſtes, fluente è vulnere quod Alexander acceperat, ſanguine, Homericum illum verſum protuliſſe fertur,

Ιχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν. Quid nebulo ille philoſophus, (cuius & antea meminimus) eandem & ipſe artem factitans? Quum aliquando Alexandro itineris comes eſſet, orto tam vehementi tonitru vt omnes trepidarent, At tu fortaſſe (inquit) Alexander fili Iouis, huius tonitrus es author. Eiuſdem farinæ eſt illud Democlis factum, qui poſterioris Dionyſii aſſentator erat. Is, quum moris in Sicilia eſſet ſingulos domi Nymphis ſacrificare, & circum earū ſimulachra tripudiare, Democles relictis Nymphis, ad Dionyſiū, circa eum tripudiaturus, acceſſit: negans oportere ad inanima numina ſtudiū cōuertere. Quis verò nō multo etiam magis Athenienſiū planè ſimilem adulationem miretur? Traditur enim illos Demetriū cognomento Poliorceten, quum Athenas veniſſet, cū aliis diuinis honoribus proſequutos eſſe, tum canticis eum & domi & in publico celebraſſe, quibus inter cætera ſolum illum verum eſſe deum dicebant. Cæteri dii (inquiebant) aut procul à nobis abſunt, aut dormiunt, aut auribus carent, aut preces noſtras negligunt: fortaſſe etiam nē omnino quidem vlli ſunt: at te præſentem cernimus, non ligneum, nō lapideū, ſed verum. Qui verò ſunt hi quos in tam horrendā adulationem prolapſos audimus? Illi ipſi (illorum certè poſteri) qui Euagoram, quòd regē Perſarū adoraſſet, morte mulctarunt. En quàm propenſa ſint ad aſſentationem hominum ingenia. An verò minus propenſos eſſe putamus ad eam recipiendam principum animos? Quis eorum tam bene ſe modulo ſuo metiri nouit, vt ei aſſiduæ illæ & quidem immodicæ laudationes recordationē menſuræ ſuæ non extorqueāt? Si princeps aliquis vel minimā rei militaris ſcientiam habet, Themiſtoclem, Epaminondam, Scipiadas ambos ſuperat: ſi qua corporis firmitate præditus eſt, ſtatim audit Hercules: ſi nō omnino indiſertus eſt, alter Demoſthenes vel Cicero alter appellatur: ſi vel vnum verſiculum ſcribere nouit, Homerus aut Virgilius eſt. Attalum quidem certè eodem & præceptore & aſſentatore vſum eſſe, hiſtoriæ perhibent, Simacho ſiue Theodorio, cuius & antea facta fuit à nobis mentio: idem verò aliis multis principibus & olim cōtigiſſe & hodie contingere veriſimile eſt. Quamobrem verè à Carneade dictum eſt, dititum & regum filios ſolam equitandi artem rectè diſcere: quòd & in ludo literario præceptor, laudando, & qui colluctatur, ſponte ſuccumbendo, illis aduletur: at equus quum nec ſciat nec curet priuatúſne an magiſtratus, diues an pauper ſit is quem vehit, ceruicem cuilibet equitandi imperito frangit. Nec verò hac tantùm in parte exitiales ſunt ſuis dominis adulatores quòd illis falſam de ſeipſis perſuaſionem induant: verumetiam quòd calumniis apud illos grauent quoſcunque ſuarum partium eſſe non vident, id eſt quoſcunque liberè & ingenuè loqui, & (vt habet vetus prouerbium) πλὴν καλὰ καλῶν appellare, quos denique ea quæ veros amicos decet, & loqui & facere animaduertūt. Vnde enim (obſecro) Alexandrum ad Calliſthenis, Parmenonis, Philotæ cædem, niſi ab illo ſuo adulatorum agmine impulſum fuiſſe ar-

bitramur? Sed vt tandem aliquando ad priſcos illos Herodoti reges reuertamur, quorum miram & propè incredibilem amentiam commemorat, quin illi quoque ſuos adulatores habuerint, minimè cuiquam dubiũ eſſe debet. Verùm cæteris omiſſis, de eo qui principem inter eos arrogantiæ pariter & dementiæ tenere locum videtur, dicam. Qui Helleſpontum compedibus vincit, qui Helleſponto minatur & contumeliam dicit, qui denique Helleſpontum flagellat, nónne Mardonio adulatori perniciosiſſimo potius quàm Artabano amico fideliſſimo auſcultat, ſicut & Dionyſius, Philippus, Ptolemæus, ſuis ſinguli adulatoribꝰ, quàm Dioni, Samio, Cleomeni, amicis & probatæ fidei viris, auſcultare maluerunt? Iam verò & illis multo etiã antiquioribus regibus (qui quicquid delirant, plectuntur Achiui) ſunt qui ſuos apud Homerum adulatores aſſignent. Vt autem reges alióſque principes aſſentatoribus comitatos, ita & reginas quaſdam aſſentatricibus comitatas fuiſſe, memoriæ traditum eſt: inter quas eæ quæ καμαιδῆς appellatæ ſunt, claruerunt: id nomen ab obſequio quod reginis præſtabant, adeptæ. harum enim dorſa ſcalarũ vicem illis currum conſcendere volentibus præbebãt. Quæ quum ita ſint (vt hunc tandem de regum fatuitate locum claudam) ſicut credibilem nobis cæterorum regum ſtultitiam reddit corrupta illorum ab aſſentatoribus natura, itidem Herodoto priſcorum quorundã regũ amentiã deſcribenti credamus, ſi quidẽ aſſentatores his itidem fuiſſe credimus. Simul verò & principũ huius tẽpeſtatis conditionẽ conſideremus, qui quũ à majoribus ſuis potentia circa res multas ſuperentur, ſola multitudine adulatorũ illis potentiores manent. ſi modò qui ſuorũ dominorum domos, vrbes, populos, regna, vt peſſundederunt olim, ita & hodie peſſundant, principum potentiam augere putandi ſunt. Cuius mali exempla ab hoc noſtro ſeculo petita odioſa eſſent, & ſatis multa veteres hiſtoriæ ſuppeditant. nam ſi principum mores ab adulatoribus corrumpuntur, quæ illam morũ corruptelam ſequuntur clades, non dubium eſt quin adulationi acceptæ ferri debeant. Adde quòd adulatorum eſt imminentia ſuis dominis pericula diſſimulare, ſecuros illos eſſe iubere, ad quiduis ſibi de ſua potentia pollicendum incitare. Quod qui faciunt, nónne illos in pericula trudunt? nónne hoſtiũ telis inermes exponunt? nónne in illorũ denique manus eos tradunt? Et hoc quidem modo exitii cauſa principibus iure dicantur eſſe adulatores, ſed non propinqua. At propinquam etiam exitii cauſam ſuis dominis eos ſæpenumero fuiſſe teſtantur cum alii multi, tum is Philippus quem Romani imperio euerterunt. eius enim iam antea regnum ab aſſentatore Proclide Tarentino labefactatum fuiſſe Polybius author eſt. Craſſi autem adulator Andromachus Parthis operam ſuam ad illum fortunis pariter & vita ſpoliandum locauit. Porrò vt adulatores ſuperiorum ſeculorum ab adulatoribus noſtræ ætatis, numero, ſic etiam peritia tanquam diſcipulos à magiſtris ſuperari ſciendum eſt. quo diligentius ab illorum inſidiis cauere ſibi principes debent. ſed ipſi viderint. Ad me quidem quod attinet, ſiquid vota hîc valere poſſent, vt Theſſali olim vrbem quæ Adulatio vocabatur, funditus euerterũt, ita præ quibuſuis aliis maleficis radicitus extirpatos adulatores aulicos optarim.

Nunc & luxus priſcorum regum ab Herodoto & aliis deſcripti collationem cum poſterorum quorũdam partim regum partim aliorum luxu, aggredior. Inter cætera igitur quæ de luxu regũ Perſarũ monimentis literarũ tradita ſunt, vix credibile nõnulli putarunt quod Herodotus narrat, quocunque illi irent (nam quod de Cyro dixit, de eius ſucceſſoribus etiam intelligi voluit) Choaſpis fluuii aquam circumuehi ſolitam fuiſſe, & nullam illos aliam potare conſueuiſſe. Ego verò quenquam qui hoc mirabile, nedũ incredibile, iudicet, eſſe demiror. Vtrum enim, quæſo, maiori admiratione dignũ? aquæ plauſtris regem Perſarum comitatum ditionem ſuam peragrare, an Cardinalem è media Gallia Romam vſque aliquot lagenarum millibus comitatum peruenire? Quod tamen ego tacuiſſem, niſi earum fama iam percrebuiſſet, atque adeo earum ignominia in Gallos omnes (quippe quos inde *botiglioni* Itali vocãt, quaſi lagenarios, Græcè λαγωϊκοὺς dicas) redundare cœpiſſet. Et illis quidem qui curioſas illas potus aquæ certæ delicias obiicient, hæc pauca reſpondiſſe, fuerit, meo quidem iudicio, ſatis. Illis autem qui cætera obiicient, multa habeo quæ reſpondeam. Ad luxum quidem certè quod attinet qui circa ciborum apparatum verſatur, nec plura nec luculentiora ex vllo quàm è noſtro ſeculo poſſe promi exẽpla exiſtimo, quo iam peruulgatũ circa ferinam carnẽ eſſe cœpit, (de Gallia loquor) vt auulſi ex vtero viuarũ matrũ fœtus menſis apponantur. Quẽ tamen luxum menſa Galli cuiuſdam primarii in regis aula viri, vilem iam reddiderat: & verba propediem exprimẽdis aliis eius circa cibos & ciborum apparatum deliciis defutura erant, ſi ciuilis Galliæ noſtræ Mars illi parcere, & coquorum celebrium vota (quibus inſigne ſui deſideriũ reliquit) exaudire voluiſſet. Verùm vt ad magnates vſque non venia-

mus, virum quendam fide digniſſimum de quadam Auenionenſi muliere (quæ aulæ pontificiæ ibi tum ſedem Apoſtolicam habentis Lais fuerat) audiui narrantem, eã turdis & perdicibus aliiſque auibus veſci ſolitam, quæ fœniculi, anethi, coriannive aut ſimiliũ ſemine ſaccharo cõdito paſtæ eſſent. Sed illud audiui: at lactucas aqua ſaccharata, quam vocant, à matronæ cuiuſdam ancillis (& quidem illius, vt aiebant, iuſſu) irrigari vidi. Quæ quum ita ſint, quid aliunde quàm è noſtro ſeculo, huiuſmodi deliciarũ arceſſere exẽpla neceſſe eſt? At verò alteri' luxus multa genera luxui noſtræ ætatis (de quo & antea dictum eſt) poſſe accedere fateor. Alterum luxum voco qui non circa cibos ſed circa reliqua verſatur. De hoc igitur quæcunque ab Herodoto memorantur, à Siciliæ tyrannis ſuperata eſſe dico. Quibus quum primum in hac re locum tribuo, ipſum etiam Herodotum ſequor, qui de Polycrate loquens, ita ſcriptum reliquit, Nullus enim regũ Græciæ, exceptis Syracuſanis, dignus eſt qui cum Polycrate, quod ad magnificentiam attinet, comparetur. Nec tamen ſolos Syracuſarum reges ſiue tyrannos, ſed & Alexandrum alióſq; illa prætergreſſos eſſe dico. Argumento autẽ vel vna Alciſthenis Sybaritæ veſtis eſſe poteſt, quæ centũ viginti talentis vendita fuiſſe fertur. Quòd ſi ad vitẽ & platanũ aureã vel platanos aureas veniendũ eſt, earum cum aulæ Alexãdri ſplendore & magnificẽtia comparationem ex Phylarcho audiamus. Aureæ platani, inquit, & aurea vitis, ſub qua ſedentes ſæpe Perſarum reges iura ſuis populis dabant, quotidianum regiæ Alexandri ſumptum æquare non videntur: quanuis alioqui vitem illam commendarent etiam vuæ quæ ſmaragdos & Indicos carbunculos aliáſque pretioſiſſimas gemmas racemos imitantes haberẽt. His autem deſcriptionem opulentiæ & magnificentiæ illius adiungit: quæ ſi vera eſt, verè etiam platanos aureas Perſicorum regum vitémque auream cedere illi dixit. Porro vt comparationem hanc perſequentes, ab ipſis dominis ad eorum famulos aut ſeruos veniamus, (nam quicunque ſub ditione regum Perſarum erant, ſerui eius vocabantur) narrat Cteſias quendam Annarum, qui ſatrapa Babyloniæ à rege conſtitutus fuerat, centum quinquaginta pſallentes & canentes mulieres circa menſam ſuã habere ſolitum. Audiamus viciſſim quæ de quibuſdã Alexãdri ſiue ſodalibus, ſiue aſſentatoribus tradita ſunt. Phylarchus & Agatharchides memoriæ prodiderunt, eorum aliũ clauos aureos crepidis ſuppactos geſtaſſe, alium, quoties de publicis negotiis cum aliquo tractaret, ſuper pauimento purpura ſtrato deambulare ſolitũ fuiſſe: alios aulæis per quinque ſtadia locum in quo venarentur, cingere conſueuiſſe: alios puluerem ad palæſtræ vſum ſibi à iumentis multis, quocunque irent, portãdum curauiſſe. His ego comparationibus (quanuis alioqui in exemplorum luxus commemoratione luxuriare oratio mea poſſit, præſertim ſi ad Romanos vſque progredi voluerit) vtpote mea ſentẽtia aptiſſimis contentus eſſe ſtatui. At noſtri ſeculi principum luxus illo quidem artificioſior & (vt ita loquar) ingenioſior meritò dici poſſit: at opulentia tantum illi cedit quãto minores ſunt horum quàm illorum principum opes.

Vt autem ad varios variarum gentium mores atque ritus ab Herodoto deſcriptos aliquando tandem reuertamur, quis non ex Græcis multos in eo quod de AEgyptiorum ſcribendi more à dextra in ſiniſtram tendendo, commemorat, ſuſpectum mendacii habuiſſe credat? At nos, quibus familiares ſunt Hebraicæ literæ, tantum abeſt vt hoc admiratione dignum cenſeamus, vt potius quenquam hoc mirari miremur. Multo certè minus fidem (& meritò quidem) apud lectores impetraſſet Herodotus ſi aliquos inter AEgyptios reperiri ſcripſiſſet qui ſiniſtra in ſcribendo non dextra vterentur: quum tamen mihi duos qui id facerent, videre contigerit, Flandrum vnum, Sabaudum alterum. Quid ſi verò eſſe tradidiſſet qui oculis caſu aliquo orbati, nihilo tamẽ minus ſcriberent? rẽ aliis quidẽ fortaſſe incredibilẽ, at mihi certè credibilem narraret. Quare? quòd ſcribere abſque oculorum vſu (id eſt vel in tenebris, vel oculis aliò conuerſis) neceſſitas rerũ omniũ magiſtra me docuerit. Atque hæc de iſto miraculorũ genere hactenus. ad alia veniamus. Quidni viros AEgyptios lanificium exercuiſſe credemus, quum apud Seguſianos nobis vicinos vſitatum viris multis nendi morem cernamus? At quàm ineptũ eſt viro, quàm ridiculum, colum geſtare, & muliebri more fila deducere! Ineptum eſt (fateor) & ter quatérque ridiculum: ſed quid agas? an quia ridiculum, ideo verum non erit? Ridiculum eſt nobis eiuſdem Herodoti illud, AEgyptios viros (honor ſit auribus) ſubſidentes meiere. At Turcis ridiculum id nequaquam fuerit, quibus hanc meiendi rationem tanquam honeſtam in vſu eſſe, noſtram contrà velut turpiſſimã auerſari aiunt. Ac certè (ſi in re huiuſmodi philoſophari nefas nõ eſt) non de nihilo eſt quòd Heſiodus, ne ſtantes meieremus vetuit, quũ μηδ' ἐρθὸς ὀμιχεῖν, dixit. Sed eſto (excipiet aliquis) veracẽ in hoc fuiſſe Herodotũ: quid quòd addit, mulieres contrà, ſtantes meiere? De hoc certè (vt ingenuè fatear) aliud

quod reſpondeam non habeo quàm hoc: quemadmodum ſi, quod de viris AEgyptiis tradit, Turcæ nobis exemplo ſuo non confirmarent, incredibile videretur, quum tamen verum eſſet: ita, quod de mulieribus addit, etiamſi nullo exemplo (quod quidem ad aures noſtras peruenerit) comprobetur, verum nihilominus eſſe poſſe. Hũc autem locum, Sophoclis poetæ & Nymphodori hiſtorici authoritate claudendum cenſeo, qui eandem quam Herodotus morum AEgyptiacorum ab aliis diſcrepantiam teſtantur. Antequam tamen à ridiculis diſcedamus, addam & quod de vxoribus Libyum Adyrmachidarũ narrat in Melpomene, eas videlicet pediculos ſuos (honor nũc quoque ſit auribus) nõn antè abiicere quàm eos viciſſim momorderint. (eſt enim ἀντιδάκνειν viciſſim mordere, non præmordere, vt interpres verterat) Hoc quoque iis annumerari debere quæ nõ ridicula ſint ſolùm, ſed & fœditatem ſpurcitiémque incredibilem habeant, confiteor: ſed cur aliis hiſtoricis quoſdã φθειροφαγῶν nobis commemorantibus fidem adhibebimus, Herodoto narranti has mulieres φθειροδακεῖν, (quod multo minus eſt) fidé derogabimus? Imò ne φθειροφάγους quidem fuiſſe vllos credo, reſpondebit fortaſſe aliquis. Cur, obſecro, minus credibile eſt τὸ φθειροφαγεῖν quàm τὸ ἀνθρωποφαγεῖν? licet hoc magis crudele, illud magis fœdũ ſit? Anthropophagiæ autem exẽplum, vt feritatis extra omnem cõtrouerſiam poſitæ, profero: quum eius hac etiam tempeſtate multi oculatos ſe teſtes eſſe iactent. Quam feritatem nequis in barbaris hominibus miretur (ſimul autem & alia multa crudeliter ab iiſdem perpetrata, quæ ab Herodoto deſcribuntur) aut ne fide maiorem iudicet, audiat non barbarum ſed Græcum hominem, non literarum rudem, ſed philoſophum, & quidem inter philoſophos celeberrimum, verba hæc vel ipſis Cyclopibus & Læſtrygonibus anthropophagiæ authoribus indigna proferentem: ἢ αὖ τῶν μελῶν ὑπεκκοπεῖν ἢ μέρος τοῦ σώματος τοῦ ζῴου χέσαι, μὴπω καταρύπλειν αὐτὸ, μήτι ἄλλως ῥίπτειν, αἰσχίστου ἢ αὐτὸ, ὅπως τῶν ἡμετέρων ἕτερον μέρος γένηται. Hæc Chryſippum in libro De iuſtitia, ſcripta reliquiſſe, de mortuis hominibus loquentem, teſtatur Sextus philoſophus. ſicut & iſta in libro De officio, διὸ καὶ χρεὼν μᾶλλον ὅταν τῶν κρειῶν, ὧν χρήσονται αὐτοῖς, καταπρῶτον τῶν ἰδίων μερῶν· οἷον πόδας ὑποκοπέντας ἐπίσαλπι χρῆσθαι αὐτοῖς καὶ τοῖς ὁμοίοις. In quorum autem cadauera ita nos officio fungi iubet? Parentum. I nunc, & ab Herodoto vel aliis hiſtoricis deſcriptam ἀνθρωποφαγίαν aut ἀνθρωποθυσίαν fabuloſam eſſe clama.

Verùm vt ad illam morum AEgyptiacorum à Græcanicis diſcrepantiam redeam, ad inuenienda miræ & propè incredibilis morum diſſimilitudinis exempla, ab hoc noſtro ſeculo nõ diſcedamus. Quid ſimile Germanorum Flandrorúmque mores cum Gallorũ aut Italorum moribus habent, ſiue victus rationem, ſiue cultũ corporis, ſiue ſtudia & animorum inclinationes ſpectes? Si Gallus aut Italus ad mẽſam ducatur ea lege vt per ſex ſeptémve horas illi accumbat, in carcerem trudi non ad menſam duci ſibi videbitur: ſi verò accumbenti tale œnophorum quale illis ebibendum proponatur, ad ſupplicium malle ſe rapi clamabit. nam vt horum vtrique, vino ſe ingurgitare, acerbiſſima mors eſt, ita illis (de vulgo loquor) ſuauiſſima vita cenſetur. adeo vt non immeritò quis eos progeniem illius eſſe ſuſpicetur qui apud comicũ Alexin, dicebat, O me beatũ, οὐκ ὄντ' ἐν τοῖς γάμοισιν ἄνδρες ἀνωχόμαι, Λαὶ' ὅτ' διαῤῥαγήσομαι, αὖ φησὶ Φίλη. Ad veſtitũ autẽ quod attinet, ſiue huic ſiue illi caligas Lãtſknechthicas indueris, nõ homini caligas, ſed hominẽ caligis alligaueris, & ex quantumuis agili immobilẽ illa panni ſaburra reddideris. Eiſdem verò (Gallo dico & Italo, ac iis quidem potiſſimùm qui in aliquo ſunt dignitatis gradu locati) nihilo magis vt in patria ſua cũ viridi pallio quam vt nudi in publicũ prodeant perſuaſeris. non enim ſatis ſanæ mentis haberentur. At Germanis nulla huiuſmodi de eo quẽ ita videt amictũ, oboritur ſuſpicio. Sic & verſicoloré veſtẽ aut certè verſicoloribus fimbriis prætextam geſtare fœminis permittunt: nos nequaquã. Permittunt iiſdem (ac præſertim virginibus) paſſo & per colla ſparſo capillo incedere: apud nos autẽ virgo propter hũc habitũ mænadibus annumeraretur. Et hæc quidẽ pauca ſũt huius diſſimilitudinis exẽpla è multis quæ hãc collationẽ perſequi volẽtibus ſuppetent. Viciſſim verò aliquod exẽplũ rituũ in quibus nos ab Italis diſcrepam', proferre libet. Vxores noſtræ ad illud exẽplar inſtitutæ ſunt,

Illa regat cunctos, illi ſint omnia curæ,
Et nihil in tota me iuuet eſſe domo:

at illorum vxoribus dicas hos verſus ita inuerſos eſſe,

Illa regat nullos, ſint nulla negotia curæ,
Illámque in tota nil iuuet eſſe domo.

Illi vxoribus ſuis fucare faciẽ permittũt, (quũ tamen hoc facinus in earũ ſenectutem redundaturũ ſciant) nos ſuſpectas fucatæ faciei, ſuſpectas adulterii eadem opera haberemus. (aulas principum excipio, quæ miſcellaneos mores ritúſque vſurpant.) Vt verò à perſonatis mulieribus abhorremus, ita nec grallatrices amamus: ſed eaſdem & in lecto & in menſa (id eſt vtrobique vel proceras

vel paruas) habere volumus. Inaures priſco more geſtare multi eorũ ſuis vxoribus permittũt: nos id in vxorib⁹ noſtris meretriciũ iudicaremus. Nos obuias Gallas, ſiue matronas, ſiue virgines, quæ nobis familiares ſunt, ſalutamus: ſi patriciæ ſint, etiam oſculamur: Italas vix quiſquam voce, nedum oſculo ſalutare auſit. Offenduntur Itali oſculationib⁹ huiuſmodi quas vxoribus noſtris concedimus: offendimur viciſſim papillarum nudationibus, quas ſuis illi (ac præſertim Veneti) permittunt. Cur enim quas pudicas eſſe volunt, cultu ſuſpicionẽ impudicitiæ præbere volunt? Niſi fortè obuiis quibuſque nudare papillas, retecta veſte, & hac ratione (vt eſt in prouerbio) δημόσιον κοινὸν ὀσίαν, pudicitiæ per occultam quandam antiperiſtaſin argumentum eſſe exiſtimant. Ad me certè quod attinet, cõiectura nulla poſſum aſſequi quódnã eorũ à quibus hoc inſtitutũ profectũ eſt, conſiliũ fuerit: ſicut nec quod fuerit apud eoſdẽ Venetos illius qui vt velare faciem cõmune meretricibus cũ ingenuis virginibus eſſet, ſtatuit. Et quoniã à meretricibus ad lupanaria facilis tranſitus eſt, de his quoque aliquid dicendum eſt. Nónne quæ ſit inter ipſas etiam Chriſtianas nationes de his controuerſia videmus? nónne de his varias in vtrãque partẽ (excluſo interim, proh pudor, Dei mandato) diſputationes quotidie audimus? dum hi iuuenum corruptelam eſſe obiiciunt, illi matronarũ pudicitiæ præſidium eſſe reſpõdẽt? At vulgus Italorũ magis miretur vrbẽ quæ receptaculis huiuſmodi quàm quæ tẽplis careat; & ſibi αἰδέσιμον illic eſſe potius q̃ hîc fateri nõ dubitet. Sed quid de illo Patre ſacro dicemus, quẽ adeo grauẽ authorẽ προκοσκινομάχοι ſequũtur? Ego certè quod de illo aliâs (& quidẽ in media vrbe Roma) dixi, nũc quoq; liberè dico, pudẽdũ quidẽ ei⁹ factũ mihi in eo videri quòd lupæ matris Romuli ſtudioſius reuerentiúſq; quàm Petri Apoſtoli memoriã colat: quippe qui viuis luparũ imaginibus Romam circumuallarit, at Petrũ Apoſtolũ cum vnica (quæ quidem in pretio ſit) imagine, in angulũ vrbis detruſerit: alioqui certè prudentis medici officio functum mihi videri, quòd, vt illi, vbi ægrotis huius vel illius cibi vſu interdixerunt, aliquẽ alium quo veſcantur, illis proponunt: ita ipſe quibus licitũ eſſe matrimoniũ noluit, licitã ſaltem eſſe ſcortationem voluerit. Sed quòd ſibi κοινὸν ἱερεῖον cum lupabus illis eſſe inſtituit, huic verò eius inſtituto qua ratione patrocinari quis poſſit, nõ video. nam ſi verè dixit ille, Turpe tori reditu cenſus augere paternos, quanto turpius tã profani reditus partem in ſacraria inferri, & illo Petrum Apoſtolum ditari? Verùm quũ de his latius philoſophari, nec loci huius nec temporis ſit, hũc ſermonẽ ſimúlque eã quæ in illum deduxit diſputationem finiendã cenſeo: ſi tamẽ prius hãc eſſe huius ſummã monuero, vt ex ea quam noſtris oculis credere cogimur in vicinis etiã regionibus morũ diſcrepãtia (cuius ſpecimẽ tãtùm pauculis illis exẽplis dare libuit) multa quãtũuis ab iis quæ aut viderimus aut audierimus abhorrẽtia, à fide tamẽ abhorrere nõ putemus. Sed quid de vicinis populis loquor? nos à nobiſmetipſis, id eſt à maioribus noſtris, lõgè moribus diſſentire dico: Quis enim vel Gallus vel Italus vel Hiſpanus vel Germanus maiores ſuos valde diuerſo victu cultúque corporis vſos fuiſſe & diuerſa etiã ſtudia habuiſſe neſcit? vt diuerſos ritus ceremoniáſque, leges, inſtituta, iura omittã. Nam (vt de nobis loquar) quũ fumoſas noſtrorum Galliæ regum noſtrarúmque reginarum imagines aſpicimus, nónne quid illis in mentem venerit vt eo veſtitu vterentur, mirari ſolemus? Quòd ſi priuatorum etiam hominum qui coæui illis fuerunt, imagines haberemus, nõ tãtùm admiraremur fortaſſe, ſed etiam veſtitum illum cum hodierno cõferentes, obſtupeſceremus. Ad victum veniamus. Quàm multos cibos in deliciis olim fuiſſe putamus, qui nobis viles ſint? quàm multos contrà palato maiorum diſplicuiſſe, qui noſtro gratiſſimi ſint? Dignum ſcilicet hodie regia menſa fuerit ferculum anſer: at Cyrus regis Artoxerxis frater χύτρας ἡμιβρώτους amicis è mẽſa ſua mittebat, vt participes eſſent voluptatis quam ex eorum eſu ceperat. Quidni etiam credibile ſit diuerſum à noſtris ſaporem maiorémque teneritatem illas habuiſſe, vt gallinas Indicas duabus his aliiſq; rebus differre à noſtris videmus? Quinetiam anſerinũ iecur in deliciis olim fuiſſe, & has delicias hodiéque Iudæos qui Venetiis agunt, magno Chriſtianis vẽdere nouimus, quæ tamẽ vix alibi vſquã celebrentur. Sed & quũ Martialẽ primã gloriã inter aues turdis dãtẽ audimus, nónne aut diuerſos à noſtris turdos aut planè diuerſum à noſtro palatum habuiſſe, aut perdicẽ nũquam guſtaſſe putandus eſt? Quid quòd Itali ab iis qui regis Galliæ apud Senatũ Venetũ legati erãt, lepuſculos leporibus, perdicia perdicibus anteferre didicerunt? Sed ne latũ æquor de diſſenſione in ciborum delectu, maius etiam de ea quæ eſt in ciborum apparatu, ingrediar, curſum hîc ſiſtẽs, hoc tãtùm addo, homines moribus nõ ſolùm à maioribus ſuis, nõ ſolùm à finitimis populis, non ſolùm à ciuibus, à vicinis, à domeſticis denique ſuis, ſed ipſos à ſeipſis ſæpiſſimè diſſentire. Quàm enim exiguus eſt eorũ numerus qui lidem eadẽ poſſunt horã durare probãtes? Quæ ſi nobiſcum reputabimus, minus quæ de diuerſis moribus

apud Herodotũ aliósq; hiſtoricos legũtur,& mirabimur,& ſuſpecta mẽdacii habebimus.


Ad ritus ceremoniáſque cum aliarũ gentiũ tum AEgyptiorum venio. In his quoque multa ridicula, multa nõ ſtultitiæ ſolùm ſed & furoris plena narrari nõ nego: ſed eo nomine mendacii ſuſpecta eſſe debere pernego. Mirũ fortaſſe tibi & fictum etiam videtur quod de AEgyptiis ab Herodoto narratur, illos ſolenni quodam ritu ſeipſos verberare: at ego nec mirũ nec fictũ puto, quippe qui & Venetiis & Romæ ſolennes huiuſmodi verberationes viderim. Sed quod potiſſimũ hominũ genus apud AEgyptios hunc ritũ coleret, neſcio: quos Romæ & Venetiis ſeipſos verberãtes videbam, eos, ex multis qui norãt, verberones eſſe audiebam. Verùm quid ex Italia exẽplum mutuamur quod noſtra ſuppeditare Prouincia poteſt? Cõmodùm tamẽ facta Romæ mentio in memoriã mihi Mariæ Lauretanæ templũ ipſi vicinum reuocauit, vbi eorũ ſpectator fui quæ multa tum ab Herodoto tum ab aliis de variarũ gentium ſuperſtitione relata, nõ credibilia ſolùm reddere ſed & excuſare poſſunt. Verùm ea referre horret animus: ac ne eos quidem ipſos Athenienſes quorũ ſuperſtitioſis ritibus tantopere cõmotus fuit Paulus Apoſtolus, ea ſine horrore ſpectaturos fuiſſe exiſtimo. Receptam & alibi ſuperſtitionũ farraginem omitto.

Hunc igitur ſermonẽ miſſum facientes, potius vt antea priſcũ Bacchũ & priſcam Venerem cum noſtro Baccho & noſtra Venere contulimus, Martem itidem hunc cum illo cõferamus. Equidem noſtrum illi aut furore aut crudelitate aut perfidia cedere, an meritò dici antea potuerit, neſcio: ne certè vnquã poſthac dici poſſit, ciuilia Galliæ noſtræ bella (vtinam vel nunc bene ſedata) prohibuiſſe ſcio. Quis adeo eſt ferus vt ſiccis oculis illud quorundã barbarorũ facinus legat, qui pueros elemẽta prima diſcentes, media in ſchola trucidarunt? Priſcum eſt facinus illud: quod ſicui incredibile antea viſum eſt, ſimilis crudelitatis exẽplo tẽpora noſtra credibile reddẽt. (ſi tamẽ ſimilis, quæ illam multis partibus ſuperat, dicẽda eſt) Ecquis enim adeo humanitatem omnem exuerit vt id factũ quod primũ incẽdiis illorũ ciuiliũ bellorũ ſuſcitabulũ fuit, ſine ſuſpiriis ac gemitibus audiat? Viri, fœminæ, pueri, iuuenes, ſenes, dũ ab ore ſacri hypophetæ pẽdent, nõ à Turcarũ aliorúmve barbarorũ caterua, ſed eorum qui & ipſi Chriſto nomẽ dederãt, multis vulneribus inermes ab armatis repẽtè cõfodiũtur. Verùm vt à peculiari crudelitate ad cõmunẽ trãſeã, in vtris, quæſo, veteribúſne an noſtri ſeculi bellis, Vulcanus Marti frequẽtius cõſociatus fuit? Puerile bellũ hodie exiſtimatur τὸ δεκάμικτον, éſtq; in vſu potius τὸ πυρπολεῖν: incendiis paſſim res geritur. Quid quòd vnuſquiſque iam miles, ex quo globi igniuomi reperti ſunt, ferro pariter & igni armatus eſt? Quid quòd nõ multis abhinc mẽſibus, ad augẽdam ignis illius crudelitatẽ (quaſi nõ ſatis ignis in igne eſſet) artes nouæ excogitatæ fuerũt? Quòd ſi & noſtras expugnatiões vrbiũ ſpectemus, frigebit illa deſcriptio Homerica, Ἀνδρας ἐδὲ κτείνουσι, &c.

IAM verò quædam etiam legi apud Herodotum aliósque hiſtoricos dico, quæ quauis à fide abhorreant, non ſolùm exemplis ſimilium factorum quæ alii referunt, veriſimilia reddũtur, ſed & eorum authoritate qui noſtro ſeculo eadẽ apud alios viderũt, cõfirmãtur. Ex quorũ numero eſt quod de Threſſis quibuſdã mulieribus tradit, eas excedentibus è vita maritis comites ſe certatim offerre. Hoc enim veriſimile quidẽ reddi aio ea hiſtoria quã Iul. Cæſar & Nicolaus Damaſcenus de quibuſdã Aquitaniæ regibus referunt, ſexcẽtos cũ illis verſari viros, qui vt cũ viuẽtibus viuũt, & quidẽ regii dominatus regiæq; opulẽtiæ participes, ita etiã libẽter cũ moriẽtibus moriũtur: ſed (quod maius eſt) idẽ illud factũ mulieribus Indicis nõ veteres tãtùm ſcriptores ſed & oculati teſtes hodie adſcribũt.

Quinetiam ex iis narrationibus quæ vt à veritate abhorrere videntur, ita etiã à fide abhorrẽt, fuerint nonnullæ fortaſſe quas poſteri eorum de quibus ſcriptæ ſunt, eorúmve annales, aliqua ex parte teſtimonio ſuo comprobare hodiéque poſſint. In quam opinionem me adduxit oſtenſus mihi à quodam amico locus ex Sigiſmundi commentariis rerum Moſcouiticarũ petitus, in quo hiſtoria Herodoti de Scythis ſeruis qui dominis abſentibus in vxorum illorum poſſeſſionem inuolarant, tandémque quũ iuſto prælio repelli à dominis nõ potuiſſent, flagellis repulſi fuerunt, annalibus poſterorum teſtata extat: detortis duntaxat (vt fit) nonnullis facti circunſtantiis.

AD CTESIAE autẽ Indica quod attinet, mirãda illic naturæ opera deſcribi fateor: ſed vt de aue Indica pſittaco illi ſimúlq; oculis noſtris credere cogimur, (alioqui vix creditu ri) ita & de aliis multo maiori admiratione dignis credere fortaſſe debem*, etiãſi nõ viderimus. Certè vt Horatio de exuenda prorſus admiratione nõ aſſentior, ita viciſſim admirationẽ tantã vt ex ea increduli reddamur, non probo: ſæpéque illa Iuuenalis mecum reputo, Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? &c. Denique, ne iis quæ vel de natura rerũ vel de factis humanis memoriæ prodita ſunt, fidẽ temere derogemus, Dei potentiã omnia miracula vincere, ſeculum noſtrum ſuperiora omnia miraculis ſuperare dico.



DESCRIPTIO PONTIS BABYLONIS.

[illegible] quorum ſtadiorum longitudine, triginta tantùm pe-
[illegible] latitudine patebat, G H: hoc opere extructus,
[illegible] fornicibus conſtabat, ſed primùm pilæ lapideæ plumbo &
[illegible] deuinctæ Euphrati iniectæ fuerant, quæ parte fluminis
[illegible] dentis impetum excipiebant, in mucronem & acutos angulos terminatæ, ac ſenſim poſtea rotundatæ ad oppoſitam vſque ſuperficiem quadratam, F C.

Hæ pilæ duodecim pedum interuallo diſtabant, D E.


His primùm impoſitæ erãt ligneæ trabes craſſiſſimæ in longũ, B, & his demùm tranſuerſæ ſublicæ exemptiles inſtratæ, A.



[illegible] MEDIA.

[illegible] ceptæ, quod crudis lateribus inſculptæ erant variarum beſtia-
[illegible] rum effigies ad viuum expreſſæ, B.

[illegible] delignatus inter G, triginta ſtadiorũ erat, ſed opere tum
[illegible] ſtructus, tum floribus, erantq; venationũ figuræ elegãter in
[illegible] eminente inter venatores Ninꝫ venabuli
[illegible] ictum: mide verò pardũ ſagitta interficiẽte, L.
[illegible] quem nec Herodotus nec Diodorus
[illegible] ſtitutæ, prætribuit, ſtruxit.



DESCRIPTIO HORTORVM PENSILIVM SEMIRAMIDIS

Siti erant ad Euphratem in altera vrbis parte pensiles horti, inter septem orbis miracula numerati, quos sic describit Diodorus.

Ambitus quadratus erat, pedũ in singula latera quadringentorum, A B, A C, quibus reliqua duo respondent.

Intus erant areæ quatuor, singulæ pedes quadringẽtos longæ, centum latæ, aliæ aliis inuicem supereminentes, E, F, G, H.

Prima solo eminebat 12 cubitis & dimidio, E.

Secunda, cubitis 25, F.

Tertia, cubitis 37, & dimidio, G.

Quarta, Euphrati proxima, cubitis 50, H, vnde ex subiecto flumine aqua rigandis hortis, tolenonibus hauriebatur.

Hoc ædificium sustinebat lateritium opus, perpetuis fornicibus ab vna extremitate ad oppositã pertingentibus, pro singularũ arearum ratione ita vti diximus sublatis. Erat autem fornicum diameter pedum 12, N O: interiecto 22 pedum interuallo, O P, partim fornicum arcubus vtrinque sustinendis, partim etiam domiciliis quibusdam intus dispositis destinato.

Testudinibus ipsis (quas ob eam causam in pictura non vno modo delineauimus) primùm instrata erant grandia saxa pedes sedecim longa, quatuor lata, vt in prima area expressimus.


His erant superstrati calami, F, vt secunda area repræsentat.

Hos calamos laminæ plumbeæ ingentes tegebant, defendẽdæ ab humore testudini, sicut tertia area spectandum præbet.

Istis verò demùm humus erat magna copia ingesta, sicut in postrema area cernitur: erántque amœnissimi isti horti pulchetrimis & pretiosissimis quibusque plantis consiti.

Gradus autem quibus ab vna area ad alteram ascendebatur, quamuis Diodorus non describat, tamen vt poscit architecturæ ratio, in media parietum parte pinximus quibus areæ distinguebantur, I K ad sinistram, L M ad dextram.

Valuulæ verò seu fenestræ quibus adscripta est littera R, in eum vsum erãt adhibitæ vt ex area superiore in inferiorẽ despicerentur.



SEPTENTRIO.

ORIENS.


MERIDIES.

DESCRIPTIO BABYLONIS EX HERODOTO, ADDITIS ETIAM QVIBVSDAM EX DIODORO SICVLO.

egium cõtinere 27 partes, quæ digiti vocãtur: pedem
entos, quas mẽsuras obseruare propter tantæ vrbis
a vrbem in planicie ad occidẽtem depresserat spa
stadiorũ, R Q, R S, S T, & T Q, 35 pedes
mi la primum Euphratem deriuauit, pon dio
essum ccato fluminis aluco, inuaderet.
abit ts X.
ad centum viginti stadia
m A D quantum era

itudo murorum, cubit. 200, E B. Crassitudo eorundem, cubit. 50 B F.
nibus superstructæ erant domunculæ vnius contignationis, foribus inter se oppositis, tanto
inter se dissitæ quantum quadrigæ transeunti sufficiat.
larates vrbem in duas æquales partes secabat, introitu & exitu vtrinque ad duo stadia per me-
uros patente. Fossa lata, profunda, mœnibus obiecta, G.
c aggerem terminabat humilis murus lateritius, fluminis ripam vtrinque coercens, H.
s subliciis, saxeis pilis, Euphrati impositus, cuius descriptio à Diodoro Siculo traditur, I.
i omnes rectis tramitibus directi, transuersis lineis mutuò se intersecabant, sed multo plures
suersi rectà ad fluuium tendentes. Hi porrò ad fluuii ripam vsque non pertinebant, vacuo

aggere nter ædificia & fluuium ipsum intercedente, quem litera
Sing los transuersorum vicorum exitus ad aggerem desinentes, por 2 pl
ribus itæ claudebant, L.
Tur s in altera vrbis parte, M. quam seorsim dese
Pala um regium, N. Horti pensiles seorsim ex Diod o
Vrbi portæ cẽtum erant, pari interuallo collocatæ, vrbis porta in
erat re inæ Nitocris sepulchrum, addita inscriptione, si REX
PERI O, ET QVANTAM VOLET SVMI
P ceria munita erant aggere ducentos pe



HERODOTI HA-

licarnaſſei libri nouem, Muſarum nominibus inſcripti,

Ex Laurentii Vallæ interpretatione, eo quo in epiſtola dictum eſt modo recognita.

Liber I, qui inſcribitur Clio.

HERODOTI Halicarnaſſei hiſtoriæ explicatio hæc eſt, vt neque ea quę geſta ſunt, ex rebus humanis oblitereſtur [a] ex æuo, neque ingentia & admiranda opera vel à Græcis edita vel à barbaris, gloria fraudentur, cum alia, tũ verò [b] qua de re iſti inter ſe belligerauerũt. Perſarũ [c] eximii memorant diſſenſionũ authores extitiſſe Phœnices, qui à mari quod rubrum vocatur, in hoc noſtrum [d] proficiſcentes, & hanc incolentes regionem quam nunc quoque incolunt, longinquis continuò nauigationibus incubuerunt: faciendiſque AEgyptiarum & Aſſyriarum mercium vecturis, cum in alias plagas, tum etiam Argos peruenerunt. Argos etenim ea tempeſtate omnibus ciuitatibus regionis quę nũc Gręcia nominatur, antecellebat. Huc porro appulſos Phœnices mercimonia expoſuiſſe, & quinto ſextóve quàm appuliſſent die, cunctis fere diuenditis, fœminas ad mare veniſſe cum alias multas, tum verò regis filiam cui nomen eſſet idem quod Græci tradunt, Io filiam Inachi. Dúmque hæ fœminæ puppi nauis aſſiſtentes ea mercarentur quæ cuiuſque auiditas maximè ferebat, in eas Phœnices ſeſe adhortatos impetum feciſſe: & ipſarum pleriſque aufugientibus, Io cum aliis aliquot raptam fuiſſe, eíſque in nauem impoſitis Phœnices in AEgyptum vela feciſſe. Hunc itaque in modum Io in AEgyptum perueniſſe memorant Perſæ, non quemadmodum [e] Græci: & hoc iniuriarum principium extitiſſe. Poſt hæc Græcorum quoſdam, quorum nomina nõ poſſunt dicere, Tyrum appulſos, filiam regis rapuiſſe Europam: (fuerũt autem iſti Cretenſes) [f] illíſque par pari repenſum. Verùm poſtea Græcos ſecundæ iniuriæ authores extitiſſe. longa enim naue [g] in ora Colchidis & ad Phaſim fluuium, quum cætera tranſegiſſent quorum gratia venerant, illinc rapuiſſe filiã regis Medeam. Ad quam repoſcendã, pœnáſque de raptu petendas, quum rex Colchorum caduceatorem miſiſſet, Græcos reſpondiſſe, vt illi de rapta Io Argiua pœnas ſibi non dediſſent, ita ne ſe quidem illis daturos. Secunda dehinc ætate ferũt Alexãdro Priami filio, quum iſta audiſſet, cupidiné inceſſiſſe vxoris ſibi per rapinam è Græcia comparandæ, certum habenti omnino ſe pœnas non penſurum, quas nec illi pependiſſent. Ita quum is Helenã rapuiſſet, viſum eſſe Græcis, primùm miſſis illuc nũtiis & Helenã repetere, & pœnas de raptu petere. Illos verò [h] tergiuerſantes mentionẽ feciſſe de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dediſſent, nec rapinam repoſcentibus reddidiſſẽt, quomodo vellẽt ab aliis ſibi pœnas dari. Hactenus igitur inter eos mutuis ſolis rapinis actum. Eorum autẽ quæ deinceps extiterunt, Græcos præcipuè authores extitiſſe, qui priores in Aſiam quàm ipſi in Europam copias ducere incepiſſent. Se quidẽ ſentire iniuriorum virorum factum eſſe rapere fœminas: amentium verò, raptis vlciſcendis operam dare: prudẽtium autem, [i] pro nulla habere raptarum pulchritudiné:

a Temporis ſpatio, neq.

b Quam ob cauſam iſti int.

c Igitur ſcriptores mem.

d Profecti, & poſitis ſedibus in ea regione quam, &c.

e Phœnices.

f Et iſta quidem pari compenſatione inter eos eſſe facta.

g AEam Colchicam aduectos.

h Medeæ raptum ipſis obieciſſe, iſta prætexendo, quũ nec ipſi pœnas, &c.

i Raptas nihil curare:

quippe quæ, niſi voluiſſent, haud dubiè raptæ non fuiſſent. Eóque ſuarum fœminarum ex Aſia raptarum Perſæ negant vllam ſe habuiſſe rationem: Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia ingentem comparaſſe claſſem, deinde in Aſiam profectos, imperium Priami euertiſſe: atque ex eo tempore ſemper exiſtimaſſe ſibi hoſtes eſſe Græcos. Siquidem Aſiam & barbaras gentes quæ illam incolunt, putant Perſæ ſibi neceſſitudine coniunctas, Europam verò & Græcos à eſſe diſiunctos. Hûc in modum Perſæ rem geſtam eſſe memorant, & Ilii excidium ſibi diſcordiæ cum Græcis extitiſſe principium comperiût. Cum quibus non conſentiunt de Io Phœnices, quam negant ſe in AEgyptum abduxiſſe raptu vſos, ſed eam apud Argos cũ nauclero nauis ipſorum rem habuiſſe: & quum ſe grauidam eſſe cõperiſſet, veritam parentes, ſic volũtariam cum Phœnicibus nauigaſſe, ne detegeretur. Et hæc quidem Perſæ Phœnicéſque referunt: ego verò, vtrum ſic geſta ſint nécne, [a] non pluribus perſequar. Cæterùm quem ipſe noui primùm cœpiſſe inferre Græcis iniuriã, hunc indicabo, longius oratione pergens, tam paruas vrbes ciuitatéſque commemorando quàm magnas. Nam quæ olim magnæ erant, earum permultæ factæ ſunt paruæ: rurſus, quæ mea memoria magnæ fuerunt, prius fuerant paruæ. Igitur quum ſciam humanam felicitatem nequaquàm in eodem tenore perſtare, [b] vtriuſque fortunæ mentionem habebo.

a Dicere non conſtitui.

b De vtriſque mẽt.

CRœſus genere quidem fuit Lydus, patre autem Halyatte: earum verò nationum tyrannus quæ intra Halym amnem ſunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra ventum Aquilonem, in mare quod vocant Euxinum euoluitur. Hic Crœſus, è barbaris quos cognitos habemus, primus, Græcorum alios ad tributum pendendum adegit, alios ſibi amicos conciliauit. Subegit quidem Iones, AEoles, & qui ſunt in Aſia Dores: amicos autem ſibi fecit Lacedæmonios, quum ante eius imperium vniuerſi Græci liberi fuiſſent. Nam Cimmeriorum aduerſus Ioniam expeditio, vetuſtior illa quidem Crœſo extitit, non tamen vrbes expugnauit, ſed per incurſiones prædas abegit. Cæterùm principatus quum eſſet Heraclidarum, ad genus Crœſi, qui vocabantur Mermnadæ, ſic peruenit: Candaules, is quem Græci ſilum nominant, Sardiũ fuit tyrãnus, ab Alcæo Herculis filio oriũdus. Siquidẽ Myr Heraclidarum primus Sardium rex extitit Argon, Nini filius, Beli nepos, Alcæi pronepos: nouiſſimus, Candaules Myrſi filius: quum ante Argonem qui in ea regione regnauerant, fuiſſent oriundi à Lydo Atys filio, à quo totus is populus cognominatus eſt Lydius, quum Meon anteà vocaretur. Ab his [c] ſuccedentes Heraclidæ imperium ex oraculo adepti ſunt, Iardanæ ancilla & Hercule geniti, idque per quingentos & quinque annos, duas & viginti virorum ætates, tenuerũt, filius patri deinceps ſuccedens, vſque ad Candaulem Myrſi filium. Hic igitur Cãdaules vxorem adamabat, eámque præ amore arbitrabatur omnium fœminarum eſſe pulcherrimam. Hoc ita eſſe ſibi perſuadens, apud Gygem Daſcyli filium ex ſatellitibus ſuis (erat enim is maximè ipſi acceptus, eóque miniſtro in rebus magis [d] arduis vtebatur) ſpeciẽ vxoris ſupra modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore (neceſſe namque erat ei malè euenire) inquit his verbis, Gyges, neque enim videris mihi fidem habere referenti de coniugis ſpecie: (quòd magis incredulæ ſunt hominibus aures quàm oculi) fac illam conſpicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quémnam, inquit, here ſermonem profers haudquaquã ſanum, qui me iubes inſpicere heram meam nudam? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Iam olim hominibus ſunt honeſta excogitata, vnde diſcere debemus: ex quibus hoc vnum eſt, Quæ ſua ſint, quéque inſpicere debere. Ego verò tibi fidem habeo, illam eſſe fœminarum omnium ſpecioſiſſimã, téque oro ne me ores illicita. Atque hæc dicendo Gyges repugnabat, pertimeſcens nequid ſibi ex ea re mali contingeret. Cui viciſſim ille his verbis, Fidens, inquit, eſto Gyges: caue timeas aut me, tanquã hoc te ſermone tentãtem, aut vxorem meam, nequid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim ſic ego machinabor, vt illa ne deprehendere quidem poſſit ſe abs te fuiſſe inſpectam. Te nãque ſecundum fores cubiculi in quo cubamus, quũ apertæ fuerint, collocabo. Vbi ergo fuero ingreſſus, aderit & vxor mea in cubiculum: iuxta cuius introitũ ſella poſita eſt, ſuper quã veſtes illa (vt quãque exuet) reponet, ſeſe per multũ otium ſpectandã præbens: quæ quũ à ſella cubitũ perget, [e] oſtendens inuicẽ terga, curæ tibi ſit deinceps ne te per fores abeuntẽ cõſpiciat. Gyges igitur vbi effugere nõ potuit, fuit paratus: quẽ Candaules, poſteaquam hora cubandi viſa eſt adeſſe, in cubiculum duxit: ſtatimque pòſt & vxor adfuit. quã introeuntem ac veſtimẽta deponentem Gyges intuitus, vbi auerſa fuit illa cubitum vadens, ipſe è loco prorepens foras abiit: & inter exeundum

c Autem educati Heracl.

d Seriis.

e Et ei fueris à tergo, curæ ti.

à muliere conſpectus eſt. Hæc, vt didicit à viro quid actum eſſet, neque præ pudore exclamauit, neque viſa eſt percepiſſe, habens in animo Candaulem vlciſci. Apud Lydos enim, & fere apud cæteros quoque barbaros, magno probro eſt etiam virum conſpici nudum. Ita tunc nihil aperiens mulier, ſilentiũ tenuit. Mox autem vbi dies illuxit, quos domeſticorum maximè ſibi fideles intelligebat eſſe, quum præparaſſet, Gygem accerſit. Hic eam nihil ſuſpicans ſcire eorum quæ acta erant, accerſitus venit: quippe qui antea ſolitus eſſet ad reginam concedere, quoties ab ea vocaretur. Vt
» venit, ad eum his verbis mulier inquit, Nũc duabus tibi præſentibus viis, Gyges, of-
» fero electionem in vtram malis diuertere: Aut enim me pariter ac regnum Lydorũ,
» vbi Candaulem interfeceris, aut teipſum continuò occumbere ſic oportet, ne in
» omnibus Candauli obſequendo, poſthac ſcias quæ te ſcire non decet: ſed aut illum
» qui iſta conſuluit, interire opus eſt: aut te, qui nudam me es conſpicatus, & illicita fe-
» ciſti. Ad hæc verba Gyges primùm obſtupefactus, poſtea obſecrare illam ne ſe ad talem neceſſitatem adigeret alterutrum eligendi. Vbi non perſuadet, ſed vtique propoſitam ſibi neceſſitatem cernit aut interimendi herum, aut per alios pereundi,
» elegit vt ipſe ſupereſſet: atque ita percontans illam, inquit, Quandoquidem me
» adigis inuitum ad herum meum occidendum, age audiam quo pacto illum adorie-
» mur. Excipiens illa, Ex eo, inquit, loco adoriendus erit vnde ille me nudam oſten-
» dit. in ſopitum impetus dabitur. Poſteaquam igitur inſidias inſtruxerunt, & nox aduenit, Gyges [a] nihil cunctatus eſt: quippe cui nulla deuitandi facultas eſſet, ſed neceſſe aut perire, aut Candaulem perimere. mulierem in thalamum ſequitur, quem illa, dato pugione, ſubter eaſdem fores occulit. Vnde poſtmodum iſte procedens, quieſcentem Candaulem obtruncat, vxoréque eius & regno potitus eſt. Cuius rei meminit & Archilochus Parius, qui per idem tempus fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autem regnum Gyges & in eo fuit confirmatus ex Delphico oraculo. Nam quum Lydi indigno animo ferrent Candaulis caſum, atque in armis eſſent, conuenit inter hos ac factionem Gygianam, vt ſi oraculum reſpondiſſet hunc eſſe regem Lydorum, ipſe regnaret: ſin minus, principatum Heraclidis reſtitueret. Accepto igitur oraculo Gyges ita regnauit. [b] Sed demum Pythia loquuta, Heraclidarum vltionem in atnepotem Gygis eſſe venturam. quod carmen neque Lydi neque ipſorum reges vllius momenti fecerunt, priuſquam exitu comprobatum eſt. Hunc in modũ obtinuere tyrannidem Mermnadæ, ſublatis Heraclidis. Gyges, tyrannide occupata, Delphos donaria miſit non pauca, [c] vbi quæ ex argento donata viſuntur, eorũ pleraque iſtius ſunt. Et præter argentum, immenſam vim auri dedicauit: poſuítque cũ alia, tum verò (quod præcipua mẽtione dignũ eſt) pateras aureas, numero ſex, põdo triginta talẽtorum, quæ in Corinthiorum theſauro collocata ſunt. licet is theſaurus (ſi vera loqui volumus) non Corinthii populi ſit, ſed Cypſeli Eetionis filii. Ita Gyges barbarorum quos ipſi nouimus primus, munera apud Delphos poſuit, ſecundum Midam Gordii filium, Phrygiæ regem. Nam & Midas obtulit regiam ſellam, in qua ſedens iura ſolitus dicere erat, rem ſpectaculo dignam: quod tribunal eodem [d] quo Gyges obtulit loco, vocitatur à Delphis Gygadas, eius videlicet qui obtulit cognomine. Is igitur poſtquã imperio potitus eſt, arma intulit Mileto & Smyrnæ, vrbémque Colophonem vi cepit. Nec aliud vllum præclarum facinus ab eo geſtũ eſt, quũ duodequadraginta annos regnauerit. Et hunc quidẽ nos, his dũtaxat de eo cõmemoratis, miſſum facimus: Ardyis autẽ eius filii faciemus mẽtionẽ, qui poſt Gygẽ regnauit. Hic Prienenſes expugnauit, & Miletum inuaſit: quo Sardium tyrannidem obtinente, Cimmerii à Scythis Nomadibus eiecti è ſedibus ſuis, in Aſiam tranſierunt, Sardíſque præter arcem ceperunt. Quum autem vndequinquaginta regnaſſet annos, ſucceſſit Sadyattes Ardyis filius, regnauítq; annis duodecim. Sadyattæ ſucceſſit Halyattes, qui cum Cyaxare Deiocis nepote bellauit & Medis, Cimmerióſque exegit ex Aſia, Smyrnam etiam à Colophone conditam cepit, & Clazomenas inuaſit. Vnde non (quemadmodum optabat) diſceſſit, ſed vehementer euentu fruſtratus. Alia quoque opera, quũ in imperio fuit, digniſſima memoratu edidit, quæ hæc ſunt. Bello quod geſſit cum Mileſiis, à patre traditum, hac ratione Miletum illuc tranſgreſſus obſidebat: Dum fruges in regione erant adultæ, tunc exercitum immittebat, procedens in expeditionem ad cantum fiſtularum, fidiúmque, ac tibiæ tam muliebris quàm virilis. Quúmque in agrũ Mileſium peruenerat, nõ ædificia quæ in agris erãt, diruere, non incendere, nõ fores effringere, ſed incolumes eſſe paſſim ſinere: arboribus modò fructibúſque regionis peruaſtatis, rurſus ſe recipiebat. Nam Mileſii mare obtinebant, vt opus nõ eſſet hoſti illic conſidere. ÆEdificia autẽ ideirco Lydus

a Vt qui non dimitteretur, nec vllam effugiendi facultatem haberet, ſed cui neceſſe eſſet aut per.

b Sed id demum tamen Pythia erat loquuta.

c Sed cum alia plurima ex argento Delphis ſunt ab eo poſita, tum verò etiam præter arg.

d Loco poſitum eſt quo Gygis pateræ: vocatúrque à Delphis hoc aurum & argentum à Gyge oblatum, Gygæum, eius videl.

a Vt poſtea prodeuntes Mileſii poſſent terram ſerere & colere:& quum,&c,

non excidebat, vt [a] & Mileſii habentes vnde procederent, humum ſererẽt colerẽtque:& quum hoc illi feciſſent, ipſe cum exercitu ingreſſus haberet aliquid quod popularetur. Hæc faciens, vndecim oppugnauit annis, per quos duo ingentia vulnera accepêre Mileſii: vnum, in Limeneio (quod eſt ipſorum regionis) pugna commiſſa, alterum in campo Mæandri. Horum vndecim annorum ſex adhuc apud Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Mileſiam tunc inuaſerat, & idem bellum conflauerat. Quinque reliquis eius filius Halyattes, bellum quod à patre acceperat (vt à me ſuperius cõmemoratum eſt) intentius adminiſtrauit: in quo bello Mileſios nulli ex Ioniis ſubleuauerunt, præter Chios, qui ſoli fuere auxilio: reddentes vicem [b] quòd aliquando Mileſii Chiis bello quod cum Erythræis gerebant, auxilia tuliſſent. Duodecimo autem anno incenſis ab exercitu ſegetibus, hoc rei fieri contigit: Segetes vt erant incenſæ, valido vigente vento, celerrimè peruaſerunt Mineruæ templum cognomine Aſſeſiæ: quo incendio templũ deflagrauit. Neque vllius momenti ea res in præſentia habita eſt: ſed quum poſt exercitus reditum Sardis Halyattes decubuiſſet, diuturniúſque ægrotaret, Delphos miſit ad deum de ſua valetudine ſciſcitatum, ſiue alieno ſiue ſuopte conſilio ad mittendum inductus. Nunciis autem, quum Delphos peruenirent, ſe reddituram reſponſum Pythia negauit, priuſquam templum Mineruæ reparaſſent, quod in terra Mileſiorum apud Aſſeſum concremaſſent. Ita actum eſſe ego Delphis accepi. Sed Mileſii his illa addunt, Periãdrum Cypſeli filium, quum audiſſet oraculum Halyatti redditum, miſiſſe nũcium ad Thraſybulum tunc Mileſiorum tyrannũ (cuius in primis erat familiaris) admonitum vt aliquid proſpiciendo ſibi conſuleret in præſens. Et Mileſii quidem ita id geſtum memorant. Halyattes autem, vbi hæc ipſi nunciata ſunt, confeſtim caduceatores Miletum mittit, ad ineundas cum Thraſybulo & Mileſiis pactiones tantiſper dum templum ædificaretur. Dum caduceator Miletum venit, Thraſybulus (vt qui omnem ſermonem planè perſenſerat, norátque quídnam Halyattes facere ſtatuiſſet) huiuſcemodi rem machinatur. Quod frumenti in vrbe erat vel ſuum ipſius vel priuatorum, id omne in forum congerit: præcipítque Mileſiis vt quũ ipſe ſignũ dediſſet, cuncti potarẽt, & inter ſe comeſſationibus vterẽtur. Hæc Thraſybulus ea gratia fecit præcepítque, vt caduceator Sardius cernens ingentem frumẽti aceruũ effuſum, & homines oblectationibus vacãtes, renũciaret Halyattæ. Quod & cõtigit. nam vt illa conſpexit caduceator, Thraſybulóque Lydi mandata expoſuit, reuerſus eſt Sardis: &(vt ego audio) ob nihil aliud inter eos pacificatum eſt. Sperans enim Halyattes vehementem penuriam rei frumentariæ Mileti eſſe, & populum ad extremũ vſque malorum deueniſſe, reuerſo illinc caduceatore, audiebat contraria atque ipſe fuerat opinatus. Poſt hæc inter eos ita conuentũ eſt vt mutuò hoſpites eſſent ac ſocii: próque vno duo delubra apud Aſſeſum ædificauit. Halyattes ipſe ex morbo conualuit. Et quæ ab bellum quidem Halyattis cum Mileſiis atque Thraſybulo pertinent, ita habuere. Periander autẽ Cypſeli filius fuit is qui Thraſybulo indicauit oraculum, Corinthi tyrannus: cui maximum miraculũ fuiſſe oblatum populares ſui prædicant, & his Leſbii aſſentiũtur. Arionem Methymnæum delphino inſidentẽ ad Tænaron fuiſſe euectum, qui erat citharœdorum ſui ſeculi nulli ſecũdus: quíque primus hominũ quos nouimus, & fecit & nominauit & docuit Corinthi dithyrambũ. Hunc Arionem ferunt, quũ permultum temporis triuiſſet apud Periandum, cõcupiſſe in Italiam Siciliámq; nauigare: rurſúſque parta ingenti pecunia, voluiſſe Corinthum reuerti: & quũ profecturus Tarento eſſet, quia nullis magis quàm Corinthiis fideret, nauigiũ virorum Corinthiorum conduxiſſe. Quũ igitur altum tenerent, iſtos Arioni inſidiatos, vt eo deturbato, pecunia potirentur. Hoc illũ intelligentem, oblata eis pecunia, mortem tantùm fuiſſe deprecatum. Non perſuadenti nautas iuſſiſſe vt aut ſibi manus inferret, vt ſepulturã in terra nãciſceretur, aut illico in mare deſiliret. Arionem ad hanc difficultatem redactum, obſecraſſe vt quandoquidem ipſis ita placitum eſſet, paterentur ſe omni ſuo ornatu coopertum, ſtantémque ſuper foros, cãtare: & quum decantaſſet, pollicebatur ſe ſibi manus illaturum. Iſtos igitur (inuaſerat enim eos libido audiendi præſtantiſſimũ inter homines modulatorem) è puppe in mediam nauem cõceſſiſſe. Illum, induto ſibi omni ornatu, ac ſumpta cithara ſtantem ſuper foros, inchoaſſe carmen quod dicitur orthium: eóque decãtato, ſeſe, vt erat ornatus, in mare ieciſſe. Et hos quidem curſum tenuiſſe Corinthum: illum verò aiũt à delphino exceptum, Tænaron fuiſſe tranſuectum: & quum è delphino deſcendiſſet, Corinthũ eodem habitu perrexiſſe: & vbi peruenit, quicquid cõtigerat enarraſſe. Periãdrum autem, quia non crederet, tenuiſſe hominẽ in cuſtodia, nequò prodiret:

b Quòd antea Mileſii cum Chiis bellum aduerſus Erythræos geſſiſſent.

cęterum curauiſſe vt nautas haberet. Eos accitos, vbi adfuerunt, percontatum ſiquid de Arione memorarẽt: & referentibus illum ſoſpitem circa Italiam agere, fortunatúmque Tarenti ſe reliquiſſe, Arionem apparuiſſe eodem quo deſiliiſſet habitu: iſtos terrefactos, nihil amplius habuiſſe quod conuicti inficiarentur. Hæc Corinthii ac Leſbii aiunt: extátque apud Tænarũ ingens Arionis ex ære donariũ, ſuper delphinũ ſedens. Porrò Halyattes Lydus, cõfecto cũ Mileſiis bello, poſtea, quum ſeptem & quinquagirita regnaſſet annos, vita exceſſit: qui ſecundus ex hac domo, quum è morbo conualuiſſet, apud Delphos dedicauit grandem ex argento pateram: itémque alteram ex ferro paruulam, compactilẽ, ſpectatu dignam inter omnia quæ ſunt Delphis donaria: opus Glauci Chii, qui ſolus omniũ compactionem ferri excogitauit.

DEFVNCTO Halyatte, ſucceſſit in regno Crœſus, annos natus quinq; & triginta, qui primus Græcorum Epheſiis bellum intulit. Vnde Epheſii ab eo obſeſſi, vrbem Dianæ donarunt, funem ex æde Dianæ ad murum alligato. Eſt autem inter veterem vrbem quæ tunc obſidebatur, & templum, ſeptem ſtadiorum interuallũm. Hos primos Crœſus aggreſſus eſt, deinde verò carptim ſingulos Ionum AEolúmque, alias in alios cauſas prætendens, vt in quoſque maximas reperire poterat: in quoſdam etiam friuola cauſatus. Poſtea verò quàm Græcos in Aſia ſubegit ad tributum pendendum, tunc conſtituit ædificatis nauibus aggredi inſulanos. Ad quas compingendas, quum omnia in expedito eſſent, dicunt alii Biantem Prienæum, alii Pittacum Mitylenæum, quum ſe Sardis contuliſſet, interrogatũ à Crœſo numquid apud Græciam noui eſſet: reſpondiſſe, quòd illum à compingẽda claſſe inhibuit. Inquit enim,

» Inſulani, ô rex, decem millia equorum coemerunt, habentes in animo aduerſus Sar
» dis atque te exire in expeditionem. Et Crœſum vera loqui ratum, dixiſſe, Vtinã dẽt
» dii hanc inſulanis mentem Lydos inuadendi cum equis. Atque hunc excipiente di-
» xiſſe, Videris mihi, ô rex, cupidè vota facturus vt inſulanos in continente adipiſcaris
» equitãtes, haud abſurda ſpe. Verùm quid aliud inſulanos optare cenſes quàm, ſimul-
ac audierint conſtituiſſe te aduerſus ſe claſſem ædificare, vt nacti Lydos in mari intercipiant, téque pro his Græcis quos tu in continente [a] tibi adieciſti, vlciſcantur? Hoc ſermone delectatũ admodum Crœſum, atque inductũ (eſt enim viſus ille perquam ſcitè dixiſſe) ab ædificãda claſſe deſtitiſſe, atque ita cum Ionibus qui inſulas incolerẽt, hoſpitiũ contraxiſſe. Interiecto autẽ tempore, ſubactis ferme omnibus qui intra Halym colunt. nam præter Cilices ac Lycios, cæteróſque omnes Crœſus in ſuam potẽſtatem redegit, qui ſunt, Lydi, Phryges, Myſi, Mariandyni, Chalybes, Paphlagones, Thraces, Thyníque & Bithyni, Cares, Ionies, Dores, AEoles, Pamphylii. His inquã ſubactis, & potentia Lydorum per Crœſum aucta, contulerunt ſe Sardis opibus florentes, tum cæteri omnes è Græcia ſophiſtæ, qui ea tempeſtate erant, pro ſe quiſque proficiſcentes: tum verò Solon vir Athenienſis, qui quum leges iubẽtibus Athenienſibus tuliſſet, decem annos per cauſam contemplandi, nauigando erat peregrinatus, vt ne quam legum quas condiderat abrogare cogeretur. Nam hoc Athenienſes ipſi facere nequibant, maximo iurciurando adacti ad eas decẽ per annos ſeruandas quas ipſis Solon condidiſſet. Harum itaque legum ac contemplandi gratia Solon peregre profectus, in AEgyptum ad Hamaſim ſe contulit, & Sardis ad Crœſum. Eò quum peruenifſet, hoſpitaliter in regiam à Crœſo exceptus eſt: tertióque aut quarto quàm venerat die, iuſſu Crœſi, miniſtri circũduxerunt hominem circa theſauros: omniáque quæ illic inerant magna ac beata, oſtentarunt. Eum porro contemplatum cun-
» cta, & vt ſibi opportunum fuerat intuitum, talibus percontatus eſt Crœſus, Hoſpes
» Athenienſis, quia multus ad nos rumor de te emanauit ob tuam ſapientiam tuám-
» que diſcurſationem, qui philoſophando [b] per multa videndi gratia es peregrinatus:
» ideo mihi nunc cupido inceſſit ſciſcitandi ex te ecquem vidiſti omnium beatiſſimũ.

Sperans videlicet ſe inter homines beatiſſimum eſſe, ita ſciſcitabatur. Solon autem
» nihil admodum aſſentatus, ſed vt res erat reſpondens, Ego vero, inquit, ô rex, vidi
» beatiſſimum Tellum Athenienſem. Quod dictum admiratus Crœſus, inſtat interro-
» gare, Qua de re Tellum iudicas eſſe beatiſſimum? Quia, inquit, Tello Repub. bene
» inſtituta; filii fuerunt honeſti & boni, [c] eorúmque ſingulis liberi, híque omnes ſu-
» perſtites: & quũ hoc vitæ, quantum in nobis ſitum eſt, bene traduxiſſet, obitus ſplen-
» didiſſimus ei obtigit. Siquidem prælio quod Athenienſes cum finitimis geſſere apud
» Eleuſinem, quũ auxilio veniſſet, hoſtémque in fugam vertiſſet, pulcherrimam op-
» petiit mortem. Quem Athenienſes, quo loco occubuerat, eo ipſo publicè humarunt,
» magnificéque honorarunt. Tum verò multa de Tello ac beata Solone referente,
excitatus Crœſus, interrogat quémnam ſecundum ab illo vidiſſet, putans haud du-

[a] In ſeruitutem redegiſti.

[b] Per multas regiones

[c] Ex quibus ſingulis vidit natos liberos, eóſque

bie ſecundas ſe partes eſſe laturum. Cleobin, inquit ille, & Bitonem: quippe his & genus Argiuum erat,& victus ſuppeditabat: adhæc corporis robur tantum, vt & in certaminibus ambo pariter victores extiterint:& de his etiã iſta memorentur. Quũ dies feſtus Iunonis apud Argiuos eſſet,oporterétque omnino matrẽ horũ ad tẽplum ferri bobus iũctis,híſque boues ex agro eis ad horã præſtò nõ eſſent: tũc iuuenes excluſi tẽpore,iugum ſubeũtes plauſtrũ pertraxerunt quo mater vehebatur,& quinque ac quadraginta per ſtadia trahẽtes ad tẽplum peruenerũt. Quibus,quũ hæc feciſſent, & ab omni cœtu cõſpecti fuiſſent, optimus obtigit vitæ exitus:& per hæc deus iudicauit,ſatius homini eſſe mori quàm viuere. Nam quum circũſtãtes Argiui laudibus tollerent, viri quidem,conſiliũ filiorum, fœminæ verò,matrem eorum, quòd talibus filiis prædita eſſet:mater gaudio perfuſa cum liberorum facto tum fama,ante ſimulacrum ſtans,precata eſt eam vt Cleobi & Bitoni filiis ſuis daret id quod optimũ eſſet homini contingere. Poſt hanc precationem, vbi ſacrificarunt epulatíque ſunt, quieſcentes in ipſo delubro,non ſunt amplius excitati, ſed hoc vitæ exitu perfuncti. Quorũ effigies, tanquã virorũ qui præſtantiſſimi extitiſſent,Argiui factas,apud Delphos collocarũt.Et his quidem Solon ſecũdas beatitudinis partes attribuit. Crœſus autẽ[a] cõturbatus inquit,Hoſpes Atheniẽſis,adeóne à te deiicitur in nihilũ noſtra felicitas vt ne priuatis quidem viris nos æquiparandos ducas? Cui ille, Me Crœſe gnarum omne numen inuidum eſſe & turbulentum, de rebus humanis interrogas? In diuturno enim tempore multa vidẽtur quæ nemo velit videre, & tolerãtur multa quæ nolit quiſpiam tolerare. Proponamus enim homini terminum vitæ ad ſeptuaginta annos,qui anni conſtant ex viginti quinque millibus ac ducentis diebus, menſe intercalari nõ poſito. Quòd ſi velis alternos iſtorum annorum addito menſe prolixiores fieri, vt tẽpora opportunè incidentia congruãt,menſes quidem intercalares per annos ſeptuaginta, fient triginta quinque,dies autem ex his menſibus mille quingenti. Horum dierum omnium,qui ſunt in ſeptuaginta annos,numero viginti ſex millia ducenti quinquaginta, [b] nullus prorſus qualem alius rem affert. Ita igitur,Crœſe,omnino calamitoſus eſt homo.Cęterùm tu quidem mihi videris & diuitiis valde pollere,& permultorum hominum rex eſſe: ſed id de quo me interrogaſti, nondum te eſſe dixero priuſquam te bene vita defunctum eſſe audiero. Neque enim beatior eſt qui magnis opibus præditus eſt,eo qui [c] diurnum victum habet:niſi eidem omnibus bonis prædito,fortuna conceſſerit bene vita defungi.Etenim cõplures homines ſunt perquam locupletes, minimè tamẽ beati:complures item mediocria habentes patrimonia,fortunati. Quorũ is qui diuitiis affluit, ſed non beatus eſt,duabus tantũmodo rebus antecellit fortunatũ: at hic illũ pluribus. Ille ad cupiditates implendas,& ad grãdem quæ incidat offenſam ſuperandã validior eſt: [d] hic, etſi illo inferior eſt in his duobus quæ bene illi à fortunã denegãtur, tamẽ excellit quòd illorum inexpertus eſt,quòd proſpera fruitur valetudine,quòd malorũ expers,quòd bonorum liberorum parens,quòd formoſus eſt.Quòd ſi præter hæc, diem quoque ſuum rectè obierit,is eſt(quem quæris)dignus qui vocetur beatus: prius tamẽ quàm ad obitum peruenerit,nequaquam beatus appellandus, ſed fortunatus. Sed hæc omnia conſequi hominem impoſſibile eſt: ſicut nec vna regio cuncta ſibiipſi ſuppeditat:ſed aliud habẽs,alio indiget:quæ tamen habet plurima,ea eſt optima:quemadmodum etiam hominis corpus vnum aliquod non eſt cõſummatum,quia aliud habet,alio caret.Sed quiſquis horum plurima conſtanter habuerit,& poſtea placido animo è vita exceſſerit, [e] hic apud me nomine hoc veluti rex donari meretur. Omnis autem rei oportet inſpicere exitum, quò ſit euaſura: quoniam multos Deus quibus [f] fortunas ſuppeditauerat,radicitus euertit.Hæc Solon,neque aſſentãdo Crœſo,neque vllius eum momenti faciendo,loquutus dimittitur: ſanéque eſt viſus eſſe indoctus,qui bonis præſentibus prætermiſſis,iuberet omnium rerũ inſpicere exitũ. Poſt abitum Solonis ingens deorum indignatio Crœſum excepit,quòd(vt coniicere licet) ſeipſum omnium hominũ beatiſſimũ arbitraretur. Statim igitur ei quieſcẽti ſomnium oblatum eſt,veritatem indicans malorum quæ circa filium erant euentura. Erant autem Crœſo liberi duo:quorum alter [g] qui mutus,inutilis erat:alter inter æquales in omnibus longè primus,nomine Atys.Hunc itaque Atym Crœſo ſignificat ſomnium,fore vt ferrea cuſpis traiectum interimeret.Experrectus,& ſecum rem verſans,ſomnio territus, accipit filio vxorem: & quum ſolitus eſſet præeſſe copiis Lydorum,nuſquã eum amplius ad tale munus dimittit:iacula & haſtas,omniáque huiuſcemodi quibus homines in bello vtuntur,è porticibus amouens, in thalamos infert, nequid ſuſpẽſum in filium decideret.Quum autem nuptias filii in ma-

a Quum *hoc reſponſo* premeretur.

b Alter nihil affert quod alteri ſit prorſus ſimile. Ita igitur, Crœſe, omnis homo eſt ipſa calamitas.

c Viuit in diem.

d Hic verò iſtis illũ ſuperat, quòd damnũ quidem ferre & deſideriũ explere non ita poteſt vt ille: ſed hæc ab eo arcet felicitas; expers eſt malorum: ſanus,felix ſobole, & formoſus.

e Is (meo quidem iudicio) dignus eſt.ô rex, qui nomen illud ferat.

f Felicitatem oſtentarat.

Crœsi filij Atys & Inferiorit.

g Vitio corporis laborabat. erat enim ſurdus:

nibus haberet, aduenit Sardis quidam in calamitate positus, manibúsque non puris, natione Phryx, regio ex genere. Hunc, quum ad ædes Crœsi veniſſet, ex ritúque domestico, vt sibi expiari liceret, oraſſet, Crœsus expiauit. Modus autem expiandi propemodum is est apud Lydos qui apud Græcos. Vbi verò legitima peregit Crœsus, » percontatus est vnde ille, quisnam foret, inquiens, Homo, quis tu? & quo Phrygiæ lo- » co profectus, domesticus mihi factus es? & quem virum aut quam fœminam in- » teremisti? Ad quem ille respondit, Midæ Gordio prognati sum filius, nomine Adra- » stus: quia fratrem meum ipsius imprudens interemi, adsum eiectus à patre, & omni- » bus rebus exutus. Crœsus autem inuicem ad eum his verbis inquit, Ex viris nobis » amicis oriundus es, & ad amicos venisti: hîc in nostris ædibus tu manens, nullius rei » indigebis. Istam porro calamitatem quamleuissimè ferendo, plurimum lucrifacies. Atque ille quidem apud Crœsum domicilium habuit. Verùm per hoc idem tẽpus apud Olympum montem Mysiæ, aper eximiæ magnitudinis extitit, qui ex hoc mõte progressus, Mysorum opera peruastabat: quémque sæpenumero Mysi aggressi, nihil admodum mali ei fecerant, sed ab eo acceperant. Ad extremum igitur missis ad » Crœsum nũciis, ita dixere, Apparuit, ô rex, apud nos maximus aper, qui agrestia cor- » rumpit opera: quem studiosissimè captantes, interimere tamen non valuimus. Nũc » itaque te obsecramus vt nobiscum filium tuum ac delectos iuuenes canésque mit- » tas, quõ belluam è regione tollamus. Hæc illis precantibus, Crœsus somnia memo- » ria repetens, ita respondit, Filii quidem mei nolite amplius facere mentionem: neq; » enim eum vobis dimitterem. nam est nouus maritus, & ista nũc sunt ei cordi. Lydo- » rum tamen delectos & venatores omnes cum canibus vnà mittam, mandabóque » euntibus vt promptissimè vobiscum belluam de regione summoueant. Hæc Crœ- sus respondit. Cuius verbis quum contenti nõ essent Mysii, interuenit Crœsi filius, auditísque quæ Mysii precarentur, & Crœso negante cum illis missurum se filium, » hæc inquit ad eum adolescens, [a] Pater, quæ nobis antehac aliquando honestissima » ac magnificentissima erant, vel in bella vel in venationes eundo specimen sui dare, » horũ vtroque nunc excluſum me tenes, nulla in me animaduersa neque ignauia ne- » que socordia. Nunc ergo quibus me oculis conspici oportet euntem in forum, atque » illinc redeuntem? qualis ciuibus, qualis vxori recens nuptæ videbor? cui illa viro vi- » debitur nupta? Proinde me tu aut sinas venatum ire, aut mihi verbis persuadeas, po » tiora ista esse quæ facis. Cui respondens Crœsus, Fili, inquit, neque quòd ignauiam, » neque quòd aliud quippiam iniucundum mihi animaduerterim in te, hæc facio: sed » visum quod in somnis mihi oblatum est, dixit te breuis æui futurum: quippe ferrea » periturum cuspide. Cuius visi gratia & has maturaui nuptias, nec ad ea quæ susci- » tur, dimitto, obseruans siquo pacto queam te, dum viuo, à clade subtrahere. Filius e- » nim mihi vnicus es. nanque alterum auribus captum pro nullo existimo. Ad quẽ » vicissim adolescens, Pater, inquit, tibi equidem ignosco agenti circa me custodiam, » qui talem videris visionem: verùm tu illam non probè percipis: quam (quoniam te » latet) æquum est me tibi interpretari. Ais tibi somnium ostendisse, me ferrea perite- » rum cuspide. At verò quænam manus sunt, quæve cuspis ferrea quam tu pertime- » scas? Nam si dente dixisset aut aliquo huius simili periturum me, deberes facere quæ » facis: nunc autem dixit, cuspide. Quare quum non sit nobis pugna cum viris, ire me » sinas. Et Crœsus, Euincis me, inquit, fili, ista loquens de somnio intelligẽdo. Quapro- » pter, vt abs te victus, muto sententiam, & tibi veniã do eundi ad venationem. Hæc » loquutus Crœsus, Adrastum Phrygem accersit, eique, vbi adfuit, talia inquit, Ego te » Adraste [b] calamitate præditũ (nõ ingrato tibi hæc exprobro) expiaui, & receptum do » mi habeo, omnem suppeditans sumptum: nunc ergo de me, qui prior de te bene » meritus sum, debes inuicem bene mereri. Custodem te opus est esse filii mei venatũ » proficiscentis, nequi inter viã occulti grassatores in vestram perniciem prodeãt. Ad » hæc, tua interest eò te ire vbi splendor ex rebus gestis paratur, quod tibi paternũ est, » & præterea tibi robur adest. Cui Adrastus, Ego, inquit, ô rex, in istud certamen alio- » qui non pergerem: quem tali calamitate affectũ, nefas est ad æquales se conferre for- » tunatos, [c] aut velle inter eos adesse. & frequenter meipsum continui: nunc tamen » quoniam tibi hoc in animo est, cui gratificari debeo & gratiam referre pro benefi- » ciis, istud exequi paratus sum: filiúmque tuũ, quem me custodire iubes, expecta in- » columem rediturum [d] custodis causa. Posteaquam his verbis Adrastus Crœsõ respõ dit, mox instructi viris delectis, iuuenibúsque & canibus, discedunt. Qui vbi ad montem Olympum peruenere, belluam indagant, & inuentam circunfusi iaculis incessunt. Ibi hospes is qui à cæde fuerat expiatus, & vocabatur Adrastus, vibrato in

a Antehac quidem, pater, nobis licebat ex reb⁹ pulcherrimis, & in primis generosis, nempe bella & venationes frequentando, nominis celebritatem quærere. at tu nunc vtroque istorũ excl. &c.

b Calamitate perculsum (quod non dico vt quicquam ingratum tibi exprobrem)

c Neque mihi ea est voluntas.

d Quod ad custodem attinet.

aprum iaculo,nõ illum,ſed fruſtrato ictu filium Crœſi adeptus eſt.Iſte,cuſpide ictus, vocem ſomni impleuit.Quod factum quidam Crœſo nunciaturus cucurrit,peruenién ſque Sardis,pugnam illi & filii necem indicauit. Crœſus autem morte filii perturbatus, eo grauius eam ferebat quòd is eum necaſſet quem expiaſſet à cæde. Et pergrauiter cladem ſuam lamentans,Iouem expiatorem inuocabat, teſtificans quæ ab hoſpite paſſus eſſet. [a]Inuocabat etiam hoſpitalem & familiarem,hũc eundem nominans deum: hoſpitalem quidem,quòd quum domum excepiſſet hoſpitem, percuſſorem filii ſui imprudens aluiſſet:familiarem verò,quòd quem pro illius cuſtode miſiſſet,eum comperiſſet maximum hoſtem. Secundum hæc, Lydi adfuerunt qui mortuum adferebant: poſt ipſum interfector ſequebatur. Stans autem hic ante cadauer,ſeſe Crœſo tradebat, manus protendens, iubénſque vt ſe ſuper cadauer mactaret, referendo tum priorem calamitatem ſuam, tum,quoniam ſuum etiam expiatorem interemiſſet,ſibi viuendum amplius non eſſe.Hæc Crœſus audiens,etſi in tanto domeſtico luctu poſitus, tamen Adraſtum miſeratus eſt, & ad eum inquit, Habeo abs te hoſpes omnem ſatisfactionem,quoniam teipſum morte condemnas. Neque verò tu huius mihi cladis author es, niſi quatenus id feciſti imprudẽs:ſed deo- «
rum quiſpiã,qui iampridem mihi ventura ſignificauit. Crœſus ergo filiũ pro digni- «
tate ſepeliuit.Adraſtus autẽ Midæ filius,Gordii nepos,is qui tũ fratris tum expiatoris interfector extiterat,vbi ſilentiũ hominũ fuit ad ſepulchrũ, [b]ignoſcentibus ei hominibus ob quę ipſe grauiſſimè afflictabatur,ſeſe ſuper buſtũ trãſfodit. Porro Crœſus filio orbatus,ingenti in luctu duos annos egit. [c]Quem luctũ poſtea finiuit Aſtyagis Cyaxaris filii dominatio à Cyro Cambyſis filio ſublata, & res Perſarum augeſcentes:atque in ſolicitudinem venit,ſiqua ratione poſſet, potentiam Perſicã,priuſquàm magna efficeretur,occupare.Sub hãc ergo cogitationem, ſtatim tentare ſtatuit vaticinia,quæque apud Græcos,quæque in Africa eſſent, aliis aliò dimiſſis; quibuſdam Delphos, [d]quibuſdam Dodonam: nonnulli etiam ad Amphiaraum ac Trophoniũ, & alii quidam ierunt ad Branchidas oræ Mileſiæ.Atque hæc ſunt Græca ad quæ conſulenda Crœſus miſit oracula. In Africa verò ad Ammonem alios reſponſa petituros dimiſit. Omnes autem miſit exploratum oracula quid ſentirent:vt,ſi conſentanea in vero deprehẽderentur ea, ſecundò per ſuos tentaret nunquid in Perſas expeditionem moliretur.Mittens itaque ad oracula tentanda Lydos, hæc dedit eis mandata, vt qua die profecti eſſent ex Sarbibus, ab ea reliquum tempus ſupputantes, [e]quotidie oraculis vterentur,ſciſcitantes quidnam faceret Lydorum rex Crœſus Halyattæ filius:& quod ſingula oracula reſpondiſſent,id omne conſcriptum ad ſe referrent.Quid porro cætera reſponderint oracula,à nemine commemoratur: apud Delphos autem,ſimulatque ingreſſi ſunt Lydi domum,conſulturi deum, & ſciſcitaturi quod ſibi eſſet iniunctum,Pythia hexametro tenore hæc inquit,

AEquoris eſt ſpatium & numerus mihi notus arenæ. «
Mutum percipio,fantis nihil audio vocem, «
Venit ad hos ſenſus nidor teſtudinis acris, «
Quæ ſimul agnina coquitur cum carne lebete, «
AEre infrà ſtrato,& ſtratum cui deſuper eſt æs. «

His oraculis quæ Pythia reddidit,conſcriptis,Lydi digreſſi Sardis rediêre.Quũmque alii quos circummiſerat Crœſus,affuiſſent, tũc ſingula reſignãs,quod ſcriptum eſſet inſpexit:quorum quidem nullum probauit. Vbi autem illud Delphicum audiuit, protinus veneratus eſt,& excepit:exiſtimans ſolum eſſe Delphicũ illud oraculũ:quippe quòd comperiſſet quod ipſe fecerat. Nam poſteaquam ad petenda oracula nuntios dimiſerat, ſtatuto illo die obſeruato,tale quiddam eſt machinatus,commentando ea quæ ad deprehendendum & explicandum perdifficilia forent: teſtudinem pariter & agnum conciſos in aheno coxit,operculo aheneo impoſito.Atque ita è Delphis Crœſo reſponſum eſt.Ex Amphiarai vaticinio quidnam reſponſum ſit Lydis, quũ in ſacro illo rite ſacrificaſſent,nõ queo dicere.Nam de eo nil fertur aliud quàm quòd & hoc Crœſus verax vaticinium ſe nactum eſſe exiſtimauit. Poſt hæc autem ingẽtibus hoſtiis deum qui eſt apud Delphos exorandum ſtatuit. Immolauit enim lecta pecora numero ter mille: præterea lectos aureos & argenteos,phialas aureas,& amictus purpureos, ac tunicas ingenti pyra extructa concremauit, ſperans ſeſe aliquanto magis his rebus poſſe deum illum ſibi adiungere: iuſſis etiam Lydis omnibus,vt ſua ipſorum, quicquid tale haberet quiſque, immolaret. Quo ex ſacrificio quum immenſa vis auri defluxiſſet, ex ea dimidiatos lateres conflauit, longiores quidem,ſex palmorum,breuiores trium,craſſitudine palmari,numero centum de-

a Hoſpitalem & ſodalitium, eundem illum deum appellãs.

b Seſe exiſtimans omniũ hominũ quos vnquam vidiſſet, eſſe miſerrimum,ſeipſum ſup.

c Poſtea verò Aſtyagis Cyaxaris filii principatus à Cyro Cambyſæ filio ſublatus, Crœſi luctũ inhibuit, eúmque in ſolicitudinem cõiecit quomodo poſſet, priuſquam Perſæ magni facti eſſent,creſcentem eorum potentiam ſubuertere.

d Quibuſdam ad Phocenſium vrbem, Abas,quibuſdam.

e Singuli eodẽ die oraculum conſulerẽt.

cem & ſeptem: quorum quatuor erant auri excocti, ſinguli pondo duorum & dimidii talenti: cæteri verò, auri albidi, pondo binûm talentorum. Fecit quoque leonis effigiem ex auro excocto, decem talentorum pondo: qui leo dum templum Delphicũ deflagrauit, à ſimilateribus decidit: (ſuper illos enim erat collocatus) & nunc in Corinthiorum theſauro repoſitus eſt, pondo ſex talentorum atque dimidii, eliquatis tribus talentis ac dimidio. Hæc Crœſus vbi perfecit, Delphos miſit, cúmque eis hæc alia, duas grandi forma pateras, auream argenteámque: quarum aurea intrantibus templum ad dexteram poſita erat, argentea ad ſiniſtram. Quæ & ipſæ, quum templũ incenſum eſt, amotæ fuerunt, aureáque in Clazomeniorum theſauro poſita, pondo talentorum octo & dimidii, præterea mnarum duodecim: argentea ad ſuggrundam anguli templi, ſexcentarum amphorarum capax: in quam miſcebatur vinum à Delphis Theophaniæ feſto: opus (vt Delphi aiunt) Theodori Samii, vt & ego arbitror. non enim mihi videtur opus vulgare. Miſit præterea dolia argentea quatuor, quæ in Corinthiorum theſauro ſunt collocata. Donauit item aquiminaria duo, aureum argenteúmque: quorum in aureo inſcriptum eſt, donarium eſſe Lacedæmoniorum: non rectè, quoniam & hoc Crœſi eſt. ſed quidam Delphorum gratificari Lacedæmoniis volens hoc inſcripſit: cuius nomen ego cognitum habens, non tamen promam. Verùm puer per cuius manus fluit aqua, Lacedæmoniorum eſt, ſed eorum neutrum aquiminare. Alia quoque cum his permulta Crœſus dona miſit non inſignia: item fuſilia ex argento orbiculata: necnon mulieris ſimulacrum tricubitale, quod Delphi narrant eſſe effigiem piſtricis Crœſi. Super hoc donauit vxoris ſuæ monilia à collo pendẽtia, ac zonas, [a] quæ Delphos Crœſus tranſmiſit. Amphiarao inſuper, cuius & virtutem audierat & cladem, donauit clypeum ex auro totum, totámque ex auro ſolido haſtam, & [b] xyſtum cum ſuis iaculis aureum. quæ ambo ad meam vſque memoriam apud Thebas repoſita fuerunt in Iſmenii Apollinis tẽplo. Hæc dona Lydis portaturis ad oracula Crœſus iniunxit vt interrogarent an aduerſus Perſas Crœſus ſumeret expeditionem, & aliquorum hominum auxilia adſciſceret. Lydi vbi eò quò dimittebantur peruenerunt, donariis oblatis, oracula conſuluerunt his verbis, Crœſus Lydorum aliarúmque nationum rex, [c] iſta in hominibus ſola eſſe vaticinia ſentiens, idcirco qualia debita ſunt dona dat, vóſque percontatur an aduerſus Perſas ſit profecturus in expeditionem, & ſocialem aliquem exercitum ſibi adiuncturus. Atque hi quidem hæc interrogarunt. Oraculi autem vtriuſque in idem concurrebant ſententiæ, prædicentes Crœſo fore vt ſi arma Perſis inferret, magnũ imperium euerteret. Conſulebant etiam vt potentiſſimos Græcorum ad comparãdos ſibi ſocios exquireret. His reſponſis relatis atque auditis, Crœſus ita elatus animo eſt vt omnino conciperet ſpem ſe euerſurum eſſe imperium Cyri: ac rurſus mitteret Delphos ad Pythiam dona, in ſingulos viros, quos illic multos eſſe audiebat, binos auri ſtateres. Ob quæ munera Delphi viciſſim Crœſo Lydíſque donarunt primas in conſulendo [d] oraculo partes, primúmque in ſedendo locũ, & ius perpetuum cuique volenti adſcribi in numerum Delphorum. Cæterùm donis Crœſus proſequutus Delphos, tertiò vaticinium conſuluit, [e] quòd videlicet illud verax ſibi eſſe cõperiſſet. Quærebat autem an diuturnum ſibi foret imperium. Cui Pythia in hæc verba reſpondit,

» Regis apud Medos mulo iam ſede potito,
» Lyde fugam mollis ſcrupoſum corripe ad Hermum,
» Néve mane: ignauus poſito ſis Lyde pudore.

His ex verſibus, quum allati eſſent, multo magis quàm ex cæteris voluptatem Crœſus accepit, ſperans fore vt nunquam apud Medos mulus pro viro regnaret: & proinde nec ipſe nec poſteri ſui principatu abrogarentur. Poſt hæc putauit ſibi curandũ vt potentiſſimos Græcorum ſibi conciliaret. Idque veſtigando, comperit Lacedæmonios atque Athenienſes eos eſſe, quòd alteri in Dorico genere, alteri in Ionico antecellerent. [f] Nam de his ita antea iudicabatur, quum ab initio altera gens foret Pelaſgica, altera Hellenica, *hoc eſt Græca*: quarum hæc nunquam ſolum mutauit, illa aſſiduè multúmque eſt peruagata. Etenim ſub Deucalione rege oram Phthiotidem incoluit, ſub Doro Hellenis filio regionem quæ ad Oſſam & Olympum iacet, nomine Iſtiæotim: vnde à Cadmæis eiecta, coluit in Pindo locum quem vocant Macednum. Inde rurſus in Dryopidem commigrauit, atque ita in Peloponneſum venit, Doricáque cognominata eſt. Cæterùm qua lingua Pelaſgi ſint vſi, pro certo affirmare non poſſum: [g] ſed coniectura ſignorũ licet dicère eandem qua nunc Pelaſgi vtuntur qui ſupra Tyrrhenos vrbem Creſtonem incolunt, quodam tẽpore finitimi

a Et hæc quidem Delphos Crœſ.

b Haſtile cum ſuis ſpiculis.

c Exiſtimãs ſola hæc eſſe inter homines oracula, mittit vobis dona veſtris inuentis conuenientia.

d Et renuntiando o. rac. Valla legit ἀπαγγέλλων, pro ἀγγελλων.

e Poſtquam enim oraculum illud verax eſſe comperiſſet, eo ad ſatietatem vſque abutebatur.

f Nam hæ duæ gẽtes antiquitus præcellere iudicabãtur, vna videlicet Pelaſgica, altera verò Hellenica. quarum iſta quidẽ nunquam aliò demigrauit, illa verò valde multúmque fit vagata.

g *Totum hunc locũ ſic interpretor, qui in Græco etiam exemplari prorſus eſt perturbatus*, Sed ex cõiecturalicet dicere, eius linguæ fuiſſe cuius ſunt hodie ii ex

eorum qui nunc Dores vocantur, tunc incolentes regionem quæ nunc Theſſalia nominatur,& Placiam,& Scylacen:quum Pelaſgi habitarent ad Helleſpontum,qui contermini Athenienſium erant: aliáque omnia Pelaſgica oppida nomen immutarunt.Quibus ſignis coniectantes oportet dicere, Pelaſgos barbara lingua fuiſſe: & ſi tota gens Pelaſgica talis erat,gentem Atticam vtpote Pelaſgicam,quum in Hellenes, *id eſt Græcos*, tranſiit, linguam ſimul iſtorum perdidiſſe. Etenim neque Creſtoniatarum loquela cum vllo circà populorum conſentit, & Placianorum ne ſecum quidem ipſa.Per quod declarant, quam linguæ figuram obtinebant quum in hæc loca trãſierunt,eandem ſe nunc cõſeruare.At natio Hellenica, *id eſt Græca*, ex quo exiſtit, eadem lingua ſemper eſt vſa,vt mihi videtur: ideo imbecillis,quòd ex Pelaſgica fuit abſciſſa,& ab exiguo initio profecta,mox in multas gentes augeſcẽs,tum aliarũ,tum præcipuè barbararũ frequentia ſe ad illam cõferente. Quæ cauſa mihi videtur fuiſſe cur gens Pelaſgica,quòd Græca eſſet,nequaquam magnos profectus fecerit.

Ex his igitur gentibus,Atticam Crœſus audiebat obtineri, [a] oppreſſãmque eſſe à Piſiſtrato Hippocratis filio.Hic enim ea tempeſtate tyrannus Athenis erat.Cuius patri,quum priuatus ſpectaret olympia, ingens contigit portentum. Nam quum hoſtiam immolaſſet,ahena(vt impoſita erant)plena & carne & aqua,abſque igne effer buerunt,ita vt aqua redundaret. Quod portentum conſpicatus Chilon Lacedæmonius,qui fortè aderat,ſuaſit ei,primùm,ne vxorem fœcundam duceret domum: ſecundo loco,ſi vxorem haberet, eiiceret: & ſiquidem ex ea filium ſuſtuliſſet, abdicaret. Huius conſilio nõ perſuaſus Hippocrates, hunc poſtea Piſiſtratum filium ſuſtulit,qui in ſeditione littoralium, quibus præerat Megacles Alcmæonis filius,& campeſtrium,quibus præerat Lycurgus Ariſtolaidis filius, tertiam ſeditionem excitauit, tyrannidem affectans: contractiſque ſeditioſis, per cauſam tutandi montanos,huiuſcemodi rem machinatur:Seipſum ac mulos quũ vulneraſſet, agitauit vehiculum in forum, tanquam elapſus ex hoſtibus, quem rus proficiſcentem illi prorſus interimere voluiſſent:& populũ precatus eſt vt aliquid cuſtodiæ circa ſe obtineret, quum prius ſpecimen ſui edidiſſet in expeditione cõtra Megarenſes,cui præfuerat,capta Niſæa,aliiſque præclaris operibus editis.Populus igitur Athenienſis, ita deceptus, dedit ei quoſdam è ciuibus delectos pro ſatellitibus,non qui haſtas ſed clauas ferrent,Piſiſtratum ſectantes.Cum quibus ille impetu facto arcem occupauit:& inde Athenienſium imperio potitus,nullis qui tum erant magiſtratibus perturbatis,neque legibus mutatis,ſed in præſentî ſtatu manens,vrbẽ bene acpulchrè exornauit. Sed nõ multo pòſt tempore milites Megaclis & Lycurgi concordibus animis eum eiecerunt. Hunc igitur in modum Piſiſtratus primùm obtinuit Athenas, & tyrannidem nondum valde ſtabilitam amiſit: cuius eiectores rurſus inter ſe ſeditiones redintegrarũt. Hac autem ſeditione Megacles fatigatus, Piſiſtratum miſſo caduceatore inuitat nũquid velit filiam capere vxorem, addita tyrannidis conditione. Accipiente verò conditionem Piſiſtrato,machinati ſunt ad illum reſtituendum,rem(vt ego comperio)longè ſtultiſſimam: (quandoquidem iam olim diiudicatum eſt Græcam gẽtem dexteriorem eſſe quàm barbaram, & magis ab ineptiis abhorrentem) præſertim ſi iſti ex Athenienſium numero,qui inter Græcos feruntur ſapientia primi, talia ſunt machinati ſunt. Erat in tribu Pæaniea mulier nomine Phya, tribus digitis minus ſtatura quatuor cubitorum: alioqui formoſa. Hanc mulierem omni armatura quum inſtruxiſſent, in currúmque ſuſtuliſſent, compoſitam in eum habitum quo venuſtiſſima videnda eſſet,in vrbem agunt, præmiſſis qui præcurrerent præconibus,quíque quum in vrbem veniſſent, hæc mandata exequerentur, his verbis, Athenienſes,bona mente excipite Piſiſtratum, quem Minerua ipſa præcipuo inter « homines honore proſequuta,in ſuam reducit arcem. Iſti igitur paſſim euntes talia « prædicarunt:& ſtatim rumor in tribus emanauit,Piſiſtratum à Minerua reduci.Qui verò in vrbe erant,perſuaſi hanc mulierem eſſe deam ipſam, fœminæ ſupplicarunt pariter,& Piſiſtratum acceperunt. Hunc in modum quem diximus, recuperata tyrannide,Piſiſtratus,ex pactione quam inierat cum Megacle, filiam eius duxit vxorẽ. Verùm quum & filii eſſent ei adoleſcentes, & Alcmæonidæ dicerentur obnoxii eſſe crimini piaculari,nolens ex nouo coniugio liberos tollere, [b] haud legitimè coibat eũ vxore.Quam rem quum inter illicita occultaſſet,poſtea ad matrem retulit, enuntiaret id nécne.Mater viro indicauit. Iſte verò iniquo animo ferens ſe à Piſiſtrato contumelia affici, vt erat iratus, [c] milites homini infenſos reddidit. Quæ fieri Piſiſtratus contra ſe animaduertens,regione prorſus abſcedit:& vbi Eretriam peruenit, vnà cũ filiis deliberat. Quum autem ſententia Hippiæ præualuiſſet, de tyrannide rurſus re-

Pelaſgis qui ſupra Tyrrhenos Crotona ciuitatem incolunt, & olim finitimi erant iis quos nunc Dores vocant: tum videlicet quum eam quam nunc appellant Theſſalicam regionẽ incolebãt:& ii quoque Pelaſgi qui Placiam& Scylacen cõdiderunt, & Athenienſium contubernales fuerunt. Ex his, inquam, conjectura facta, dicere licet, Pelaſgos olim barbarè fuiſſe loquutos. Nam & Crotoniatæ & Placieni lingua quidem diſſident à ſuis vicinis, inter ſe verò conueniunt: & ſatis oſtendũt ſe eam ipſam linguæ formã conſeruaſſe quam habebant quum in eas regiones migrarent. Itaque ſi tota gens Pelaſgica talis erat, Atticæ regionis incolæ Pelaſgi, & quæcũque aliæ Pelaſgicæ ciuitates nomen mutarunt, quũ in Hellenas mutarentur, ſuam etiam linguã dedidicerunt. Gẽs autem Hellenica ſẽper ex quo extitit, eadem lingua vſa eſt, vt mihi videtur: quúmque à Pelaſgis abſciſſa,imbecilla eſſet,à tenuibus quibuſdã principiis progreſſa,valde multis gentibus & frequentibus etiam barbaris cũ ea ſeſe coniungentibus, in multitudinem excreuit. Et ſic quoque mihi videtur Pelaſgica gens, quum barbara eſſet, magnopere non creuiſſe.

a Et dominari.

b Non coibat cum vxore vt moris eſt. Et illa quidẽ initio hoc tegebat, poſtea verò matri, ſiue percontanti, ſiue minus, expoſuit: & iſta rurſus marito.

c Poſitis inimicitiis in gratiam rediit cũ ſeditioſis.

cuperanda, [a] aliquot ciuitates excitauerunt, quæ ipsis nonnihil beneuolæ erant. Et cum aliæ complures contulerunt pecuniæ multum, tum verò Thebani plurimũ. [b] Post hæc non ita multo interiecto tempore, omnia ad reditum eis in expedito fuerunt. Nam & ex Peloponneso Argiui aderãt mercede conducti, & Naxius quidam, nomine Lygdamis, vltro aduenies, multum alacritatis addidit, allatis & pecuniis & copiis. Profecti autem Eretria, anno vndecimo vertente redierunt, & primùm in Attica Marathonem occuparunt. Ad quos interea ibi castra habentes cum seditiosi ex vrbe se cõferebant, tum alii ex tribubus cõfluebant, quibus erat tyrannis quàm libertas iucundior: atque ita cõgregabantur. Cæterùm Pisistratus quãdiu pecuniam cogebat, & postea Marathonem tenebat, Athenienses qui intra vrbẽ degebant, rem nihili fecerunt: sed vbi acceperunt eum ex Marathone vrbem versus mouere, ita domum ad se defendendos obuiam tendunt. Isti igitur cum omnibus copiis infesti in illos redeuntes tendebant. Quũ autem qui cum Pisistrato erant è Marathone digressi, simul contra vrbem irent, & in eundem locum conuenissent, perrexerunt ad Mineruæ Pallenidis fanum, [c] alterinsecúsque arma posuerunt. Hìc diuina pompa fungens Amphilytus Acarnan ariolus, [d] Pisistratũ cui assistebat adiit, & hexametro carmine vaticinatus est, inquiens:

» [e] Est nummus proiectus, item sunt retia tenta:
» Nocte meant thynni claro sub sidere lunæ.

Hoc ille oraculum diuino afflatus spiritu reddidit. Pisistratus verò, eo percepto, & se illud accipere affirmauit, & in Athenienses vrbe egressos copias duxit. At illi tunc ad prandium se conuerterant, & secundum prandium partim ad talos, partim ad somnũ. In hos igitur impetu facto, qui cum Pisistrato erant, eos in fugam vertũt. Ipsis autem fugientibus solertissimum consilium Pisistratus excogitauit, [f] vt Athenienses nec amplius caperentur, & tamen dissiparentur: Pueros iussos conscendere equos præmisit, qui assequendo fugientes, mandata Pisistrati dicerent, iuberéntque eos bono animo esse, & ad sua quenque abire. Ita audientibus dicto Athenienſibus, Pisistratus tertiò potius Athenis, tyrannidem stabiliuit tum auxiliariorum copiis, tum pecuniarum prouentibus, partim indidem, partim à flumine Strymone comparatis. Filios quoque eorum Athenienſium qui perstiterãt, nec è vestigio fugam fecerant, pro obsidibus sumptos, in Naxum transtulit. Hanc enim insulam bello subegerat, Lygdamidique permiserat, quũ antehac etiã Delum insulam ex oraculis expiasset. Expiauit autem, quatenus prospectus à templo ferebatur, eatenus ex omni loco cadaueribus effossis, & in alium eiusdem insulæ locum translatis. Itaque Pisistratus tyrannide potitus est, Athenienſium aliis in prælio cæsis, aliis vnà cum Alcmæonidis domo profugis. [g] Hunc ita Athenienſibus imperantem ea tempestate Crœsus audiebat: Lacedæmonios quoque magnis è cladibus ereptos, & iã Tegeatibus bello superiores esse. Quippe sub Leõte & Hegesicle Spartę regnãtibus, Lacedemonii quũ cętera bella prosperè gessissent, aduersus solos Tegeates cladẽ acceperãt. Et antea fere ex omnib⁹ Græcis pessimè morati fuerãt, [h] tã circa se quàm circa hospites nullo cõsuetudinis conuersationisque commercio. quæ instituta in melius mutauere, Lycurgo, viro inter Spartiatas probato, Delphos ad oraculum profecto: cui, simulatque in ędem ingressus est, Pythia hæc inquit,

» Ad mea venisti præpinguia templa Lycurge,
» Grate Ioui & cunctis qui tecta tuentur olympi.
» Ambigo vaticiner sis vtrum virne deúsne:
» Sed multo magis esse deum te credo Lycurge.

Nonnulli præter hæc aiunt Pythiam ei exposuisse instituta quæ nunc à Spartiatis seruantur. Ipsi tamen Lacedæmonii volũt Lycurgum, quum esset tutor & idem patruus Leobotæ Spartiatarũ regis, è Creta hæc attulisse. Siquidem quum primum tutor factus est, omnia iura immutauit: deditque operam nequis ea transgrederetur: deinde verò quæ ad bellũ pertinent, [i] enomotias, triacadas, & syssitia: super hæc instituit *tribunos plebis*, ephoros ac senatores. Ita illi ad rectum vitæ genus translati sunt à Lycurgo: quem vita defunctum, delubro ædificato egregiè colunt. [k] Ex quo, cum bonitate soli, tum nõ exigua hominum copia, discurrerunt statim, ac benignè rem gesserunt. Nec amplius cõtenti otio frui, quum se Arcadibus præstantiores esse arbitrarentur, de omni illorum terra occupanda oraculum Delphicum consuluerunt. Quibus Pythia respondit,

» Me petis Arcadiam? multum petis: haud tibi tradam.
» Multi apud Arcadiam vescentes glande viri sunt,

a Munera collegerũt ex vrbibus antea sibi vtcũque cognitis.

b Postea verò (vt paucis absoluam) tempus emersit, & omnia ad reditum fuerunt ipsis parata.

c Peruenit, & arma ex aduerso posuit. Ibi verò diuino impulsu fretus. Amph.

d Pisistrato adfuit, & ad eũ accedens, hex.

e Verriculum iactũ est, expansáque retia, nocte Mox aderunt thynni cl.

f Ne dispersi Athenienses amplius conglobarentur.

g Crœsus igitur per id tempus Athenienses eò redactos esse intellexit: Lacedæmonios autem mag.

h Nullo neque inter se neque cum peregrinis commercio. sed ad æquam & honestis legibus institutã gubernationẽ sic transierunt.

i *Enomotiæ erant viginti quinque virorum collegia, & secundũ alios plurium: atque hic sextus à rege magistratus. Triacades, triginta virorum collegia. Syssitia, cœtus in quos distributi cives, cibũ communiter capiebant.*

k Quumque in fertili & populosa regione versarentur, excurrerunt statim, ac prosperè rem gess.

Qui te reiicient.tibi ego haud inuidero quicquam,
Saltandam Tegeam planta plaudente daturus:
Vtque queas campum metiri fune feracem.

Hæc reſponſa vbi accepere Lacedæmonii,à cæteris Arcadibus abſtinentes, bellum intulere Tegeatibus,ferentes ſecum compedes: videlicet captioſo freti oraculo, tanquam eſſent ipſi redacturi Tegeatas in captiuitatem. Verùm congreſſi prælio ac fugati,quicunque eorum viui ſunt capti, eiſdem quas ipſi attulerunt compedibus induti,campum Tegeatem metiti fune coluerunt. Compedes autem quibus vincti fuerant,ad noſtram vſque memoriam incolumes fuere circa templum Mineruæ Aleæ *apud Tegeam* ſuſpenſæ. Atque ſuperiore quidem bello Lacedæmonii aduerſus Tegeatas aſſiduè ſemper malè pugnauerant: Crœſi tamen ætate & Anaxandridæ Ariſtoníſque, regum ſuorum, longè ſuperiores contra eoſdem extiterunt, hunc in modum tales effecti: Quum ſemper in bello à Tegeatibus ſuperarentur,miſſis Delphos conſultoribus, oraculum ſunt ſciſcitati quémnam deorum placarent vt Tegeatum victores exiſterent. His Pythia reſpondit, id fore ſi oſſa Oreſtis filii Agamemnonis referrent.Cuius vrnam quum nequirent inuenire, rurſus ad deum mittũt de loco ſciſcitatum in quo ſitus Oreſtes eſſet. Hæc nuncius interrogantibus, ita Pythia inquit,

Eſt quædam Arcadiæ Tegea,in regione patenti:
Hìc duo flant venti vi peruehemente coacti,
[a] Forma hoſtis formæ,& plagæ ſuperindita plaga,
Hìc Agamemnonides terra omniparente tenetur,
Quo tu ſublato Tegeæ ſperabere victor.

Vbi hæc audierũt Lacedæmonii,nihilo tamen minus [b] inuẽtione fruſtrabantur,etſi omnia diſquirentes:donec Liches, vnus Spartiatarum,eorum qui benemeriti vocãtur,comperit. [c]Sũt autem benemeriti, ex ciuibus ſemper militia equeſtri perfunctis, quini quotannis,qui quo anno ex equitibus Spartiatis exeunt,ne torpeſcant,alii aliò mittũtur. Ex his Liches quum eſſet,rem illam apud Tegeam adinuenit,fortuna pariter atque ſolertia vſus. [d]nam quum Tegeates à Lacedæmoniis hoc anno cõmercio mutuo adeundi eſſent,& iſte in ærariam officinam veniſſet,intuebatur ferrum dum procudebatur.Quo in ſpectaculo admirabundũ animaduertens faber ferrarius, intermiſſo opere, Quãto magis Lacon hoſpes,inquit admirarere,ſi idem quod ego tu noſſes,qui tantopere admiraris ferrarium opificiũ. In hac enim corte puteum facere quum vellem,incidi in loculum ſeptem cubitorum:& quia incredulus eram omnino fuiſſe maiores quàm nunc ſunt homines, aperui eum,& inueni cadauer æquali cum loculo longitudine: quam vbi menſus ſum,iterum obrui. Hæc illo referente quæ viderat, Liches conſiderans, coniectauit hunc ex oraculo eſſe Oreſtem, hac videlicet coniectura: duos quidem quos cernebat fabri ferrarii folles,totidem comperit eſſe ventos:incudem verò & malleum, [e]formam formæ hoſtĩ:ferrum verò quod procuderetur, [f]plagam ſuperinditam plagæ:hac ratione id coniectans, quòd in plagam hominis ferrum inuentum ſit. Hæc itaque ſecum agitans, Spartam regreſſus,rem omnem Lacedæmoniis refert. Illi [g]ex compoſito hominem criminis conuictum exilio damnant. Qui in Tegeam profectus, & calamitatem ſuam referens fabro ferrario,conducit ab eo nolente vendere cortem.Ibique aliquandiu habitans, vbi rem cognouit, effoſſo ſepulcro oſſa collegit, eáque portãs Spartam rediit. Quo ex tempore Lacedæmonii quoties cum Tegeatibus congreſſi ſunt, ſuperiores extitêre:præterea verò magna etiam pars Peloponneſi iam eis parebat. Hæc itaque omnia Crœſus audiens,miſit nuntios Spartam cum muneribus, ad rogandam belli ſocietatem,iuſſos dicere quæ oporteret.Ii poſtquam peruenerunt, Nos(aiunt)Crœſus miſit,Lydorum aliarúmque gentium rex,ita inquiens,Lacedæmonii, quoniam deus oraculum reddidit vt Græcam mihi ſocietatem adſciſcerem, & vos inter Græcos antecellere audio,ſtatui vos mihi in ſocietatem ex oraculo prouocandos,ad ineundam mecum quam cupio amicitiam atque ſocietatem,citra dolum fraudémq;. Crœſus hæc per legatos nuntiauit. Quorum aduentu Lacedæmonii,qui & ipſi oraculum audierant,gauiſi,fœdus cum eis hoſpitii ſocietatiſque inierunt. Etenim iam antea intercedebant nonnulla Crœſi in Lacedæmonios beneficia. Nam quum illi miſiſſent Sardis ad aurum coemendum,quo vſuri erant in id ſimulacrum Apollinis quod nunc poſitum eſt [h] apud Laconicam in Thornace, eo auro ſunt à Crœſo donati.Qua de re Lacedæmonii,quódque ſe amicos ille præ omnibus Græcis delegiſſet,ſocietatem admiſerunt,& hoc denuntianti ſeſe paratos exhibuerũt. Quod vbi extrinſecus

a Hìc typus antitypus, noxæ & ſuperindita noxa. *Quid autem hoc ſibi velit,paulo pòſt exponetur*

b Ab inuentione aberant.

c Benemeriti autem iſti, *ſeu beneficii*,ſũt quini cines ex equitibus ætate maximè proiecti,qui ſingulis annis exeũt.Quo ſoportet eo anno quo egrediũtur, communi conſilio ex equitibus Spartanis alios aliò dimiſſos, nuſquam moram trahere.

d Nam quum Lacedæmoniis Tegeatas adeundi facultas hoc tempore eſſet.

e Typum eſſe & antitypum. *Typum vocat malleum ictum incudi impingentem: quem quũ niciſſim repellat incus,antitypus vocatur,quaſi niciſſim fericns.*

f Noxam ſuperinditam noxæ: hac rat.id con. quòd in damnũ hominis fer.

g Per ſimulationẽ hominem crimine intentato,exil.

Strinlab bell. in Lacedæmonijs.

h Apud Thornacem Laconicæ regionis.Et tum denũ.ſeſe par.exhibuerunt:tum etiam fabricati erat.

fecerunt, pateram aheneam labiorum tenus frequentibus animalibus extrinsecus cælatam, triginta amphorarum capacem, dono afferebant, volétes Crœsum remunerari: sed eam Sardis non pertulerunt, propter alterutram harũ quæ feruntur causarum. Lacedæmonii quidem aiunt hanc pateram, dum ferretur Sardis, [a] quum Samum appulsi essent, à Samiis fuisse interceptam: qui, cognita re, nauibus istos longis aggressi fuere. Ipsi verò Samii aiunt Lacedæmonios qui pateram portabant, serò venientes, quum audissent Crœsum captum esse cum Sardibus, illam in Samo vendidisse viris priuatis, qui eam Iunonis templo dedicauere: & illos qui vendidissent, Spartam reuersos, forsitan dixisse à Samiis sibi fuisse ereptam. De patera ita res se habet. Crœsus autem elusus oraculo, aduersus Cappadociam exercitus comparabat, spe & Cyrum & potétiam Persicam euertendi. Cui in hac apparanda expeditione occupato, Lydus quidam nomine Sandanis, & antehac pro circunspecto habitus, & ob hanc quam dixit sentétiam plus nominis apud Lydos consequutus, » hunc in modum Crœso consuluit, Aduersus tales viros expeditionem paras, rex, // » qui coriacea subligacula, qui è corio reliquam vestem ferunt: qui non quibus vo- // » lunt cibis vescuntur, sed quos habent, vtpote regionem asperam incolentes. Ad hæc // » potu non vini vtuntur, sed aquæ: non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam // » boni habentes. quibus quum nihil sit quod eripias, si viceris: sin victus fueris, ani- » maduerte quot bona amittes. Vbi gustauerint illi nostra bona, circunsistét nos, nec » abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiam, qui non induxerunt in animum Per- » sis vt Lydos inuaderent. Hæc loquutus, non tamen Crœsum flexit. Etenim Persis, antequam Lydos subigerent, nihil erat neque lautum neque opiparum. Porrò Cappadoces à Græcis Syri nominantur: & erant hi Syri, antequam Persæ imperitarent, ditionis Medorum: tunc autem Cyro parebant. Siquidem imperium Medicum ac Lydum disterminabat fluuius Halys, qui ex Armeno monte profluens, primùm Cilicas, dehinc Matienos qui sunt ad dexteram, & Phrygas qui sunt ad læuam: tum boream aduersus tendens, Syros, Cappadoces, Paphlagonésque interfluit: Cappadoces à dextra, Paphlagones à sinistra perstringens. Ita flumen Halys cuncta ferè superiora Asiæ, à mari quod Cypro obiectũ est, ad Euxinum vsq; Pontũ dirimit. Est autem dorsum totius huius regionis, longitudine quinque dierum itineris viri expediti. Itaq; aduersus Cappadociam Crœsus cum exercitu profectus est, cupidus cum hanc partem soli fœcundi suo adiiciendi, tum vel magis, fiducia oraculorũ, Cyrum vlciscendi: propter Astyagem, Cyaxaris filium, Medorum regem, affinẽ suum, quẽ Cyrus Cambysis filius prælio victum ceperat. Erat autem Crœso Astyages hũc in modum affinis: Apud Scythas pecuarios quum esset seditio, caterua quædã eorum [b] secessit in terram Medicam, qua tempestate Medorum tyrannus erat Cyaxares, Phraortæ filius, Deiocis nepos. qui Scythas hos, vtpote supplices, initio benignè alloquebatur ac plurimi faciebat, adeo vt pueros eis traderet imbuendos tum lingua Scythica, tum artificio arcus vtẽdi. Interiecto deinde tempore, quum Scythæ venatum assiduè irent & semper aliquid afferrent, nonnunquam tamen contingebat vt nihil caperent. Quos ita reuertentes manibus inanibus [c] Cyaxares (erat enim, quum ingenti tenebatur ira, peracerbus) probris insectabatur. Id illi, vt se indignũ, à Cyaxare pati non ferentes, cõsilio habito decreuerunt vt aliquem eorum puerorum quos docerent, trucidarent: apparatúmq; vt feras apparare consueuerant, Cyaxari offerrent, perinde atque ferinam. idque quum obtulissent, quamcelerrimè se ad Halyattem Sadyattis filium Sardis conferrent. Quod & factum est. nam & Cyaxares & qui aderant conuiuæ, ex his carnibus gustauerunt: & Scythæ perpetrato hoc, Halyatti se supplices præbuerunt. Quos postea reposcenti Cyaxari (quòd Halyattes reddere abnuerat) bellum inter Lydos Medósque quinquennale conflatum est. Quo in bello aliquoties Medi victores extiterunt, & nocturnum quoddam prælium gesserunt. Sexto autem anno signis collatis, quum æquo marte certarẽt, [d] stante pugna contigit vt repente dies nox efficeretur. Quam immutationẽ huius diei futuram Thales Milesius Ionibus prædixerat, hũc ipsum annũ præfiniẽs quo immutatio facta est. Lydi ac Medi vbi diẽ nocteſcere viderunt, à pugnãdo destiterũt: eóque propẽsius ad pacẽ inter se constituẽdam festinauerunt, autoribus conuẽtionis Syenesi Cilice & Labyneto Babylonio: qui vt iusiurandum intercederet & reconciliatio affinitate fieret, properarunt, decernentes ab Halyatte Arienam filiam Astyagi Cyaxaris filio nuptum dandam: quoniam sine vehementi necessitudine conuẽtiones stabiles iniri non queunt. Ineunt autem hæ gentes fœdera cum cætera ritu Græcorum, [e] tum feriẽdo brachia quâ illa humeris cõnectũtur, ac mutuum sanguinem

a Quum circa Samum essent.

b Subduxit se

c Cyaxares (erat enim, vt re ipsa ostẽdit, iræ impos) asperè admodũ & indignè tractauit.

d Inter pugnandũ

e Tum secãdo brachia vsquedum sanguis profluat, ac mutuò illum delingẽdo. Vt legatur αἱ μεσόπλευρα, pro ὑμαγοῦνται. Vide Tacitum, lib. 12.

delingendo. Hunc igitur Aſtyagem auum ſuum maternum Cyrus bello victum tenebat, ob eam quam in ſequentibus indicabo cauſam. Quo nomine Crœſus ei infenſus, nunquid inferret Perſis bellũ, ad oracula *cõſulenda* miſerat. Et quũ reſpõſum reddidiſſet [a]haud ſyncerũ, [b]ſecum facere interpretatus, in expeditionẽ profectus eſt [c]aduerſus quandam Perſarum partem. Atque vbi ad Halym flumen peruenit, tunc (vt ego quidem ſentio) pontibus ibi ſitis copias traduxit: vt autem Græci dictitant, Thales Mileſius traductor exutit. Nam quũ incertus animi Crœſus foret qua parte fluminis traiiceret exercitum (nullos dum enim ex illis põtibus ea tẽpeſtate fuiſſe) fertur Thales, qui in his caſtris aderat, feciſſe vt fluuius qui ad læuam exercitus fluebat, flueret etiam ad dexteram. Feciſſe autem hunc in modum: Foſſam peraltam, exorſus ſupra caſtra, ductam in ſpeciem lunæ depreſſit, quæ caſtra, vt erant metata, à tergo amplecteretur: in quam quum traduxiſſet ex priſtino alueo fluuium, iterum eum vbi exercitus traiectus eſſet, in ſuum alueum refunderet. Itaque quum celerrimè fluuius diuiſus eſſet, vtrinque vado meabilis effectus eſt. Quidam verò aiunt veterem etiam omnino exaruiſſe alueum. Cui rei equidem non accedo. quo enim modo qui rurſum redierunt, illum tranſiuiſſent? Crœſus igitur exercitu traiecto, venit in Cappadociæ locum qui dicitur Pteria, omnium eius regionis tutiſſimum, iuxta vrbem Sinopem, ferè ad pontum Euxinum ſitam. Hîc ſtatiua habens, prædia Syrorum vaſtat, & vrbem Pteriorum expugnat diripítque. Cepit quoque cunctas circà vrbes, Syros nihil commeritos exterminans. Hinc Cyrus coacto ſuo exercitu, ſumptúſque omnibus qui in medio incolebant, obuiam pergit: miſſis tamen antequam exercitum educeret, caduceatoribus ad Iones tentandos vt ad ſe à Crœſo deficerent. Illis abnuentibus profectus caſtra contra Crœſum poſuit: ibidémque in regione Pteria pro ſe vterque alterum laceſſere. Commiſſáque acri pugna, & multis vtrinque cadentibus, ad extremum noctis interuentu dirimuntur neutri victores. Atque hunc in modum duo exercitus dimicauerũt. [d]Crœſus à ſuo exercitu incuſatus quòd cum Cyri multo maioribus copiis conflixiſſet, poſtero die quum Cyrus ipſum ſuperſederet inuadere, regreſſus eſt Sardis, habens in animo euocare AEgyptios ex fœdere: quorum cum rege Amaſi, ante quàm cum Lacedæmoniis, ſocietatem inierat: accerſere etiam Babylonios, cum quibus & ipſe fœdus percuſſerat: (erat autem Babyloniorum tyrannus ea tempeſtate Labynetus) denuntiare item Lacedæmoniis vt ad certam diem præſto eſſent: híſque & ſuis copiis coactis, vbi per hyemem quieuiſſet, initio ſtatim veris tendere aduerſus Perſas. Hæc deſtinans Crœſus, abiit Sardis, dimiſítque caduceatores ad ſocios, edicens vti ad quintum menſem Sardis conuenirent. Exercitum verò qui aderat ex militibus cõductis, qui cũ Perſis dimicaret, miſſum fecit ac diſſipauit: minimè ſperans vnquam fore vt Cyrus, qui ſic æquo marte pugnaſſet, Sardis copias promoueret. Hæc Crœſo ratiocinante, omnia ſuburbana colubris implet⁹ ſunt: [e]quos, vt exiſtebant, equi inter ambulandum, quum ad paſcua irent, cõmedebãt. Id Crœſo cernẽti viſum eſt (vt erat) eſſe portentum: ideóque mittendum ad coniectores Telmiſſes. Qui miſſi ſunt ad conſulẽdos Telmiſſàs, vbi accepere reſponſum, didiceréque quid ſibi vellet ſignificarétque portentum, non contigit vt Crœſo renuntiarent. Nam priuſquam retro Sardis reueherentur, Crœſus eſt captus. Telmiſſes ita cognouerant exercitum externum Crœſo illuc affuturum, qui quum afforet, indigenas ſubigeret, quòd dicerent colubrum terræ filium eſſe: equum, hoſtem & aduenã. Hæc Telmiſſes Crœſo ſunt interpretati, ſed iam capto: nondum tamen gnari eorum quæ Sardibus ac Crœſo euenerant. Cyrus certior factus Crœſum, qui ſtatim poſt prælium apud Pteriam geſtum abſceſſerat, conſtituiſſe diſpergere copias, conſilio inito, comperiebat operæpretium eſſe quàm celerrimè poſſet promouere exercitum Sardis, vt hoſtem, priuſquam ille contraheret iterum Lydorum copias, occuparet. Hoc vbi probauit, ſtatim exequutus eſt: properéq; ducto in Lydiam exercitu, ipſemet nũcius Crœſo aduenit. Vnde Crœſus in magnam ſollicitudinem adductus, quòd præter opinionem prætérq; expectationem ſuam ſe res haberẽt, tamen Lydos in prælium produxit. Lydorũ gẽte in Aſia nulla fuit ea tempeſtate nec fortior nec magis ſtrenua: ex equíſq; pugnabat, equitandi ſanè perita, haſtas perlongas geſtans. Campus in quo concurſum eſt, ante vrbem Sardenſem iacet, magnus & editus: quẽ cum [f]alii amnes interfluunt, tum omnium maximus Hermus, palude interruptus, qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapſus infunditur mari iuxta Phociam oppidum. Hîc vbi vidit Lydos ad pugnandum inſtructos Cyrus, eorũ equitatum reformidans, conſtituit admonitu Harpagi Medi, ita faciendum: Coactis omnibus qui

a Captioſum,
b A ſe facere
c In Perſarum fines.

d Crœſus autẽ cauſatus ſui exercitus paucitatem: (erant enim ipſius copiæ multo minores quàm Cyri) hoc inquam, cauſatus, quũ poſtero die Cyrus nõ deſcenderet in certamen, regreſſ. &c.

e Quos prodeuntes equi relictis paſcuis, paſſim comedebant.

f Cum alii amnes permeant, tum verò etiã Hellus in omniũ maximum influens, qui Hermus vocatur: & ex mõte matri Dindymenæ ſacro ortus, infunditur mari, &c.

ipſius exercitum ſequebantur camelis, vel frumentũ vel vaſa portantibus, ſarcinis detraxit, & viros impoſuit equeſtri ſtola indutos: quibus ornatis præcepit vt præirent cæteras copias aduerſus Crœſi equitatum: peditatui, vt hos ſubſequeretur. poſt hunc collocauit omnem equitatum. Poſtquam omnes conſtituit, imperat eis neccui cæterorum Lydorum parcerent: ſed quemlibet occiderent obſiſtentem, præter ipſum Crœſum, ne ſi captus quidem repugnaret. Hæc imperans, camelos contra equitatum inſtruxit, hac ratione quòd camelum equus reformidat, adeò quidem vt nec ſpeciem eius intueri, nec odorem ſentire ſuſtineat. Id ideo commentus eſt vt equitatum Crœſi, quo ille ſe præualiturum confiderabat, inutilem redderet. Simulatque igitur in pugnam itum eſt, equi, olfactis protinus coniſpectiſque camelis, retro ſe auertunt. vnde ſpes Crœſi interiit. Verùm non protinus Lydi ob id exterriti ſunt, ſed cognita re, ab equis deſiliunt, ac pedites cum Perſis confligunt. & tandem, multis vtrinque cadentibus, vertuntur in fugam: [a] ac muros ingreſſi, à Perſis obſideri cœperunt. Quam obſidionem in longius proceſſuram ratus Crœſus, alios nuncios è muris mittit ad ſocios. nam qui antea dimiſſi erant, hi conuentum Sardis ad quintum menſem indixerant. Ad hos dimittebat, oratum quamcelerrimà auxilia mitti ſibi, vtique iam obſeſſo. & cum ad alios ſocios miſit, tum verò ad Lacedæmonios. Cæterùm per id tempus & ipſis Spartiatis inciderat cum Argiuis contẽtio de agro qui dicitur Thyrea. Quem locum, etſi terræ Argolicæ partem, tamen Lacedæmonii [b] interciſum tenebant. Etenim Argiuorũ eſt quicquid regionis Malea tenus ad occaſum vergit in continente: & inſulæ tum aliæ, tum verò Cythera. Quum ergo Argiui ſuo territorio [c] interciſo auxilium ferrent, ibi ab vtriſque in colloquium ventum eſt vt triceni vtrinque dimicarent: & vtri ſuperiores extitiſſent, eorum regio foret: atque ambos exercitus in ſuam vterque terram diſcederent, nec permanerent dum dimicaretur: ea ſcilicet cauſa, ne, ſi adeſſent, parti ſuccumbenti auxilium ſui ferrent. His conuentis, in diuerſa digrediuntur. Ex vtriſque delecti viri qui relicti ſunt cõflixerunt: atque illis quidem, vt æquo marte pugnantibus, ex ſexcentis tres omnino reliqui fuerunt: idque noctis interuentu. ex Argiuis duo, Alcinor & Chromius, qui tanquam victores Argos curſu contenderunt: ex Lacedæmoniis vnus Othryades, qui ſpoliatis Argiuorum cadaueribus, eorũ arma ad ſuorum caſtra detulit, & ſe in ſuo ordine tenuit. Poſtero die vtrique re audita adfuerunt, ſibíque victoriam vendicabant: Argiui quidem, quòd ſuorum plures ſuperfuiſſe dicerent: Lacedæmonii verò, quòd qui eorum ſuperfuerant, fugiſſent: ſuus autem perſtitiſſet, & hoſtium cæſos ſpoliaſſet. Ex contentione tandem concurrẽtes pugnant: ac poſtquam permulti vtrinque ceciderunt, Lacedæmonii vincunt. Quo ex tempore Argiui tonſis capitibus, quum antea neceſſariò criniti eſſent, legem condiderunt, ſe deuouentes ne prius comam alerent, néue mulieres aurum ferrent, quàm Thyreas recuperaſſent. His è diuerſo legem tulere Lacedæmonii, vt in poſterum comati eſſent, quum antea non fuiſſent. Othryadem, qui vnus è trecentis delectus reliquus fuiſſet, aiunt pudore Spartam reuertẽdi, ob ſocios interfectos, illic apud Thyreas mortem ſibi conſciuiſſe. Quum hæc eſſet apud Spartiatas rerum conditio, aduenit caduceator Sardianus precatum Crœſo obſeſſo auxilia. Illi, caduceatore audito, ſtatuerunt Crœſo ſtatim ſuccurrendum. Quibus iam ſe apparantibus, ac nauibus paratis, alius affertur nuncius, murum Lydorum expugnatum, Crœſũmque viuum eſſe captum. Sic Lacedæmonii magno ſe affectos detrimento rati, ſuperſederunt. Sardis autem hunc in modum ſunt expugnatæ: Quartodecimo quàm obſideri cœptæ ſunt die, Cyrus, miſſis paſſim equitibus, ſuis copiis edicit ſe dona daturum ei qui primus muros conſcendiſſet. Poſteaquàm id conato exercitu res non proceſſit, ibi, quieſcentibus cæteris, Mardus quidam cui nomen erat Hyrœades, id aggredi eſt auſus à parte arcis vbi nullus ad excubandum erat collocatus, quia illinc nequando vrbs caperetur haud ſuſpectum erat, vtpote loco prærupto atque inoppugnabili: quáque vna parte Leonem Meles primus Sardium rex non circuntulerat, ex pellice ſua genitum: qui Leo quacunque parte murorum circunlatus eſſet, ex ea parte Sardis inexpugnabiles fore Telmiſſes iudicauerant. Eum Meles per cæteram partem murorum circunduxit, quacunque poterat arx oppugnari: per hanc partem, tanquam inoppugnabilem atque præciſam, circunducere prætermiſit, quæ ad Tmolum vergit. Ab hac igitur parte iſte Hyrœades Mardus conſpicatus quendam Lydum pridie deſcendiſſe ad recipiendam galeam illuc deuolutam, aduertit animum, atque conſiderauit: dehinc ipſe conſcẽdit, & poſt eum alii Perſæ ſubinde, atque alii frequentes, ita vrbs Sardis capta eſt, atque omnis direpta. Ipſi au-

a Ac muris incluſi.

b Interceptum.

c Intercepto.

Expugnatio Sardis.

tem Crœſo hoc contigit. Erat ei filius cuius ſuperius habui mentionem, habilis ad cætera, ſed mutus. [a] ad cuius vitium emendandum Crœſus pro viribus omnia fecerat, cum alia excogitando, tum verò Delphos mittendo ad oraculum ſciſcitandum, atque ei Pythia talibus reſpondit,

Lyde genus, rex multorum, valde inſcie Crœſe,
Ne cura gnati exoptatam audiſſe loquentis
Intra ædes vocem: ſine qua potior tibi longé.
Ille die quoniam primùm infelice loquetur.

a Itaque antea Crœſus, dum ſecundæ ipſius res eſſent, omnia pro viribus fecerat ipſius cauſa, cum alia excog. &c.

Porro captis mœnibus quidam Perſa in Crœſum ſibi ignotum vt occiſurus vadebat. Quem inuadentem ſe Crœſus quum videret, tamen præſenti clade affectus deuitare negligebat: nihil putans differre an percuſſus oppeteret mortem, an non. Id vbi filius eius mutus aſpexit, timens patri, erupit in vocem, inquiens, Homo, ne perimas Crœſum. Atque hoc ille primùm effatus, poſtmodum per omne vitæ tempus vocalis extitit. Perſæ & Sardibus potiti ſunt, & Crœſo viuo, quũ regnaſſet annos quatuordecim, totidémque dies fuiſſet obſeſſus, amiſſo magno imperio, vt ei fuerat reſponſum. Eum captum Perſæ ad Cyrum perduxerunt: quem ille vinctum compedibus ſuper ingentem quam ſtruxerat lignorum ſtruem imponit, circáque eum bis ſeptem Lydorum filios: ſiue habens in animo primitias has alicui deo offerre, ſiue volens votum perſoluere, ſiue cupidus ſciendi num quis dæmonum liberaret Crœſum, (quem religioſum eſſe audierat) quominus pyræ impoſitus viuus concremaretur. hæc quidem Cyrum feciſſe aiunt. Crœſo autem ſuper pyram ſanti, etſi in tanta calamitate poſito, tamen veniſſe in mentem Solonis, quòd ab eo ſibi nutu dei fuiſſet dictum, ex viuẽtibus beatum eſſe neminem. Quod dictũ vbi ſubiit Crœſo, ferunt eum ex vehementi defectione animi victum, ingemiſcentem, ter Solonem nominaſſe: & Cyrum, quum audiſſet, iuſſiſſe interpretes eum percontari quémnam inuocaret. Illóſque accedentes fuiſſe percontatos, & hunc interrogatum ſilentium tenuiſſe. Deinde quum loqui cogeretur, dixiſſe, *illum nominaui*, quẽ cum omnibus tyrannis colloqui, ego quàm ingentem pecuniam præoptaſſem. Eũ non planè loquentem, rurſus interrogant quídnam eſſet quod dixiſſet. Efflagitantibus atque infeſtantibus, [b] inquit quemadmodum Solon, qui eſſet Atheniẽſis, ad ipſum à principio veniſſet, & intuitus omnes eius opes coràm, pro nihilo duxiſſet. Adeò quæ de ipſo dixerat, ea omnia eueniſſe, neque hæc magis de ſeipſo quàm de omni hominum genere, & de iis præſertim qui ſibiipſis beati viderentur. Hæc Crœſo referente, iam pyra incẽſa ardere extrema cœpiſſe, & Cyrum auditis per interpretem quæ Crœſus dixiſſet, pœnituiſſe: quum ſe quoque hominem eſſe cognoſceret, qui alium hominem, qui ſe inferior non fuiſſet opibus, viuum rogo traderet. Præterea veritum ob id pœnam, ac reputantem nihil eſſe in rebus humanis ſtabile, iuſſiſſe ignem celerrimè extingui iam incenſum, Crœſúmque deponi & quæ cũ eo erant. Verùm eos qui iuſſi fuerãt, non potuiſſe amplius vim ignis ſuperare. Ibi ferunt Lydi Crœſum cognita Cyri ſententiæ mutatione, quum cerneret vnumquenq; extinguendo deuoluendóque igni incumbentem, nihil tamen profici, exclamãdo inuocaſſe Apollinem vt ipſi adeſſet, ſiquod ab eo donum illi gratum fuiſſet oblatum, ipſúmque præſenti malo liberaret. Ita cum lacrymis Crœſo deum inuocante, nimbos repente, quum ſerenum ac tranquillum eſſet, [c] confractos eſſe, imbréſque erupiſſe, ac vehemẽtiſſima aqua pluiſſe, & rogum extinxiſſe. Ita Cyrum, cognito deorum cultorem ac bonum virum eſſe Crœſum, è pyra depoſuiſſe: atq; hunc in modum interrogaſſe, Crœſe, quíſnam tibi hominũ perſuaſit vt cũ exercitu inuaderes fines meos, ex amico factus hoſtis? Cui Crœſus, Ego, inquit, rex, iſtud feci tuo proſpero, meo infauſto fato, Græcorũ deo autore, qui me ad bellũ tibi inferẽdum impulit. Neq; enim quiſpiam ita amẽs eſt vt bellũ quàm pacẽ præoptet. nam in pace filii patres, in bello patres filios ſepeliunt. Sed vt iſta fierent, dæmoni cordi fuit. Hæc Crœſus loquutus eſt: quem Cyrus ſolutum iuxta ſe collocauit, ac in multa ſanè obſeruãtia habebat: intuénſque eum admirabatur, tam ipſe quàm omnis circà eum cœtus. Ille cogitabundus ſilentium tenebat. Mox conuerſus, ac cernens Perſas Lydorum diripientes vrbem, Vtrum debeo, inquit, rex, tibi loqui quod ſentio, an tacere hoc tempore? Cyrus verò eum, quæcunque liberet, audacter proloqui iuſſit. Tunc ille Cyrum percontatur, [d] Quídnam, inquiens, tanta frequentia properat agere? Cui Cyrus, Tuam, inquit, vrbem diripit, tuáſque opes abſumit. Atqui (Crœſus excipit) neque vrbem meam diripis, neque meas opes. nihil enim mihi iam cum iſtis rebus eſt: ſed tua ferunt agúntq;. His verbis iniecta cura, Cyrus Crœſum

b Inquit Solonem Atheniẽſem olim ad ipſum veniſſe, & intuitum omnes eius opes, pro nihilo duxiſſe.

c Concurriſſe, *sed* ingruiſſe.

d Quidnam, inquiens, tanta iſta turba tanto ſtudio agit?

ſemotis arbitris interrogat quídnam in his quæ fierent, ſibi conſtituéndũ cenſeret. Ad quem Crœſus, Quoniam me dii ſeruum tibi tradiderunt, iure debeo, ſiquid amplius animaduertero, id tibi indicare. Perſæ, ait, natura proterua ſunt, & lidẽ inopes; Quos ſi diripientes tu ac potiẽtes magnis opibus negligis, id tibi ex hoc credibile eſt euenturum, vt quiſque iſtorum plurimis opibus potietur, ita maximè in te rebellaturum, eſſe expectandum. Nunc igitur, ſi tibi placẽt hæc quæ ego dico, ita facito: Siſte ad ſingulas portas aliquot ex tuis ſatellitibus cuſtodes, qui petent exportari opes, vt earũm decimæ Ioui neceſſariò reddantur. Ita neque tu odium illorum contrahes, vi opes eripiendo: & ipſi agnoſcentes ſe iuſta agere, non inuiti facient. Hæc audiens Cyrus, maiorem in modum gauiſus eſt tali admonitu, cáque vehementer approbauit: & iuſſis ſatellitibus id exequi quod Crœſus ipſi ſubiecciſſet, his verbis eum affatus eſt, [a] Crœſe, quandoquidem & facta & dicta tua egregia viri regis ſunt, pete quid muneris à me velis impræſentiarum tibi dari. Ad quem Crœſus, [b] Here, inquit, ſine me gratum eſſe erga deum Græcorum, quem ego maximè omnium veneratus ſum, vt miſſis ad eum his vinculis perconter nunquid ei fas ſit bene de ipſo merẽtes decipere. Et Cyro interroganti quídnam id eſſet quod incuſaret, altius repetens omnem ſuum aperuit animum, redditáque ſibi oracula, & præcipuè donaria ſua, quibus rebus fretus ſuſcepiſſet aduerſus Perſas expeditionem. Hæc commemorando rediit rurſus ad petendam veniam iſta deo exprobrandi. Ad quem ridens Cyrus, Et hoc, inquit, Crœſe à me impetrabis, & quicquid aliud: [c] atque id quoties tibi opus erit. Vbi hæc audiuit Crœſus, Delphos miſit quoſdam Lydos, iuſſos, quum ad limen templi vincula depoſuiſſent, ſciſcitari deum nunquid eum puderet ob oracula quibus Crœſum induxiſſet ad bellum Perſis inferendum, tanquam Cyri potentiam euerſurum: vnde tales primitiæ offerrentur: compedes ſcilicet oſtendendo. & ſciſcitari cum hæc, tum nunquid Græcis diis foret fas, eſſe ingratis. Lydis illuc profectis, & hæc mandata executis, Pythia fertur ita reſpondiſſe, Sortem fato deſtinatam defugere, deo quoque eſt impoſſibile. Crœſus autem quintæ retro ætatis crimen luit, [d] *hoc eſt abaui*: qui quũ eſſet ſatelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus, dominum interemit: illiúſque dignitate potitus eſt, nihil ad ipſum pertinente. Verùm Apollo, quum ſtuduerit vt hæc Sardium clades liberis Crœſi, non ipſi Crœſo contingeret, tamen tranſferre fata non potuit: ſed quatenus illa permiſerunt, annixus eſt, atque ei gratiam retulit, vtpote dilata Sardium expugnatione tres annos. Et hoc Crœſus diſcat, tribus annis ſerius quàm fata deſtinarant, ſe fuiſſe captum. Secundo loco, quòd ipſi ardenti opem tulit. Nam quod ad oraculum pertinet, haud rectè Crœſus conqueritur: quoniam Apollo prædixit, eum eſſe magnum imperium, ſi bellum Perſis inferret, euerſurum: de qua re ipſum conſultare volentem, decuerat mittere ſciſcitatum vtrum ipſius Apollo diceret imperium, an Cyri. Sed quod dictum erat, nec conſiderans, nec interrogans, ſibiipſi acceptum referat. Quod autem vltimo reſponſo ait Apollinem dixiſſe de mulo, ne hoc quidem diſcuſſit. Nam mulus hic, Cyrus erat: quippe qui duobus diuerſarum gentium parentibus ortus ſit, generoſiore matre quam patre. Nam illa quidem, Meda erat, Aſtyagis Medorum regis filia: hic autem, Perſa, & Medis ſubiectus: & licet omnium infimus, tamen dominam ſuam in matrimonium duxit. Hæc Lydis Pythia reſpondit, quæ illi Sardis reuerſi Crœſo nunciarunt. Quibus auditis Crœſus ſuã ipſius agnouit culpam eſſe, non dei. De Crœſi igitur imperio & prima Ioniæ ſubactione ita res ſe habent. Porrò Crœſi non hæc ſolùm quæ iam diximus, ſed alia quoque permulta donaria in Græcia extãt. Siquidem apud Thebas Bœoticas tripus eſt aureus, quem illic Apollini nũcupauit Iſmenio: apud Epheſum quoque buculæ aureæ, atque colũnæ pleræque. Quinetiam in veſtibulis templi apud Delphos clypeus viſitur aureus ingẽs. Atque hæc etiamnum ad noſtra vſq; tẽpora ſupererant: nonnulla tamen interciderunt. Ac verò quæ apud Branchidas Mileſiorum à Crœſo dedicata fuerũt, pondere (quantũ intelligo) æqua li erant iis quæ ſunt Delphis. Cæterùm ea quæ tum Delphos, tum etiam ad Amphiarai miſit templum, hæc ſibi, veluti domeſtica bona, paternarúmque facultatum primitias, diuis conſecrauit. Quandoquidem cætera donaria, è facultatibus erant aduerſarii, qui Crœſo, priuſquam regno inauguraretur, repugnãs, Pantaleontis partibus impenſè ſtudebat, hunc in regni poteſtatem prouehere conatus. Pantaleon enim, & ipſe, Halyattis filius erat, Crœſi frater, at non germanus: *matres enim habebant diuerſas*. Nam Crœſus matre fuit Carica, Halyattis vxore: Pantaleon ex [e] Iade fuit ſuſceptus. Quum autem tradito à patre imperio Crœſus potiretur, hominem

a Crœſe, quum ſis rex ad bene agẽdum & dicendum comparatus, pete, &c.

b Here, inquit, maximè gratum mihi fẽceris, ſi permiſeris vt deum Gr. q. e. max. o. veneratus ſum, miſſis, &c.

c Et quicquid aliud tibi opus erit.

d Tritaui. *i.* Gygis, à *quo quintus erat Crœſus.*

e Ionica.

illum qui antè ſic pertinaciter ſibi reſtitiſſet, in fullonis officinam pertractum interemit. Bona aut eiuſdem iam antè diuis deſtinata, tunc vti diximus iis locis conſecrauit. Atque de donariis hactenus dictum ſit. Porrò Lydia quod ſcribatur nihil ſanè mirandum habet, prout aliæ regiones, præter auri ramenta è Tmolo prouenientia. Vnum tamen nobis exhibet multo maximum præter AEgyptiorum & Babylonicorum opera. Ibi enim eſt Halyattis Crœſi parentis ſepulchrum, cuius baſis è grandioribus eſt lapidibus: reliqua ſepulchri pars, [a] aggeſtio eſt terræ. Quod ſepulchrum conſtruxiſſe feruntur homines [b] emptitii atque operarii, & vnà cum his adiuuantes ancillæ. Cæterùm ad noſtram vſque ætatem in ſummo tumulo quinque termini ſtabant, quibus literæ inſculptæ indicant quæ ſinguli elaborauerint: apparebátque ex menſura, ancillarum opus eſſe maximum. Lydorum enim filiæ omnes meretricantur, atque hoc quæſtu tantiſper dotem colligunt dum nupſerint: ſe autem ipſæmet locant. Sepulchri huius ambitus, ſtadiorum eſt ſex, & duorũ [c] iugerum: latitudo, [d] iugerũ tredecim. Cõfinis eſt eidẽ ſepulchro lacus ingens, quem Lydi referunt eſſe perennem. vocatur autem Gygæus. Atque hoc quidem ſic habet: Lydi legibus propemodum vtuntur Græcorum ſimilibus, niſi quòd Lydi filias ſuas proſtituunt. Hi primi eorum quos nouimus, numum aureum argenteúmque ad vtendum percuſſerunt, & primi caupones inſtitoréſque extiterũt. Aiunt & ipſi ſe ludos inueniſſe qui etiamnum apud Græcos cum illis communes ſunt: ſimul autem hæc inueniſſe, & in Tyrrheniam, *hoc eſt* [e] *Thuſciam*, colonos deduxiſſe. Id quod hunc in modum accidiſſe referunt: Tempore Atyis, Manis regis filii, annonæ difficultatem per vniuerſam Lydiam valde graſſatam eſſe, & initio quidem Lydos vitam aſſiduis laboribus toleraſſe, poſtea verò, quum non ceſſaret *malum*, remedia quæſiuiſſe, & alium aliud excogitaſſe. Tum igitur inuentum ab iiſdem [f] aleæ teſſerarúmque ludum, & pilæ, cæterorúmq; ludorum omnium genera, præterquam [g] talorum. horum enim inuentionem ſibi non vendicant Lydi. Porrò ad famem diſcutiendam, altera quidem dierum in totum luſibus occupatos fuiſſe, ne videlicet ciborum quærendorum ſolicitudine diſtorquerentur: altera vero à luſibus abſtinentes, veſci conſueuiſſe. Atque hoc modo vixiſſe annis duodeuiginti. Vbi autem malum non remitteret, ſed magis etiam ſæuiret, tũm regem vniuerſos Lydos bifariam diuiſiſſe, [h] & hos quidẽ in ſedibus ſuis permiſiſſe, illos verò aliquò ablegaſſe colonos. Ac verò iis qui in ſedibus ſuis permanerẽt, regẽ ipſum perrexiſſe imperare: illis autem qui deducendæ coloniæ deſtinati erant, filiũ ſuum præfeciſſe, cui nomen Tyrrheno. Hos è Lydia excedentes, primùm diuertiſſe Smyrnam: & mox fabricatis nauigiis, nimirum quibus ea quæ nauigationi accommoda videbantur, imponerent, ad victum ſedéſque quærendas oram ſoluiſſe: donec varias nationes præteruecti, ad Vmbros peruenirent: vbi ciuitatibus cõſtructis, ad hunc vſque diem habitauerint. Atque pro Lydis, propter regii filii qui eos deduxit, nomen, appellatione quoque commutata, nominatos fuiſſe Tyrrhenos. Lydi itaque à Perſis in ſeruitutem redacti fuerunt. Hinc iam nobis exequetur oratio, tum quiſnã fuerit Cyrũs ille qui Crœſi euertit imperiũ, tum quomodo Perſæ Aſiæ imperio potiti ſint. [i] Igitur quemadmodum quidam memorant Perſarum, non qui res Cyri illuſtrare, ſed prout illa ſe habent, referre ſtudent, ita ego conſcribam: gnarus triſariam alias eſſe de Cyro narrandi vias. Quum Aſſyrii annis quingentis viginti ſuperiorem Aſiam obtinuiſſent, primi Medi ab ipſis deficere cœperunt: qui cum Aſſyriis pro libertate præliati, ſtrenuè ſe geſſerunt: excuſſóque ſeruitutis iugo, in libertatem ſeſe aſſeruerunt. Poſt quos & aliæ nationes idem fecerunt quod & Medi. Cæterùm quum iam per continentem in vniuerſum propriis vterentur legibus, hac demum occaſione rurſus tyrannidi ſubiecti fuerunt. Fuit apud Medos vir ſapiens, cui nomen erat Deioces, filius Phraortis, qui quum ad tyrannidem aſpiraret, huiuſmodi quædam excogitauit. Quum Medi per vicos paſſim habitarent, Deioces [k] cum antè apud ſuos probatus, tum magis ſtudioſiúſque æquitatem affectitabat venditabátque, quòd videret apud Medos vniuerſos magnam quandam licẽtiam: ſat ſciens æquitati iniquitatem eſſe inuiſam. Medi verò qui eundem habitabant vicum, intuentes hominis mores, iudicem ipſum controuerſiarum ſibi cõſtituunt. Hic, vt qui principatum ambiret, rectum ſe æquúmque præbuit. Quæ quum faceret, laudem apud populares ſuos obtinuit haudquaquam exiguam: [l] adeo vt hæc intelligentes qui apud cæteros pagos habitabant, nempe Deiocẽ ſolum eſſe qui incorruptè iudicaret, lætu vndique affluerent quotquot prius iniquis ſententiis fuerãt ſuperati, ad Deiocem, & ipſi lites finiendas tranſferrent: poſtremò nulli alii hãc pro-

a Terræ aggeſtæ moles eſt.
b Circunforanei.
c Plethrorum.
d Plethrorum.
e Hetruriam.
f Teſſerarum & talorum.
g Calculorum.
h Et ſorte legiſſe, alteram quidem partem ad manendum, alteram verò ad exeundum è regione. Et parti quidem illi cui ſortito obtigiſſet vt maneret, ſeipſum regem, migrãti autem, ſuum filium præfeciſſe, cui nomen Tyrrheno. Alteros porrò quibus ſorte obtigerat vt emigrarẽt, Smyrnam deſcendiſſe. Hic mox &c.
i Ita autem de his ſcribam vt Perſæ quidam narrant, qui res Cyri geſtas verbis auguſtiores reddere nolunt, ſed id quod res eſt dicere: gnarus triplicem aliam eſſe de Cyro narrandi viam.
k Ipſe quũ iam antè apud ſuos celebris eſſet, tum verò magis etiam quàm antea iuſtitiam ſectari aggreſſus eſt: quòd videret apud Medos vniuerſos mag. q. licentiam, & ſatis ſciret iuri iniuriam aduerſari.
l Adeò vt quum in aliis pagis intellexiſſent Deiocem ſolum eſſe qui incorruptè iudicaret, qui prius iniqua iudicia erãt experti, ad Deiocem diſceptaturi vltro accurrerent: poſtremò nulli alii arbitriũ deferrent. Quum autem in diesventitarẽt plures, vtpote q.

uinciam permitterent. Quum verò numerus accurrentium creſceret, vtpote qui intelligerent ſententias iuſtè terminari; Deioces, animaduertens vniuerſa in ſe vnum incumbere, neque amplius illic conſidere vbi prius ius dicere conſueuerat, vo lebat, neque omnino iudicare amplius. Siquidem non è re ſua eſſe inquiebat ſi totos dies, rebus ſuis domi neglectis, dirimendis aliorum litibus operam impenderet. Quum igitur rapinæ ſceleráque paſſim per vicos multo etiam magis quàm prius patrarentur, Medi habito cõcilio, de communi rerum ſtatu colloqui cœperunt. [a]Et quantum mihi videtur, Deiocis amici ex compoſito in hanc ſententiam loquebãtur: Nequaquam, inquientes, hiſce modis vſuri, hãc noſtram regionem poterimus diu habitare. Agite igitur, conſtituamus nobiſipſis regem, vt videlicet ditio noſtra bonis legibus adminiſtretur, [b]& nos, ad ſua quiſque opera diuertentes, nuſquam impunitate ſceleratorum violemur. Quæ quum ſic referrentur, perſuaſi Medi regibus ſeſe ſubiiciunt. Continuò conſultatum eſt quemnam regem crearent. Deioces adeo ab omnibus commendatus, productúſque in medium vt omnium ſuffragio rex comprobaretur: At ille iuſſit ædificia ſibi erigi imperio digna, ſtipatoréſque ad cuſtodiam corporis ſui adiungi. [c]Huic Medi hæc præſtiterunt, eique ædificia ingentia probéque munita extruxerunt in ea quam deſignauerat regione: permiſerunt quoque ſatellites ex vniuerſis Medis quos vellet, ſibi deligeret. Deioces igitur imperio potitus, Medos compulit vnum oppidum condere: vt hoc vno communito exornatóque, aliorum non ita magnam curam haberent. Obſequentibus quoque hac in re Medis, mœnia conſtruit ampla ſimul & valida, quæ nunc Ecbatana appellantur, in quibus murus vnus alteri veluti confinis erat: ſic nimirũ conſtitutis mœnibus, [d]vt ambitus ſinguli alteris gradatim eſſent ſublimiores, ſoliſque pinnis prominerẽt. [e]Adiuuabat huc loci ipſius commoditas, vt qui collis inſtar eſſet eleuatus. Sed acceſſit etiam maius quiddam data opera factum. ſiquidem ambitus iſti numero erant ſeptem contigui, in quorum poſtremo regia eſt & theſauri. Hæc mœnia quũ ampliſſima ſint magnitudine, prorſus illum Athenienſium æquant ambitũ. *Atque ſingulæ quidem pinnæ ſuis atque hunc in modum diſtinctis fulgent coloribus.* Nempe primi ambitus pinnæ colore ſunt albicanti, ſecundi nigro, tertii purpureo, quarti cæſio, quinti ſandaracino: poſtremi verò duo, alter argentatas, alter inauratas habet pinnas. Et his quidem munimentis Deioces ſe ſuámque regiam circunſepſit, ac reliquum populum ſeorſum circunquaque habitare iuſſit. Cæterùm vniuerſis hoc ornatu cõſtructis, primus Deioces cauit necui ad regem ingredi liceret, ſed per internuntios cuncta tranſigerentur: adeò vt nec conſpici regem à quoquam fas eſſet. [f]ad hæc, nec ridere, nec expuere (propterea quòd omnibus factu deformia eſſent) coràm liceret. Hæc ideo faciunt apud regem, ne videlicet eum cernentes æquales & vnà cum eo educati ſtrenui & fortes, indoleant atque inſidientur: quin potius quiddam à reliquis hominibus diuerſum ipſis eſſe videatur, ſi coràm ipſum non intuean tur. Quibus quum ſeſe Deioces iam adornaſſet, atque in imperio confirmaſſet, in exercenda iuſtitia valde ſeuerum ſe præbuit. Etenim litigantes cauſas ſuas conſcriptas intro per internuntios mittebãt, quas ille deciſas remittebat. Et hæc quidem in iudiciis factitabat. Cæteris autem in rebus hunc ordinem inſtituerat: Si quem intellexiſſet iniuriam cuipiam facere, hũc ad ſe aſcitum, indicta pro delicti modo pœna multabat: in quem vſum exploratores auſcultatoréſque per vniuerſam ſuam ditionem diſpoſuerat. Deioces igitur ſolam Medicam ſubegit nationem, eique ſoli imperauit. Cuius nationis tot numero gentes ſunt, Buſæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi. Tot ſunt in Media gentes. Deioce defuncto, qui annos tres & quinquaginta regnauit, filius eius Phraortes ſuſcepit imperium. Qui ſolo imperio + Medorum non contentus, bellum ante omnes intulit Perſis, eóſque primos in poteſtatem Medorum redegit. Quibus nationibus potitus, valida vtraque, mox Aſiam ſubegit, aliam deinceps atque aliam inuadendo gentem: donec ad Aſſyrios oppugnandos peruenit, ad eos inquam Aſſyrios qui Ninum incolebant, quondam omnium principes, ſed tunc à ſociis per defectionem deſertos: alioqui per ſe bene habentes. Aduerſus hos expeditione ſuſcepta Phraortes, ſecundo ac viceſimo quàm regno potitus eſt anno, cum pleraque exercitus parte periit. Poſt obitum eius, Cyaxares filius, Deiocis nepos ſucceſſit: qui dicitur multo maioribus ſuis fortior fuiſſe, & primus Aſiaticos populos [g] in prouincias diſtinxiſſe, primúſque in ſuum quoſque ordinem diſtribuiſſe, haſtatos, equites, ſagittarios: quum prius omnia [h]promiſcua fuiſſent atque implicita. Hic eſt qui cum Lydis bellum geſſit: quo tempore in ipſa pugna dies in noctem eſt conuerſus: quique tota ſupra Halyn flumen Aſia

a Hic (vt ego quidem exiſtimo) Deiocis amici beliſſimũ ſermonem ſunt exorſi. Enimuero (inquiebant) ſi pergamus his moribus viuere, hanc noſtram regionẽ diu non poterimus incolere.

b Et nos res noſtras agamus, nequé malè agendi licentia noſtris ſedibus pellamur. His verbis perſuaſi Medi regio imperio ſe ſubiicere, ſtatim cõſultant quemnam regem creent. Tũm Deioces ab omnibus nominari & prædicari, adeo vt omnium tandem ſuffragio rex approbaretur.

c Hæc in eius gratiam Medi fecerunt, eique, &c.

d Ita vt ambitus alter alterum amplectatur.

e Adiuuante ipſo loci ſitu, vt qui collis eſſet. Sed acceſſit maior etiam ars & induſtria, factis ſeptem ambitibus inter ſe cõtiguis, in quorum poſtr. regia eſt & theſauri. Eorum autem ampliſſimus magnitudine plus minus circuitum Athenarum exæquat. Suntque primi ambitus pinnæ albæ: ſecundi, nigræ: tertii, puniceæ: quarti, cæruleæ: quinti, ſandaracenæ.

f Præterea ne ridere coràm vel excreare in quoquam honeſtum haberetur. Et hæc à Medis apud regem obſeruantur, ne videlicet, &c.

Phraortes ii Med. Rex primus bellum intulit Perſis.

Cyaxares iii Med. Rex.

g In turmas decuriaſſe.

h Promiſcuè fuiſſent confuſa.

ſibi conciliata, collectis ſuis omnibus, copias duxit aduerſus Ninum, ſimul & patrem vlturus,& ciuitatē ipſe euerſurus. Ipſi porro, Aſſyriis prælio ſuperatis, Ninum obſidēti ingruit ingens Scytharum exercitus, duce Scytharum rege Madye Protothyæ filio: Qui Cimmeriis ex Europa eiectis in Aſiam eruperant: & dum illos fugientes perſequūtur, ita in Mediam penetrarunt. Eſt autem à lacu Mæotide ad Phaſim vſque & Colchos, expedito viatori iter triginta dierum: è Colchis verò non ita longo itinere peruenīri poteſt in Mediam: ſed vna duntaxat natio interiecta eſt Saſpires: quos vbi tranſieris, continuò occurrit Media. Scythæ tamen hac non irruperunt, ſed alia via ſuperiore & multo longiore deflectentes, Caucaſo monte ad dextram relicto. Hīc Medi cum Scythis congreſſi, prælióque fuſi, Aſiæ imperium amiſerunt. Porrò Scythæ vniuerſa Aſia potiti, hinc rectà in AEgyptum contendunt. Quibus iam Syriam Palæſtinam ingreſſis Pſammitichus occurrens AEgypti rex, muneribus precibúſque effecit ne vlterius progrederentur.[a] Scythæ, vbi retrocedentes in vrbe eſſent Palæſtinæ Aſcalone, bonáque parte Scytharum nullam iniuriam inferente, pauci aliquot relicti Veneris Vraniæ fanum depecularunt, inter cætera (quantum equidem ſcio) huius deæ fana vetuſtiſſimum. Siquidem quæ in Cypro eſt *eiuſdem deæ* ædes, ex hac prodiit: id quod ipſi etiam Cyprii referunt. Quinetiam illud apud Cythera delubrum Phœnices ex hac Syriæ regione orti condiderunt. Ac verò dea ipſa templi ſpoliatoribus eorúmque poſteris morbum immiſit fœmineum: quemadmodū & ipſi fatentur Scythæ, ſe videlicet illo morbo ob id laborare.[b] & videre licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos enareas appellant Scythæ. Poſtquam verò iam viginti octo annis Aſiæ imperium Scythæ obtinuiſſent, omniáque iam penè ex negligentia licentiáque depopulata eſſent (nam præter tributum exactionéſque, diripiebant, extorquebántque à quibuſlibet quæcunque poſſidebant) tandem horum potiorem partem Cyaxares atque Medi hoſpitio acceptam inebriatámque interemerunt. Et ſic quidem Medi recuperarunt imperium, receptis iis quibus prius potiebantur, & Ninum expugnauerunt. Vt autem ceperint, in aliis mox ſcriptis indicabo. Aſſyrióſque, excepta Babylonica quapiam portione, ſubegerunt. Poſt hæc Cyaxares, vbi quadraginta annis[c] vnà cum Scythis imperaſſet, vita functus eſt. Cuius regnum ſuſcepit Aſtyages filius. Hic filiam ſuſtulit, appellauítque eam Mandanen. Quæ viſa eſt ei per quietem tantum vrinæ fundere vt omnem ipſius vrbem oppleret, atque vniuerſam Aſiam inundaret. Quod ſomnium quum Magis ſomniorum interpretibus expoſuiſſet, conterritus eſt, ſingula quæque ab illis edoctus. Ideóque viſum hoc reformidans, Mandanen iam viro maturam, nulli Medorum qui ea dignus eſſet, tradendam ſtatuit, ſed Perſæ cuidam nomine Cambyſi, quem compertum habebat familia quidem bona ortum, cæterùm ingenio ſedato,[d] gerentémque ſe multo infra mediocris Medi alicuius conditionem. Eodem quo Cambyſi collocauerat filiam anno, viſionem alteram vidit: videbatur ei ex genitalibus filiæ vitis enaſci quæ omnem occuparet Aſiam. Quod viſum quum retuliſſet ad interpretes ſomniorum, filiam iam prægnantem & partui vicinam ex Perſis accerſit, eíque, quum veniſſet, cuſtodiam apponit, volens quod illa peperiſſet interimere. Etenim Magi ſomniorū interpretes, viſionem illam portendere dicebant Aſtyagi, prolem filiæ pro ipſo regnaturam. Hoc igitur obſeruans Aſtyages, vbi genitus eſt Cyrus, adſcito Harpago familiari ſuo, & inter Medos fidiſſimo, atque omnium rerum ſuarum procuratori, hæc inquit, Harpage, negocium quod tibi iniūgo caue prætermittas, aut vllo modo exequi ſuperſedeas:[e] néue committas vt alios præponendo, poſtea tibiipſi perniciem crees. Capito quem Mandane peperit puerum, in domúmque tuam ferto, atque occidito: poſtmodum quoquo modo voles ipſe ſepelito. Cui reſpondit ille, Neque aliâs vnquam rex huic viro rem iniunxiſti ingratam, & in poſterum dabimus operam nequid in te delinquamus. Quòd ſi tibi cordi eſt hoc ita fieri,[f] mea intereſt id induſtriè exequi. Hæc quum reſpondiſſet Harpagus, eíque[g] puer traditus eſſet ornatus ad necem, contulit ſe domum flens: adiénſque vxorem, refert omnem habitum ſecum ab Aſtyage ſermonem. Ad quem vxor, Quid igitur, inquit, facere tibi in animo eſt? Ego verò (reſpondet vir) quanquam Aſtyages mandauit, etiamſi deſipiet, peiúſque inſaniet quàm nunc inſanit, non tamen eius voluntati parebo, neque ad hanc necem obſequar: idque multis de cauſis, tum quòd puer ipſi mihi cognatus eſt, tum quòd Aſtyages grandis natu eſt, & virili prole orbus: quo defuncto, ſi tyrannis ad eius peruentura eſt filia, cuius nunc filium per me interimit, quid aliud reſtat hinc mihi quàm periculum maximum? Enimuero ſecuritatis meæ cauſa ex-

Aſtyages viii Med. Rex

Cyrus ex puerili.

a Scythæ verò regredientes, quum in vrbem Syriæ Aſcalonem peruenīſſent, pleriſque nullo illato dāno prætergreſſis, pauci aliquot rel. Ven. Vraniæ fanum ſpoliarunt, omnium (quantum quidem intelligo) huius deæ templorum vetuſtiſſimum.

b Et ab iis qui in Scythiam veniunt, eo morbo affectos conſpici: quos Scythæ ipſi enareas *id eſt execrabiles, ſeu execrationi obnoxios*, appellant. Itaque octo & viginti annos Scythæ imperium Aſiæ tenuerunt. quo tēpore omnia iniuriosē & ſuperbè imperitando vaſtarunt. Siquidē præter tributa, tātum à ſingulis exigebant quātum iis impoſuiſſent: & tributis nōn contenti, ſingulorum etiam bona paſſim prædabantur. Pleroſque igitur ipſorū Cyaxares & Medi hoſpitio acceptos & inebriatos interemerūt. Et hoc modo recepto imperio, iis quæ prius obtinebant ſunt poti ti, & Ninum ceperūt. Quomodo autem ceperint, & Aſſyrios (excepta Babylonia) ſibi ſubiecerint, alibi declarabo.

c Cōprehenſo Scytharum imperio, regnaſſet.

d Et quem ipſe infra mediocris conditionis Medos duceret

e Neque me decipito, & *me* aliis *ad hoc agendum* delectis, tandem tibi ipſe malum crees.

f Meum eſt.

g Puerulus cū ornatu traditus eſſet ad necem.

pedit hunc puerum interire, ſed per aliquem ipſius Aſtyagis, non per aliquem meorum. Hæc loquutus, eueſtigio nuncium mittit ad bubulcum Aſtyagis, quem norat [a] paſcuorum maximè idoneorum, & montium feris frequentiſſimorum eſſe gnariſſimum, cui nomen erat Mitradates: cuius contubernalis & eadem conſerua erat, nomine Cyno Græca lingua, *id eſt canis*, Medica, Spaco. nam canem Medi ſpaca appellant. Locus vbi boum paſcua ille habebat, montium radices erant, ad vētum boream Ecbatanorum, & ad pontum Euxinum. Hoc enim tractu ad Saſpires vergente, Media valde montoſa eſt & edita, ac nemoribus frequens, reliqua verò tota admodum plana. Hic itaque accerſitus, properè quum veniſſet, inquit ad eum Harpagus, Iubet te Aſtyages hunc capere infantem, quem in deſertiſſimo montium expo nas, vt celerrimè pereat. & hæc vt tibi dicerem mihi iniunxit: & niſi hunc intereme ris, ſed aliquo pacto ſeruaueris, [b] peſſimo exitio te occubiturum. cui expoſitioni infantis inſpector ego præpoſitus ſum. Hæc vbi audiuit bubulcus, ſumpto infante, rediit quà venerat [c] ad bouile ſuum. Ei, dum in vrbem abiit, vxor ſua, quæ erat prægnans, per totam diem parturiens, è voluntate dæmonis enixa eſt filium. Abſente marito vtrique mutua tenebantur ſollicitudine: hic quidem vxori parturienti metuens, illa viciſſim marito timens, propterea quòd præter conſuetudinem ab Harpago accerſitus eſſet. Vbi autem reuerſus affuit, eum vxor, vtpote ex improuiſo cernens, prior interrogauit quid ita ſtudioſè ipſum Harpagus accerſiſſet. Cui ille, Vxor, inquit, vbi in vrbem veni, & vidi & audiui [d] quod nec viſum oportuit nec agi circa dominos noſtros. Harpagi domus omnis luctu tenebatur: in quam ego perterrefactus ſimulatque introii, video puerulum in medio poſitum, palpitantem vagientémque, auro ac verſicolori veſte ornatum. Eum Harpagus, vbi me vidit, iuſſit celerrimè ſumere, atque exponendum aſportare in montem quammaximè feris abundantem: dicens Aſtyagem eſſe qui hæc mihi iniungeret: magnopere minatus, niſi ea facerem. Ego acceptum puerum attuli, ratus alicuius illum domeſticorum eſſe, [e] non autem illius generis. Admirabar tamen quòd viderem auro veſtibúſque ornatum: præterea quòd planctus manifeſtus fiebat in Harpagi domo. [f] Atqui inter viam, ex omni oratione famuli qui me extra vrbem deduxit, mihíque infantem tradidit, percepi eum Mandanes Aſtyagis natæ & Cambyſis Cyro geniti eſſe filium, & ab Aſtyage iuſſum interfici. atque is hic eſt. Hæc loquens bubulcus, puerum detectum oſtendit: quem illa intuita procerum ac ſpecioſum, genua viri cum lacrymis amplexa, obſecrat nequa ratione puerum exponat. Hic negare aliter iſta fieri poſſe: ſuperuenturos enim ab Harpago ſpeculatores ad rem explorandam: ſéque, niſi id exequatur, miſerrimè periturum. Mulier vbi id viro non perſuadet, [g] Quandoquidem, inquit, te nequeo inducere, quod ſecundum eſt facito, ſi modò neceſſitas prorſus eſt aſpici puerum dum exponitur. Quoniam ego quoque peperi, peperi autem mortuum: ablatum hunc expone, & iſtum ex Aſtyagis filia, tanquam ex nobis genitum alamus. Ita neque tu iniurius in dominos eſſe deprehenderis, neque nobis malè conſuluerimus. Nam & hic qui obiit, regale ſepulchrum nanciſcetur, & iſte qui ſupereſt, animam non amittet. Sanequam commodè viſa eſt bubulco mulier loqui pro præſenti conditione: atque ita continuò fecit. Igitur quem necatu rus attulerat, eum vxori tradidit: ſuum autem, qui mortuus erat, acceptum, collocauit in eo vaſe in quo alterum portauerat. Omníque alterius pueri cultu ornatum, in deſertiſſimo monte expoſuit. [h] Ideóque poſt pueri expoſitionem, relicto quodam pecuariorum pro ſe illic vicario, in vrbem ſe contulit, & ad domum Harpagi: aítque ſeſe paratum illi oſtendere pueri cadauer. Harpagus, miſſis ſuorum ſatellitum fideliſſimis, rem per eos inſpexit, ac bubulci filium ſepeliuit. Et hic quidem infans humatus eſt. Alterum verò qui poſtea Cyrus appellatus eſt, vxor bubulci ſibi ſumptum, educauit, impoſito illi alio quopiam ac non Cyri nomine. Qui poſteaquam decennis fuit, eum res iſta quæ illi contigit, palàm fecit: Ludebat in pago vbi armenta illa erant, & ludebat cum æqualibus in via: quem inter ludendum cæteri pueri quum pro rege ſibi elegiſſent, cognominatum bubulci filium, [i] ipſe eos muniis diſtinguebat: vt alii domorum ſtructores eſſent: aliis, vt ſatellites: alii, vt oculus regis eſſet: alii, vt mandatorum renunciator, tanquam ſuum ſingulis munus aſſignans. Horum puerorum quidam colluſor Artembaris filius erat, viri inter Medos clari, quem Cyrus, quòd imperata non feciſſet, iuſſit ab aliis pueris comprehendi: & quum illi paruiſſent, multis verberibus affecit. Quæ puer tanquam ſe indigna paſſus, iniquiſſimo animo ferens, vbi primùm dimiſſus eſt, in vrbem ad patrem perrexit, & quæ à Cyro pertuliſſet deplorauit: non tamen Cyrum nominans (non-

a Paſcua & montes feris oppletos quæ opportuniſſimè incolere.

b Fore vt peſsimo ſupplicio te interficiat. Expoſitum autem intueri ſum iuſſus.

c Ad caſam ſuam. Huic porro etiam vxor quæ per totū diē parturierat, tunc fortè numinis voluntate filium peperat, dum ipſe in vrbem proficiſceretur: erántque alter de altero ſolliciti.

d Quod vtinā neque vidiſſem, neque vnquam dominis noſtris eueniat.

e Nunquam enim cogitaſſem ex eo genere eſſe.

f Cæterùm in via rem totam ex miniſtro intellexi, qui mihi extra vrbem deducto puerulum in manus tradidit: filium eſſe videlicet Mādanes Aſtyagis filiæ, & Cambyſis Cyri filii: & Aſtyagem iubere illum interfici. Nunc igitur hic eſt.

g Secundò hæc dixit, Quandoquidem igitur tibi nō poſſum perſuadere vt expōnas, tu ſaltem hoc facito: ſi quidem omnino neceſſe eſt expoſitum cerni.

h Tertio verò die quàm puer expoſitus fuerat.

i Ipſe quibuſdam eorum præcipiebat vt domorum ſtr.

dum enim eius hoc erat nomen) sed filium bubulci Astyagis. Artembares, vt erat ira percitus, ad Astyagem, ducens filium secum, contendit: & rem intolerandam passum esse inquiens, eiúsque humeros ostendens, Siccine indignè, ait, accipimur, rex, [a] à filio bubulci serui tui? Audiens hæc atque cernens Astyages, volens Artembaris honoris gratia vlcisci puerum, iussit accersi bubulcum & filium. Qui quum ambo adfuissent, intuens in Cyrum Astyages, Túne, inquit, hoc tali patre genitus, ausus es huius filium, viri apud me primarii, tam indignis concidere verberibus? Cui ille, Istud, inquit, here, huic ego iure feci. pueri enim pagani, quorum hic vnus erat, me regem suum ludentes constituerant: quippe qui videbar eis ad hoc maximè esse idoneus. At iste, quum cæteri pueri iussis obtemperarent, audiens dicto esse nolebat, ac me nihili faciebat: propter quod pœnas dedit. Quòd si ego propterea vllo malo sum dignus, hîc tibi præsto sum. Hæc loquente puero, subiit Astyagi agnitio eius, visáque est figura oris referre ac repræsentare ipsum, & gestus esse liberalior, & tempus expositionis cum pueri ætate congruere: His perculsus Astyages, aliquandiu sine voce mansit. vixque tandem ad se reuersus, volens à se Artembarem dimittere, [b] vt bubulcum submotis arbitris rimaretur, Ego, inquit, Artembares, efficiam vt filius quoque tuus ob hoc nihil conqueri possit. Dimisso igitur Artembare, & eius iussu per famulos Cyro introducto, bubulcum (qui solus erat relictus) percontatur vnde puerum accepisset, quisue ei tradidisset. Ille ex se genitum respondere, & genitricem eius apud se esse. Astyages dicere, non bene sibi illum consulere qui [c] cuperet ad ingentes deuenire necessitates. Simúlque hæc dicens, satellitibus innuit vt caperet ipsum. Hic autem ad necessitates redactus, ita demum rem patefecit: ab initióque exorsus, vera referendo, descendit ad preces & ad petendam sibi veniam. [d] Bubulco veritatem eloquuto, Astyages pauciora iam verba fecit: sed Harpagum, cui valde succensebat, vocari à satellitibus iussit. Quem, vbi adfuit, percontatur Astyages, Harpage, qua nece interemisti quem tibi tradidi puerum è filia mea genitum? Harpagus (vt vidit pastorem interesse) noluit tergiuersari mendacio, ne argumentis conuinceretur: sed ita respondit, Ego, posteaquam infantem accepi, rex, cogitaui quo pacto ex animi tui sententia facerem: & [e] tamẽ, quum apud te innoxius extitissem, ne forem aut filiæ tuæ aut tibiipsi carnifex, eóque ita statui agendum: Accersito huic bubulco infantem tradidi, inquiens te esse qui iuberes illum interfici. In quo dicendo mentitus non sum. tu enim ita præceperas. [f] Atque huic, dum puerum trado ex tuo præcepto, iussi exponeret in deserto monte, perstaréteq; in eo obseruando tantisper dum expirasset: comminatus isti extrema quæque nisi hæc effecta reddidisset. Vbi hic fecit imperata, & infans obiit, missis eunuchorum fidissimis, rem cognoui, & per eosdem mortuum sepeliui. Ita res habet, rex: atq; hac morte defunctus est puer. Et Harpagus quidem [g] directam habuit orationem. Astyages autem dissimulata qua illi infensus erat causa, ob id quod contigerat, primùm rem ei enarrat quemadmodum ipse ex bubuleo audierat: deinde ea narrata, eò deuenit vt diceret, Quod puer viuit, & quod accidit, bene habet. De eo enim, inquit, quod in hunc puerum factum erat, valde laborabam, & à filia mea insimulatus, haud leuiter ferebam. Igitur in bonum conuersa fortuna, tum filium tuum mitte ad puerum hunc qui recens venit: tum verò ad cœnam mihi adesto. siquidem constitui pro recepto filio diis quibus honor hic conuenit, sacrificare. Harpagus, quum hæc audisset, adorato rege, ac sibi maiorem in modum gratulatus quòd peccatum suum commodè cessisset, & propter sortem prosperam ad conuiuium vocaretur, domum abiit. Quam ingressus, properanter filium qui ipsi vnicus erat, tredecim circiter natum annos, mittit domum Astyagis, iubens exequi quæcunque ille imperaret. Ipse gestiens, quid sibi successisset vxori exponit. Eius porro filium, vbi aduenit, Astyages iugulatum & in frusta concisum partim torruit, partim elixauit, & probè conditum, paratum habuit. Dehinc sub horam cœnæ, postquam adfuerunt cum cæteri conuiuæ, tum verò Harpagus, conuiuis quidem aliis atque ipsi Astyagi mensæ appositæ sunt ouilla refertæ carne: Harpago autem, præter caput & manus extremas ac pedes, reliquis filii sui partibus. nam illa in canistro operta, separatim reposita erãt. Eum autem, postquam satis depastum illo cibo putauit Astyages, interrogat nunquid sit illis oblectatus epulis. Se verò valde oblectatum, dicenti Harpago, ii quibus negocium erat datum, adferunt caput filii cum extremis manibus ac pedibus tectum: & adstantes iubent detegere, ac sumere quod vellet ex eis. Harpagus obtemperans, vbi detexit, cernit reliquias filii. non tamen eo spectaculo cõsternatus est, [h] sed apud seipsum mansit. Et percontanti Astyagi nunquid agnosceret cuius feræ carne pastus esset, se agno

[a] A serui tui, & quidem bubulci, filio?

Quia oratione immutauit Astyagi Cyrus.

[b] Vt de bubulco seorsum accepto quæstionẽ haberet, Ego, &c.

[c] Ac si vltro vellet in maximas angustias sese dare.

[d] Astyages bubulci veritatem eloquuti non magnam rationẽ habuit: sed Harp.

[e] Et tamen, quum in te nihil peccassem, neque filiæ tuæ, neque tibiipsi essem carnifex.

[f] Tradidi igitur isti hoc modo: addito mandato vt eum exponi.

[g] Simplicem.

Astyagos gratulatio Harpagi vitium Cyro.

Astyages insanum Harpagi immanitatem.

[h] Sed mentis compos fuit.

ſcere reſpondit: ſibique quicquid rex ageret, placere. Hoc reddito reſponſo, receptiſque reliquiis carnium, domum abiit, eas (vt ego opinor) illinit collectas humaturus. Et Harpagum quidem hac vltione Aſtyages proſequutus eſt. De Cyro autem deliberans, eoſdem ex Magis accerſiuit qui fuerant ipſius ſomnium ſic interpretati. Poſtquam venerunt, ſciſcitatur eos [a] quid cenſeant de viſione ſibi agendum. Illi neceſſariò fore inquiunt vt puer, ſi ſuperſtes eſſet, nec hactenus periiſſet, regnaret: Atqui
» puer & viuit & incolumis eſt, (Aſtyages excipit) & quum ipſum ruri agentem pueri
» eius pagi, regem delegiſſent, quæ faciunt qui reuera ſunt reges, ea omnia hic fecit.
» Nam ſatellitibus, ianitoribus, internunciis, ac cæteris muniis inſtitutis, imperium
» exercuit: quæ vobis quónam videntur ſpectare? Si ſupereſt puer (Magi reſpondent)
» atque regnauit [b] nulla ex prouidentia, confidito ob id, ac bono ſis animo, iam non
» eum regnaturum iterum. Nam quædã vaticinationes noſtræ in exigua reciderũt,
» [c] & velut inſomnia in imbecillum quiddam tandem redactæ ſunt. Ego (inquit Aſtyages reſpondens) iſtius veſtræ, Magi, ferè ſum ſententiæ, [d] me ſomnio eſſe defunctum, puero iam rege nominato, nihilque mihi amplius eum eſſe reformidãdum.
» Vos tamen probè conſiderantes, quænam futura ſint & meæ domui & vobis tutiſſima cõſulite. Ad hæc Magi, Noſtra etiam, rex, (inquiunt) magni intereſt, tuum ſtare principatum: [e] qui ſi immutetur, & ad hunc puerum qui Perſa eſt tranſeat, nos
» quoque qui Medi ſumus, in ſeruitutem redigemur apud Perſas, & extranei nullius
» erimus pretii: te verò regnante, cuius populares ſumus, tum ex parte imperamus,
» tum magnos apud te honores obtinemus. Quo magis per nos & tibi & regno tuo
» proſpiciendum eſt: & nunc, ſiquid cerneremus quod timendum eſſet, tibi aperiremus: verùm quum in rem friuolam nunc euaſerit ſomnium, & ipſi confidimus, &
» te itidem confidere iubemus, & hunc ablegare puerum ab oculis tuis in Perſidem
» ad parentes. His auditis Aſtyages gauiſus eſt: accitóque Cyro hæc inquit, Fili, quum
» ego propter quandam haud ſanam ſomnii viſionem in te fuiſſem iniurius, tuo tamen ipſius fato ſuperſtes es. Nunc itaque lætus ad Perſas ito cum iis quos ad te deducendum mittam. Eò perueniens, parentes tuos offendes: patrem, non qualis eſt Mitradates bubulcus, & matrem, non qualis eſt vxor eius. Hæc loquutus Aſtyages Cyrum dimittit. Quem ad domum Cambyſis reuerſum, acceperunt ſui parentes, & audita re vehementer amplexati ſunt, vt quem ſtatim mortem obiiſſe crediderant. Sciſcitabantur igitur quónam modo ſuperſtes eſſet. Hic ſe verò ait eos antea non nouiſſe, [f] & ob id maximè erraſſe. Inter viam tamen omne ſuum infortunium audiſſe. credidiſſe enim ſe bubulci Aſtyagis eſſe filium: verùm in illo itinere omnem rem geſtam, ab iis qui ipſum deduxerant accepiſſe. Commemorabat autem ſe ab vxore bubulci fuiſſe educatum, ſemper eam laudibus proſequens, ita vt in omni eius ſermone eſſet Cyno. Quod nomen accipientes eius parentes, vt magis diuinitus videretur Perſis filius ſuus fuiſſe ſeruatus, diuulgarunt à cane Cyrum, quum eſſet expoſitus, fuiſſe educatum. vnde hæc fabula emanauit. Vbi Cyrus in virilem adoleuit ætatem, & inter æquales viriliſſimus euaſit & idem dilectiſſimus, [g] conſtituit Harpagus ad eum dona mittere, Aſtyagis vlciſcendi cupidus. Nam per ſeſe, qui priuatus eſſet, non videbat futuram de Aſtyage vindictam: ſed Cyrum cernens adultum, cuius caſus ſuis aſſimilabat, ſibi ſocium comparabat. Præterea verò hæc ab eo facta erant. Quum eſſet acerbus Aſtyages in Medos, Harpagus ſingulis quibuſque eorum ſe inſinuans primoribus, perſuadebat oportere Aſtyagem à regno ſummoueri, Cyro delecto. Harpagus, his tranſactis ac paratis, ita demum volens Cyro apud Perſas agenti ſuam aperire ſententiam, quum aliter non poſſet, vtpote itineribus cuſtoditis, huiuſmodi rem comminiſcitur. [h] Exenterato quem ſolerter obtinuerat lepore, vt nihil omnino reſcinderetur, indidit libellum in quo quæ libuit conſcripſerat: reſutóq; vẽtre, leporẽ vnà cũ rebus tradidit venatori cuidã ſuorũ domeſtico rũ fidiſſimo: miſitq; ad Perſas, præcipiẽs ſuo ore, quum daret leporem, Cyro diceret vt ipſe ſuis manibus aperiret, idque ſine arbitris faceret. Hæc exequuto nuncio, Cyrus acceptum leporem aperuit, inuentúmque libellum qui in eo inerat, legit, in
» hæc verba: Fili Cambyſis, quem dii reſpiciunt (nam aliter nunquam in tantum fortunæ peruenifſes) vlciſcere nunc Aſtyagem tuæ necis autorem. quoniam ex huius
» tu quidem ſtudio perieras, deorum tamẽ beneficio & meo ſuperſtes es. Quæ omnia
» quemadmodum circa te geſta ſunt, opinor te olim iam reſciuiſſe: & item, qualia ego ab Aſtyage paſſus ſim quòd te non occidiſſem, ſed bubulco tradidiſſem. Nunc,
» ſi mihi auſcultare vis, omni tu cui Aſtyages imperat regioni imperabis. Quũ enim
» Perſis vt deficiant perſuaſeris, expeditionem aduerſus Medos ſuſcipe: vtpote ad vo-

Consilia Astyagis cũ Magis de Cyro.

a Quomodo ſibi viſum illud eſſent interpretati. Illi idẽ reſponſum reddiderũt *quod antea*, oportere puerum regnare, ſi ſuperſtes eſſet, nec prius obiiſſet. Atqui, &c.

b Non de induſtria & abſque vllo cõſilio, confid.

c Et quæ ex inſomniis pendẽt; prorſus ad leue quidpiam deueniunt.

d Hũc eſſe ſomnii exitum, puero, &c.

e Alioqui enim alienatus, ad hunc puerum qui Perſa eſt, deueniret: ac tum nos qui Medi ſumus, in ſeruitutẽ redigeremur, nulliuſque pretii eſſemus apud Perſas, vtpote extranei. At permanẽte rege, cuius pop.

Cyrus vadit ad parentes in Perſidem

f Et in maximo errore verſatum fuiſſe.

g Et inflabat Harpagus, dona mittẽdo. Vel, *Eius ſtudioſus erat.*

Harpagus Cyrũ prelii in aduersus Astyagem.

h Quum leporem arte compoſuiſſet, eiuſque ventrem reſciduiſſet, nihil lacerãdo, indidit libell.

i Vel, Præcipiens vt quum leporem Cyro daret, ſuo ore diceret vt, &c. Vel, *Cyrum admoneret etiam ut, &c.*

tum tibi re ſucceſſura, ſiue ego dux ab Aſtyage ad tibi occurrēdum creatus fuero, ſiue alius quiſpiam Medorum illuſtrium. Horum enim primi quique ab illo ad te deficientes, Aſtyagem conabuntur euertere. Tanquam igitur cuncta tibi ſint hîc in expedito, iſta exequere ſine mora. Cyrus, his auditis, conſiderabat quónam ſoleruſſimo modo Perſas induceret ad rebellandum. Cogitando tandem comperit hunc eſſe appoſitum, vt ita faceret: Scripto libello de iis quæ volebat, cōcilium Perſarum coegit. Deinde reſignato libello atque lecto; ducem ſe inquit Perſarum ab Aſtyage eſſe deſignatum. Et nunc Perſæ, ait, edico vobis vt præſtò mihi ſitis cum ſingulis falcibus. Hoc Cyrus Perſis præcepit: quorum cōplura ſunt genera. Eorum quædam Cyrus congregauit, & à Medis ad deficiendum induxit, [a] ſub quibus alia omnia. Ea autem hæc ſunt; Arteatæ, Perſæ, Paſargadæ, Meraphii, Maſii. Sed horum Paſargadæ ſunt præſtantiſſimi, in quibus & Achæmenidarum [b] cognatio eſt, vnde reges Perſidæ ſunt oriundi. Alii Perſæ hi ſunt, Panthelæi, Deruſiæi, Germani: atque hi omnes, aratores. Alii verò, pecuarii, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii. Vbi cuncti adfuerunt habentes quod eis erat præceptum, ibi Cyrus iubet locum quendam dumoſum (erat in Perſide is locus circiter decem & octo aut viginti ſtadiorum) totum detergant intra diem. Quo labore perfunctis Perſis, iterum præcipit in poſterum diem vt lauti adſint. Interim coactos in vnum caprarum, ouium, boum greges patris ſui mactat atque apparat, tanquam Perſarum exercitum acceptaturus vinóque ac cibariis quam lautiſſimis. Poſtero die vbi conuenerunt Perſæ, iubet eos diſcumbere in prato atque epulari. Deinde cœnatos interrogat vtrum pridianam an præſentem conditionem præoptarent. Illis reſpondentibus, multum eſſe inter hæc duo [c] interualli: pridianam enim omnia mala habuiſſe, præſentem verò omnia bona habere: excepit Cyrus, & omnem rem denudauit, inquiens, Viri Perſæ, ita res veſtræ habent: volentibus vobis mihi obtemperare, & hæc & alia infinita commoda aderunt ſine vllo ſeruitutis labore: nolentibus verò, innumerabiles quales heſternæ ærumnæ. Nunc itaque obtemperando mihi, efficiamini liberi. nam & diuina quadam ſorte ipſe genitus hæc bona videor in manus veſtras eſſe allaturus; & vos non arbitror inferiores eſſe Medis cum in aliis, tum verò in bellicis rebus. Quę quum ita ſint, rebellate quamprimum ab Aſtyage. Perſæ, vt qui iampridem [d] dedignarentur parēre Medis, nacti [e] præſidem, libenter ſe in libertatem vindicarunt. Hæc moliri Cyrum Aſtyages quum accepiſſet, miſſo nuncio accerſiit. Iſte nūtium iubet renunciare, ſe prius illuc venturum quàm Aſtyages ipſe velit. His auditis, Aſtyages Medos cunctos armat, hiſque [f] aduerſo numine Harpagum præficit, oblitus eorum quæ illi feciſſet. Comparato exercitu, vbi Medorum copiæ [g] cum Perſicis prælium conſeruerunt, quicunque eorum, [h] ſermonis Harpagi erant expertes, prælabantur: qui verò participes, ad Perſas tranſibant. Plerique de induſtria ignauiter agebāt, fugámque faciebant. Dilapſo turpiter Medico exercitu, Aſtyages vtprimum rem cognouit, minitans Cyro, inquit, Ne ſic quidem Cyrus gaudebit. Hactenus loquutus, ante omnia eos magos ſomniorum interpretes qui ſuaſiſſent ipſi Cyrum dimittendum, pœnibuſis affigit. Deinde reliquos Medorum qui in vrbe erant, adoleſcentes pariter & ſenes armat. Quibus eductis, cum Perſis confligens fugatur: viuúſque capitur, amiſſis quos eduxerat Medis. Ei captiuo aſtans Harpagus inſultauit, eúmque dicteriis laceſſiuit, cum alia quæ homini dolerent, dicens, tum verò percontando eum de cœna ſua in qua ille ipſum carnibus filii pauiſſet: [i] quoniam regnum eius ad ſeruitutem decidiſſet. Eum intuens Aſtyages viciſſim interrogat nunquid [k] ipſius foret Cyri opus. Harpagus ſuum verò eſſe dicere: ídque meritò, quoniam ipſe ad Cyrum ſcripſiſſet. [l] Tum Aſtyages eum improuidiſſimum atque iniquiſſimum omnium hominum compellauit. Improuidiſſimum quidem, quòd, ſi facultas ei aderat vt rex efficeretur, alteri tribuerit imperium, ſi modò illa per ipſum geſta eſſent: iniquiſſimum verò, quòd cœnæ cauſa Medos in ſeruitutem redegiſſet. Si enim oportebat omnino eum comparare alteri regnum, nec ſibi habere, ſatius futurum fuiſſe Medorum alicui id bonum comparare quàm Perſarum. Nunc Medos qui huius peccati affines non extitiſſent, ex dominis factos eſſe ſeruos; & Perſas qui fuiſſent hactenus ſerui, nunc dominos effectos eſſe Medorum. Hunc in modum Aſtyages, quum quinque & triginta regnaſſet annos, regno amotus eſt: ob cuius acerbitatem Medi ſubiecti fuere Perſis centum ac duodetrigínta annos, omni ſupra Halym fluuium Aſiæ dominati, excepto tempore quo Scythæ regnauerunt.

Iidem ſequētibus temporibus, quum horum factorum pœniteret, à Dario defecerunt: ſed prælio victi, iterum ſubacti ſunt, Perſæque qui tunc cum Cyro aduerſus

Aſtyagem

Cyrus Persas ad defectionem sollicitat.

a Sunt autem hæc, à quibus alii omnes dependent.

b Tribus

c diſcriminis.

d Grauiter ferrēt.

e Ducem.

f Tanquam diuinitus mente captus, Harp.

g Cum Perſicis iūctæ fuerunt. Vel, Perſicis occurrerunt.

Cyrus progenitus ab Astyage Medo

h Propoſitum Harpagi ignorabāt, præliabātur: cæt. ad Perſ.

Astyages rapitur.

i Quòd eſſet illius ſeruitus pro regno. Id eſt, Quòd propter illud ex rege ſeruus factus eſſet.

k Sibi vendicaret, Cy.

l Tū Aſtyages demōſtrare cœpit illum omnium hominū & ſtultiſſimum eſſe & iniquiſſimum. Stultiſſimum quidem, quòd quum ipſi liceret regem eſſe (ſi modò per ipſum res ea geſta eſſet) alteri imperium tribuiſſet: iniquiſſimum, &c.

Astyagem rebellauerunt, deinceps Asiæ imperitauerunt. Cyrus nullo alio malo afficiens Astyagem, penes se habuit quoad vita excessit. Ita Cyrus genitus educatúsque, regno potitus est. Et mox Crœsum iniuriæ illatorem subegit, quemadmodum à me superius commemoratum est. Quo subacto, ita omnem Asiam adeptus est. Porro ritus quibus vtuntur Persæ, tales esse comperi: Neque statuas, neque templa, neque aras extruere consuetudo est, quinimo hoc facientibus insaniæ tribuere. ob id (vt mea fert opinio) quòd non, quemadmodum Græci, sentiunt deos ex hominibus esse ortos: Moris habent, editissimis quibusque conscensis mõtibus, Ioui hostias immolare, omnem gyrũ cæli Iouem appellantes. Soli lunæque sacrificant, & telluri, igni, aquæ atque ventis: hísque solis sacra faciunt iam inde ab initio. [a]Vraniæ quoque sacrificant, sic nimirũ ab Assyriis Arabibúsque edocti. Vocant autem Assyrii Venerem Mylittam, Arabes eandem Alittam appellãt, Persæ Metram. Sacrorum autem ritum circa hosce iam dictos deos huiusmodi quondam instituerunt. Persæ quippe sacrificaturi, nec aras erigũt, neque ignem incendũt prorsus: sed neq; libamentis vtũtur, aut tibiis, infulisue, aut molis: verùm, vt quisque diuis hisce sacra facere statuit, in locum mundum victimam sistens, deum illũ implorat, myrto maximè cinctam gestans tiaram. [b]Sacrificãs autem, non pro se solo priuatímq; vota nũcupat, sed cõmuniter vniuersis Persis bene precatur. in primis quidẽ regi: quoniam [c]inter Persas omnes idẽ quoq; cõprehenditur. Vbi verò iam in minutas portiunculas mẽbratímq; hostiã cõscidit, carnibus elixis herbã susternit quammollissimam, maximè trifoliũ. Huic impositis carnibus, Magus astans theogoniam accinit. siquidem hãc illi dicũt esse incantationẽ efficacissimam. Citráque Magũ nullum illis fit legitimum sacrificium. Mox sacrificus sublatis carnibus vtitur in quencũque vsum illi fert animus. Ex omnibus diebus præcipuè colendũ censent suum quique natalem: nimirum hoc die plus aliis æquum censentes ciborum apponere. Et ditiores, integros boues, camelos, equos, asinos, eósq; in fornacib⁹ tostos, isto die in mẽsam apponunt: pauperes natalẽ minoribus pecoribus honorãt. Cibis autem vtũtur perpaucis, bellariis multis, neque iis admodum bonis. Hinc est quòd Persæ dicũt, [d]Græcos pastos iam demũ non esurire amplius. Nẽpe ipsis à cœna cibi apponũtur pretii nullius, & siquid apponatur, nõ cessant quin edãt. Vinũ largius illis apponitur. Eisdem nec vomere coram, nec vrinã facere licet: quæ etiam nunc ita obseruãtur. Poti, de rebus maximè seriis consultare cõsueuerunt. [e]Nam siquãdo ipsis cõsultandum videtur, tum postera die ieiunãt, proponítq; is qui ædibus illis in quibus fortè cõsultatur præest: &, si placuerit, atque ieiunauerint, vtũtur ipso: sin minus cõprobetur, abrogant: & de quibus ieiuni deliberauerint, de eisdẽ poti pronunciãt. Quum in via inuicem sibi occurrunt, ex hoc quis cognoscat an pares sint: nam salutationis loco se mutuo oscularntur. quòd si alter fuerit inferior paulo, malas oscularntur dũtaxat: sin autẽ alter fuerit multo ignobilior, prostratus adorat honoratiorem. In primis autem illos obseruant reuerẽter qui proximè habitant: secundas tribuunt iis qui à primis proximi: atq; sic deinceps progredientes, quo viciniores, hoc arctiori necessitudine iunctos existimant: se nimirũ omnium lõge optimos arbitrantes: [f]alios verò, quo remotius diffiti sunt, hoc à virtute magis esse alienos. atq; illos demum secundum dictam proportionẽ pessimos esse colligẽtes qui à Persis absint quamremotissimè. Sub Medis imperium obtinẽtibus, pleræq; nationes quoque imperitabant: sed quibus omnibus præerant Medi. Idem & affines perinde atque Persæ colunt. Quæ gens imperii curam gerẽs, latè progressa fuit. Externorum autem morum Persæ maximè omnium hominum sunt studiosi. Nam & Medicam vestẽ propria elegãtiorem arbitrãtes, gestãt: & in pugnis thorace vtũtur AEgyptio. Quin voluptatibus etiam omnis generis quas semel rescire potuerunt, frui student. A Græcis edocti, puerorum quoque indulgent amoribus. Virgines multas ducunt vxorum loco, sed multo plures pallacas habent. Secundum bellicam fortitudinem potior ducitur numerosæ sobolis procreatio: & illi qui quamplurimos liberos ediderit, [g]huic rex, tãquam strenuum quippiam præstiterit, singulis annis munera mittit. Liberos suos, à quinto anno incipientes vsque ad vicesimũ, tribus duntaxat instituunt, equitare, arcu sagittas excutere, vera loqui. Ante quinquennium filius in conspectum patris non venit, sed apud fœminas degit. Quod ea gratia sic fit vt si inter educationem decedat, nullam hæc prolis iactura patri afferat molestiam. Equidem hũc morem laudo: laudo item illũ, ne ob vnam tantùm culpã liceat vel ipsi regi occidere quempiam, neque alicui aliorum Persarum atrocius aliquid in familiam suam exercere ob vnum solum delictũ: [h]sed expendere iubetur quisque, si

a Postea verò didicerũt Vraniæ etiã sacrificare, & ab Assyriis & ab Arabiis edocti.

b Illi autem qui sacrificãt, non licet sibi priuatim precari bona, sed commun.

c Inter cũctos Persas ipse etiam *qui sacrificat* comprehend.

d Græcos finem edẽdi facere dum adhuc esuriunt, quòd à cœna nihil apponatur illis quod sit alicuius pretii: quòd si quid tale apponeretur, non esse finem facturos quoad satiati essent. Vini valde appetentes sunt.

e Quod autẽ ipsis placuerit deliberanti-b⁹ *inter pocula*, id postri die proponit domin⁹ illius domus in qua deliberauerint: & si quidem placuerit sobriis etiam, eo vtũntur: sin minus, relinquunt. De quibuscunque autem sobrii consultauerint, inebriati ea in disquisitionẽ reuocãt. Si in vita, &c.

f Minimè autẽ eos qui sedes à se remotissimas incolunt, honore afficiunt: seipsos omnium hominum lõgè præstantissimos esse arbitrãtes in omnibus rebus: cæteros autem, prout propius in colũt, (vt dictum est) virtutem amplecti. At qui lõgissimè ab ipsis habitent deterrimos esse. Porrò Medis ĩperium obtinẽtibus, quædam etiam gentes mutuò imperabãt, *id est, imperium in quasdam obtinebant, & vltissim aliarum imperio subsunt*. Medi enim vniuersis imperabant, & maximè sibi propinquis: hi autem, etiam finitimis: isti verò, iis qui maximè vicini erant. Eadem autem ratione & Persæ vicinos suos colunt. Latè enim progrediebatur illa gens imperans & præfecturas obtineus. Externorum aut.

g Huic rex munera quotannis mittit. In multitudine autẽ positũ esse robur existimant. Lib.

h Sed vbi consideraverit, si peccata cõmissa plura maiorãque esse cõperiat quã

obsequia præstita, tum demum iram suam exercet. Suum autem patr. aut m. aiunt nem. vnq.

occidisse: sed quicunque tales fuerint *filii* necesse esse vt si de illis inquiratur, aut supposititii aut spurii cõperiantur. Quippe veris.

plura ac magna patrarit, atque tum demum iusta vtatur indignatione. Suum autem patrem aut matrem aiunt neminem vnquam occidisse: verùm quotquot horũ fortè acciderunt, omni necessitate excussa, hos tandem deprehensos tradunt aut subditios, aut spurios. Quippe verisimile nequaquã viden aiunt vt is qui verus parẽs sit, à proprio filio interimatur. Quæcunque apud eos fas non est facere, ea nec dicere. Turpissimum apud eos ducitur, mentiri: secundo loco, æs alienum debere, cum ob alias multas causas, tum quòd necessum sit eundem qui debet, mendacio quoque obnoxium esse. Siquis è ciuibus lepra aut vitiligine infectus sit, huic in ciuitatem accedere non conceditur, neque cum aliis Persis consuetudinem habere. Dicunt enim hos morbos illis immissos quòd in solem peccauerint. Externum verò qui iisdem correptus fuerit, è regione sua exigunt: atque [a]ob eandem causam albas columbas in regionem illam afferunt. In flumen nec immeiunt, nec inspuũt, nec manus abluunt, nec denique simile quippiam faciunt, sed flumina inter omnia religiosissimè colunt. Hoc quoque Persis accidit peculiare, quod quanquam illos lateat, nobis minimè est obscurum: nempe quæcunque apud illos nomina vel corporibus vel magnificentiæ sunt similia, ea omnia in eadem terminari litera, quam Dores san appellent, Iones sigma. Et, si animaduertas attentius, deprehendes nomina Persarum non quædam, sed omnia similiter claudi. Equidem hæc probè sciés de Persis possum indubitatò affirmare. at ista quæ de mortuis prodũtur, obscuriora, neque perinde certò: cadauera videlicet defunctorum Persarum non prius humari quàm aut ab alite aut cane trahãtur. [b]Magos tamen sat scio hæc factitare: quandoquidem apertè faciunt. Persæ igitur mortuum [c]cera inuoluentes in terram cõdunt. Magi verò cũ ab aliis hominibus, tum à sacerdotibus AEgyptiis differũt. Siquidem hi nullius animantis occisione se polluũt, præter ea dũtaxat quæ diis immolant: Magi suis ipsorũ manibus, excepto homine atque cane, quiduis occidunt: imò hoc palmarii loco ducunt, si formicas serpẽtésque, & breuiter reptilia atque volatilia plurima necauerint. Atque de horũ ritibus hunc in modum dictũ sit: nos ad institutam narrationem recurrimus. Porro Iones atque AEoles, vbi audierunt Lydos citra negocium à Persis victos, legatos Sardis misẽrũt ad Cyrum, [d]vltrò postulantes vt iisdem conditionibus eos admitteret quibus Crœsi subiectos in ditionem accepisset. Verùm Cyrus ad eorum postulata per huiusmodi *similitudinem atque* apologum respondit, Tibicen, inquiens, quidam vbi pisces in mari conspexisset, canere tibia cœpit, ratus nimirum eos *ad cantus suauitatem* in terram progressuros: at spe sua frustratus, misso in mare verriculo, ingentem piscium vim cõplexus est traxitque. Et quum palpitantes cerneret in sicco, dixit ad pisces, Temperate, inquit, nunc mihi quæso à saltationibus: quando non libuit vobis me canente saliendo progredi. Quæ verba Cyrus Ionibus AEolibúsque ideo dixit, quòd Iones prius ipso Cyro per legatos *ad amicitiam inuitante*, & flagitante vt à Crœso rebellarẽt, constanter recusauerant: ac tum demum, [e]rebus non ex sententia succedentibus, parati essent Cyri imperata facere. Hac occasione ira commotus, dicto responso eos dimisit. Iones, his auditis, ad suas quique ciuitates reuertuntur, mœniáque communiunt. Congregabantur autem in Panionio alii omnes, præter Milesios. quippe cum his solis fœdus inierat Cyrus, iisdem conditionibus quibus & [f]Lydos receperat. Porrò reliquis Ionibus communi sententia videbantur legati in Spartam mittendi, qui *simul & præsentem rerum statum nuntiarent &* auxilium rogarent. Iones verò illi ad quos Panionium quoque pertinet, ciuitates habẽt cum cæli bonitate, tum montiũ commoditate omnium optimè sitas quas nos nouerimus: adeo vt neq; superior regio, neque inferior, neque ea quæ orientem nec quæ occidentem spectat plaga, Ioniam hac in parte æmulari possit. Siquidem hæc vel frigore riget, vel premitur aquis: illa rursus calore ac situ squalet. Lingua vtuntur nõ eadẽ, [g]sed eius quatuor proprietates ducũt. Miletus, prima apud ipsos ciuitas, ad meridiem vergens. Post hanc Myus & Priene: hæ in Caria sitæ sunt, eadem lingua vtentes. Illæ verò in Lydia, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, quæ cum iam dictis ciuitatibus, quantum ad linguam attinet, non conueniunt, inter se tamen eadem sonãt lingua. Reliquæ sunt tres ciuitates Ionicæ, quarum duæ insulas habitant, Samum videlicet & Chiũ: tertia in continenti sita, Erythræ. Ex his Chii & Erythræi eandem sermonis proprietatem sibi vendicant: Samii verò ab his discrepantes, propriam quãdam receperunt loquendi formam. Atque hunc in modum quatuor omnino linguarum fiunt proprietates. Ac verò ex iisdem Ionibus Milesii erant qui cum Cyro metus prætextu fœdus pepigerant. Insularibus autem nihildum grauius fuit metuendum,

a Columbas *exigũt, uel expellunt* eandẽ causam prætendentes. In flum.

b Magos quidem certè sat sc.

c *Vel, Cera circumliuentes, aut integentes.*

Iones et Æolen pari pelũt

d Volẽtes iisdem conditionibus stare quibus & Crœso fuerant subiecti. Verùm Cyr.

e Rebus confectis.

f *Legit hic interpres λυδους, non λυδος.*

g *Ad uerbum*, Sed quatuor modos dedu ctionum vsurpant. *i. Ea uertitur in quatuor modos & proprietates dedu cta.*

quòd Persis Phœnices nondum essent subiecti, & ipsi Persæ nauigiis non vterẽtur. Porrò hi nõ aliam ob causam ab Ionibus defecerũt quàm quòd cum imbecilles essent omnes alii Græci, tum Iones oppidoquam infirmissimi, & nullius propemodũ momenti. Siquidẽ præter vnas Athenas, nulla vrbs alia insignis erat. [a]Iam enim alii Iones atque ipsi Athenienses, Ionum nomen refugerant, nolentes Iones appellitari. Quinetiam nũc plerosq; ex illis videas quos nominis istius pudeat. Cæterùm duodecim istæ ciuitates nomine ipso gloriabantur: & *quum semel nomen sibi Panioniis indidissent*, fanum quoque de suo nomine constituxerunt Panionium. Cuius nullos participes facere in animum sibi induxere: nec erant qui magnopere postularent eiusdem participes fieri, exceptis tantùm Smyrnæis. Tale quippiam Dorienſibus accidit qui Pentapolin incolunt, quæ antè Hexapolis vocabatur. nam & hi cauent ne quem è finitimis Dorienſibus ad Triopium [b] sacrum admittant: adeo vt etiam ex popularibus suis, qui sacri legem trãsgressi essent, à ludorum communicatione excluserint. Nam in certamine Apollinis Triopii tripodes victoribus constituebantur ærei: quos acceptos non è [c]sacro efferre, sed deo ipsi donare ibidem oportebat. At vir quidam Halicarnasseus, nomine Agasicles, in eodem certamine victoria potitus, ausus est legem hanc violare, tripodémque domum ferens [d] sibi asseruare. Propter quod commissum, quinque hæ ciuitates, Lindos, Ialysius, Camerus, Cos atque Cnidus, sextam ciuitatem Halicarnassum à sacrorum participatione remouerunt, hac videlicet pœna Halicarnasseos multantes. Atqui mihi sanè videntur Iones duodecim feciſſe ciuitates, nec voluisse plures recipere, propterea quòd eorundem Peloponnesum habitantium totidem fuerint partes: quemadmodum nunc quoque Achæorum, qui Ionas è sedibus suis exegerunt, duodecim sunt partes. Nẽpe prima ante Sicyonem est Pellena, deinde AEgiræ & AEgæ, ad quam Crathis fluuius perennis labitur: à quo & Italicus ille vocatus est. Post AEgas Bura est & Helice: quò ab Achæis bello fracti Iones confugerunt. Post hanc AEgion est, & Rhypes, & Patrenses, & Pharenses, atque Olenus, quam Pirus ingens fluuius præterfluit. Postea Dyma & Tritæenses, qui soli mediterranea colunt. Hæ sunt duodecim Achæorum illæ portiones quæ tum quidem Ionum erant: hæc'que causa fuisse videtur quapropter Ionibus duodecim ciuitates constituere placuerit. Nam istos præcipuè magisque aliis Iones esse, aut præstantius quippiam gessisse, magna insania esset asseuerare: quum ex his Abantes sint, Euboeæ haudquaquam minima portio, qui tamen nec cum Ionum nomine quicquam habent commune: & Minyæ Orchomenijs sint admixti, Cadmæi quoque, Dryopes, [e]Phocenses, Molossi, Arcades, Pelasgi, Dores, Epidaurii, atque aliæ pleræque nationes inter se commixtæ sint. [f]Quorum alii ex Athenienſium Prytaneo progressi, nobilissimos se Ionum existimauerunt. Hi coloniam ducentes, loco vxorum Caricas habebant mulieres, quarum iam ante parentes interemerant. Propter quam cædem mulieres Caricæ legem tulerant, quam iureiurando inter se firmauerant, tradiderúntque suis deinceps filiabus, quòd videlicet cum maritis nunquam cibum sumerent, neque propriis nominibus compellarent: propterea quòd eorum patres, maritos atque filios trucidassent, & quum hæc patrassent, simul orbas ad concubitum violenter rapuissent. Hæc Mileti fiebant. Reges autem creauerãt partim Lycios, Glauco Hippolochi filio oriundos, partim Cauconas Pylios, Codro Melãthi progenie ortos, partim ex vtrisque. Sed nomen Ionũ inter cæteros maximè amplectuntur. Et sunt quidem illi veri atque genuini Iones: omnes tamen Ionum nomenclaturæ cõmunicãt quotquot Athenis oriũdi Apaturia festa cõcelebrant. Concelebrãt autẽ omnes, præter Ephesios & Colophonios, qui soli ex Ionibus ab Apaturiis arcentur, idq; ob cædis patratæ causam. Porrò Panionium locus est Mycales sacer, ad Septẽtrionem vergẽs, communiter ab vniuersis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Mycale autem promõtorium est in continẽti situm: quod quâ zephyro vento expositũ est, ad Samum pertinet. Ad hunc mõtem collecti vniuersi Iones sacrificium celebrabant quod Panionia vocant. Accidit hoc sanè nõ Ionũ sacris dũtaxat, verũ cõmuniter omnib⁹ Græcorũ festiuitatib⁹, vt in eãdẽ literã finiãt, peride atq; Persarũ nomina. Et hæ quidẽ Ionicæ sunt ciuitates. AEolicæ autẽ ciuitates sunt, Cumæ, quæ & Phriconis vocatur, Lariſſæ, Nouus murus, Tenus, Cilla, Notiũ, AEgiroessa, Pitana, [g]AEgæa, Myrina, Crynia. Atq; hæ xi AEolicæ fuerunt priscæ ciuitates. Vna autẽ Smyrna (AEolica & ipsa ciuitas) ab Ionibus [h] diruta fuit. Alioqui & hæ, duodecim erant numero, in cõtinenti sitæ, quæ ditionẽ habebant Ionibus præstantiorẽ, at quæ tamẽ ad illius cæli temperiem nequaquã accederet. Smyrnam verò hac occasione amiſe-

a Adeo quidem vt cum alii Iones, tum ipsi Athenienses hoc nomen refugerent, Ionésque appellari nollent. Sed etiamnum multi eorum nomen hoc sibi pudendum ducere videntur. At hæ duodecim ciuit.

b Templum.

c Templo.

d Ad clauum suspẽdere. Propt.

e Omittit ἐπιμάσσομαι.

f Ex quorum numero, illi qui ex Prytaneo Athenienſium profecti sunt, & se Ionum nobilissimos existimarunt, hi vxores secũ non adduxerunt quum in coloniam migrarent, sed Carias habuerunt, quarum, &c.

g AEgæa, *alia*.

h Dirempta fuit.

rũt AEoles, quòd Colophonios per ſeditionem è ſedibus ſubmotos recepiſſent: qui poſtea Smyrnæos obſeruantes, dum extra vrbem Bacchi ſacra celebrarent, occluſis portis vrbem occuparunt. Succurrẽtibus autẽ AEolibus vniuerſis, ſic inter eos tranſigebatur, vt ſi Iones vtẽſilia bonáque mobilia AEolibus redderẽt, AEoles Smyrnæa cederent. Hanc conditionẽ quum Smyrnæi accepiſſent, [a] diſtributæ ſunt vndecim hæ ciuitates, ſuos quæq; conſtituẽs ciues. Hæ itaque continentis ſunt ciuitates, exceptis iis quæ Idam habitabant: nam illæ ad has non referũtur. Inſulares verò quinq; ciuitates Leſbum colebant. ſextã enim in Leſbo Ariſbã Methymnæi iam ſibi ſubiecerant, tanquã conſanguinitate iũctam. In Tenedo autẽ vna habitabatur ciuitas, & altera quædã in cẽtum appellatis inſulis. Iam verò Leſbiis Tenedíiſq; [b] nihil grauius, perinde atq; cæteris Ionibus inſulas tenẽtibus, erat metuendũ: at reliquis ciuitatibus cõmuniter placuit Iones ſequi, quocũq; illi duxiſſent. Porrò vbi Ionũ AEolúmq; legati Spartam appuliſſent (id quod fiebat properãter) ex omnib⁹ delegarũt Phocẽſem quẽdam, cui nomẽ Pythermo, qui poſtulata proponeret. Hic purpurea veſte ĩdutus, [c] in Spartiatarum conuentum, qui ad famam legatorum collectus fuerat, proceſſit: hortatúſque eſt Lacedæmonios multis verbis ad auxilium Ionibus ferendum. [d] Illi, quanuis Ionum legatos repuliſſent, tamen myoparonem ablegarunt, quantum ego coniicio, hominibus inſtructum qui rerum Cyri Ionúmque ſucceſſum explorarent. Hi Phocæam appulſi, Sardis mittunt ſpectatiſſimum ipſorum, nomine Lacrinem, qui Cyro Lacedæmoniorum mandata perferret: nimirum ne vlli Græciæ ciuitati damnum inferret: vtpote ſe id minimè toleraturis. Cyrus audiens quæ Lacrines proferret, rogaſſe fertur circunſtantes Græcos, quinam homines eſſent Lacedæmonii & quàm multi numero. Mox vbi hæc cognouiſſet, ad Spartiatã dixiſſe, Equidem non extimui vnquam homines illos quibus locus eſt in media vrbe vacuus, in quem collecti mutuis ipſi ſibi iuramentis imponunt. Atque his, (ſi modò ſuperi me ſeruauerint incolumem) non Ionum, ſed propria ſua incommoda erunt deploranda. Hæc in vniuerſos Græcos verba detorſit Cyrus: quòd fora ampla haberent in quibus negociationes exercerent, nam Perſæ ipſi horum nullo diſtinentur, neque illis vllum eſt forum. Poſt hæc Sardis Tabalo homini Perſæ cõmiſit: Croeſi autem cæterorúmque Lydorum theſaurum Pactyæ Lydo tradidit deferendum. Ipſe verſus Ecbatana contendit, Crœſum vnà ſecum ducens: Ionum interim non magna habita ratione, [e] etiamſi primi adoriendi fuiſſent. quandoquidem Babylõ ei obſtaculo eſſe videbatur, & Bactriana quoque natio, item Sacæ atque AEgyptii, in quos ipſe expeditionẽ facere in animo habebat, in Ionas autem alium quempiam imperatorem mittere. [f] At verò vbi Cyrus è Sardis Lydos exegiſſet, Pactyas à Tabalo atque Cyro deſciſcit. Et quia Lydorum theſaurum habebat, conſcẽſis nauibus auxiliarios mercede conduxit, maritimíſque omnibus perſuaſit vt communẽ ſecum expeditionẽ ſuſciperent. Atque *his ſuccedentibus*, Sardis caſtra mouit, Tabalúmque in arce vndiq; concluſum obſedit. Cyrus hæc ex itinere intelligens, Crœſum hunc in modum alloquutus eſt, Quíſnam, inquit, Crœſe, finis erit eorum quæ núc mihi accidunt? [g] quãdo non ceſſabunt Lydi (vt videntur) tãtiſper & ſibi & mihi negocium faceſſere, dum eos prorſus delere aggrediar. Videor equidẽ perinde feciſſe atque is qui occiſo patre, filiis pepercerit. Siquidem ego te cepi, qui plus quàm Lydorum pater eras, ipſis autem vrbem ſuam reddidi: adeo vt nunc mirer eos à me deficere. Quum hanc ſuam ſentẽtiam Cyrus expoſuiſſet, Crœſus excepit, veritus nimirum ne Sardis funditus euerteret, Rex, inquit, Cyre, quanquam prudenter tu rectéque dixeris, moderaberis tamen furori, neque patieris antiquam hanc ciuitatem ita excindi, quæ cum ſuperiorum, tum eorum quæ nunc acciderunt, rea non eſt. nam priorum ego autor fui, id quod meopte hoc capite pendo: præſens factum Pactyas deſignauit, cui tu Sardis commiſeras: hic tibi pœnas det. Lydis autem veniam dans, hæc illis impera, ne *videlicet aliquando uiribus aucti*, vel defectionẽ meditari auſint, vel moleſti eſſe poſſint. Interdicito illis ne arma bellica poſſideãt, iubeṫóque ſupra tunicam pallium geſtare, induere item cothurnos. Adhæc impera vt liberos citharam pulſare, pſallere, cauponari doceant. & mox comperies, ô rex, viros in mulieres degeneraſſe, nihilque metuendum ne rebelles vnquam à te deſciſcant. Hæc ideo Crœſus ſuggeſſit, quòd optabiliorem Lydis hanc eſſe cõditionem exiſtimaret, quàm ſemel ſubactos venũdari: ſat ſciens ſe, niſi prætextum idoneum comminiſceretur, nõ perſuaſurum illi vt inſtitutũ detrectaret. Adde etiã quòd formidabat ne in poſterũ aliquando Lydi, ſi imminẽtem calamitatẽ effugiſſent, rebellantes à Perſis funditus extinguerẽtur. Cyrus hac Crœſi admonitione gauiſus, remiſſãq; iracundia, reſpon

a Diſtribuerũt, *uel inter ſe partitæ ſũt* ipſos illæ vndecim, &c.

b Nihil periculi, per.

c Vt plurimi ex Spartiatis, quum hoc audiſſent, accurrerẽt, proceſſit, hort.

d *Adde ex uet. cod. Græcis*, Lacedæmonii verò illis aurem præbere noluerunt, imò non ferendum eſſe auxilium Ionibus ſtatuerunt. Hi igitur abierunt. Illi, &c.

e *Hic mendoſum eſſe uidetur Græcũ exemplar.*

f Verùm ſimulatque Cyrus Sardib⁹ eſt profectus, Pactyas Lydos ad deſciſcendum à Tabalo & Cyro impulit. Et quia Sardiũ theſaur.

g Non videtur Lydi faceſſendi mihi & ſibi negotium finem facturi. Cogito nunquid maximè expediat eos in ſeruitutem redigere. Mihi enim videor nunc perinde feciſſe, &c.

dit ei se pariturũ. Accersitóq; cõtinuò Mazare homine Medo, eadẽ illi præcepit quæ Cræsus suggessérat Lydis imperanda. Atque præter hæc mãdauit, illos omnes sub corona venundari, quotquot vnà cum Lydis Sardis oppugnassent: Pactyam autem viuum ad se perduci. Et ista quidem ex itinere quum præcepisset, [a] Lydos cõpulit ad Persarum mores recipiendos. Pactyas, intelligẽs exercitum non procul abesse, conterritus confugit Cumam. Mazares verò nihil cunctatus, Cyri exercitus partẽ quam secum ducebat, Sardis promouit. Verùm vbi Pactyam iam vnà cũ suis cõmilitonibus Sardis abiisse cognouit, primùm Lydos adegit Cyri mandatis obsecũdare. Et iam inde Lydi omnem vitæ rationẽ commutarunt. Deinde Mazares nuntios Cumam misit qui Pactyam reposcerẽt. Cumæi verò consilio inito statuerunt ad deum apud Branchidas referendum quid facto opus esset. Erat enim illic oraculum peruetustum quo Aeoles Ionésque communiter vti consueuerãt. Oraculum hoc in Milesiorum agro est situm supra Panormum portum. Missis igitur ad Branchidas consultoribus rogabant quídnam facientes hac in re deo gratificaturi essent. Consulentibus respondebatur Pactyam Persis esse permittendum. Quæ quum relata audirent [b] Cumæi, putauerunt oraculo acquiescendum Pactyámq; reddẽdum. Cæterùm quum huc bona pars propẽsa esset, Aristodicus Heraclidis filius, vir inter cæteros Cumæos clarus, seu oraculo parum fidens, siue ipsos cõsultores oraculi responsum non rectè perferre existimans, cõstanter obstabat quominus oraculo Cumæi obtemperarẽt. Vnde factũ est vt iterum de Pactya interrogaturi alii mitterẽtur sacerdotes consultores, inter quos ipse quoque Aristodicus erat. Hi quum ad Branchidas peruenissent, vnus ex omnibus Aristodicus consulebat oraculum, sciscitans
» in hæc verba, O rex, venit ad nos supplex Pactyas Lydus, mortẽ fugiens violẽtam:
» Persæ eundem reposcẽtes iubẽt Cumæos hominẽ dimittere. Nos Persarum potentiam formidantes, tamẽ supplicem nondum reddere ausi sumus, donec intelligeremus ex te indubitatò quid facere nos conueniret. Hunc in modum sciscitanti Aristodico, idem rursus respondebatur quod priores retulerãt, nempe Pactyam Persis permittendum. Post hæc Aristodicus tale quippiam de industria aggreditur: Templum circumiẽs, passeres aliásque auiculas quæ fortè in templo istic nidulabãtur, è nidis exemit. Quæ quum ille faceret, memorant vocem ex adyto auditam quæ ad
» Aristodicum ferretur, atque huiusmodi quædam sonaret, Hominum scelestissime,
» quænam libido te incessit vt auderes meos supplices diripere? Aristodicũ nihil dubitasse ad hunc modum respondere, Túne rex sic auxilium fers supplicibus, & Cumæos iubes supplicem Pactyam tradere Persis? Cui deus respondens, Equidem, inquit, iubeo vt impii malè pereatis, neque deinde oraculum hoc de reddẽdis vestris supplicibus lacessatis. Porrò vbi responsum hoc postremum relatum audiuerunt Cumæi, neque volentes Pactyam Persis tradere interimendum, neque eundem penes se detinendo, Cyrum ad ciuitatis suæ expugnationem excitare, hominem ablegant in Mitylenam. Mitylenæi, quum Mazares subinde per nuntios Pactyam flagitaret, paciscuntur pro certa mercede mittendum: [c] quod tamẽ nolim indubitatò asseuerare, quandoquidem nõ fuit persoluta. Cumæi, cognoscentes ea quæ circa Pactyam à Mitylenæis gesta essent, misso ad Lesbum nauigio, Pactyam deportant in Chium. Indidem verò ex Mineruæ tutelaris deæ templo violenter raptus, à Chiis redditur. Reddiderunt autem pro Atarnei mercede. Atarneus autem locus est Mysiæ, eregione Lesbi situs. Et sic quidem in custodia Persæ habebant Pactyam, vt Cyro quum primùm liceret traderetur. Atque multo exinde tempore, Chiorum nullus ex Atarneo neque molis libabat hordeaceis deo cuiquam, [d] neque secundæ mẽsæ fructibus inde decerptis vtebatur. Breuiter omnia à sacrorũ vsu remouebantur quæ ex agro illo prouenirent. Postquam verò Pactyas iam à Chiis traditus fuit, Mazares mox in illos castra promouit qui vnà cũ Pactya Tabalũ oppugnassent: & partim Prienẽses subegit, partim Mæandri campum incursauit, [e] frumentationem militibus faciens: Magnesiam etiam pari modo. Postremò Mazares morbo correptus, vita defungitur. In defuncti verò locum suffectus Harpagus, & ipse Medus: nimirum quẽ Medorum tyrannus Astyages indignis epulis exceperat, quíq; [f] Cyrum in regni potestatẽ inuexerat. Hic, inquã, à Cyro institutus dux, simulatq; in Ioniam venit, vrbes ductis aggeribus cepit. [g] Nam vbi mœnia ciuésq; vndique exercitu clausisset, aggere ad murum obiecto *citra negocium* expugnabat: atque sic [h] Phocæa prima Ionum ciuitate potitus est. Hi Phocenses, primi Græcorum [i] longis nauibus vsi feruntur: Adriámque simul & Tyrrheniam, Iberiam atque Tartessum [k] occupauerunt. Nauigiis autem vtebantur non rostratis, sed penteconteris, *hoc est lembis quin-*

a In Persiam ad sedes suas perrexit. Pact.

b Cumæi, Pactyam tradere decreuerant. Vel, *in animo habebant.* Quum autem vulgus hoc decreuisset, Aristod.

c Haud enim possum id certò dicere, quum res ad exitum perducta non fuerit.

d Neque bellaria ex fruge inde collecta pinsebantur. Denique omnia, &c.

e Illo in prædam suis militibus exposito: Magnes.

f Cyrũ ad regnũ obtinendum adiuuerat. Hic, &c.

g Postquam enim ciues intra mœnia cõpulerat, aggere, &c.

h Phocæam primam Ionum ciuitatẽ oppugnauit. Hi Phoc.

i Longinquis nauigationibus vsi sunt: Adr.

k Ostenderunt, *vel* Patefecerunt.

quàgentium remotu. Hi quum primum ad Tarteſſum venirent, grati admodum fuerunt regi, cui nomẽ erat Arganthonio, quíque iam octoginta annis Tarteſſiorum regno præfuerat. Vixit autem annos centum viginti. Atque [a] Phocenſes Arganthonio iſta occaſione redditi ſunt amici, quòd videlicet Phocenſes Ioniam relinquentes, iuſſit in ſua ditione ſedes deligere vbicunque illis liberet. Verùm quum hoc non perſuaſiſſet Phocenſibus, intelligerétque interim Medum in eos exercitum ducere, pecunias numerauit liberaliter. Siquidem ipſius muri ambitus non paucorum eſt ſtadiorum, totúſque è maiuſculis lapidibus, iiſque affabrè concinnatis. Et murus quidem ille à Phocenſibus hoc pacto fuit conſtructus. Porrò Harpagus exercitum promouẽs, vrbem oppugnauit: quum [b] poſtulaſſet prius ſibi ſat eſſe, ſi vellent Phocenſes vnum duntaxat muri propugnaculum demoliri, vbi habitationem extrueret, *cætera illis ſe permiſſurum intacta*. Phocenſes ſeruitutem auerſantes, reſponderunt diem vnum ſe ad conſultandum ſumpturos: ſed interim dum conſultaretur, illum exercitum ab vrbe iubebant abducere. Harpagus autem, quanquam ſe ſcire diceret quid facturi eſſent, tamen ſe illis vt conſultarent permittere. Simulatq; igitur ille exercitũ abduxit, Phocẽſes continuò lẽbos inſtruxerunt, quibus liberos vnà cũ vxoribus atque ſupellectile vniuerſa imponerent: ad hæc ſtatuas quoque templorũ & cætera donaria, niſi quæ vel ferrea vel lapidea aut denique picta eſſent, & reliqua omnia impoſuerunt. quas & ipſi conſcendentes, ſoluerunt, traiecerúntque in Chium. Phocæam autem iam deſertam hominibus occupauerunt Perſæ. Phocenſes autem, quum ipſis Chii inſulas quæ Oenuſæ vocantur, licitantibus addicere nollẽt, metuentes ne illuc emporium tranſferretur, óbque hanc cauſam hæc eorum inſula excluderetur, conceſſerunt in Cyrnum. Hîc enim iam ante viginti annos ciuitatem ex vaticinio condiderant, nomine Alaliam. Interea autem Arganthonius fatis conceſſerat. Porrò Cyrnum traiecturi Phocẽſes, prius diuerterunt Phocæam, præſidiáque illic Perſarum quæ ab Harpago fortè cuſtodiæ cauſa relicta fuerant, trucidarunt. Quibus patratis, [b] quotquot ex claſſica ſodalitate ſupererant, communi conſilio ſeſe mutuis execrationibus diríſque deuotionibus aſtringunt. Ad hæc grandem ſaxum in mare demergunt, iuramentóque confirmant non prius ſe de repetenda patria cogitaturos, quàm ſaxum vadis imis leuatum renarit. [c] Cõmodùm verò, profectionem molientibus, pluſquam medietatem deſiderium cepit ingens paterni ſoli morúmque Phocenſium: & plerique etiam violato iuramento remigrarũt in Phocæam. Alii autem iureiurando ſatisfacientes, ſoluentéſque ex Oenuſis Cyrnum rectà petierunt. Quò quum appuliſſent, communiter habitarunt vnà cum ſuperioris temporis colonis, annis quinque, ſacráque erexerũt. Cæterùm quum iam vicinos circunquaque hoſtili more popularentur, communi ſententia bellum in eos adornant Tyrrheni atque Carthaginenſes, vtrique ſexaginta nauibus inſtructi. Phocenſes ex aduerſo ſexaginta & ipſi naues milite implent, obuiámque illis procedunt in mare quod appellatur Sardonium. Commiſſa nauali pugna, Phocenſibus Cadmea quædam contigit victoria. nam quadraginta illis naues perierunt, reliquæ viginti contuſis roſtris factæ inutiles. Regreſſi igitur Alaliam, ſumptis liberis vxoribúſque, atque reliquis facultatibus quantas naues ferre poterãt, relicta Cyrno, demigrarunt Rhegium. Verùm è nauibus illis quæ perierant, quotquot homines in Carthaginenſium Tyrrhenorúmque manus peruenerunt, (capti enim plurimi) hi omnes protracti è nauibus, lapidibus obruebantur. Deinceps verò quæcunque ex Agyllenſium vel pecoribus vel iumentis atque hominibus locum illum accedebant, vbi Phocenſes lapidati fuerant, continuò [e] morbida fiebant, ſtupore atque igne corripiebantur ſacro. Quare Agyllenſes Delphos miſerunt, volentes commiſſum illud expiare. Pythia hæc iuſſit facere, quæ etiam nunc ab Agyllæis obſeruantur. nam & iuſta illis perſoluunt magnificè, & gymnicum celebrant certamen. Et Phocenſes quidem huiuſmodi fato vſi ſunt. Illi autem qui hinc progreſſi Rhegium confugerant, ciuitatem condiderunt in agro Oenotriæ quæ nũc appellatur [f] Hyela. Atque Phocenſium in Ionia res ſic habent. Simile quiddam accidit Teiis, quos ſimulatque aggerum beneficio cepiſſet Harpagus, omnes conſcenſis nauibus traiecerũt in Thraciam, ibidémq; vrbem condiderunt Abdera, cuius fundamenta prius iecerat Temeſius Clazomenius: ſed nihil pro hac ſua opera fructus reportans, à Thracibus expulſus fuerat: nunc tamen à Teiis apud Abdera heroum colitur honoribus. Hi igitur Ionum ſoli ſeruitutem non ferentes, patrium ſolum reliquêre. [g] Verùm alii Iones, præter Mileſios, prælio ſuperati tandem, acceſſerunt Harpago, perinde atque illi qui defecerunt, viróſque ſe ſtrenuos declararunt, pro ſuis quiſque for-

a Phocenſes huic viro adeo fuerunt accepti, vt primùm quidem ipſos relicta Ionia quam vellent ſuæ regionis partem incolere iuſſerit: deinde verò quum id nõ perſuaderet, & ex illis audiret Medi vires creſcere, pecuniam illis ad vrbem muro circũuallandam dedit: & quidem largè. Siquidem, &c.

b Propoſuiſſet *illis*.

c Diras atroces imprecati ſunt omnibus ſuæ claſſis qui illic remanerẽt. Ad hæc ferri maſſam candentem in mare proiecerunt, ſéque non prius Phocæam reuerſuros iurarunt quàm hæc maſſa emergeret. Commod. &c. *Hæc autẽ uerba, Saxum uadis imis leuatum renarit, ſumpſit Vrſus ex Horatio.*

d At quum Corſicam nauigarent, maiorem illorum partẽ deſiderium ac cõmiſeratio cepit ipſius vrbis, ac ſedium ſuæ regionis. Quare violato iureiurãdo Phocæam remearũt. Alii autem iur.

e Mente alienabãtur.

f Hyela. Eam autẽ condiderunt, à quodã Poſidoniate edocti, Pythiæ oraculo iuſſos fuiſſe Cyrnum conde re, qui heros eſſet, nõ ipſam inſulam. Atque Phoc.

g At cæteri Iones (exceptis Mileſiis) præliũ quidẽ & ipſi cum Harpago commiſerunt, ſicut & qui *ſolum patrium* reliquerunt: ſéque fortiter geſſerũt, pro ſua quiſque patria pugnantes: ſed ſuperati captique, in ſuis ſedibus remãſerunt, imperata facientes. Mileſii autem, qui, &c. *Fortaſſe namẽ poſſit & alter exponi ἕτερον τῷ χώρων.*

iter pugnans. Superati autem & capti in ſua quiſq; patria remanſerunt, eáque quæ imperabantur ſubibant. Mileſii qui iam Cyro fœdere aſtricti erant, (quemadmodum ſuperius à me commemoratum eſt) quietem agebant. Hunc itaq; in modum Ionia ſecundò in ſeruitutem fuit redacta. Porrò quum Ionibus iis potitus eſſet Harpagus qui continentem habitabant, inſulani horum exemplo conterriti, vltrò ſeſe dediderunt Cyro. Iam verò Ionibus, etiamſi afflictis, nihilominus ſeſe ad Panionium recipientibus, audio Biantem Prienæum ſaluberrimum dediſſe conſilium: cui ſi obtemperaſſent, licuiſſet Græcorum omnium feliciſſimos viuere. Siquidem ille ſuadebat vt communi claſſe ſoluentes, Sardiniam peterent, & ibi vnã ciuitatẽ omnium Ionum conſtruerent. Hoc enim pacto eos ſeruitute liberatos feliciter eſſe victuros, omnium inſularum maximam incolentes, & cæterarum imperio potientes. Sin autem manerent in Ionia, nullam inquit ſibi apparere libertatis ſpem. Hæc Biantis ſententia ipſis Ionibus ſubactis prodita fuit. Verùm Thaletis quoque ſanum illud conſilium, iam ante ſubactam Ioniam datum, nempe qui iuſſerit Ionas vnam quandam communem curiam habere, eámque eſſe in Teo: propterea quòd Teos in media eſſet Ionia: cæteras autem ciuitates habitatas, [a] nihilominus huic parituras quàm aliarum ciuitatum tribus legibus parerent. Atque hi quidem huiuſmodi conſilia dederunt. Harpagus, ſubacta Ionia, in Caras exercitum traduxit, & Caunios atque Lycios, vnà ducens Ionas atque AEoles. [b] Nam Cares ab his oriundi ex inſulis progreſſi ſunt in continentem. Olim enim Minoi parebant, appellabantúrque Leleges, & inſulas habitabant. tributum autem nullum pendebant, quantum equidem poſſum ſuperiora repetendo è longiſſimo auditu coniectare: ſed [c] quũ Minos flagitabat, naues ei implebant. [d] Ille felici vſus belli ſucceſſu, multos agros populabatur. Caricæ gentis, omnium quæ illis temporibus claruerunt ingenioſiſſimæ, memorantur tria inuenta. quippe galeis criſtas imponendas primi oſtenderunt Cares, clypeis [e] ſigna adiunxere, poſtremò lora [f] quoque ſcutorum excogitauerunt. antea nanque citra habenas geſtabant quotquot clypeis vtebantur, ac balteis duntaxat coriaceis fulcientes, collo ſiniſtróque humero ſuſtinebant. Poſt Caras verò tempore longo ſuccedente, Dores atque Iones ex inſulis egredientes, in continenti ſedes poſuerunt. Hunc in modum Cretenſes de Caribus referunt. Quanquam his non aſſentiuntur Cares, qui ſe aborigines atque indigenas eſſe memorant, eodémque nomine vſque vſos. atque apud Mylaſſos Iouis Carii delubrum oſtentant vetuſtiſſimum, quo communiter quoque Myſi atque Lydi vtuntur, vt qui Caribus ſint germani. Quippe Lydum & Myſum Caris fratres eſſe dicunt, atq; ob id eodem vtuntur fano: at quotquot alterius ſunt gentis, etiamſi Carum lingua vtantur, non tamen ſacro participant. Caunii verò, quantum mihi videtur, indigenæ ſunt, etſi ipſi ſe è Creta oriundos affirmant. Linguam ſanè aut ipſi ad Caricam accommodauerunt, aut Cares ad Caunicam. [g] id quod ægrè diiudicari poſſet. At legibus vtuntur cum ab aliis gentibus, tum à Carum moribus multùm diuerſis. Nam apud illos laudatiſſimum habetur, [h] iuuentutem frequenter amoris gratia ad compotationes conuenire, tam viros quàm mulieres atque pueros. Sacra principio ſibi conſtituerant externa, quorum poſtea pertæſi, quum patriis duntaxat videretur vtendum diis, Caunii [i] omnis ætatis ſumptis armis, *ſacerdotem* ad Calyndicos vſque montes perſequebantur, fuſtibus cædentes, exclamantéſque externos ſe exigere deos. Et huiuſmodi moribus illi vtebantur. Lycii autem è Creta ab initio originem traxerunt. Cretam enim primùm vniuerſam barbari incolebant: deinde contendentibus de imperio Europæ filiis Sarpedone atque Minoe, Minos ſuperior factus expulit Sarpedonem [k] eiúſque conſpiratores. Hi expulſi, Aſiæ regionem occupauerũt Milyada. Quam enim nunc Lycii incolunt, olim erat Milyas: & Milyæ tunc appellabantur Solymi. Dum igitur ipſis imperitaret Sarpedon, eo quod attulerant nomine vocabantur, & nunc adhuc vocantur à vicinis, Termilæ. Quum verò Lycus Pãdionis filius à fratre AEgæo Athenis pulſus, ad Sarpedonem in Termilas abiiſſet, factum eſt temporis progreſſu vt de Lyci nomine Lycii vocarentur. Legibus vtuntur partim Cretenſium, partim Carum. [l] Quanquam hoc vnum, præter cæteros homines, pro lege habent peculiare, quòd à matribus nomina ſibiipſis indunt. Et ſiquis obuium percontetur quiſnam ſit, quáue familia ortus, à matribus auiiſq; protinus genus ſuum repetet. Adde quòd ſiqua ingenua ſeruo nupſerit, liberi qui ex his ſuſcipiuntur, ingenui exiſtimabuntur: ſin autem vir ingenuus, & quidem inter eos primarius, vxorem duxerit externam aut pallacam, ſuſcepti ex his liberi reputabuntur [m] minimè ingenui. Enimuero huius tempeſtatis Cares nullo præclaro

Ionia poſthàc Harpagi.

In Caras expeditio.

a Nihilominus eodem loco haberi quo tribus. *Sed τοιωδεωαι aliã etiam interpretationem admittit.*

b Inter hos autem Cares ex inſulis in cõtinentem venerunt. Olim, &c.

c *Vel*, Quum Minoi opus erat, naues, &c.

d Quum autẽ Minos magna ditione potitus eſſet, proſperáque in bello fortuna vteretur, longè Carica gens ſupra omnes alias celebris erat. Tribúſque rebus quas illi excogitarant, vſi ſunt Græci. Quippe gal.

e *Vel* inſignia, *picta videlicet.*

f Anſas quoque ſcut. excog. Antea nanque abſque anſis geſtab. clypeos quicunque illis vti ſoliti erant: collóque & dextro humero circumpoſitos vinculis coriaceis tenentes agitabant. Poſt Caras, &c.

g Haud enim certò diiudicare poſſum.

h Prout ferunt gradus ætatum, & amicitia intercedit, ad compotationes turmatim conuenire viros, mulieres ac pueros.

i Sumptis armis petulanter aerem ferientes haſtis, ad Calynd. vſque montes peruenerunt, ſe expellere deos externos dicentes. Et hi quidem moribus, *uel ritibus*, huiuſmodi vtuntur. At Lycii, &c.

k Et quos habebat ſuæ cõſpirationis, *uel factionis*, ſocios.

l Sed hunc morem peculiarem habent, & cum aliis nullis conuenientem, *uel communem*, quòd ſe de nominibus matrum appellent, nõ patrum. Adeo vt ſi quis vicinũ ſuũ roget quis ſit, recẽſeat ſeipſum. *i. genus ſuum, uel gentem ſuam*, à matre: matriſque ſuæ matres enumeret. Adde quòd, &c.

m Infames. *Vel*, Hominibus indigni.

facinore edito, ab Harpago ſubacti ſunt. Nec Cares tantùm nullum ediderunt, ſed nec Græci quotquot illam regionem tenebant. Tenebant autem cum alii, tum Lacedæmoniorum coloni Cnidii, quorum regio declinat ad mare appellatum Triopium. Nam quum initium Byblesiæ ex peninſula auſpicetur, ſintque Cnidii propemodum circumflui: (eam enim partē qua boream ſpectat, Ceraunius claudit ſinus, auſtralem verò Symanum Rhodiúmque mare) reliquum quod perquam exiguum eſt, nempe quinque ſtadiorum, Cnidii tentauerunt perfodere interea dum Harpagus Ioniam euerteret, volentes ſuam ditionem in inſulæ formam redigere. [a] Erátque hic iſthmus quem perfodere ſtatuerant, ea parte qua continentem ſpectat Cnidia. Id ergo multa manu conātibus diu nitus arbitror aliquid repugnaſſe, quòd nimirum omnes qui manum admouerēt laederet, cum alias corporis partes, tum præcipuè oculos infeſtāte petra, Cnidii, miſſis nunciis Delphos, rogant quídnam iſtuc eſſet quod tantopere conatibus eorum aduerſaretur. Pythia, vt ipſi referunt Cnidii, ſenario verſu reſpondit in hanc ſententiam,

Iſthmum neque aggerate, neque fodite.
Iupiter nanque ipſe, ſi placuiſſet, feciſſet Inſulam.

Quum reſpondiſſet hunc in modum Pythia, Cnidii à perfodiendo iſthmo deſtiterunt, & inuadenti cum exercitu Harpago, vltrò ſeſe non commiſſo prælio dediderunt. [b] Pedaſii qui mediterraneam ſupra Halicarnaſſum colunt, aliíque vicini maximam diligentiam adhibere feruntur vt eorum ſacerdos Palladis ſacram barbam habeat. id quod ter illis accidiſſe putatur. Hi ſoli in Caria populi Harpago diu reluctati ſunt, multúmque negocii exhibuerunt, [c] montem extruendo cui nomen Lyda. Tandem tamen & ipſi expugnati fuerunt. Cæterùm vbi in Xanthium campum exercitum produxiſſet Harpagus, Lycii contrà procedentes, paucíque cum multis confligentes, ſtrenuè ſeſe geſſerunt. Superati autem prælio fugatíque, in vrbem ſeſe receperunt, vxores, liberos atque pecunias vnà cum familia tota in arcem cogentes: admotóque igne arcem vnà cum cæteris rebus incenderunt. Quæ vbi feciſſent, ipſi regreſſi iureiurando ſe mutuò aſtringentes, eóque horrendo, cum hoſtibus iterum congreſſi ſunt, fortitérque pugnando omnes oppetierunt. Ex Lyciis autem, qui Xanthii dicuntur eſſe, hi omnes, [d] præter octoginta quoſdam, Iſtiæorum ſunt conuenæ. qui octoginta tum emigrantes, ſuperſtites remanſerant. Xanthum igitur hūc in modum obtinuit Harpagus: pari modo Caunum. Nam Caunii Lycios inſequuti ſunt magna ex parte. Tum igitur inferiorem Aſiam Harpagus euertebat, ſuperiorem ipſe Cyrus, vniuerſam gentem ſubigens nihílque relinquens. At ego in præſentia illorum geſtorum pleraque prudens omittā, ea dūtaxat proditurus quæ illi quamplurimo conſtiterunt labore, ſúntque memoria digniſſima. Quum igitur Cyrus continentem vniuerſam ſuæ ditionis feciſſet, Aſſyriis bellum intulit. Aſſyriæ autem cum alia multa ſunt magna oppida, tum verò celeberrimi nominis ac validiſſimum eſt Babylon, vbi poſt euerſam ab ipſis Ninum, regia erat. quod oppidum ſitum eſt in planitie ingenti, forma quadrata, magnitudine quoquouerſus centenūm vicenūm ſtadiorum, in ſumma quadringentorum & octoginta, in circuitu quatuor laterum vrbis. Tanta eſt Babylonici oppidi magnitudo, quod ita exornatum eſt vt aliud nullum eorum quæ nos nouimus. Iam primùm foſſa ambit alta atque lata, aquæ plena. Deinde murus quinquaginta cubitorum regiorum craſſitudine, ducentorum celſitudine. Eſt autem regius cubitus, quàm is quo pro menſura vtimur, tribus digitis maior. Operæprecium eſt me præter hæc diſſerere in quem vſum ſit conſumpta terra ex foſſa egeſta, & quomodo fuerit murus conditus. Vt quidque terræ in deprimenda foſſa efferebant, ex eo lateres ducebant: quorum poſtquam magnam vim duxiſſent, eos in fornacibus coquebant. Poſtea cœno vtentes, aſphalto feruenti per triceſimum quenque laterum ordinem ſummitates arundinum inſtipatas conglutinabant. & primùm labra foſſæ, deinde ipſum murum ad eundem modum ædificarunt ſuper quem circa oras extruxerunt domunculas vnius contignationis inter ſe obuerſas: inter quas tātum intercapedinis relinquebatur vt quadriga interagi poſſet. Eius per ambitū centum portæ ſtabant, æreæ omnes, cum cardinibus itidem poſtibúſque. Babylone octo dierum itinere abeſt alia vrbs nomine Is, vbi fluuius eſt haud magnus eiuſdē nominis, qui ſe deuoluit in flumen Euphratem. Hic itaque fluuius Is vnà cum aqua per multos reddit aſphalti bituminis grumos: quæ aſphaltus ad murum Babylonis comportabatur. Hunc autem in modum Babylon extructa eſt. Eius duæ ſunt plagæ, quas interfluit fluuius nomine Euphrates, qui magnus & altus & celer, ex Ar-

Cnidij Iſthmū fodiūt

a Erat autem intrà *ipſum iſthmum* tota ipſorum ditio. Nā quà parte in cōtinentem deſinit, iſthmus eſt, quem perfodere ſtatuerant. Id ergo multa manu conātibus, quia qui operi incumbebant, vehementius & diuinius quàm vt cōmune quiddam id videri poſſet, tum aliis corporis partibus, tū præcipuè circa oculos, dum rupes feriretur, vulnerari videbantur, Cnid.

b Porro Pedaſei, *vel Pedaſenſes*, ſupra Halic. medit. incolebant apud quos illi quæ Mineruæ ſacerdos eſt, prolixa barba naſcitur quoties ipſis aut ipſorum vicinis aliquid mali imminet. Quod ter illis vſu venit. Hi ſoli, &c.

c Munito operibus monte.

d Sunt aduenæ, præter octogīta familias: quæ tū in vrbe non erāt, atque ita ſuperſtites fuerunt. Xan. &c. *Decepit autem Vallam ἰστιαίων*, quod pro *ἰστιέων* perperam ſcriptum fuiſſe, manifeſtiſſimū eſt ex his proximè ſequentibus, *οἱ Νίσλαι*.

Babylonis deſcriptio.

Bab. Lun.

meniis in rubrum mare decurrit. In hunc vterque murus lacertos exporrigit, eiúſque incuruæ vtrinque ripæ coctilibus lateribus pro maceria prætexuntur. Ipſa vrbs plena domibus eſt ternarum quaternarúmque contignationum, ſecta in vias cum rectas, tum verò tranſuerſas, quæ ad flumen pertingunt: ad quarum ſingulas pro numero vicorum portulæ factæ ſunt in maceria quæ flumẽ ſepiebat, & ipſæ æreæ, & ad flumen idem ferentes. Et hic quidem murus lorica eſt. Alius verò intus non multo quàm hic debilior, ſed exilior, inque vtriuſque ciuitatis plagæ medio murus eſt erectus, quorum hic regiam comprehendit ambitu prægrandi atque valido: in altero verò Iouis Beli templum æreis portis, id quod mea etiam nunc ætate exiſtit, duorum vndecunque ſtadiorum amplitudinẽ, figura quadrata. In ſacri medio turris ſolida, craſſitudine ſimul & altitudine ſtadii, cui alia rurſus ſuperimpoſita turris, & huic ſubinde alia, ad octauam vſque. His forinſecus ſcalæ ſunt in circuitu adhibitæ, per quas ad ſingulas conſcenditur turres. In mediis gradibus ductus, ſellæque in hoc factæ, in quibus aſcenſuros liceat ſedere ac conquieſcere. In poſtrema turri ſacellum eſt aliud, in quo lectus eſt ſplendidè ſtratus, & appoſita menſa aurea. Statua tamen in hoc ſacello nulla eſt: neque hîc noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem vnam ex indigenis, quam ex omnibus deus delegerit, vti narrant Chaldæi huius dei ſacerdotes. Narrant enim illi (tametſi mihi parum credibilia referre videntur) deum ipſum ingredientem templum, in hoc cubili conquieſcere, perinde atque Thebis AEgyptiacis, vt ferunt AEgyptii. Ibi enim in Thebani Iouis fano mulier quoque cubat: quæ vtraque mulier cum viris putatur non habere conſuetudinẽ: ſicut etiã dei antiſtita Pataris Lyciæ ciuitate, quãdo ita accidit. Neq; enim oraculũ ibi celebratur perpetuò: vbi autẽ id futurũ eſt, antiſtita noctu in templum concluditur. Porrò in Babylonis templo aliud etiam eſt ſacellũ inferius, quod magnã habet Iouis ſtatuã, eámque auream, ponè menſam, & ipſam auream, ſimul & ſuſtentaculum cum ſella, omniáque aurea: adeo vt Chaldæi octingentorum talentorum auri opus æſtiment. Extra ſacellum altare eſt, & ipſum aureum: atque præter hoc, aliud altare ingens, in quo integræ ætatis hoſtiæ immolantur: quandoquidem ſupra aureum illud non licet hoſtias mactare, præterquam lactẽtes. Inſuper in hoc maiuſculo altari Chaldæi quotannis centum millia talentorum libanoti adolent, quãdo huic ſuo deo ſacra faciunt. Erátque in hoc templo etiamdum illo tempore ſtatua duodecim cubitorum è ſolido auro: quanquam ego hanc non viderim, ſed ea referam quæ à Chaldæis referuntur. Hãc ſtatuam Darius Hyſtaſpis filius inſidioſè captans, non auſus tamen fuit diripere: ſed quam poſtea Xerxes Darii filius abſtulit, ſacrifico, qui prohibuerat ſtatuam loco dimouendam, interempto. Atque illud templum hoc pacto conſtructum fuit ornamentis: etiamſi alia ſint peculiaria pleraque eiuſdem donaria. Huius Babylonis multi quoque aliquando reges extitêre, (quorum in exponendis rebus Aſſyriis mentionem faciam) qui & muros ornauerunt & templa: & inter eos duæ fœminæ. Harum prior, quæ quinque ætatibus ante poſterioré regnauit, vocata eſt Semiramis. Hæc per planitiem aggeres extruxit ſpectaculo dignos, quũ antehac flumen eam omnem reſtagnare ſolitus eſſet. Poſterior regina, Nitocris nomine, extitit ſuperiore ſolertior. cuius cum alia monumenta extterunt, quæ ego commemorabo, tum verò hoc, quòd animaduertens imperium Medorum ingẽs ac pacatum, ſubactáque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præmuniuit ſe omnibus quàm potuit maximè. Ante omnia fluuium Euphratem, qui prius mediam ipſorum vrbem interfluens, rectus erat, tortuoſum reddidit, foſſis ſuperius depreſſis, adeo vt quendam Aſſyriæ pagum, nomine Ardericam, ter influat, & qui nunc è mari per Euphratem Babylonem verſus ſubuehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque triduo. Et hunc quidem talem reddidit. Aggerem verò ex vtroque fluminis labro aggeſſit viſu mirandum: tantæ eſt & magnitudinis & ſublimitatis. Multo ſupra Babylonem, aliquantulum ſeorſum à flumine, effodit [a] paludis eluuiem, profunditate quidem [b] ad aquam vſque ſemper ducta: latitudine verò eius quoquouerſus trecentorum viginti ſtadiorum. Hæc foſſitia humus ad fluminis ripas aggeſta eſt. Quem locum vbi depreſſit, crepidinem ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo, vt flumẽ flexuoſum & lacuna tota, foſſa eſſet, ideo fecit, vt fluuius per multos anfractus retentus, ſedatior mearet, & nauigationes Babylonem verſus eſſent tortuoſæ, & ex ipſis nauigationibus longus ambitus lacunę excipiretur. [c] Ad hæc, quæcunque erat regio ad inuadendum opportuna, & compẽdiaria ex Medis via, hanc interſepſit, ne Medi commercio Aſſyriorum ipſius negocia cognoſcerẽt. [d] Et hæc quidem ex profundo circumiecit. Cæterùm ex eis talem

a Paludis receptaculum,

b Id *eſt*, *Quoad aqua fodiendo inueniretur.*

c Hæc autem extruxit qua parte aditus erant & viæ compendia quæ ex Medis ducitne Medi. &c.

d Et his quidẽ munitionibus ab imo vſque vrbem circundedit. Sed & has muni-

tiones obiter ad hũc vſum accõmodauit: Quum ſit, &c.

fecit communitionem: Quum ſit vrbs in duas dirempta regiones, fluuio medium tenente, quoties aliquis ex altera in alteram regionem tranſire volebat ſub regibus ſuperioribus, is neceſſe habebat nauigio tranſire: quod erat (vt reor) moleſtum. Huic autem etiam rei iſta proſpexit. ſiquidem vbi effodit [a]effluuium paludis, aliud opere eodem monumentum ſui reliquit. Lapides prægrandes incidit, qui vbi parati fuerunt, & locus depreſſus, in locum ipſum quem depreſſerat, omnem fluminis curſum auertit. Qui locus effoſſus dum impleretur, interea priſtino alueo arefacto, oras fluminis intra vrbem, ac deſcenſus qui ex portulis ad flumen ferunt, extruxit coctis lateribus, eadem qua muros ratione. Extruxit item circa mediam fermè vrbem pontem ex iis quos effoderat lapidibus, ferro eos ac plumbo deuinciẽs. Hunc ſublicius quadratis, per quæ Babylonii tranſirent, interdiu committebat, eaſdem noctu tollebat: hac videlicet cauſa ne per noctem tranſeuntes mutua furta exercerent. Vbi porro lacuna repleta fuit flumine, & opus pontis exornatũ, tunc fluuium Euphratem ex palude in priſtinum alueum reuocauit: atque ita palus quam effoderat, [b]viſa eſt neceſſariò facta, & pons in vſum ciuium extructus. Eadem autem regina hunc etiam machinata eſt dolum: Supra portas vrbis celeberrimas, loco edito atque conſpicuo, ſepulchrum ſibi extruxit, atque his literis inſcripſit, SICVI REGVM BABYLONIS POST ME FVTVRORVM FVERIT PECVNIAE PENVRIA, APERTO SEPVLCHRO SVMITO QVANTVNCVNQVE LIBVERIT PECVNIAE. NE TAMEN NISI INDIGVERIT, ALIOQVI APERITO. NON ENIM IN REM EIVS FVERIT. Hoc ſepulchrum tam diu fuit immotum dum regnum peruenit ad Darium. Is indignum eſſe ratus ſe neque vti quippiam his portis, (ideo autem nõ vtebatur; [c]quòd ſupra caput ipſius tranſeuntis mortuus ſitus eſſet) neque ſumere pecunias repoſitas, & eas quidem ipſum prouocantes, reſerauit monumẽtum: in quo non quidem pecunias inuenit, [d]ſed literas ita dicentes, NISI PECVNIAE ESSES INEXPLEBILIS ET TVRPIS LVCRI CVPIDVS, DEFVNCTORVM SEPVLCHRA NON APERVISSES. Talis extitiſſe hæc regina memoratur. Aduerſus cuius filium Labynitum, patris nomen & Aſſyriæ imperium habentem, Cyrus exercitum duxit. [e]Ducit autem rex magnus exercitum, probè domi comparata re frumẽtaria atque pecuaria. Portatur etiam aqua ex flumine Choaſpe, Suſa præterfluente, ex quo vno ex omnibus fluminibus rex potat. Cuius Choaſpis aquam decoctam, & in argentea vaſa diffuſam, ferentes permultæ carrucæ quatuor rotarum, mulis trahentibus, aſſiduè comitantur quocunque ille proficiſcitur. Cyrus igitur Babylonem tendens, vbi venit ad Gyndem amnem (qui in Mantienis ortus montibus, [f]per Dardaneos in Tigrim alterum amnem fluit, qui Opin vrbem præterlabens, rubro infunditur mari) conabatur hunc traiicere, quum non poſſet niſi nauibus traiici. Interim ei quidam è ſacris equis candidis petulanter ingreſſus fluuium, tranſire conabatur. Hunc fluuius verticibus contorquens, ſubmerſum abripuit. Cyrus autem perquam ægrè ferens hanc fluminis iniuriam, illi comminatus eſt, ſe ſic redditurum eum tenuem vt in poſterum facilè vel à mulieribus tranſiri poſſet, ne genua quidem tingentibus. Hæc minatus, expeditione in Babylonem intermiſſa, copias ſuas bifariam diuiſit. Dehinc alueos ad funiculum deſignauit cẽtenos & octogenos, vtrinque ad Gyndis labra omnino conuerſos: quos diſtributis copiis effodi iuſſit. Et opus quidem, vt quod à tanta multitudine fieret, perficiebatur: tamen in eo faciendo eam æſtatem triuerunt. Cyrus ergo quum Gyndem mulctaſſet in trecentos & ſexaginta riuos diductum, & alterum ver illuxiſſet, ita porrò ire Babylonem pergit, Babyloniis eum producto exercitu præſtolãtibus. Qui, vbi propius vrbem ille promouit, eum eo conflixerunt, prælióque fugati, in oppidum compulſi fuerunt. Ii tamen, quia Cyrum iampridem animaduerterant inquietum eſſe, viderántque omnes pariter gentes aggredientem, comportauerãt permultorum annorum commeatus: ideóque tunc obſidionem nihili faciebant. Et Cyrus, quum iam longo tempore nihil admodum res ipſius proficerent, inops conſilii erat. Tandem ſiue alius ei anxio ſuggeſſit, ſiue ipſi in mentem venit quid in rem eſſet, ſic ſtatuit faciẽdum: Inſtructis vniuerſis copiis partim quâ fluuius vrbem ingreditur, partim à tergo quâ egreditur, præcipit vt, quum cernerent alueum poſſe tranſiri, illac vrbem inuaderẽt. Ita inſtructis atque admonitis ſuis, cum inutiliori exercitus parte abiit ad paludem. Eò vbi peruenit, quæ Babyloniorum regina fecerat circa flumen & circa paludem, eadem & ipſe fecit. [g]Nam, reuocato flumine, alueum eius priſtinum vado tranſibilem reddidit. Quod quum ita factum eſſet, Perſæ qui ad hoc ipſum inſtructi erant, per alueum vnde fluuius Euphrates abſceſſerat, [h]mediorum ferè femorum tenus

a Receptaculum.

b Compẽrta fuit, opportunè facta: & pons, &c.

c Quòd tranſiens habiturus eſſet cadauer ſupra caput ſuum ſitum.

d Sed cadauer, & literas quibus hoc dicebatur.

e *Hæc uerba*, Ducit autẽ rex, &c. *uſque ad*, Cyrus igitur, &c. *paulo inferius uidẽtur collocãda.*

f Per Darneos. *Darnam enim numerat Ptolemæus inter Aſſyriæ urbes mediterraneas.*

Cyri ſtrata gema

g Nam fluuio in paludem, *ſiue ſtagnum*, ducta foſſa immiſſo, priſtinum eius alueũ, fluuio ſubſidente, *uel abſcedente*, peruiũ reddidit.

h Mediorum femorũ tenus, ad ſummum, fortit.

fortiter Babylonem introierunt. Quos Babylonii, si factũ Cyri prius aut audisſent aut ſenſiſſent, haud dubiè [a] contempto eorum ingreſſu, peſſimo exitio affeciſſent. Nam obſeratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis, conſcenſiſque ſeptis, ipſi pro ripis ſtantes illos progreſſos veluti in cauea excepiſſent. Nunc ex inopinato eis Perſæ aſtiterunt: & quum capti eſſent [b] qui media vrbis incolebant Babylonii, propter eius tamen magnitudinem non ſentiebatur (vt fertur) ab iis qui circa extrema habitabant. Sed quòd fortè dies feſtus eis eſſet, exercendis choreis atque oblectationibus operã dabant, donec planè hoc reſciuerunt. Atque ita primò capta eſt Babylon. Cuius ciuitatis quanta ſit potentia, cum ex aliis multis declarabo, tum verò ex hoc. Quum regi magno omnis plaga cui imperat, ſit [c] diſtributa in ipſius atque exercitus eius alimentum, præter tributa, ex duodecim quibus annus cõſtat menſibus, quatuor regio Babylonica, octo reliquis eum omnis Aſia alit. Ita huius regionis potentia tertiam Aſiæ partem æquiparat, & eius principatus, (quem ſatrapiam Perſæ vocant) omnium prouinciarum longè eſt optimus, adeo vt Tritæchmæ Artabazi filio ([d] qui pro rege tributum hoc exigebat) ſingulis diebus ſingulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Eſt autem artaba menſura Perſica, capacior quàm Atticus medimnus, tribus chœnicibus Attici is. Ad hæc erant ei peculiares equi, præter bello deſtinatos, admiſſarii octingenti, cum equarũ à quibus admittebantur, ſexdecim millibus. nam ſinguli à vicenis admittebantur. Præterea canum Indicorum tanta alebatur multitudo, vt ad præbendia eis cibaria, quatuor in eadem planitie magni vici attributi eſſent, aliorum tributorum immunes. [e] Atque hæc præſidis Babylonis peculiaria erant. [f] Porro in Aſſyriorum terra parum pluit. Quod in ea frumenti germinat, id demum eſt quod ex flumine irrigatur. Irrigatur autem ſeges prouenitque frumentum, non quemadmodum in AEgypto, flumine ſua ſponte in arua aſcendente, ſed manibus atque ſcrobibus irrigatum. Etenim Babylonica regio omnis (quemadmodum AEgyptiaca) diſſecta eſt in foſſas, quarum maxima nauibus tranſiri poteſt, [g] ad ſolem hybernum vergens: [h] exit autem ex Euphrate in Tigrim alterum flumen, ad quod vrbs Ninus ſita erat. Hæc regio omnium quas nos vidimus, [i] longè optima eſt, duntaxat ferendo frumento. Nam in arboribus ferendis, ficu, vite, olea, nequaquam de principatu contendit. Cereris autem fructu procreando adeo ferax eſt vt nuſquam non ad ducena reddat: vbi autem bonitate ſeſe ipſa vincit, etiam ad tricena. Quaternùm autem digitorum maximorum latitudo eſt tritici atq; hordei foliis. [k] Milii verò ac ſeſami proceritatem inſtar arborum, etſi mihi compertam, tamen memorare ſuperſedeo, probè ſciens, iis qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quæ de frugiferis dicta ſunt, perquam incredibilia viſum iri. Oleo autem non vtuntur niſi quod ex ſeſamis faciunt. Sunt eis paſſim per omnem regionem palmæ ſua ſponte naſcentes, pleræque fructiferæ: ex quibus & cibos & vinum & mel conficiunt, colentes ficuum more. Harum, vt aliarum arborum, Græci maſculas vocarũt, quarum fructum iis quæ palmulas ferunt alligãt, vt illinc prodiens culex, palmulas penetrans cogat matureſcere, alioqui occaſuras. Maſculæ enim in fructu culices [l] ferunt, quemadmodũ caprifici. Venio ad id quod ex omnibus quæ ſunt in ea regione, ſecundũ ipſam vrbẽ, mihi ſummo miraculo eſt diſſerendum. [m] Nauigia illorum quæ per flumen commeant Babylonem, omnia ſunt orbiculata atque coriacea, quæ pecuarii Armenii, qui ſupra Aſſyrios incolunt, ex cæſis ſalicibus faciunt, inſtruúntque pellibus, nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli: neque puppe diſcreta, neque prora acuminata, ſed in ſpeciem clypei magis orbiculata. Tale nauigium ſtramentis ſtipatum fluuio deferendum permittunt, cum aliis rebus, tum verò doliis è palmularum vino onuſtum, dirigentibus illud duobus, cum totidem palis: quorum alter introrſum palum trahit, alter exterius pellit. Fiunt autem nauigia hæc & magna admodum & minora: quorum maxima quæque ferunt pondus quinque millium talentorum, ſingula ſingulos aſinos viuos intus habentia, maiora etiam plures. Poſtquam igitur nauigantes Babylonem peruenerunt, onúſque expoſuerunt, lignis nauigii atque omnibus ſtramentis venundatis, pelles aſinis imponunt, eóſque in Armeniam agitant. aduerſo enim flumine nauigari præ illius rapiditate nullo pacto poteſt. Propterea enim nõ ex lignis, ſed ex pellibus nauigia fiunt. Iidem, vbi aſinos agitando in Armeniam redierunt, alia ad eundem modum nauigia comparant. Et naues quidem eorum tales ſunt. Amictu autem tali vtuntur: Duabus amiciuntur tunicis, vna linea vſque ad pedes demiſſa, cui alteram laneam ſuperinduũt: poſtremò candidam penulam circumiiciunt. Calceos gerunt gentis more, ſoleis Thebanis penè ſimiles. Capita ha-

a Ingredi nõ permiſiſſent, ſed peſſ.

b Nunc exinopinato illis Perſæ ſuperuenerunt. Tantáque vrbis erat magnitudo, vt (quemadmodũ narrant accolæ) quum capti eſſent qui extremas vrbis partes incolebant, ii qui mediam vrbem incolerent, id neſcirent. Sed quòd, &c.

c *Intelligit, ſingulis regionibus indici ſolitum quid alendo regi & eius copiis perſolueret.*

d (Quem rex huic tractui præfecerat.)

e Atque hæc ad eum qui Babylonis præfectus erat, pertinebant. Porrò, &c.

f Porro in Aſſyriorum regione parum pluit: & hoc ipſum eſt quod frumenti radicem alit: ſeges tamen fluuio rigata fit lætior: prouenitque, &c.

g *Id eſt, Ad ſolſtitiũ hybernum.*

h Pertingit autem ab Euphrate.

i Longè præſtantiſſima eſt ferendo quidem certè frumento. Nam alioqui arbores ne ab initio quidem ferre poteſt: veluti ficum, vitem, oleam. Cereris, &c.

k In quam autem altitudinem milium & ſeſamum arboreſcant, etſi probè norim, tamen id non referam: quum ſciam, iis qui n.

l Producunt.

m *Hũc locũ ita vertit Bayf. in lib. De re Nauali;* Nauigia illis ſũt quæ ſecundo flumine deferuntur Babylonem verſus, omnia circulari forma, eáque ex alueta. Vbi enim Armenii qui ſupra Aſſyrios habitant, ligna circularia è ſalice coaptarũt, obtendunt extorſus tegumenta è pellibus, quibus ſoli vice vtuntur carináque loco, nulla neque puppis neque proræ forma diſcreta, verùm ſcuti inſtar, in orbem compoſita: deinde ſtipula referciunt, illúdque nauigium fluminí permittunt, mercibus onuſtum: præcipuè autem bicos è palmarum foliis compor

tant vino refertos. Reguntur autem gubernaculis duobus, cum totidē hominibus qui ſtant: quorum alter in trorſum trahit, alter extrinſecus propellit. Fiúntque hæc naugia valde magna, nōnulla & minora: eorūm autem maxima ferunt onus talentōrū quinque milliūm. Ineſt & in vnoquoque nauigio aſinus viuus, in maioribus etiā plures. *Pro Bicos è palmarū foliis, alii Dolia palmea interpretantur.*

a Vbi autem hæc auro multo vendita erat, aliam addicebat, quæ ſecundū illā eſſet ſpec. Vendebātur autē ea cōditionē vt vxores eſſēt *emptoribus*. Babylonii igitur qui.

b Surgere iubebat.

c Debilitatas aliqua parte corporis. *Vel*, Quæ aliquo vitio corporis laborarent.

d Nec verò cuique ſuam filiam collocare licebat cui vellet, neque emptori ſine fid.

e *Videntur in Gr. exē plaribus præpoſterè collocata eſſe quædam verba, & eſſe hic ſenſus*, Et hæc quidem apud illos honeſtiſſima cōſuetudo erat, ne iniuria illas afficerent, neque in aliā vrbē abducerent. Verùm ad hæc vſque tē pora nō permāſit: ſed nouiſſ. aliud q. excogitauerūt. Nam poſteaquam in *ſuæ urbis* expugnatione vexati fuerunt & bonis euerſi, vnuſquiſ.

f Accedentes igitur ad ægrotum ſiqui aut eodem morbo laborauerint, aut laborantem alium viderint, de illo conſilium dant, hortant.

g Quæ ſe aliis immiſcere dedignātur, hæ veh.

h Siquidem illa fit ſacra.

i Rite factis deæ ſacris.

k Nihil tam magnum eſt quo dato potiri illis poſſis.

l Sed & in aliqua Cypri parte ſimil.

m Tribus.

bentes comata, mitris redimiunt, vnguentis toto corpore delibuti. Anulum ſignatorium ſinguli geſtant, & ſceptrum artificioſe confectum, cui ſuperſtat aut malum, aut roſa, aut lilium, aut aquila, aut aliud quippiam. Nam abſq; inſigni geſtare ſceptrum ipſis nefas eſt. Atque hic eorum corporis eſt cultus. Leges verò quæ conſtitutæ ab ipſis, hæ ſunt: Vna quidem, prudentiſſima, altera autem (quantum ego ſentio) qua Enetos qui ſunt ex Illyriis, audio vti per ſingulos pagos. Semel enim quotannis iſta fiebant. Vbi virgines effectæ eſſent nubiles, eas quum cōgregaſſant, vniuerſas vnum in locum recipiebant, quas circumſiſtente virorum frequentia, ſurgens præco ſigillatim vendebat: ſed primùm pulcherrimam omnium, [a] ſecūdum hanc (vt quamplurimo venditur auro) aliam vocabat quæ poſt illam eſſet ſpecioſiſſima. Vendebatur autē in conturbernium. Babylonii igitur qui locupletes, & iidem cælibes erant, pulcherrimas quaſque mercabantur, vt quiſque licitando alterum ſuperauerat. At iis ex plebe qui eſſent cælibes, his non opus erat pulchra forma: ideo turpiores virgines ſimúlque pecunias accipiebant. Nam præco, vbi virginum ſpecioſiſſimarum peregiſſet venditionem [b] excitabat deformiſſimam, ſiquis illorum mercari volens exiſteret: edicebátque quiſquis vellet quamminimo auri ſumpto eam in matrimonium habere, donec illi qui minimo contentus eſſet, fœmina addiceretur. Ita aurum ex ſpecioſis virginibus conficiebatur, & ſic ſpecioſæ deformes ac [c] debiles collocabant. [d] Quarum nullam cuique emptori fas erat ſine fideiuſſoribus abducere, ſed datis fideiuſſoribus de ducenda illa in vxorem, ita demum licebat abducere. ſi de hoc non conueniebat, lex lata erat vt aurum illi redhiberet. Quinetiam ex alio pago venientibus licebat vxorem mercari ſi vellent. [e] Hæc apud eos honeſtiſſima lex erat, quæ tamen non perſeuerauit. Sed nouiſſimè aliud quiddam excogitauerunt, nequis fœminas iniuria afficiat, néue quis aliam in vrbem abducat. Nam poſteaquam expugnati malè accepti ſunt, rémque domeſticam abſumpſerunt, vnuſquiſque plebeius qui victus inopia premitur, filias ſuas adigit ad quæſtum corpore faciendum. Alteram itē ſapienter condiderunt legem, ægrotos effe rendi in forum: (neque enim medicis vtūtur) vt de eorum languore cōſulant [f] qui eos adeunt, ſiquis & ipſe eundem paſſus eſt morbum, aut alium vidit patientem. Hæc viri qui illos adeunt conſulunt, hortantúrque ad ea quæ ipſi faciendo effugerint ſimilem morbum, aut alium nouerint effugiſſe. Nec fas eſt cuiquam ægrotantes præterire ſilentio, nec antequam explorauerit quónam ille morbo laboret. Sepulchra eiſdem in melle ſunt: luctus funebres AEgyptiacis perſimiles. Quoties autem cum vxore miſcetur vir Babylonius, adhibito thymiamati aſſidet, & ex altera parte mulier idem facit. Quinetiam ſub diluculum abluuntur ambo, nullum vas priuſquam ſe abluerint tacturi. Eadem & hæc Arabes faciunt. Vna iiſdem Babyloniis lex eſt omnibus modis fœda. nempe omnibus mulieribus indigenis commune eſt, ſemel in vita ad Veneris templum deſidentibus, cum externis viris conſuetudinem habere. Cæterùm quum pleræque ſint diuitiis tumentes, [g] quæ ſui copiam facere recuſent, hæ vehiculis cameratis vectæ, pro templo conſiſtunt, relicta interim à tergo magna famulitii turba. Pleræque etiam hunc in modum faciunt. Ad templum Veneris ſedent nodis corolliſque tempora reuinctæ multæ mulieres, è quibus aliæ accedunt, aliæ diſcedunt. Nam diuerticula vndecunque ſic funiculis diſtincta aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Porrò quum ſemel illic conſederint, non prius domum regrediuntur quàm hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in ſinum iniecerit, & cum eadem à fano ſeorſum abducta rem habuerit. Hoſpitem autem illum qui pecuniam obtulit, dicere oportet, Ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Aſſyrii Venerem appellant. Ac verò pecuniam illam, quantulacunque ſit, non fas eſt reiicere, [h] ſiquidem in ſacrum conuertitur vſum. Neque mulieri etiam permittitur hoſpitem aliquem repudiare: ſed quicunque is eſt qui pecuniam obiecerit primus, hunc illa ſequitur citra delectum. Poſtremò vbi iam congreſſa fuerit cum externo mulier, [i] dea expiata, domum reuertitur. At deinceps [k] haud ita multo conduxeris. Iam, quæ forma ſunt elegantiori, citius diſcedunt: quæ verò deformes, diutius coguntur deſidere pro templo antequam legi faciant ſatis. Fitque interdum vt vno atque altero anno aut etiam triennio atque diutius expectare oporteat miſeras. [l] Alicubi, nempe in Cypro; ſimilis quædam lex eſt. Hæc ſunt Babyloniorum inſtituta, quorum tres ſunt [m] familiæ, quæ nullo alio niſi piſcibus victitant. quos captos vbi arefecerunt ad ſolem, hoc faciunt: In pilam cōiiciunt, ac piſtillis pinſunt: deinde linteis conſeruāt, vnde quiſquis vult conſpergit, offámque facit quam in modum panis torreat.

Cyro,

Cyro, poſt hanc gentem ab eo ſubactam, inceſſit cupido Maſſagetas in ſuam potestatem redigendi. Quæ gens fertur & magna eſſe & ſtrenua, ad auroram ſoliſque ortum ſita, trans Araxem fluuium eregione Iſſedonorum. Sunt etiam qui eam Scythicæ nationis eſſe dicant. Araxes Iſtro maior & idem minor eſſe memoratur: & in eo frequentes inſulæ Leſbo pares magnitudine: & homines qui illas incolunt, æſtate veſci radicibus quibuſlibet quas ipſi euellunt: arborum autem fructus quos maturos comperiunt, in cibum reponere, quo per hyemem veſcantur. Ab illis inuentas etiam eſſe arbores talem fructum ferentes, qui iactus ab illis in ignem quem turmatim collecti accenderint, odore ſuo eos circunquaque conſidentes perinde inebriat ac vinum Græcos: & eo vehementius quo plus eius fructus fuerit iniectum, donec ad tripudiandum cantandúmque conſurgant. Atque hæc fertur eorum eſſe viuendi conſuetudo. Araxes porro fluuius à Mantienis quidem, vnde & Gyndes (quem Cyrus in trecentos ac ſexaginta diduxit riuos) fluit, ſed per ſexaginta ora prorumpens, quæ, vno excepto, in paludes eluuiéſque euoluuntur. vbi feruntur homines habitare qui crudis victitent piſcibus, & pro veſtibus vtantur vitulorum marinorum pellibus. Reliquum illud per apertum fluit in mare Caſpium, quod mare per ſeſe eſt, nec vllo cum alio commiſcetur. Nam & illud quod Græci omne pernauigant, & id quod extra columnas eſt, Atlanticum dictum & rubrum, idem eſt mare. Caſpium verò eſt alterum, ac per ſeipſum, longitudinis quindecim dierum, curſui nauis quæ remis vtatur: latitudinis, vbi ſpatioſiſſimum eſt, octo dierum. Eſt autem, qua ex parte ad veſperum vergit, Caucaſo prætentum monte, cuius cum maxima vaſtitas, tum ſumma eſt altitudo, multáſque atque omnifarias gentes habet, ac pleraſque omnes agreſti materia victitantes: vbi arborum frondes [a] iis quæ ſunt apud nos ſimiles feruntur eſſe. quibus contuſis & aqua dilutis illi animalia in ſuis veſtibus pingere dicuntur: eáque animalia nunquam elui, ſed perinde ac ſi ab initio eſſent intexta, ſic cum reliqua lana veteraſcere. Horum quoque hominum concubitus, ſicuti pecorum, in propatulo eſſe. Et huius quidem maris quod Caſpium vocatur, partem quæ ad veſperam vergit, Caucaſus diſterminat: qua verò parte vergit ad auroram orientémque ſolem, planities excipit proſpectu immenſæ magnitudinis. Quam ſpatioſam planitiem non ex minima parte Maſſagetæ poſſident, quibus bellum Cyrus inferre cupiebat, multis ac magnis ſolicitatus incitatúſque cauſis. Primùm ſua genitura, quòd videbatur maius quiddam homine eſſe: ſecundo loco, felicitate qua fuerat vſus aduerſus hoſtes. quamcunque enim gentem Cyrus inuaſerat, ea gens nullo pacto poterat euadere. Erat autem Maſſagetarum regina defuncto viro, Tomyris nomine, [b] ad quam in coniugium petendam Cyrus miſit verbo duntaxat, volens eam habere vxorem. at illa animaduertens non ſe in coniugium, ſed regnum Maſſagetarum peti, acceſſum Cyro interdicit. Poſtea Cyrus, quum dolus non procederet, progreſſus vſque ad Araxem, apertè infeſto cum exercitu in Maſſagetas tendit. Flumen pontibus iungit, quibus copias traiiciat, factíſque nauibus turres deſuper ædificat. Ad quem in hoc labore occupatum, Tomyris caduceatorem miſit, qui diceret, Rex
» Medorum deſine incumbere in quæ incumbis, neſcius an iſta quæ conſtituiſti, ti-
» bi conducibilia erunt. Omiſſo incepto, apud tuos ipſius regna, & nos ſine finium
» quorum ſumus principes, eſſe. Verùm tu admonitionibus his vti noles, & omnia
» males quàm quietem. [c] Quòd ſi tantopere affectas laceſſere Maſſagetas, fer quam
» ſuſtines ærumnam. Sed deſiſte iungere fluuium: à quo nobis tridui itinere digreſ-
» ſis, traiicito in noſtram regionem: aut, ſi mauis, nos excipere in veſtram, tu hoc i-
» dem facito. Hæc vbi Cyrus audiuit, accitis Perſarum primoribus coactíſque, in medium rem proponit, conſulens vtrum ſibi agendum conſtituerent. Illorum in idem conuenêre ſententiæ, iubentium recipi in ipſorum regionem cum ſuo exercitu Tomyrin. Quam ſententiam Cræſus Lydus quum adeſſet, improbat, in con
» trarium diſſerens his verbis, Equidem tibi, rex, etiam antea dixi, quandoquidem Iu
» piter tibi me tradidit, quicquid animaduertero errati in tua domo, id omne me pro
» viribus auerſurum. nam mei caſus, etſi ingrati, mihi tamen extitere diſciplinæ. Si
» tibi eſſe videris immortalis, & eiuſmodi exercitui præeſſe, nihil eſt opus vt meam
» tibi dicam ſententiam: ſin verò te quoque agnoſcis hominem eſſe, & aliis talibus
» præeſſe, illud in primis diſcito, humanarum rerum circulum eſſe, qui rotatus,
» ſemper eoſdem fortunatos eſſe non ſinit. Ideóque de hac quam propoſuiſti re, ſe-
» cus ego atque iſti ſentio. Si enim hoſtes in hanc terram volemus excipere, id ti-
» bi ex hoc periculum erit, ne fugatus omne amittas imperium: quia haud du-

Cyri in Maſſagetas expeditio

[a] Græca verba ſuſpecta hic ſunt.

[b] Hanc Cyrus petit quoſdam quos miſerat, ſimulatis verbis ambiebat, vxorem ſibi habere volens. At Tomyris vbi non ſe ſed Maſſagetarum regnum ab illo ambiri animaduertit, acceſſ. &c.

[c] Quid? admonitionibus his vti noles? & omnia quieti antepones? Atqui, ſi tanto laceſſendi Maſſagetas deſiderio teneris, agedum omitte quem fers in conſternendo pontibus fluuio laborem: & nobis trid.

bie victores Massagetæ, non se retro fuga recipient, sed tuas prouincias adorientur. « Victor autem tu non adeo multum vincis quàm multum si traiiciens in terram il- « lorum, victis Massagetis instabis fugientibus. [a]Hoc enim pro illo substituito consi- « lium, vt victo hoste, rectà pergas ad subigendum Tomyridis regnum, & quidem si- « ne duce. Turpe est enim atque intolerabile, Cyrum Cambysis filium mulieri ce- « dentem detrectare pugnam. Itaque mihi placet, traiectis copiis procedere eousque « dum illi in occursum prodeant: atque dehinc [b]ita faciendo, dare operam vt illos su- « peremus. Nanque, vt ego audio, Massagetæ bonorum sunt Persicorum insueti, & « magnorum commodorum experies. his ergo viris propone in nostris castris ma- « gnam instructarum epularum copiam, magna vi pecorum interfecta, cum magna « etiam vi poculorum vini meri, atque omnis cibariorum generis. Hoc vbi feceri- « mus, imbecillissimis quibusque militum ibi relictis, cum reliquis ad flumen nostre- « cipiamus. Tantis enim bonis conspectis illi (nisi me fallit opinio) se ad ea con- « uertent: vnde nobis supererit facultas magnas res perpetrandi. Atque hæ quidem « [c]in discussionem venere sententiæ. Cyrus autem priore repudiata, Crœsique pro- bata sententia, indixit Tomyridi vt retrocederet, vtpote se aduersus illam traiectu- ro. Illa, quemadmodum à principio spoponderat, retrocessit. Cyrus in Cambysis filii sui (cui regnum tradebat) manus præbuit Crœsum, ac maiorem in modum vt hominem honore beneficiisque prosequeretur, præcepit, si sua aduersus Massa- getas traiectio non rectè cederet. Hæc vbi præcepit, eósque remisit in Persidem, ipse cum copiis suis flumen traiecit. Transmisso Araxe vbi nox aduenit, vidit per quie- tem talem visionem: Videbatur Cyrus in somnis cernere maximum natu filio- rum Hystaspis, habentem in humeris alas, quarum altera Asiam, altera Europam inumbraret. Hystaspi (qui Achæmenides erat, [d]Arsamenis filius) erat ex liberis na- tu maximus Darius, tunc fermè vicesimum ætatis annum agens, in Perside reli- ctus quòd non maturus militiæ esset. Experrectus Cyrus visum suum [e]intra se re- tractabat: quod quum ei magni momenti videretur, vocato Hystaspi remotis ar- bitris, inquit, Filius tuus, Hystaspes, mihi atque regno meo insidiari deprehensus est: « hoc [f]vnde proculdubio nouerim, per me noscas licet. Dii mihi, quòd mei curam « gerunt, quæcunque euentura sunt, ostendunt. Siquidem proxima nocte inter quie- « tem vidi liberorum tuorum natu maximum, in humeris habentem alas, quarum « altera Asiam, altera Europã inumbraret. Ex quo viso [g]nulla tergiuersatio est quin « ab illo mihi tendantur insidiæ. Quapropter tu quàmprimum in Persidem reuerte- « re: facitóque vt quum ego subactis Massagetis illuc rediero, filium tuum mihi sistas « ad causam dicẽdam. Et Cyrus quidem hæc loquutus est, scilicet quòd sibi insidiari « Darium suspicabatur. At dæmon ei portendebat ipsum ibi mortẽ oppetiturum, & eius regnum ad Darium esse peruenturum. Respondẽs illi Hystaspes, Absit, inquit, « rex, vt quispiam vir genere Perses, tibi moliatur insidias: quòd siquis sit, is primo « quoq; tempore morte mulctetur. tu enim Persas ex seruis liberos, ex subditis, alio- « rum hominum dominos effecisti. Quòd siqua tibi visio filium meum indicat re- « bus nouis contra te studere, ego tibi eum [h]exhibeo pro tuo arbitratu tractandum. « Hoc reddito responso, Hystaspes traiecto Araxe in Persidem contẽdit, Cyro filium suum Darium custoditurus. Cyrus autem Araxe traiecto progressus vnius dici iter, quæ Crœsus admonuerat exequitur: relictáque illic imbelli parte copiarum, mox cum expedita manu ad Araxem reuertitur. Hos itaque relictos ex Cyri exercitu ag- grediens tertia Massagetani exercitus pars, sese defensantes interimit. Eadem, con- specto epularum apparatu, post aduersariorum cædem, ad epulandum discumbit: refertáque cibo ac vino soporatur. Persæ superuenientes horum multos occi- dunt, multóque plures viuos capiunt, cum alios, tum verò ducem eorum, regi- næ Tomyridis filium, cui nomen erat Spargapises. Tomyris, cognito exercitus ac filii sui casu, misso ad Cyrum caduceatore, ita inquit, Inexplebilis cruore Cy- « re ne spiritus tollas ex hoc quod actum est. Si fructu vitino, quo ipsi distenti adeo « desipitis vt descendente in corpus vino improba à vobis verba fundantur, si ta- « li veneno filium meum vicisti, dolo, non prælio es superior. Quare meum ad- « mitte consilium, bene tibi consulentis: Abi, reddito mihi filio, ex hac regione, fe- « rens impunè quòd tertiam Massagetarum partem profligasti. Quæ nisi feceris, « per Solem iuro Massagetarum dominum, fore vt ego te, etsi insatiabilem cruo- « ris, tamen satiem. Hæc verba ad se perlata Cyrus pro nihilo habuit. Filius reginæ « Tomyridis Spargapises, vbi à vino relaxatus didicit [i]se in malo esse, exorauit à Cyro vt vinculis solueretur. Statímq; quũ solutus est ac manuum cõpos effectus, seipsum

a Hoc enim ipsum opponam illi *quod dixi, illos, si uicerint, adoriturostuas prouincias*, fore vt victo h.

b Ita *vt dicam* fac.

c Propositæ fuerunt sent.

d Arsacis. *nam & uet. cod. pro ἀρτάμδυος habent ἀρσάκεως.*

e Apud se examinabat. *Vel in disquisitionem uocabat. Ad uerbum sibiipsi rationem illius uisi reddebat.*

f Vnde certò compererim

g Nulla ratione negari potest quin, &c.

h *Id est*, Offero. *Vel, exhibere paratus sum.*

i In quod malum incidisset. *Vel*, Quantum malum *sibi accidisset.*

Scriba Philostrati ejusdem non dissimilem in Odrysios memoriam Orphei nomini adjungens, scripsit ea quæ in vita ejus de quod illo in loco poeta ea narrat Odrysas Orphei imperium juberunt, non ad quos mortis allocutus. Scribe mihi Orphey à mulieribus interfectum qui à Thracum regina

interemit:atque hic quidem talem obiit mortem. Tomyris autē,quum Cyrus ipsi non auscultaret, contractis suis copiis ita conflixit cum Cyro, vt hanc pugnam ex omnibus quæ inter barbaros extiterunt,acerrimam censeam extitisse. Eam autem ita gestam fuisse accipio: Primùm vtrosque spatio inter se distantes,sagittas misisse: deinde sagittis absumptis concurrentes,lanceis pugionibúsque [a]fuisse consertos: ac diu pugnantes perstitisse,neutris fugere volentibus:ad extremum Massagetas superiores extitisse: ibíq; cum permagnam exercitus Persici partem, tum verò Cyrum ipsum occubuisse, quum vnumdetriginta omnino regnasset annos. Cuius cadauer inter cæsorum Persarum stragem Tomyris perquisitum quum inuenisset, caput in vtrem demisit quem humano cruore compleuerat: mortuóque insultans „ inquit, Tu quidem meum viuentis & in pugna victricis filium perdidisti dolo ca- „ ptum:at ego te (prout interminata sum) cruore saturabo. Hæc de Cyri vitæ exitu: de quo quum multa referantur,is qui mihi maximè verisimilis videtur à me commemoratus est. Massagetæ & amictum gerunt & victum habēt Scythico similem. Ex equis præliantur, [b]& pedibus. vtroque enim genere valent. Sagittarii item sunt atque hastati:sagares, [c]*hoc est pugiones*, è more gestantes:in omnibus auro vtentes & ære. Vtuntur nanque ære in omnibus quæ ad hastas,ad pharetras, ad sagares pertinent:auro autem in cunctis quæ ad capitis, ad balteorum, ad axillarum ornamentum spectant. Equorum itidem pectoribus æreos thoraces circundant. [d] Circa frenum, frænáque & phaleras, aurum adhibēt:ferro atque argento nihil prorsus vtentes.nam quum in eorum regione immensa sit auri atque æris copia,ferri tamen atque argenti nihil est.Moribus his vtuntur : Singuli quidem vxorem ducunt, sed ea communiter vtuntur.Nam quod Græci memorant facere Scythas,id non Scythæ faciunt, sed Massagetæ. siquidem vir Massageta quoties cupidine capitur mulieris, suspensa ad plaustrum pharetra,sine pudore concumbit. Terminus vitæ nullus eis propositus est:sed vbi quis admodum senuit,conuenientes propinqui eum immolant,& cum eo aliquot pecudes:quarum carnibus pro epulo, vbi coxerunt, vescuntur.quod genus obitus apud eos beatissimum habetur. Languore extinctos non edunt,sed terra operiunt, loco damni putantes quòd ad immolationem non peruenerint. Nihil omnino serunt:sed pecoribus victitant,piscatúque, quem eis abundè Araxes fluuius suppeditat:lac autem potitant.Ex diis vnum Solem venerantur,cui equos immolant.[e]Hic autem est eis mos sacrificādi, vt deorum perniciissimo è quadrupedibus omnibus perniciissimum mactent.

a Manus cōsertisse.

b Et absque equis. *Gall. Ils combatent à pied & à cheual.*

c *Alii sagaris securis genus esse putant, & ipsemet Valla sic alibi uertit.*

d Circum habenas fr.

e Est autem institutum hoc sacrificiū vt deorum pern.

HERODOTI HALICARNASSEI historiarum liber secundus,qui inscribitur Euterpe.

CYRO vita functo, regnum suscepit Cambyses, eius & Cassandanæ Pharnaspo genitæ filius:quam ante virū defunctā Cyrus ingenti luctu & ipse prosequutus est, & cæteris quib⁹ imperabat,eam ingēti luctu prosequi præcepit. His parentibus ortus Cābyses, quū Iones & AEoles pro hæreditariis suis seruis haberet, aduersus AEgyptios fecit expeditionē,comparato cum ex aliis, tum verò è Græcis quib⁹ dominabatur,exercitu. AEgyptii autē priusquā apud eos regnaret Psammetichus, omniū hominū se primos extitisse arbitrabātur:verùm Psammeticho regnū adepto, quū incessisset cupido noscēdi quinam primi hominū extitissent, ex eo tēpore putauerūt Phrygas quàm se priores extitisse,se verò quàm cæteros.Enimuero Psammetich⁹, quū sciscitādo quinam primi hominū extitissent,[g]nullum exitum inuenire posset, huiusmodi rem machinatur:Pueros duos ex humilibus parentibus recēs natos,tradit pastori inter pecora educandos hunc in modum:iubēs *videlicet* neminē corā eis vocem vllā edere,sed in deserta casa ambos seorsum collocari, eisdémq; in tēpore capras adduci:vbi autē lacte expleti forēt,alia administrari.Hæc ideo faciebat iubebátq; Psammetichus, quòd quæ vox prima ex his pueris erūperet, vbi inarticulatè vagire desissent,audire cuperet:prout & contigit.Nam bimatus exacto tēpore,pastori qui hæc administrabat,aperienti ianuam atque intranti,ambo infantes porrectis

g Nullam rationē inire posset.

manibus occurrentes, beccos clamabant: Quod primò audiens paſtor obticuit: quum verò crebrius adeunti & obſeruanti idem verbum frequentaretur, ita demum re domino indicata, iuſſus ab eo pueros attulit exhibuitque. Quos quum & ipſe Pſammetichus audiſſet, percontabatur quinam homines beccos quippiam appellarent. Hæc percontans comperit Phrygas ſic panem appellare. [a] Tali negotio argumentati, Phrygas ſe priores extitiſſe AEgyptii conceſſerunt. Quod ita actum eſſe equidem ex ſacerdotibus Vulcani, qui ſunt Memphi, audiebam. Græci tamen cum alia multa inepta memorant, tum verò Pſammetichum pueros educandos curaſſe apud mulieres quarum linguas præcidiſſet. Hactenus de puerorum educatione referebant. Alia quoque apud Memphim audiui ex Vulcani ſacerdotibus, cum quibus in colloquium veni. Quinetiam harum ipſarum rerum gratia & Thebas & Heliopolin, *id eſt Solis urbem*, me contuli, animo cognoſcendi nunquid conſentanea dicturi eſſent iis quæ Memphi dicerentur. Nam Heliopolitani feruntur AEgyptiorum eſſe ſolertiſſimi. [b] Atque ex iis narrationibus, quæ ad rem diuinam pertinentia audiui, ea non libenter enunciauerim, niſi ipſorum tantummodo nomina, exiſtimans omnes homines idem ſentire de his. quorum quicquid commemorabo, id oratione coactus commemorabo. [c] Quæ autem humanarum rerum ſunt, hæc ita referebant inter ſe conſtare: Omnium hominum primos AEgyptios annum comperiſſe, [d] diſtinguentes eum in duodecim temporum menſes. Et hæc comperiſſe ex aſtris: qui eo prudentius (vt mihi videtur) [e] hoc agunt quàm Græci, quòd Græci quidem tertio quoque anno intercalarem menſem introducunt, tem porum gratia: AEgyptii verò numero tricenorum dierum, quibus duodecim mẽſes taxant, adiiciunt quotannis quinos dies. vnde eis ratio circuli temporum conſtat eodem redeuntis. AEgyptios quoque primos, duodecim deorum cognomina in vſu habuiſſe, & ab illis Græcos fuiſſe mutuatos. Item primos diis & aras & ſimulacra & delubra ſtatuiſſe: quinetiam animalia in ſaxis ſculpſiſſe: [f] quarum rerum pleraque ita effecta opere demonſtrabant. Præterea primum mortalium regnaſſe Menem, ac ſub eo omnem AEgyptũ, præter Thebaicam prouinciã, paluſtrem fuiſſe: ex eáque nihil eorum quæ nunc ſunt ſupra ſtagnum Myrios, extitiſſe: in quod ſtagnum à mari per flumen ſeptem diebus nauigatur. Atque de regione bene mihi dicere videbantur. manifeſtum enim eſt ei qui, ſi antea non audierit, tamen inſpexerit, (modò ſit ſolertia præditus) AEgyptum in quam Græci nauigant, acceſſionem eſſe terræ, ac fluminis donum: quinetiam loca quæ ſupra ſtagnum hoc ſunt, ad trium vſque dierum nauigationem. De qua non iam tale quicquam commemorabãt. Eſt autem & aliud tale: AEgyptiacæ regionis huiuſcemodi natura eſt: Iam primùm quũ AEgyptum verſus in alto curſum tenens, abes procul ab ea adhuc diurnæ nauigationis ſpatio, [g] patieris ſenſum cœni, etiam in aqua vndecim alta [h] paſſus: quæ res declarat eatenus eſſe humum aggeſtam. Ipſius autem AEgypti longitudo ſecundum mare, ſexaginta eſt ſchœnorum, *id eſt funiculorum*: quemadmodum nos AEgyptum diſtinguimus à ſinu Plinthinete, *id eſt lateritio*, vſque ad ſtagnum Selbonidis, ad quod mons Caſſius vſque pertingit. Itaque ab hac parte ſexaginta ſchœni ſunt. Etenim qui modicum terræ poſſident, metiuntur illam [i] paſſibus: qui minus inopes terræ ſunt, metiuntur ſta diis: qui multum poſſidẽt, paraſangis: qui plurimũ, ſchœnis. Conſtat autem paraſanga tricenis, ſchœnus, (qui mẽſura eſt AEgyptiaca) ſexagenis ſtadiis. Ita erat AEgyptus ſecundum mare ſtadiorũ trium milliũ ſexcẽtorũ. Hinc ad Heliopolin mediterranea verſus AEgyptus ſpatioſa eſt, [k] ſupina omnis & aquarum inops ſimul ac limoſa. A mari ad Heliopolin eundo per ſuperiora, iter eſt eiuſdem ſpatii cuius id quod ab Athenis ab ara duodecim deorum fert Piſam & ad delubrum Iouis Olympii: quæ itinera ſiquis computet, inueniet parum quiddam differre quominus paria ſint, ac non amplius quindecim ſtadiis. Nam viæ quæ ex Athenis Piſam fert, quindecim ſtadia deſunt quominus ſit mille & quingẽtorum ſtadiorum: at ea quæ à mari ad Heliopolin ducit, hunc ſtadiorum numerum complet. Ab Heliopoli autem per ſuperiora eũdo AEgyptus anguſta eſt. nam ab vna parte mons Arabiæ exporrigitur, ab aquilone ferens ad meridiem atque ad auſtrum, ſemper ſurſum tendens ad mare quod rubrum vocatur. Ibi inſunt & lapidicinæ, ad pyramides quæ ſunt apud Memphin, exciſæ. Ab hac quidem parte deſinens mons, [l] declinat in quæ dictum eſt. Qua verò parte productior ſeipſo eſt, duorum ego audiebam menſium itineris eſſe ab aurora ad heſperum: & eius extrema quæ ad auroram vergunt, feracia thuris eſſe. Atque hic quidem mons talis eſt. Quo autem latere Africam AEgyptus ſpectat, alius mons ſaxeus extenditur, in

a Ex hac re coniecturam facientes, Phr. *Vel*, Quum hanc rem examinaſſent.

b Verùm quæ mihi ad deos pertinentia narrarunt, ea ſcriptis mandare non libet, præter illorum nomina: quòd idem de illis omnes homines ſcire exiſtimem. Quæ autẽ præterea de his commem.

c Quæ autem ad res humanas ſpectãt, hæc ita communi cõ ſenſu referebãt. Omn.

d Atque illi duodecim tempora diſtri buiſſe. Et hæc comp.

e Annuum ſpatiũ exigunt ita diſtinctũ.

f Quæ ita ſe habuiſ ſe re ipſa comprobãt, magna ex parte. Præt.

g Demiſſa bolide, *id eſt nautico perpendiculo*, cœnum erues, etiã in aq.

h Vlnas. Gr. *orgyas*.

i Vlnis. Gr. *orgyis*.

k Depreſſa *i. campeſtris, non montoſa*.

l Reflectitur verſus ea quæ dixi *loca*.

quo pyramides ſunt, ſabulo obſitus, eodem modo quo Arabici montis tractus qui ad meridiem fert. Itaque ab Heliopoli non ita multorum ſpatiorum eſt iter quod modò AEgypti ſit, ſed anguſta eſt, & quatuor duntaxat dierum nauigationem habet. Inter eos quos dixi montes quod eſt intercapedinis, campeſtris eſt terra, ſtadiorum ferme (vt mihi videtur) qua parte arctiſſima eſt, non amplius ducentorum, è monte Arabico ad eum qui dicitur Libycus. Illinc rurſus AEgyptus laxa eſt. Atque ita ſitus regionis natura comparatus eſt. Ab Heliopoli autem ad Thebas nouem diebus nauigatur, ſpatio quatuor millium octingentorum & ſexaginta ſtadiorum, hoc eſt vnius & octoginta ſchœnorum: quæ AEgyptia ſtadia collecta, ſecundum quidem mare ſunt, (prout à me ſuperius indicatum eſt) tria millia ſexcenta: quantum verò à mari ad Thebas mediterraneum ſit, indicabo. ſunt enim ſex millia ac centum viginti ſtadia: à Thebis autem ad vrbem nomine Elephantinam, octingenta viginti. Huius igitur regionis quæ à me dicta eſt, pleraque pars (vt & ſacerdotes aiebant, & mihi ipſi eſſe videbatur) acquiſititia AEgyptiis eſt: Siquidem quod inter prædictos montes, ſupra Memphim vrbem poſitos, medium eſt, videtur mihi ſinus maris aliquando fuiſſe, quemadmodum ea quæ ſunt circa Ilium & Teuthraniam, & Epheſum, & Mæandri planitiem: vt hæc parua magnis comparentur. quoniam nullum eorum fluminum quæ has regiones oblimauerunt, dignum eſt comparari vni ex ſeptem oſtiis Nili, magnitudine. Sunt & alii fluuii nequaquam magnitudine Nili, qui magna opera ediderunt, quorum nomina poſſem referre: cum aliorum, tum verò Acheloi, qui per Acarnaniam fluēs in Echinadum inſularum mare, iam eas media ex parte fecit continentem. Eſt autem Arabicæ regionis, non procul ab AEgypto, ſinus maris, exiens ex eo quod rubrum vocatur, ita longus atque arctus vt differendo oſtēdam. Prolixitas quidem, inchoando nauigationem [a] ex Inacho in amplum æquor, conſumit quatuor dies remigationis: latitudo verò, vbi ſinus ampliſſimus eſt, dimidiatum diem nauigationis. In quo ſinu quotidie reciprocatio aquarum & vadoſum æſtuarium eſt. Porro alium huiuſmodi arbitror ſinum extitiſſe qui in AEgyptum ferretur, à mari ſeptentrionali AEthiopiam verſus tendens: ſicut Arabicus (de quo à me ſermo inſtitutus eſt) ab auſtrino Syriam verſus tendit: qui prope inter ſe ſuos receſſus terminant, exiguo quodam terræ interuallo dirempti. Quòd ſi in hūc Arabicum ſinum Nilus velit alueum ſuum conuertere, quid prohibebit aſſiduè fluentem, quin intra viginti millia annorum illum oblimet? [b] Ego enim credo, intra decem millia annorum qui ante me natum tranſierūt, ſicubi ſiccanea facta ſunt, nimirum & ſinum ſiccaneum fieri poſſe, etiam multo quàm hic eſt maiorem, à tanto flumine atque ita operoſo. Itaq; quæ de AEgypto à referentibus audiui, ea & ipſe ita habere exiſtimo. quippe quum videam & AEgyptum eſſe exporrectam à terra contigua, & conchylia exiſtere in montibus, ac ſalſuginem exudare, quæ etiam pyramides corrumpat: & ſolum hunc montem qui in AEgypto imminet Memphi, arenas habere. Præterea regionem hanc nulli alteri conterminæ, aut Arabiæ, aut Libyæ, aut Syriæ aſſimilem eſſe: (etenim Arabiæ maritimā oram Syrii incolunt) ſed nigrā terram & [c] fragilē habere, vtpote limo ex alluuionibus ab AEthiopia flumine deuecto. Nam Libyam humū ſcimus magis rubram eſſe, & magis [d] ſubarenaceam: Arabicam verò atque Syriacam, argilloſiorem ac ſuppetroſam. Quinetiam hoc magnum huius regionis documentum aiebant ſacerdotes, ſub rege Myri fluuium, quoties octo cubitis, dum minimū, influebat, irrigaſſe AEgyptum quæ infra Memphim eſt. necdum ab obitu Myris nongēti erant anni ad tempus quo hæc ego à ſacerdotibus audiebam. At nunc, niſi ad ſedecim aut ad quindecim ſaltem cubitos aſcendat fluuius, in regionem non trāſcendit. Quæ regio, ſi proportione in altum ſurgat, & tantundem ad incrementum tendat, non reſtagnante eam Nilo, videntur mihi AEgyptii vtiuc qui infra paludem Myridis incolunt cum alia loca, tum verò eum qui vocatur Delta, idem paſſuri omni futuro tempore, quod aiebant ipſi paſſuros aliquādo Græcos. Nam quum audirent omnem Græcorum terram pluuia perfundi, non fluminibus, vt ſuam, dicebant fore vt decepti aliquando magna ſpe, malè [e] eſurirent. Qui ſermo hoc dicere vult, Græcos, ſi nolit eis deus pluere, ſed ſiccitatē immittat, fame extinctū iri, vtpote quibus nihil aquæ, niſi tantùm à Ioue, ſuppetat. Atq; hæc quæ ab AEgyptiis in Græcos dicuntur, rectè ſe habent: age, nunc viciſſim dicam quomodo res ipſis AEgyptiis ſe habeant. Si, vt ſuperius dicebam, quæ infra Memphim eſt regio, (hæc enim eſt quæ augeſcit) velit in altum augeſcere proportione præteriri temporis, [f] quid aliud AEgyptios, qui illic incolunt, quàm eſurituros? ſi neq; guſtare ea quæ ab Ioue

a Ab eius receſſu vſque ad latum mare. *Legendū eſt enim ex net. cod. μυχοῦ, non ἰνάχου, vt legit Valla: nec μάχου, vt in vulg. edit. habetur.*

b *Hîc Græca exēpl. mendoſa eſſe videntur.*

c In rimas fiſſam.

d *Subarenaceam vocat cui arena ſubeſt: ſuppetroſam (vel potius ſubpetroſam) cui petræ ſubſunt. i. lapides. q. d. petricoſam, i. lapidoſam. Sic exprimere voluit ὑποψαμμον πέτρην & ὑποπετρον.*

e *Rectè legit Valla πεινήσειν (vt habent net. cod.) non πυνήσειν.*

f Nónne AEgyptios qui hanc partē incolunt, eſurire neceſſe fuerit, ſi neque Iupiter illorū regioni pluet, neque fluuius in arua illorum tranſcendere poſſit? Nunc enim iſti minore labore quàm omnes alii homines, atque adeo quàm cæteri AEgyptii, fructum è terra percipiunt: qui neque ſe fatigant proſcindendis aratro ſulcis, neque ſarriendo ſolo, neque aliud q. *Lego autem ὄντας pro γεύσεται.*

ſunt, neque à flumine reſtagnari queant rura ipſorum. Iſti nanque ex omnibus hominibus, atque ex omnibus AEgyptiis, maximè illaboratũ percipiunt fructum, qui neque proſcindendis aratro ſulcis, neque ſubigẽdo ſolo, neque aliud quicquam exercendo eorum quæ in aruis colendis cæteri mortales laborem tolerãt: ſed poſtquam fluuius ſua ſponte ſuperueniens irrigauit rura, irrigatáque reliquit rurſus, tũc in ſuum quiſque rus iacto ſemine ſues immittit, conculcatóque ſuibus ſemine, meſſem deinde expectat: atque vbi [a] ſuibus ſemen verſauerit, ita demum frumentum percipit. Quòd ſi vellemus de AEgypto Ionum vti ſententiis, qui ſolũ Delta AEgyptũ eſſe aiunt, à Perſei ſpecula appellata, dicentes illam ſecundũ mare, ad Peluſiacas vſque taricheas, quadraginta ſchœnorũ eſſe: à mari autẽ mediterranea verſus, pertingere ad Cercaſorum vrbem, iuxta quam ſcinditur Nilus in Peluſium fluens & in Canobum: cætera verò AEgypti, partim eſſe Africæ, partim Arabiæ: oſtenderemus, hac ratione vtentes, nullam AEgypti primitus fuiſſe regionem. Nam Delta eis (vt ipſi dicunt, & mihi videtur) [b] defluxa humus eſt, & quæ nuper (vt ſic dicam) extitit. Itaque ſi nulla eis terra erat, quid curioſi ſunt, putãtes ſe primos homines extitiſſe? [c] qui ne in puerorum quidem experimentum, qui primam linguam proderent, ire debebant. Ego certè AEgyptios opinor neque eum loco quem Delta Iones vocant, pariter extitiſſe, ſed ſemper fuiſſe ex quo genus humanum extitit, [d] progreſſúque terræ multos ex eis reliquos fuiſſe, multos aliunde ſubingreſſos. Ideóque olim Thebæ AEgyptus vocabatur, cuius ambitus eſt ſtadiorum ſex millium ac cẽtum viginti. Itaque ſi nos de eis rectè ſentimus, Iones non rectè ſentiunt de AEgypto: ſin rectè Iones ſentiunt, oſtendo neque Græcos neque Iones ſcienter computare: qui aiunt tria membra totam eſſe terram, Europam, Aſiam, Africam. quartum enim membrum annumerare debent Delta AEgypti, ſi non ſit neque Aſiæ, neque Africæ. Nam ſecundum hanc rationem non eſt Nilus qui Aſiam ab Africa diſterminat: qui quum [e] diuortia faciat circa acumen Deltæ, id quod in medio eſt, Aſiæ & Africæ eſſet. Sed nos Ionum ſentẽtiam miſſam facientes, ita de his dicimus: AEgyptum quidem, eam omnem eſſe quæ ab AEgyptiis incolitur: quemadmodum Ciliciam, eam quæ à Cilicibus, & Aſſyriam, quæ ab Aſſyriis. Sed Aſiæ & Africæ ſcimus recta ratione nullum eſſe terminum, niſi terminos AEgyptiorũ. Si verò quod Græcis perſuaſum eſt ſequemur, ſentiemus omnem AEgyptum quæ à catadupis & Elephantina vrbe incipit, bifariam diuidi, & vtrũque cognomen obtinere. aliam enim eius partem, eſſe Africæ, aliam Aſiæ. Quippe Nilus à catadupis incipiẽs, mediam interfluens AEgyptum in mare influit: vno quidem alueo vſque ad Cercaſorum vrbem, inde autem tripartito. Et alueus quidem ad auroram vergens, Peluſium oſtium: alter ad veſperam tendens, Canobicum oſtium nominatur. Tertius, quo rectà Nilus meat, talis eſt: Delatus per ſuperiora, ad acumen Deltæ peruenit, dehinc medium Delta ſcindens, in mare exit, nõ minimam huic alueo portionem aquæ præbens, nec minimè celebrem, quod Sebennyticum oſtium appellatur. A Sebennytico item duo alia diuiduntur oſtia, in mare ferentia, quibus hæc ſunt impoſita nomina, vni Saiticum, alteri Mendeſium. Nam quæ Bolbitinum & Bucolicum nominantur, non ſunt natiua oſtia, ſed effoſſa. Huic meæ opinioni, tantã eſſe AEgyptum quantam ratione demõſtraui, teſtimonium etiam dat oraculum quod ab Hammone eſt redditum: quod ego poſterius quàm ita in animum induxeram, circa AEgyptum audiui. Nam qui ſunt ex vrbe Marea & Apia, incolentes AEgypti fines Libyam verſus, quòd ſibi Libyes non AEgyptii viderentur, quódq; peroſi ſacrorum ceremonias, nollent bobus fœminis prohiberi, miſerunt ad Hammonem, negantes quicquam cum AEgyptiis ſibi eſſe commune. Habitare enim ſe extra Delta, [f] nullúmque ſibi cum illis linguæ eſſe commercium, ac velle ſibi fas eſſe omnia guſtare. Hæc eos deus facere non permiſit, inquiens AEgyptum eſſe eam quam Nilus ſupergreſſus irrigaret: quíque infra vrbem Elephantinam incolentes, ex hoc flumine potarent, eos eſſe AEgyptios. Hæc illis ita oraculo reſponſa ſunt. Porrò Nilus, vbi inflatus eſt, non modò Deltã inundat, verumetiam plagam quæ dicitur Libyca eſſe, aliquoties & Arabicam: idque vtroque verſus duorum dierum itinere, & amplius eo vel minus. De cuius fluminis natura neque à ſacerdotibus quippiam, neque ab alio vllo percipere potui: quum promptiſſimo forem animo ad hæc ab illis audienda, cur Nilus aquis inflatus labatur, inchoans ab æſtiuo ſolſtitio, ad centum vſque dies, & propè totidem diebus retrocedat, relinquens fluenta: ita vt per omnẽ hyemem tenuis eſſe perſeueret ad ſolſtitium rurſus æſtiuum. De his nihil omnino potui percipere ab AEgyptiis ſciſcitando, num aliquam vim Ni-

a Suum ope frumẽtum è ſpicis excuſſerit, tum demum colligit. Quòd ſi, &c. *Sunt enim qui ὅταν ἀποδῦνῶσιν ad ſignificare hic putent, vt id loco ſit tritorationis.*

b Humus eſt alluuie fluuii deuecta.

c Nil ſanè neceſſe fuit eos in infantibus experiri quam primã vocem emitterent. Ego certè AEgyp. &c. *Huius autem facti meminit libro primo.*

d Terráque *fluuii decurſu* accreſcẽte multos ex eis remanſiſſe, multos item in inferiorem regionem deſcendiſſe.

e *Plinius ſciſſuram uocat.*

f Nec ſe cum illis cõſẽtire, ac velle, &c.

lusū haberet natura diuersam cæteris fluuiis. Hæc ego noscendi cupidus, eos interrogabam & cur solus omnium amnium nullas ex se auras remitteret. De qua tamen aqua quidam Græcorum, quum insignes vellent effici sapientia, trifariam disseruerunt. quarum opinionum duas ne mentione quidem dignas existimo, nisi eatenus vt illas tantùm significem. Earum vna ait, ventos etesias esse in causa cur Nilus inflетur, prohibentes eum effluere in mare. Atqui nonnunquam etesiæ nondum spirauerunt quum Nilus id agit. Ad hæc, si etesiæ in causa forēt, oporteret alia quoque flumina quæcunque etesiis obnoxia sunt, idem quod Nilus, pati: & eo magis quo tenuiora sunt, minores gurgites exhibentia. Sunt autem multa in Syria, multa in Africa flumina, quæ nihil tale patiuntur quale patitur Nilus. Altera opinio est [a] incredibilior quidem quàm hæc quæ dicta est, dictu tamen admirabilior, quæ ait illum, quòd ab Oceano fluat, istud efficere: ipsum verò Oceanum orbem terrarum circumfluere. Tertia opinio, vt multo modestissima, ita longè falsissima est: quippe quæ & ipsa nihil dicit, inquiens è niuibus liquescentibus manare Nilum: qui quum ex Africa per medios AEthiopes fluens in AEgyptum euadat, ex locis calidissimis ad frigidissima, quomodo ex niuibus flueret? De qua re multa sanè sunt quæ quis coniectare possit, non esse credibile, eum qui talis sit, manare de niuibus: primum ac maximum testimonium perhibētibus ventis, qui ab his regionibus calidi spirant: secundum, ea plaga quæ sine imbribus & sine glacie perpetuò est. (super niuem autem quæ cecidit necesse omnino est intra quinque dies pluere: quare si in his regionibus ningeret, etiam plueret) tertium, hominibus qui ab æstu solis nigri sunt, & miluis, atque hirundinibus, quæ illic perennāt. Grues quoque, Scythicæ plagæ hyemem fugientes, ad hæc loca se conferunt hybernatum. Si igitur vel quantulumcunque ningeret in ea plaga per quam fluit & ex qua incipit Nilus, profectò nihil tale esset, quemadmodum necessitas arguit. At is qui de Oceano loquitur, ad occultam fabulam referens, caret argumento. Neque enim ego vllum noui fluuium qui sit Oceanus, sed hoc nomen opinor Homerum, aut aliquem priscorum poetarum, quum inuenisset, in poeticam intulisse. Quòd si opiniones quas proposui, improbantem me oportet de occultis ferre sententiam, dicam quare mihi videatur impleri Nilus æstate. Hyberno tempore sol abscedens à pristino cursu subter hyemale sidus, meat in superiora Africæ. [b] Totum, vt quidē breuissimè demonstretur, à me dictum est. Etenim deum hunc, vt cuique terræ proximè accedit, ita eam maxima siti afficere credibile est, & seaturigines indigenarum amnium arefacere. Vt autem pluribus verbis demonstretur, ita habet: Sol Africæ superiora permeans, ista efficit. nam quum omne veris tempus sit serenum in his regionibus, & ipsæ regiones sint calidæ ac venti frigidi, transiens sol facit quemadmodum medio cælo means æstate facere consueuit. ad se enim trahit aquā, attractámque in superna abiicit loca. quam excipientes venti ac dissipantes liquefaciunt, hi videlicet, qui (vt credibile est) ab hac regione flant, auster & africus, multo omnium pluuiosissimi. Quanquam mihi videtur non omnem sol humorem eius anni Nilo remittere, sed penes seipsum reseruare. Idem, mitigata hyeme, rursus in medium cæli regre ditur, atque illinc iam itidem ex cunctis fluminibus trahit humorem: quæ flumina mox, multarum aquarum imbre commixto, terram madefaciente vtique [c] lacunosam, magna decurrunt: at æstate, quum destituantur ab imbribus, & à sole attrahantur, exiliora sunt. Nilus autem qui imbribus caret, quum attrahitur à sole, meritò solus fluuiorum eo tempore fluit multo exilior quàm solet per æstatem. Tunc enim peræquè attrahitur atque cæteræ aquæ, per hyemem verò solus attrahitur. Ita solem censui huius rei esse causam. Idem, mea sententia, autor est aereæ siccitatis in ea regione, [d] dum exæquat transitum suum. Ita semper Africæ superiora æstas obtinet. Quòd si [e] fini ū ac cæli situs immutaretur, vt vbi nunc aquilo situs & hyems, ibi austri situs esset & meridiei: & vbi auster, illic aquilo collocatus esset: si hæc ita haberēt, profectò sol [f] amotus è medio cælo, sub hyemem & aquilonem mearet supra Europam, quemadmodum nunc supra Africam: pertransiliénsque nobis omnem Europā, faceret (opinor) eadē in Istro quæ nunc facit in Nilo. De aura autē quæ nulla è Nilo efflat, hoc mea fert opinio: Consentaneum esse, è locis valde feruidis nihil respirare auræ: quippe quæ ab aliquo frigido loco flare gaudet. Verùm hæc ita sint quemadmodum & sunt, & ab initio fuere. Nili tamen fontes nemo neque AEgyptiorum, neque Græcorum, neque Afrorum, cum quibus in colloquium veni, se nosse professus est, præter scribam sacrarum Mineruæ pecuniarum apud AEgyptum, in vrbe Sai, qui mihi iocari videbatur, affirmans se id proculdubio nosse.

a Indoctior.

b *i. Ac rem certè totā (ut maxima breuitate utar) hisce uerbis comprehendi.*

c Torrentibus abundantem.

d *Videtur aliter legisse quàm ἰδέσθαι.*

e *Gr. ὡρέων. sunt autem ὧραι flata anni tempora. Sed uidetur aliam lectionem sequutus esse.*

f Expulsus è medio cælo ab hyeme & aquilone,

Sic autem dicebat, geminos esse montes, cacuminibus in acutum tendentibus, inter Syenem positos vrbē Thebaidis & Elephantinā: quorū vni nomen esset Crophi, alteri Mophi, & ex eo medio Nili fontes abyssos, *hoc est immensæ altitudinis*, emanare. cuius aquæ dimidium AEgyptum versus & ventum aquilonem flueret, reliquum dimidium AEthiopiam versus atque austrum. Quòd autem abyssi forent fontes, aiebat Psammetichum AEgypti regem periculū huius rei fecisse: qui funibus multorum millium passuum connexis, & in fontes demissis, tamen ad fundum nō deuenisset. Scriba hic, si modò gesta fuerant quæ dicebat, affirmando faciebat vt ego opinarer vortices quosdam illic esse rapidos, ac refluxus, quemadmodum præcipitantis è montibus aquæ, vnde nequeat funis ad explorandum demissus peruenire in fundum. Aliud ab vllo quoquam audire non potui, [a] nisi (quum ipse inspiciundi gratia ad Elephantinam vsque vrbem profectus sum) quiddam longissimæ narrationis, quod ex fama illic iam inquirendo accepi: eum ab vrbe Elephantina ad superiora esse locum accliuem, vbi necesse sit, nauigio vtrinque alligato, tanquam bo ue, pergere: &, si funis abrumpatur, abire nauigium, rapiente fluminis impetu. Abesse autem hunc locum quatuor dierum nauigatione: essēq; ibi Nilum tortuosum veluti Mæandrum, & duodecim schœnorum, per quos hunc in modum nauigare oportet, & postea [b] peruenire planum in locum, vbi sit insula Nilo circumflua, nomine Tachompso. Ab Elephantina desuper iam AEthiopes incolere & dimidium insulæ: nam alterum dimidium incolere AEgyptios. [c] Insulam contineri ingēti stagno, accolentibus circùm AEthiopibus pastoribus: in quod è Nilo subuectus, peruenias in alueum qui in stagnum diffunditur. Deinde egressus, itinere pedestri qua draginta dierum pergas propter flumen. nam in Nilo acutos scopulos existere & saxa frequentia, per quæ nauigare non licet. Peragrato quadraginta diebus eo loco, alterum rursus ingressus nauigium, duodecim diebus subueheris, dum venias in oppidum magnum nomine Meroen, quæ fertur aliarum vrbium esse metropolis. Cuius incolæ solos deorum colunt Iouem & Liberum, eósque magnopere venerantur. Ioui etiam constituerunt oraculum, cuius responsis, posteaquam iubētur, & quocunque iubentur, eò sumant expeditionem. Ab hac vrbe, intra tantundem temporis intra quantum ad ipsam ex Elephantina peruenitur nauigando, peruenies ad Automolos, *id est transfugas*, quibus nomē est Asmach: quod verbum Græca in lingua idem pollet quod Siniſtræ regiæ assistentes. Isti quum essent AEgyptii bellatores, ducentā & octo millia, ad hos AEthiopes trāsiere hac de causa: Sub rege Psammeticho fuerant in præsidiis collocati, alii ad vrbem Elephantinam & ad Daphnas Pelusias aduersus AEthiopes, alii aduersus Arabes & Syros, alii ad Mareotam aduersus Libyam. (Quibus in locis, quēadmodum sub rege Psammeticho erant, ita mea ætate Persarum præsidia excubabant. nam & apud Elephantinā & apud Daphnas Persæ excubias agunt.) Quum igitur triennium in præsidio fuissent AEgyptii, neque illinc ab aliquo dimitterentur, communi vsi consilio, à Psammeticho ad AEthiopiam sibi trāseundum putauerunt. Quos, re audita, Psammetichus insequutus, vbi est assequutus, multis verbis obsecrabat, vetabátque patrios deos ac liberos vxorésque deserere. Ibi quidam illorum fertur ostenso veretro dixisse, vbicunque id esset, sibi & vxores & liberos fore. Hi posteaquam in AEthiopiam profecti sunt, sese AEthiopum regi tradiderunt: quos ille ita remuneratus est. Erant ei nonnulli AEthiopum aduersarii, quorum terram eripientes istos iussit incolere. AEthiopes, his colonis inter se collocatis, facti sunt mansuetiores, moribus AEgyptiacis imbuti. Ad quatuor igitur mensium partim nauigationem, partim iter, cognoscitur Nilus: præter id quo fluit per AEgyptum. Tot enim menses in summa reperientur impendi ab iis qui ex Elephantina ad hos Automolos pergant. Fluit autem ab hespero & occasu: dehinc quid sit, nemo potest pro comperto narrare. est enim deserta præ feruore ea regio. Accepi tamen hoc ex quibusdam Cyrenæis, qui se ad Ammonis oraculum isse commemorarent, colloquutósque cum Etearcho Ammoniorum rege, & ex aliis sermonibus deuenisse in confabulationem de Nilo, cuius nemo nosceret fōtes: Etearchúmq; narrasse, aliquādo quosdā ad se venisse Nasamonas, quæ gens sit Libyca, Syrtim incolens, & oram Syrtis quæ vergit ad auroram, [d] non multum supra Syrtim. Eos, quum venissent, interrogarentúrque nunquid amplius haberent quod referrent de Africæ desertis, retulisse, apud se fuisse quosdam virorum præpotētium filios petulantes: eos, quum in virilem ætatem adoleuissent, cum alia superuacua fuisse machinatos, tum verò ex sese quinque sortitos ad inspiciundas Libyæ solitudines, & siquid amplius cernerent quàm ii qui lō-

a Sed quicquid præterea audiui, *uel accepi*, (ad Elephantinā quidē vsque vrbem spectatū ipsemet profectus: ab eo autem loco, ex auditu habens) id est huiusmodi, penitissimè *indagatū*. Ab Elephantina vrbe in superiora tendenti ac cliuis est locus, adeo vt necesse, &c.

b Peruenies. *Sic & sequentia per indicatiuum, non infinitiuum.*

c Insulæ contiguū est ingens stagnum. *Potest λίμνη etiam palus uel lacus exponi.*

d Non longè penetrando, *uel progrediendo.* Eos, q.

gissima inspexissent. Oram enim maritimam Libyæ aquiloni obnoxiam Libyas & Libyum permultas gentes ab AEgypto incipientes omnem obtinere vsque ad promontorium Soloentem, quod Libyam terminat, præter id demum quod aut Græci obtineant, aut Phœnices: ac supra maritimã oram, & eos qui ad mare incolũt, feris vlteriora habitari: at quæ vlteriora sunt parte à feris habitata, arenosa esse, vehementérque arida, ac prorsus vasta. Igitur eos iuuenes ab æqualibus dimissos, aqua atq; cibariis probè instructos, primùm per regionẽ hominibus habitatã perrexisse: hanc permensos, in illam à feris habitatam peruenisse. Ex ea per solitudines iter fecisse ad ventum zephyrum: peragratóque multo spatio sabulosi loci pluribus sanè diebus, aspexisse demum arbores in planitie quadam enatas, ad eásque accessisse, ac fructum qui inerat decerpsisse: eísque inter decerpendum superueniisse quosdam infra mediocrem virorum staturam pusillos: quorum linguam Nasamones non intelligerent, vt nec ipsi Nasamonum. Et ab his deprehensos ductósque fuisse per maximas paludes: atque illas transgressos peruenisse in vrbem in qua vniuersi forent æquali statura illis qui adduxissent, colore nigro: Eam vrbem præterlabi grande flumen, ab hespero ad orientem solem fluens, in quo conspicerentur crocodili. Hactenus à me sermo Ammonii Etearchi commemoratus sit: nisi quòd is aiebat Nasamones (vt Cyrenæi referebant) reuertisse, & eos homines ad quos illi peruenissent, omnes esse [a]fallaces. Flumẽ autem quod præterfluebat, & Etearchus coniectabat Nilum esse, & ratio sic dictat. Ex Libya enim Nilus fluit, eámque mediam secat: &(vt ego ex apertis ignota coniecto) pari tractu atque Ister meat. Ister nãque fluere incipiens à Celtis atque vrbe Pyrene (Celtæ autem sunt extra cippos Herculis, Cynesiis finitimi, omnium in Europa ad occasum habitantium vltimi) mediam Europam scindit: totámque permensus quam Istriani Milesiorum coloni incolunt, mari Euxino finitur. [b]Et Ister (fluit enim per terram habitatam) inter primos cognoscitur: de Nili verò fontibus nemo habet quod referat: & meritò, vtpote Libya per quam fluit, deserta. De eius fluxu, quàm potuit longissimè repetendo narrari, dictum est. exit autem in AEgyptum. Porro AEgyptus montanæ Ciliciæ ferè opposita est. Hinc rectà ad Sinopem in ponto Euxino sitam, quinque dierum est rectum iter viro expedito. Sinope autem Istro mare irrumpenti ex aduerso est sita. Ita Nilus totam permeans Africam, videtur mihi æquiparandus Istro. Hactenus de Nilo dictum sit. Venio ad plura de AEgypto referenda: quia plura quàm alia omnis regio mirabilia habet, & præter omnem regionem exhibet opera relatu maiora. Horum gratia plura de ea commemorabuntur. AEgyptii, quemadmodum & cælo eorum & flumine diuersam ab aliis naturam ostendente, ita ipsi pleraque omnia à cæteris hominibus diuersa constituerunt & instituta & iura. Apud hos fœminæ quidem negociantur cauponantúrq;, & institoriis operis vacant: viri autem intra domos texunt. Alii villum subtegminis desuper tramant, AEgyptii subter. Onera viri capitibus, fœminæ humeris baiulant. Fœminæ, stantes mingunt: viri, sedentes. Domi ventrem exonerant, foris in viis comedunt: reddentes rationem, quæ sunt turpia, sed necessaria, ea in occulto fieri debere: palàm verò, quæ non sunt turpia. Mulier neque dei neque deæ vlla sacerdos est, sed viri deorum omnium & dearum. Alendi parentes filiis nulla nolentibus, filiabus, etiamsi nolint, summa necessitas est. Deorum sacerdotes alibi comati sunt, in AEgypto derasi. [c]Apud alios ritus est, statim in funere proximi capita deglabrare: AEgyptii in funeribus sinunt capitis crines augescere, barbam tamen tondent. Apud cæteros mortales victus à ferarum secretus est consortio, AEgyptii cum feris vescuntur. Alii frumento atque hordeo victitant, AEgyptiis [d]victitare iis quæ ex his facta sunt, maximo probro est: sed cibis è farre confectis, quod quidam siliginem appellant. [e]Consperſionem pedibus, lutum manibus subigunt. Virilia, alii talia relinquũt qualia natura sunt, præter eos qui ab istis didicerunt: AEgyptii circuncidũt. Viri binas vestes habent, fœminæ singulas. Alii velorum ansulas & funes extrinsecus assuunt, AEgyptii intrinsecus. Græci literas scribunt & calculis computãt à siniſtro in dextrum manum ferentes, AEgyptii à dextro in siniſtrum: & hoc faciẽtes aiunt se in dextrũ, Græcos facere in siniſtrum. Literis bifariis vtuntur, quarum vnas, sacras vocant, populares alteras. In deos supramodum supráque omnes homines religiosi sunt, talibus moribus vtentes: Aheneis in poculis potant, singulis ea diebus extergẽtes, non eorum aliquot, etiam aliquot non: sed vniuersi. Linea ferunt vestimenta semper recèns abluta, huic rei præcipuè vacantes. Virilia circuncidunt munditiæ gratia, pluris facientes se mundos esse quàm decoros. Sacerdotes tertio quoque die to-

a Impostores; *uel præstigiatores.*

b Verùm Ister à multis cognoscitur, quippe qui per terrã habitatam fluat.

c Apud alios homines more receptũ est vt in luctu statim capita tondeantur ab iis quos potissimùm is attingit: at AEgyptii, in morte suorũ, sinunt capitis barbæque pilos crescere, quũ alioqui antea tõsi fuerint. Apud cæt.

d Victitare his, maximè probrosum est. sed ex olyris cibaria conficiunt, quas alii zeas appellant.

e Farinam aqua maceratam subigunt pedibus, lutum autem manibus. *Fortasse autẽ intelligit lutũ ex quo tritum conficitur, quod Gall. mortier.*

tum corpus eradũt, nequis pediculus deos colentibus aut alia ſordes creetur. Iidem veſtem tantummodo lineam, calceos [a] papyraceos geſtant: nec aliam veſtem aut alios calceos induere eis fas eſt. Lauantur quotidie frigida, interdiu [b] ter, noctu bis. Alias præterea ceremonias propè dixerim infinitas exercent. Qui etiam non exiguis afficiuntur commodis. nam neque è re domeſtica aliquid conterunt; neque impẽdunt, ſed eorum ſingulis quotidie [c] cibi ſacri cocti præſto ſunt, & carnis bubulæ & anſerinæ ſatis abundéque. Vinum quoque vineale illis datur. De piſcibus guſtare nefas eſt illis. Fabas AEgyptii in ſua terra nec admodum ſerunt, nec eas quæ prouenerint, aut [d] crudas aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes verò ne aſpicere quidem eas ſuſtinent, arbitrantes haud mundum illud legumen eſſe. Initiantur non ſigillatim cuique deorum, ſed gregatim: quorum vnus eſt pontifex, vbi quis defunctus eſt, filius eius ſubrogatur. Boues mares, Epaphi eſſe cenſent: eáque de re hunc in modum explorant: Si pilum in eo nigrum vel vnum viderint, nequaquam mũdum cenſent. Explorat autem hæc ſacerdotum aliquis ad id cõſtitutus, pecude cum ſtante & erecta, tum etiam reſupinata: lingua etiam exerta *explorans* an pura ſit iis ſignis quæ ego alio referam in libro. Inſpicit & caudæ pilos, nunquid eos habeat ſecundum naturam procreatos. Eum, ſi fuerit his omnibus mundus, notat alligato cornibus byblo: deinde applicita terra ſigillari anulo impreſſa, abducitur. Nam immolãti eo ſigillo non notatam, pœna morte ſancita eſt. Et hunc quidem in modum pecus exploratur. Sacrificandi autem is eis eſt ritus: Pecude quæ obſignata eſt, ad aram vbi immolatur abducta, pyram incendunt: deinde [e] ſupra pecudem libato *contra templum* vino, ac deo inuocato, eam mactant: [f] mactatæ caput aſportant in forum, ſi nundinæ ſint, & eis Græci negotiatores adfuerint, atque illis vẽdunt: qui ſi non adfuerint, in flumen abiiciunt. Execrãtur autem capita in hæc verba, vt ſiquid mali aut ipſis immolantibus aut vniuerſæ AEgypto futurum ſit, id in caput hoc conuertatur. Eodem porro ritu circa capita pecudum immolandorum, & vini libamina, omnes pariter AEgyptii in omnibus templis vtuntur. Atque ex hoc ritu fit vt nemo AEgyptiorum de capite vllius animãtis deguſtet. Eſt tamen ſacrorum delectus, & alius apud alia templa adolendi modus ab eis inſtitutus. Quam igitur deam maximã eſſe cenſeant, & cui maximum feſtum celebrent, iamnunc dicam. Poſteaquam iciunauerunt pridie feſti, [g] atque obdormierunt, bouem immolant, eúmque corio exuunt, & aluo tota vacuant. Inteſtina intra vẽtrem adipémque linquunt, crura truncant, & extremos lumbos armóſque, ac ceruicem. His actis, reliquum bouis corpus ſtipant panibus puris, & melle, & vua paſſa, & ficis, & thure, & myrrha, atque aliis odoribus. Vbi hæc infarſerũt, adolent, multum vini oleique infundentes: iciuni tamen priuſquam ſacrificent. Dum ſacrificium ardet, omnes [h] verberantur. Poſteaquam vapulauerunt, dapes ex ſacrificii reliquiis proponuntur. Boues mares eoſdémque mundos, ac vitulos vniuerſi AEgyptii immolant: at fœminas eis immolare non licet, vtpote Iſidi conſecratas. Nam Iſidis ſimulacrum muliebre eſt, bubulis præditum cornibus, quemadmodum Io Græci deſcribunt. Bouéſque fœminas omnes itidem AEgyptii venerantur ex omnibus pecudibus longè plurimum: eóque nemo AEgyptius AEgyptiáue Græci viri aut os ſuauiaretur, aut cultro, vel veru, vel olla illius vteretur, aut pura bouis carne Græco cultro inciſa veſceretur. Boues qui demortui ſunt, hunc in modũ ſepeliunt: Fœminas quidem in flumen abiiciunt, mares autem in ſuburbanis ſinguli defodiunt, vno aut altero cornu extante, ſigni gratia. Vbi computruerunt, & ſtatum tempus aduenit, præſto eſt ad ſingulas vrbes nauis ex inſula nomine Proſopitide, quæ eſt in Delta, habétque nouem ſchœnorum ambitum. In qua cum aliæ ſunt frequentes vrbes, tum ea vnde proficiſcuntur naues ad oſſa tollenda, nomine Atarbechis, vbi templum Veneris extructum eſt. ex qua vrbe alii permulti vagantur in alias vrbes. Vbi autem effoderunt oſſa, aſportant, eáque vno in loco cuncti ſepeliũt. Quem porro in modum boues, in eundem defuncta alia pecora ſepeliunt. ita enim apud eos circa hæc legibus comparatum eſt. nam ne hæc quidem interimunt. Cæterùm qui Iouis Thebani templum incolunt, aut Thebanæ [i] prouinciæ ſunt, ii omnes ab ouibus ſe abſtinẽtes, capras immolant. Non enim eoſdem deos ſimiliter colunt vniuerſi AEgyptii, præter Iſidem & Oſirin, quem Bacchum eſſe aiunt. hos peræquè vniuerſi colunt. Qui verò Mendetis templum obtinent, ſiue Mẽdeſiæ prouinciæ ſunt, hi capris abſtinentes, immolant oues. Itaque Thebani, & quicunque propter illos ouibus parcunt, aiunt ideo ſibi conditam hanc legem, quòd Iupiter, quum ab Hercule cernere eum volente, cerni nollet, tandem exoratus hoc commentus ſit, vt amputato arie-

a Byblinos.

b Bis. δὶς, non τρὶς.

c *Sunt qui ſacrificia exponãt, alii panes ſacros.*

d *Videtur aliud legiſſe quàm habeãt vulg. edit.*

e Supra hoſtiam.

f Mactatæ caput amputãt, & reliquum corpus excoriant. Capiti autem illius multa imprecati aſportãt. Aſportant, inquam, in forum quidẽ; illi quibus forum eſt, & apud quos mercatores Græci diuerſantur, ibique illis vendunt: illi verò quibus nõ adfuerint Græci, in flum.

g Et precati ſunt. καταϐύζαντας, *pro quo aliud legit.*

h Omnes ſeipſos verberant. Poſtquam autem verberare deſierunt, dapes, &c. *In vulg. edit. huius interpret. Valla epulauerunt legitur pro vapulauerunt.*

i Vel, *præfectura. & ſic ſtatim poſt. Valla vtrobique, ritus. id eſt νόμου, non νομοῦ.*

tis capite, pelleque villosa quam illi detraxerat, induta sibi, ita sese Herculi ostenderet: & ob id AEgyptios instituisse Iouis simulacrum facere arietina facie: & ab AEgyptiis Ammonios accepisse, qui sunt AEgyptiorum atque AEthiopium coloni, & [a] linguam inter vtrosque vsurpantes. Qui etiam mihi videntur ideo se Ammonios cognominasse quòd AEgyptii Iouem [b] Ammonem appellant. Ob hanc rem arietes non mactantur à Thebanis, sed eis sacrosancti sunt. Certo tantùm die quotannis in festo Iouis, vnum demum arietem obtruncant, cuius pellem detractam, hûc in modum Iouis simulacro induunt: ad illúdque deinde aliud ducunt Herculis simulacrum. Hoc acto, cuncti qui circa templum sunt, arietem verberant, deinde sacra eundem vna sepeliunt. De Hercule autem hunc ego audiui sermonem, quòd sit vnus ex diis duodecim. nam de altero Hercule quem Græci norũt, nulla in parte AEgypti quippiã potui audire: cuius nomen non AEgyptii à Græcis acceperunt, sed Græci potius ab AEgyptiis, & ii quidẽ Græci qui hoc nomen filio Amphitryonis imposuere. Quod ita se habere, cum multa mihi indicia sunt, tũ verò istud, quòd huius Herculis vterque parens, Amphitryon & Alcmena, fuerunt ab AEgypto oriundi: & quòd AEgyptii negant se aut Neptuni aut [c] Tyndaridarum nomen nosse: neque hos deos inter cæteros admiserunt. Quòd si nomẽ dæmonis vllius à Græcis mutuati essent, non minus, imò vel magis istorum mentionem fuissent habituri: si etiam tunc nauicularian exercebant, & vlli Græcorum nauicularii erãt, vt credo, & mea fert opinio. Istorum igitur potius deorum quàm Herculis nomen AEgyptii percepissent. Atqui vetustus quidam deus est apud AEgyptios Hercules, & (vt ipsi aiunt) decem & septem annorum millia sunt ad Amasin regem, ex quo Herculem [d] ex octo diis, qui duodecim erant, vnum esse arbitrantur. Quibus ego de rebus certior fieri [e] cupiens, à quibus possem, in Tyrum Phœniciæ *urbem* nauigaui, quòd ibi templum Herculis esse audirem: quod & vidi opulenter exornatum cum aliis multis donariis, tũ verò duobus cippis, altero ex auro excocto, altero ex lapide smaragdo maiorem in modum splendente per noctem. Veniénsque in colloquium cum dei sacerdotibus, percontabar quantum temporis foret ex quo id templum fuisset extructum: sed comperi ne hos quidem congruere cum Græcis, quippe dicẽtes ab vrbe condita fuisse dei templum pariter extructum: esse autem à Tyro condita annorum duo millia ac trecentos. Vidi præterea Tyri etiam aliud Herculis tẽplum cognomine Thasii. Quinetiam in Thasum profectus sum, vbi inueni templum à Phœnicibus conditum, qui ad inuestigandam Europam nauigantes, Thasum condiderunt: quod quinque virorum ætatibus prius fuit quàm Hercules Amphitryonis in Græcia existeret. Hæc quæ commemorantur, planè declarant Herculem vetustum deum esse. eóque videntur hi rectissimè facere è Græcis, qui bifaria Herculi templa ædificanda colendáque censuerunt: vni quidem vt immortali, cognomine Olympio, immolantes: alteri verò, vt heroi, parentantes. Alia quoque multa inconsideratè Græci loquuntur, quorum & hæc inepta fabula est, quam de Hercule ferunt: eum, quum in AEgyptum peruenisset, ab AEgyptiis redimitum tãquam Ioui immolandum, cum pompa fuisse eductum, ac tantisper [f] quietem tenuisse dum illi ante aram eũ stetissent: [g] ibi ad vim cõuersum, omnes interemisse. Quæ quum dicunt Græci, videntur mihi se & naturæ AEgyptiorum & morum ignaros prorsus ostẽdere. Quibus enim nullam pecudem fas est immolare, præter sues, prætérque boues mares, & vitulos (dummodo mundos) & anseres: ii qua ratione immolarent homines? Aut quomodo Hercules, quum vnus esset, & adhuc (vt aiunt) homo, tot millia virorum interemisset? Hæc tamen tot quæ de his rebus diximus, sint & à diis & ab heroibus in bonam partem accepta. Porro capras & hircos ea de causa ii quos diximus AEgyptiorum non mactant, quòd Pana inter octo deos Mendesii numerant, quos octo aiunt priores duodecim diis extitisse. Panos autem simulacrum & pictores pingunt & statuarii scalpunt, quemadmodum Græci, caprina facie, hircinísque cruribus: haudquaquam existimantes eum esse talem, sed similem cæteris diis. Qua tamen eum causa talem pingant, nõ est mihi relatu iucundum. Verùm hi omnes cum capras, tum verò maximè capros venerantur. Et inter Mendesios capraru præcipuo honore afficiuntur, & ex his vnus maximè: qui quum decessit, ingens toti Mendesiæ prouinciæ luctus proponitur. Vocatur autem & hircus & Pan, AEgyptiacè Mendes. In hac regione contigit hoc mea memoria prodigium: Hircus cum muliere coiit propalam, quod in [h] ostentationem hominum peruenit. Suem autem AEgyptii spurcam beluam arbitrantur: quam siquis vel transeundo contigerit, abit [i] lotum sese cum ipsis vestimẽtis ad flumen.

a *Id est, Linguâ vtentes quæ aliquid cum vtrorumque lingua commune habet.*

b Ammũ

c Dioscurorum.

d Ex quo è diis octo facti fuerunt duodecim, quorum vnũ Herculem censent.

e Studens pro viribus, Tyri.

f Se continuisse.

g Ibi viribus vti cœpisse, omnésque interem. *Ad verbum, Ibi ad viros se conuertisse.*

h *Sunt qui ὀνείδους pro ostento hîc accipiant.*

i Immersum se flumini cum ipsis vest.

Eóque ſoli omnium ſubulci, AEgyptii indigenæ, nullum ingrediuntur in templũ: nemóque aut filiam cuipiam eorum nuptum dare vult, aut cuiuſpiam eorum filiam in matrimonium ducere: ſed ipſi inter ſe ſubulci dant accipiúntque filias. Aliis diis immolare ſues ius AEgyptiis non eſt, præterquam Lunæ & Libero: quibus quum per tempus plenilunii ſues immolarunt, eorum carne veſcũtur. Cur autem aliis diebus feſtis ſues oderint, at in iſto mactent, huius rei ab AEgyptiis ratio redditur: ſed quam mihi notam magis decorum eſt non referre. Sacrificium autem de ſuibus Lunæ hũc in modum fit, Immolata ſue, extremam eius caudam, & lienem, & omentum ſimul componunt, & adipe qui circa aluum pecudis exiſtat, ea operiunt, ac deinde igni adolent: reliqua carne plenilunii die veſcuntur, quo die ſacra faciunt: alio die non amplius guſtarent. Qui ſunt ex eis inopes, propter tenuitatem facultatum, [a] aſſimilatos quoſdam ſues coquunt, quos immolent. Baccho quoque in eius feſto ſinguli in cœnam porcam pro foribus mactant, reddúntque ſubulco qui illam vendiderat. [b] Quin & alium diem feſtum Baccho AEgyptii agunt ſine porcis, ferè per omnia Græco feſto ſimilem. Sed loco phallorum, *id eſt ſiculneorum ueretrorum à collo pendentium*, ſunt ab eis excogitatæ ſtatuæ cubitales [c] è neruis compactæ, quas fœminæ circunferunt per pagos, mentula nutante, quæ propemodum inſtar eſt reliqui corporis, & tibia præeunte, quam fœminæ, Bacchũ canentes, ſequuntur. Cur autem mentulam habeat iuſto maiorem *ſtatua* & vnum corporis membrum agitet, redditur ab eis ratio ſacra. adeo vt iam Melampus Amytheonis filius non imperitus huius ſacri ſed peritus fuiſſe videatur. Siquidem Melampus fuit qui Græcis Dionyſi, *id eſt Liberi patris uel Bacchi* nomen & ſacrificium, & pompam phalli [d] enarrauit, non tamen omnem planè rationem complexus. Verùm ii qui poſt hunc extiterunt [e] ſophiſtæ, rem in maius explicauerunt. [f] Itaque phallum Dionyſo miſſum narrandi Melãpus autor extitit: à quo edocti Græci faciunt ea quæ faciunt. Equidem Melampodem virum fuiſſe ſapiẽtem aio, [g] diuinationémque ſibiipſi cõparaſſe: eũdémque cum alia multa ab AEgypto accepta Græcis enarraſſe, tum verò nonnulla de Dionyſo, tamen commutata. [h] Neque enim dixerim quæ in AEgypto fiunt huic deo, congruere cum iis quæ in Græcia. nam conſentanea eſſent Græcis, non autem nuper introducta. Neque tamen dicam AEgyptios à Græcis fuiſſe mutuatos [i] aut hoc aut aliud quippiam. Videtur autem mihi Melampus quæ ad Dionyſum pertinent audiſſe ex Cadmo, aliiſque Tyriis qui cum eo è Phœnice venerunt in terram quæ nunc Bœotia appellatur. Ac omnia ferè deorum nomina ex AEgypto in Græciam peruenerunt. [k] Idq; ego ex barbaris ſciſcitatus, ita rem habere comperio, ac reor ex AEgypto præcipuè veniſſe: [l] & idcirco illic non eſſe vſquam nominã neque Neptuni, neque Caſtoris, quemadmodum à me ſuperius dictum eſt, neque Iunonis, neque Veſtæ, neque Themidis, neque Gratiarum, neque Nereidum, neque aliorum deorum. Dico autem quæ ipſi dicunt AEgyptii, qui ſe negant deorum illorum, *Neptuni & Dioſcurorum*, agnoſcere nomina. Videtur autem mihi iſti à Pelaſgis fuiſſe nominati, præter Neptunum, quem à Libybus audierũt. Nam Neptuni nomen ab initio nulli vſurpauerunt, niſi Libyes, qui ſemper hunc deum in honore habẽt. [m] Eum AEgyptii igitur putant eſſe, ſed nullo honore proſequuntur. Hos itaque ritus & alios præterea quos ego referam, Græci ſunt ab AEgyptiis mutuati: ſed vt Mercurii ſtatuam facerent porrecto cum veretro, non ab AEgyptiis, ſed à Pelaſgis didicerunt, & primi quidem ex omnibus Græcis Atheniẽſes acceperunt, & ab his deinceps alii. [n] Nam præſtabant inter Græcos ea tempeſtate Athenienſes, in quorum regione permixti Pelaſgi habitant, ex quo cœperũt pro Græcis haberi. Hæc quæ dico, quiſquis Cabirorum ſacra initiatur, quibus Thraces initiantur, nouit à Pelaſgis eſſe ſumpta. Nam Samothraciam quondam incoluerunt hi Pelaſgi, qui cum Athenienſibus vnà habitauerunt, à quibus orgia Samothraces acceperunt. Itaq; primi è Græcis Athenienſes à Pelaſgis edocti, ſtatuas Mercurii erecta virilia habẽtes fecerunt. De qua re Pelaſgi ſacrum quendam ſermonem retulerunt, qui in Samothraciæ myſteriis declaratus eſt. Iidem antea in deorum inuocatione tum omnia immolabant, (quemadmodum ego apud Dodonam audiendo cognoui) tum nulli deorum aut cognomen aut nomen imponebant, quippe quod nondum audiſſent. [o] Quos autem cognominauerunt, eos ob id cognominauerunt, quòd omnes res atque omnes regiones illi tenerẽt redactas in ordinem.

a Sues farinaceas fingunt, quas coctas immolant. Vt *legatur* σεμίνας pro πέλανας.

b Reliquum autẽ feſtum Baccho celebrant AEgyptii, exceptis porcis, pariter ferè cæteris in rebus ac Græci.

c Quæ fidiculis tracta mouentur tanquã viuæ. *Sunt qui putent eſſe noſtras marionnettes, uel mariottes.*

d *Videtur potius ſignificare ὁ ἐξηγησάμενος qui autor illi fuit.* Vel, *Qui introduxit.* Alii, *Qui tenuerit.* Sic *ſtatim poſt ὁ ἀπηγησάμενος & ἀπηγήσαντο.* Q.d. *Qui illis præiuit & uiam oſtendit.* Id eſt, *Qui magiſter illis fuit.*

e Philoſophi.

f Phallũ certè qui Baccho circũfertur, Melãpus introduxit: & ab eo edocti Gr.

g Artémque diuinandi ſibi comparaſſe: & cum alia multa quæ ex AEgyptiis audiuerat, Græcis introduxiſſe, tũ verò quæ ad Dionyſum pertinent, paucis tamen ex illis commutatis. Neque en.

h *Sunt qui hunc locũ ita interpretentur*, Neque enim dixerim ea ſu contigiſſe vt eadẽ tum in AEgypto tum in Græcia huic deo ſacra fierent. Sunt enim vnius modi apud Græcos, neque recèns introducta.

i Aut hunc aut aliũ ritum. Vid.

k Nam à barbaris profecta eſſe audiens, ita r.

l Nam præterquã Neptuni & Dioſcurorum, (quemad. à me ſ. dict. eſt) & Iunonis & V. & Themidis, & Gratiarum, & Ner. & aliorum deorum nomina AEgyptii ſemper olim in ſua regione habuerũt. Dico autem, &c.

m *Quidam ſic*, AEgyptii verò heroas nullis ſacris dignantur. Vel, *Pro diis non habent.*

n Athenienſum enim, qui tũc inter Hellenas cenſebantur, Pelaſgi contubernales fuere in ea regione: vnde etiam cœp. pro Gr. haberi. Quiſquis autem Cabirorum ſacris fuit initiatus (quæ Samothraces peragunt à Pelaſgis ſumpta) is quæ dico intelligit. Nam Samothr.

o Θεοὺς autem eos vocarunt, *id eſt deos*, quòd res omnes omnéſque regiones, *uel prouincias*, Χίονες τε καὶ κόσμῳ, *id eſt diſpoſuerant, ſiue collocarant ordine.*

Multo

Multo deinde progreſſu temporis, aliorum deorum nomina audierunt ex AEgypto allata: poſt quos diu nomen Dionyſi acceperunt. Itémque aliquanto pòſt de illorũ nominibus in Dodona oraculum petiuerunt. Nanq; hoc oraculum omnium quæ apud Græcos ſunt oraculorum vetuſtiſſimum eſſe exiſtimatur, atque adeo ſolum erat ea tempeſtate. Conſulentibus igitur Pelaſgis apud Dodonam nunquid nomina quæ à barbaris aduenisſent aſciſcerent, oraculum redditum eſt vt illis vterentur. Atque ita ex eo tempore ſacrificauerunt, deorum nomina nuncupantes, & ea deinceps è Pelaſgis Græci acceperunt. Vnde autem ſinguli deorum extiterint, an cuncti ſemper fuerint, aut qua ſpecie, hactenus ignoratum eſt, niſi nuper atque heri, vt ſic dicam. Nam Heſiodus atque Homerus (quos quadringentis non amplius annis ante me opinor extitiſſe) fuere qui Græcis theogoniam introduxerunt, eiſque & [a] cognomina & honores, & diuerſa artificia & figuras attribuerunt. [b] Quibus & poſteriores videntur extitiſſe hi poetæ, qui fuiſſe priores feruntur. Et prima quidem illa Dodonææ ſacerdotes meminerunt: poſteriora autem ad Heſiodum vſque & Homerum, ego referam. At de oraculis quæ in Græcia, & de illo quod in Libya eſt, talia AEgyptii commemorant. Narrabant ſacerdotes Iouis Thebani duas fœminas, quæ eſſent ſacerdotes, Thebis à Phœnicibus fuiſſe abductas: & harum vnam in Libya fuiſſe venundatam, ſe audiſſe, alteram in Græcia: atque has fœminas eſſe quæ primæ apud dictas gentes oracula conſtituiſſent. Percontantíque mihi vnde id quod commemorarent, adeo compertum haberent, ad hæc reſponderunt, maiorem in modum ſe inſtitiſſe veſtigare de his mulieribus, nec tamen vnquam inuenire potuiſſe: ſed poſtea hæc quæ dicebant de eis audiſſe. Hæc igitur Thebis è ſacerdotibus audiui. Antiſtites autem Dodonæorum hæc aiunt: Geminas Thebis AEgyptiis columbas nigras aduolauiſſe, vtranque nigram, vnam quidem in Libyam, alteram ad ipſos: quæ fago inſidens, humana voce eloquuta ſit, eò loci Iouis oraculum condi [c] debere: & ſe interpretatos eſſe, quod ipſis annuntiaretur id eſſe diuinitus, & ob id ſe ita feciſſe. Eam verò quæ ad Libyas abiſſet columbam, iuſſiſſe illis vt Ammonis oraculum conderent: quod & ipſum Iouis eſt. Ita referebant Dodonæorum ſacerdotes, cum aſſenſu cæterorum Dodonæorum [d] tẽplo vicinorum: quarum antiquiſſimæ nomẽ erat Promeneæ: proximæ, Timaretæ: minimæ natu, Nicandræ. de quibus ita mea fert opinio: Si re vera Phœnices abduxerunt fœminas ſacerdotes, & earum alteram in Libya, alterã in Græcia vendiderunt: [e] hanc, quæ in Græcia illa quæ Pelaſgia vocabatur, veniit, eam eſſe quæ apud Theſprotos veniit: atque deinde ancillantem ibidem, condidiſſe ſub fago enata fanum Iouis, quem admodum mos erat Thebis miniſtrare in Iouis tẽplo. Hinc proceſſit vt hîc memoria eius haberetur: atque hinc oraculum inſtitutum. Et poſteaquam illa linguam Græcam accepit, dixiſſe aiunt, ſororem ſuam in Africa ab eiſdem Phœnicibus (vt ipſa fuiſſet) venundatam. Quòd autem mulieres à Dodonæis columbæ vocatæ ſunt, ob id mihi videtur factũ quia barbaræ eſſent, quòd videlicet ſimile quiddam auibus ſonare ipſis viderentur. Interiecto deinde tempore columbam humana voce loquutam aiunt, poſtquam quæ ipſi intelligere poſſent mulier loquuta eſt, tãdiu volucris modo ſonare viſa quamdiu barbarè loquebatur. nam colũba quomodo humanam vocem ſonaret? Nigram autem columbam eſſe dicentes, AEgyptiam fœminam ſignificant. Súntque penè ſimillima inter ſe oracula, & illud apud Thebas AEgyptias, & hoc apud Dodonam. éſtque diuinandi in tẽplis ratio ab AEgypto aſcita. Ipſi igitur AEgyptii extiterunt principes conuentus & pompas & [f] cõciliabula factitãdi, & ab eis Græci didicerũt. Cuius rei hoc apud me argumentũ eſt, quòd illa conſtet priſcis tẽporibus, Græcanica verò recens fuiſſe inſtituta. Nec verò ſemel quotannis conuentum agunt AEgyptii, ſed frequenter, cum alibi, tum præcipuè ac ſtudioſiſſimè in vrbe Bubaſti in honorẽ Dianæ. Secũdo loco in vrbe Buſiri in honorẽ Iſidis. In qua vrbe maximũ eſt templum Iſidis, ipſa in medio Delta AEgypti ſita. Eſt autẽ Iſis quæ Græca lingua dicitur Δημήτηρ, *id eſt* Ceres. Tertio gradu in vrbe Sai, in honorẽ Mineruæ. Quarto Heliopoli, in honorem Solis. Quinto in vrbe Buti, in honorem Latonæ. Sexto in vrbe Papremi, in honorem Martis. Cæterùm quum ſe conferunt in vrbem Bubaſti, hæc faciunt: Nauigant viri pariter & mulieres, magnáque eſt in ſingulis nauibus vtrorunque multitudo. Inter nauigandum aſſiduè mulieres aliquot, crepitacula tenentes plaudunt, viri tibiis canunt: cæteri cæteræque modulantur manúſque complodunt. Atque vt ad quanque vrbem perueniunt nauigando, talia agunt: Appulſa ad terram naui, mulierum aliæ ea quæ dixi faciunt, aliæ cõpellantes eius vrbis fœminas ingerũt probra, aliæ ſaltãt, aliæ ſur

a Cognomina dederunt, honoreſque & artificia diſtribuerũt, *id eſt ſingulis aſſignarunt*, ac eorum figuras etiã effinxerunt, *vel ſimulacris repræſentarunt*. *Vel ſimplicius, figuras eorum indicarunt.*

b Qui verò iſtis priores poetæ fuiſſe dicuntur, poſteriores (vt mihi quidem videtur) fuerunt. Et prima q. illa Dod. ſacerdotes dicunt: ea verò quæ ad Heſiodum & Homerum ſpectãt, ego is ſum qui dico. At de orac.

c In fatis eſſe.

d Qui templi curã gerunt. *Vel, Quibus templi cura demandata eſt.*

e Videtur mihi hæc mulier venundata apud Theſprotos in ea regione quæ nũc Hellas eſt, quæ eadem prius Pelaſgia vocabatur: deinde ancillans ibidem, ſub fago quæ *ibi* nata eſſet cõſtituiſſe Ioui ſacrum, *id eſt fagum quæ ibi erat, Ioui conſecraſſe*, ſicut par erat eam quæ Thebis ſacra Iouis obiiſſet, eo loco ad quem peruenerat, monimentum ipſius habere. Atque hinc orac.

f Collocutiones cũ diis per ſequeſtrem & interpretem.

gentes [a] retrahunt illas. Talia in ſingulis ciuitatibus ad flumen ſitis agunt. Quum ad vrbem Bubaſtin peruentum eſt, diem feſtum celebrant magnis hoſtiis offerendis. quo in feſto plus vini vinealis abſumitur quàm in reliquo anni tempore. Commeant illuc (vt indigenæ aiunt) virorum ac mulierum, præter pueros, ad ſeptingenta millia. Atque hæc quidem in ea vrbe fiunt. At in vrbe Buſiri quomodo diem feſtum Iſidi agant, ſuperius à me dictum eſt. Verberantur enim poſt ſacrificium cuncti & cunctæ, multa ſanè hominum millia: quo autem verberentur, non eſt mihi fas dicere. [b] Sed ex omnibus præcipuè hoc faciunt Cares qui AEgyptum incolunt: adeo quidem vt gladiis quoque frontes concidant. Ex quo facto datur intelligi eos hoſpites eſſe, non AEgyptios. Vbi verò in Sain vrbem ſacrificatum conuenerunt, noctu ſub dio vniuerſi circum domos frequentes lucernas accendũt, imbutas ſale & oleo plenas [c] cum multo lychno, quod tota ardet nocte. Cui feſto nomen impoſitum eſt, Accenſio lucernarũ. Ad hunc conuentum quicũque AEgyptiorum non ierint, obſeruantes ſacrificii noctem & ipſi vniuerſi lucernas accendunt: atque ita accenduntur lucernæ nõ in Sai modò, ſed etiã per vniuerſam AEgyptum. Qua verò gratia nox hæc lumen & honorem ſortita ſit, ſacra quædã ratio cõmemoratur. Ad Heliopolin & ad Butin qui veniunt, tantũ ſacrificaſſe contenti ſunt. In Papremi verò, quẽadmodũ alibi, & ſacrificia & res diuinas peragũt, [d] ſed quoad ſol circũfertur, pauculi ſacerdotes circa ſimulacra exercẽtur: quũ plures eorũ tenẽtes ligneas clauas ſtãt pro foribus templi, alii eregione, plus mille virorum qui vota exequũtur, cum ſingulis fuſtibus frequentes alia ex parte conſiſtũt. Porro ſimulacrũ ligneum ex ligneo ſacello deaurato in alias ſacras ædes pridie exportãt, paucis illis qui miniſterio ſimulacri relicti ſunt, trahẽtibus plauſtrũ quatuor rotarũ, quo vehitur ſacellũ cum ſimulacro quod intus eſt. Hos ingredi prohibẽt ii qui in veſtibulo ſtant. At ii qui vota exequuntur, opitulãtes deo, percutiunt hos, ſeſe ipſi defenſantes. Hîc vehemẽs exiſtit fuſtuaria pugna mutuò capita ferientium, multíq; ex vulneribꝰ (vt ego opinor) pereunt, etſi AEgyptii quẽquam mori negãt. Aiunt autẽ indigenæ conuẽtum hunc ideo inſtitutum: Templum id incoluiſſe matrẽ Martis, & ad eã Martẽ iam adultũ ac virilis ætatis veniſſe gratia coeũdi cum matre: quẽ maternos miniſtros, [e] vt qui eum à principio non agnoſcerent, eum ingredi ad matrem non ſinerent. Hunc, ex alia ciuitate adductis hominibus, illos malè mulctaſſe, & ad matrẽ fuiſſe introgreſſum. [f] Et ob hanc rem aiunt ſolennem eſſe Marti die feſto hanc rixam, & inſtitutũ ne in templo cum fœminis coiretur, néue à venere niſi ablutis templa adirẽtur. Hi ſunt qui primi ceremoniis vacauerũt. nam cæteri ferè mortales, præter AEgyptios ac Græcos, coeunt in templis: & à venere ſurgentes, nõ abluti introeunt tẽplum, putantes hominẽ eſſe vt cæteras animantes. Etenim videre licet & pecudes omnes & volucrũ greges coire in deorum tẽplis atq; in fanis: quod ſi nõ eſſet deo gratum, ne pecudes quidẽ id eſſe facturas *dicunt*. Mihi autẽ iſta faciẽtes non probantur. AEgyptii porro cum in aliis ad ſacra pertinẽtibus, tum verò in his ſuperſtitioſẽ agunt. AEgyptus, quum ſit Libyæ finitima, nõ tamen admodum beſtiis abundat: quæ verò illic ſunt, eæ omnes pro ſacris habẽtur, [g] partim mãſuetæ, partim immanſuetæ. Qua autẽ cauſa pro ſacris habẽtur, ſi dixero, ad res diuinas oratio mea deſcẽdet, quas ego in primis enarrare deuito: quarúmque quicquid dixi, id neceſſitate coactus deliban do dixi. Conſuetũdo quæ de beſtiis eſt, ita habet: Eas ſeorſum ſingulas educãdi curã AEgyptii atque AEgyptiæ ſuſcipiunt: in quo honore filius patri ſuccedit. His beſtiis omnes qui in vrbibus ſunt, vota perſoluunt, ſupplicãtes illi deo cuius illa beſtia eſt, hunc in modum: Deraſis filiorum capitibus aut in totum, aut ex media aut ex tertia parte, appendunt crines vna in lance, & altera tantundem argenti: quæ pecunia quum lancem traxerit, eam tradunt curatrici beſtiarum. Illa pro hoc cõciſos piſces præbet beſtiis eſcam. [h] talis enim cibus illis præbetur. Quarum ſiquam quis necauerit, ſi volẽs, morte mulctatur: ſin nolẽs, plectitur ea mulcta quã ſacerdotes ſtatuerint. Quiſquis tamen ibin aut accipitrẽ necauerit, ſiue volẽs ſiue nolẽs, neceſſariò morte afficitur. Quum autẽ multæ ſint beſtiæ quæ vnà cum hominibus victitant, multo tamen plures eſſent [i] niſi res hæc officeret felibus. Feles poſtquã ſunt enixæ, nõ amplius adeunt maſculos: eas iſti coeundi gratia indagantes, tamen potiri nequeunt: [k] ergo cõtra illas talia cõminiſcuntur: Ereptos & ſubreptos earum fœtus occidunt, non tamen occiſos edunt. Illæ fœtibus orbatæ, cupiditate aliorũ (amãtiſſima enim fœtuum beſtia eſt) ita demum ad mares ſe conferunt. [l] Felem incenſa ſtrue diuina res occupat. nam quoties ignem extinguere neglexerunt AEgyptii, cuſtodias felium diſpoſiti agunt. At illæ aut intrudendo ſeſe hominibus, aut tranſiliendo in ignẽ

a Pudenda reuelãt.

b Quotquot autẽ Cares AEgyptum incolunt, in eo plus etiã faciũt iſtis, quòd & feriant frõtem gladiis.

c Quibus ſuperſtãs incumbit ipſum ellychnium.

d Sole autem iam inclinante, pauci quidam ex ſacerdotibus circa ſimulacrum occupati ſunt, plurimi autem eorum, *uel, maior autem pars*, tenentes lign. cl. ſt. pro f. templi. Alii verò qui vota exequuntur, plures quàm mille homines, cum ſingul.

e Vt qui antea ipſum non vidiſſent, nõ ſiuiſſe ingredi, ſed abegiſſe.

f Et ob hanc rem Marti hanc verberationem die feſto ſolẽnem ſe inſtituiſſe aiunt. Sed & ne in templo cum f. congrederentur, néue à congreſſu, *ad uerbum, à fœminis*, niſi abl. tem. adir. hi primi religioſẽ cauerunt. *Vel, Sed in tẽplo congredi, &c. hi primis religio fuit.*

g Quarum aliæ inter ipſos homines alũtur, aliæ nõ item. Cur autem abſtineatur ab iis quæ ſacra ſunt, ſi dix.

h Et huiuſcemodi quidem educatio ipſis eſt cõſtituta. Quarum, &c.

i Niſi tale quiddã felibus accideret.

k Ergo aduerſus hoc *malum* tali vtuntur verſutia.

l Orto autem incẽdio diuinum quiddã felibus accidit. AEgyptii enim recedentes & ignem extinguere negligentes, feles obſeruãt: feles autẽ ſubeuntes & ſuperſiliẽtes homines, in ignẽ inſiliunt. *Vel, ſaltantes ſupra homines.*

insiliunt. Hoc dum contingit, ingenti luctu afficiuntur AEgyptii. Quibuscũque autem in domibus felis oppetit mortem, earum domorum habitatores cuncti sola supercilia eradũt: totum autem corpus & caput, in quorum domibus *moritur* canis. Efferuntur autem feles mortuæ ad sacra tecta, vbi salitæ sepeliuntur in vrbe Bubasti. Canes fœminas in sua quisque vrbe tumulant, sacratis in loculis. Eodem modo quo canes fœminæ, [a] ichneutæ sepeliuntur. Nam mygalas, *id est mures araneos*, & accipitres in vrbem Butum asportant. Vrsos autem, qui sacri sunt, & lupos non multo vulpibus grandiores, eò loci sepeliunt vbi iacentes inueniunt. At crocodilo talis inest natura: Quatuor mensibus maximè hybernis nihil omnino edit: & quum sit *animal* quadrupes, tamen terrestre & aquatile est. Nam oua parit humi, excluditque: & plerunque diei in sicco agit, sed totam noctem in flumine, quippe calidiore aqua quàm nocturno sereno & rorido. Ex omnibus quæ nouimus [b] animalibus, hoc maximum existit ex minimo. siquidem oua gignit haud multo maiora anserinis, & proportione oui fœtus excluditur: at excrescẽs, ad decem & septẽ & amplius cubitos peruenit. Oculos habet suillos, dentes magnos proportione corporis, & prominentes atque serratos: cui ex omnibus bestiis soli lingua innata non est. Idem inferiorem maxillam solum non mouet, sed superiorem inferiori admouet. Vngues quoque robustos habet, pellémque squamatam circa tergum impenetrabilem. Inter aquas cæcus, sub dio perspicacissimus. Itaque quòd in aqua vitam degat, os ferit introrsum hirudinibus refertum. Quúmque eũ cæteræ volucres ac bestiæ fugiant, [c] solus ipsi trochilus pacatus est, quòd videlicet ei est vtilis. Etenim posteaquam crocodilus ex aqua in terram egressus est, ac deinde hiauit (semper enim ferè hoc ad zephyrũ facere solet) tunc in eius os trochilus penetrãs, deuorat illas sanguisugas. Qua vtilitate delectatus crocodilus, nihil omnino trochilum lædit. Quibusdam AEgyptiorũ crocodili sacrosancti sunt: quibusdam non sunt, sed veluti hostes exagitant. Sacros admodum esse eos existimant qui circa Thebas & Mœrios stagnum incolunt: quorum vtrique vnum ex omnibus crocodilis alunt cicurem & edoctum manu tractari, appendentes eius auribus vel gẽmas, vel ex auro fusiles inaures, & primoribus pedibus catenam in[illegible]entes: cibaria quoque [d] accõmodata ac sacra præbentes, [e] consectantur tanquam pulcherrimè viuentem. At vbi mortem obiit, sale conditum sacris in vrnis sepeliunt. At qui circa Elephantinam vrbẽ incolũt, quòd sacros esse non censeant, etiam comedunt. Neque verò crocodili vocãtur, sed chãpsæ: verùm Iones appellauere crocodilos, illi generi crocodilorũ quod apud eos in sepibus gignitur, ipsorũ formam cõparantes. Hos capiẽdi quũ sint cõplura & multiplicia genera, vnũ tantum hoc mihi, quod maximè dignũ relatu videtur, puto scribendũ. Vbi tergũ suillũ hamo circundatũ, ad alliciẽdum crocodilũ, pertulit in medium fluminis venator, ipse ad orã fluminis porcellũ, quem viuum tenet, verberat. cuius vocem crocodilus audiens, secundũ illam tendit, nactúsque tergũ deuorat. Et posteaquã attractus est, ante omnia eius oculos venator cœno opplet. Hoc acto, cætera facilè sanè obtinet, alioqui cũ labore adepturus. Iã verò fluuiales equi in plaga Papremitana sacri sunt, in cætera AEgypto nõ sacri: talẽ speciem naturámq; habẽtes: Quadrupedes sũt, bifidis pedib⁹, vngulis bouinis, simo naso, equina iuba, [f] emi nẽtib⁹ & cãcellatis dẽtibus, fulgida cauda, equina voce, magnitudine maximi tauri, tã crasso corio vt ex eo arefacto fiãt pila missilia. Gignũtur præterea in fluuio [g] aquatilia quædã quæ AEgyptii sacrata esse arbitrãtur. Arbitrãtur itẽ sacrũ esse gen⁹ piscium quod vocatur squamosum, atq; etiam anguillã. Hos pisces aiunt sacros esse: ex volucribus verò vulpãseres. Est & alia volucris sacra, nomine phœnix, quam equidẽ nũ quã vidi nisi in pictura. etenim perrara ad eos cõmeat, quingẽtesimo quoq; (vt aiũt Heliopolitani) anno, & tũc demũ quum pater eius decessit. Is si picturæ assimilis est, talis tãtúsque est: Pẽnæ coloris partim aurei, partim rubei, maxima ex parte cũ habitu tũ magnitudine simillim⁹ aquilæ. Eũ aiũt (quod mihi nõ fit verisimile) hoc excogitare: Ex Arabia proficiscẽtem in tẽplum Solis, gestare patrẽ myrrha obuolutũ, & in eo templo humare. sic autẽ gestare: primùm ex myrrha ouũ cõponere, quantum ipse ferre possit: deinde ferendo illud experiri. Hoc expertũ, ita demũ ouũ exenterare, atq; in illud parentem inferre: & qua parte ouũ exinaniuit, patrémq; intulit, eã partẽ alia myrrha inducere: & quũ tãtundẽ põderis imposito parente effectũ sit, obstructo rursus foramine, baiulare illud in AEgyptũ in tẽplum Solis. Hæc facere hãc auẽ cõmemorant. At circa Thebas sunt sacri serpẽtes, nihil omnino hominib⁹ noxii, pusillo corpore, binis præditi cornib⁹, è summo vertice enatis: quos defũctos in Iouis æde sepeliunt. huic enim deo sacros illos esse prædicant. Est autem Arabiæ

a *Id est, Canes masculi ferarum indagatores. Gall. Chiens de chasse. Limiers.*

b *Ad verbum, mortalibus.*

c Cum solo trochilo pacem habet, vtpote à quo iuuetur. Etenim p.

d Constituta, *vel decreta.*

e Et viuum honestissimè tractantes.

f Exertos dentes ostentãtes, cauda & voce equina.

g Lutræ, *siue lutriæ*, quas AEg. sacras esse arbitr.

locus,ad Butum vrbem ferè positus:ad quem locum ego me cõtuli,quòd audirem volucres esse serpentes. Eò quũ perueni,ossa serpentum aspexi, & spinas multitudine supra fidem ad enarrãdum,quarum acerui erant magni,& his alii atque alii minores,ingenti numero. Est autẽ hic locus vbi spinæ proiectæ iacebant, huiuscemodi: Ex arctis mõtibus exporrigitur in vastam planitiem AEgyptiæ cõtiguam. Fertur ex Arabia serpentes alatos ineunte statim vere in AEgyptum volare, sed eis ad ingressum planitiei occurrentes aues ibides, non permittere, sed ipsos interimere: & ob id opus ibin magno in honore ab AEgyptiis haberi Arabes aiunt, confitentibus & ipsis AEgyptiis idcirco se his auibus honorem exhibere. Eius auis species talis est: Nigra tota vehementer est,cruribus gruinis, rostro maxima ex parte adunco, eadem qua crex magnitudine. Et hæc quidem species est nigrarum quæ cum serpentibus pugnant. [a] At earum quæ pedes humanis similes habent(nam bifariæ ibides sunt) gracile caput ac totum collum,pennæ cãdidæ,præter caput ceruicémque, & extrema alarum & natium. quæ omnia quæ dixi sunt vehementer nigra, crura & rostrum alteri consentanea. Serpentis porro figura qualis hydrarum: alas pennatas non gerit,sed *glabras &* alis vespertilionis valde similes. Hactenus de sacris bestiis dictum sit. Ipsorum autẽ AEgyptiorum, ii qui circa partem AEgypti frumentariam habitant, [b] memoriam omnium hominum commentantes, sunt ferè eorum in quorum ego veni experimentum, longè excellentissimi. Tali autem vitæ genere vtuntur: Singulis mensibus triduo purgant se, vomendo atque intestina diluendo,gratia sanitatis conseruandæ: existimantes omnes languores hominibus creari ex cibis quibus aluntur. Nam sunt alioqui AEgyptii omnium hominum,secundum Libyas, maximè salubri corpore, [c] aeris (vt mihi videtur) beneficio, qui nunquã immutatur: ex cuius mutationibus præcipuè existunt in hominibus morbi. Pane vescuntur quem [d] ex farre conficiunt, quem *panem* collestem nominant. Vino vtuntur facto ex hordeo: desunt enim in ea regione vites. Victitant quoque tum piscibus(partim crudis ad solem arefactis, partim salsugine conditis)tum auibus crudis,prius tamen sale conditis,coturnicibus, anatibúsq; atque auiculis. [e] cæteris autem vel volucribus vel piscibus qui ipsis in proximo sunt, (præter illos qui ab eis sunt recepti pro sacris) partim assis, partim elixis. Apud locupletes eorum, quũ multi conuenerunt,& à cœna discessum est,circumfert aliquis in loculo mortuum è ligno factum, sed pictura & opere verum maximè imitantem, longitudine cubitali omnino,aut bicubitali,ostendénsque singulis conuiuarum,ait, In hunc intuens pota & oblectare,talis post mortem futurus. Hæc illi apud conuiuia faciũt, contentúque moribus patriis, nullum alium ascíscunt. Quibus cum alia sunt egregia instituta, [f] tum verò illud,adhibendi modulatorem,qui & in Phœnice & in Cypro, & alibi nomen pro differentia gentium habet. Idem tamen congruit cum eo quem Græci decantant, appellantes Linum. vt ego admirer cum alia multa quæ sunt apud AEgyptum, tum verò vnde id nomen Lini acceperint, quem semper quodammodo decantare cognoscuntur. Vocatur autem Linus AEgyptiacè Maneros: quem AEgyptii tradiderunt,quum filius vnicus extitisset primi ipsorum regis,præmaturáque morte decessisset,his lamentis ab AEgyptiis fuisse decoratum,& cantilenam hanc eámque solam ipsis institutã. Congruunt præterea in hoc cum solis Græcorum Lacedæmonibus AEgyptii,quòd minores maioribus natu obuii cedunt via, ac deflectunt, aduenientibúsque è sedili assurgunt: qua in re cum nullis aliis Græcorum conueniunt. [g] Inuicem compellandi se mutuò in viis adorant,genu tenus demissa manu. Vestibus amiciuntur lineis,circa crura fimbriatis,quas calasiris appellant, super quas candida ferunt amicula linea superiecta. Laneæ tamen vestes neque in ædes sacras gestãtur, neque vnà cum cadauere sepeliuntur. profanũ enim est. Consentanea verò hæc sunt iis quæ Orphica & Bacchica appellãtur, sunt autem AEgyptia & Pythagorea. Nã his quoque ceremoniis participantem, laneis indutum vestibus humari religiosum est. de quibus sacra redditur ratio. Alia insuper sunt ab AEgyptiis excogitata, quis mensis diésue cuius deorum sit, & quo quis die genitus,qualia sortietur,& quam mortem obibit,& qualis existet. Quibus rebus qui in poesi versati sunt, vsi fuerunt. Plura quinetiam ab eis prodigia cõperta sunt quàm à cæteris omnibus hominibus. nam quum prodigium extitit, scribũt id,obseruantes quomodo euenerit: &,siquãdo postmodũ huius simile extiterit, exemplo prioris putant euenturum. Diuinatio apud eos ita est cõstituta vt eius artificiũ nulli mortalium vendicetur,sed certis diis. Siquidẽ Herculis illic oraculum est,& Apollinis,& Mineruæ, Dianæque ac Martis, & Iouis. sed quod præcipuo honore colũt ex

a Earum verò quæ hominibus magis obuersantur,

b In prodẽdis memoriæ factis omniũ hominum se exercentes.

c Tempestatum. *Gall. La disposition des temps.*

d Ex olyris. *i. zea.*

e Cæteris autẽ quæ cum auibus aut piscibus affinitatẽ aliquã habent.

f Tum verò etiam Linus cantio in Phœnice & Cypro & aliis locis decantata: quæ varium quidem pro singularum gentium differẽtia nomen habet: sed (vt inter omnes conuenit) eadẽ illa est quam Græci canũt,& Linum appellant. vt cum alia multa quæ sunt in AEgypto, tum etiam illud admirer, vnde Lini illius quem videntur iam inde ab omni ævo ceciniſſe, nomen sit exortum. Vocatur porro Linus,&c.

g In viis pro mũtua salutatione,ador.

omnibus oraculis, Latonæ est, in vrbe Buti. Verùm hæc vaticinia non eodem modo sunt omnia instituta, sed differenter. Iam verò medicina apud eos hunc in modum est distributa, vt singulorum morborum sint medici, non plurium. itaque omnia referta sunt medicis. Alii enim sunt oculorum, alii capitis, alii dētium, alii [a] alui partium, alii morborum occultorū. Luctus eorundem ac sepulturæ tales sunt: Quibuscunque aliquis ex domesticis decessit homo alicuius momenti, ibi omnes fœminæ illius familiæ caput sibi & vultum oblinunt luto. deinde relicto [b] domi cadauere, ipsæ per vrbem vagātes se plangunt, succinctæ, nudatis mammillis, & cum eis [c] proximæ quæque. Altera ex parte viri, & ipsi [d] expectorati se verberant. His actis, ita demum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipsum constituti, qui hoc artificium factitant: qui, quum ad ipsos cadauer portatum est, ostendunt iis qui portauerunt, exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata. Et eorum vnum accuratissimè fabrefactum esse aiunt, (cuius ego [e] nomen si nuncupauero, haud faciam sanctè) alterum illo inferius, ac vilioris pretii: tertium, vilissimi. Quibus expositis sciscitantur ab iis ad quod exemplum velint effingi mortuum suum. Isti vbi de pretio conuenerunt, illinc abeunt. At hi relicti in ædibus, hunc in modum diligentissimè condiunt corpus: Ante omnia incuruo ferro cerebrum per nares eduēunt, [f] vt quanque partem educentes, ita locum eius medicamentis explentes. Dehinc acutissimo lapide AEthiopico circa ilia conscindunt, atque illac omnem aluum protrahunt: quam vbi repurgarunt, ac vino palmeo eluerunt, rursus odoribus contusis proluunt: tum aluum complentes contusa myrrha pura, & casia, & aliis (excepto thure) odoribus, iterum consuunt. Vbi hæc fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies. nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus cadauer vbi abluerunt, sindone byssina totum incisis loris inuoluunt, gummi illinentes: quo AEgyptii glutinis loco plerunque vtuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox inserunt mortuum, inclusúmque ita, [g] reponunt. Eos autem qui mediocria volunt, nimium fugientes sumptum, ita apparant: Clysterem vnguine quod è cedro gignitur complent: deinde ex hoc aluum mortui, ipsam neque scindentes neque extrahentes, sed per secessum, prehenso viæ posterioris hiatu, inferciunt: & tot quot dixi diebus sale condiunt. quorum dierum vltimo cedrinum vnguen, quod prius ingesserant, ex aluo egerunt: quod tantam habet vim vt vnà secum aluum atque intestina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuique tantùm cutis & ossa relinquuntur. Vbi ista fecere, [h] ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negocii suscipiunt. Tertia conditura hæc est qua adornantur eorum mortui: Qui tenuiori sunt fortuna, ablutionibus ventrem abstergunt, arefaciúntque sale septuaginta per dies, deinde tradunt reportandum. Vxores tamen insignium virorum, non statim vita defunctas tradunt condiendas, ac ne eas quidem fœminas quæ formosæ valde & [i] maioris moneti fuerint, sed triduo atque quatriduo ante defunctas. Ea de causa facientes, ne cum fœminis isti salinarii concūbant. Deprehēsum enim quendā aiunt coeuntem cum recenti cadauere muliebri, delatúmque ab eiusdem artificii socio. Quisquis autem vel ipsorum AEgyptiorum vel externorum compertus sit mortuus, siue à crocodilo raptus, siue ab ipso flumine, necessarium prorsus est ei ciuitati ad quam eiectus est, condire, & quamhonestissimo funere sepelire, in sacris monumentis. quem ne contingere quidem fas est alteri aut proximorum aut amicorum, [k] nisi ipsis Nili sacerdotibus, vtpote maius quiddam quàm hominem mortuum tractantibus ad sepeliendum. Græcanicis institutis vti recusant; & (vt semel dicam) nullorum hominum aliorum institutis vti volunt. Et hoc quidem cæteri AEgyptii obseruant. Est autem Chemmis oppidum grande Thebaicæ prouinciæ, prope Neam vrbem, quo in oppido est templum Persei, Danaæ filii, quadratum ac palmeto circumdatum, ingenti sanè è saxis vestibulo, stantibus desuper duabus grandibus è lapide statuis. In hoc ambitu est templum, & in eo simulacrum Persei: quem Chemmitæ memorant sibi apparere frequenter è terra exeuntem, frequenter intra templum. Eiúsque sandalium quod gestabat, inueniri, bicubitali magnitudine: quod postquam apparuerit, exhuberare omnem AEgyptum. Hæc quidem illi aiunt. Faciunt autē Perseo Græcanicè gymnicos ludos, per omne certandi genus, propositis præmiis tum pecorum, tum palliorum, tum pellium. Percontantíque mihi cur eis solis consueuisset apparere Perseus, & cur in edendo gymnico certamine ab AEgyptiis discreparent, aiebant Perseum ex ipsorum ciuitate esse oriundum. Danaum enim & Lynceum, qui essent Chemmitæ, nauigasse in

a Alui & vicinarum partium.

b Inter cognatos, *uel necessarios, nisi auunculo depranatum est, aut pro auunculo positum.*

c Affines omnes.

d Succincti.

e Nomen nuncupare nefas esse duco.

f Ipsum quidem sic educentes, pharmaca verò infundentes.

g Reponunt in loculo, *uel potius in loco sepulchrorum loculis dicato*, & rectū statuūt ad parietem. Siquidem mortuos sumptuosissimè apparant, *uel adorniant.* Eos autem, &c.

h Sic mortuū *propinquis* reddunt, nulla re alia facta. Tert.

i In pretio habitæ f.

k Sed eum sacerdotes ipsi Nili, veluti maius quiddā quàm humanū cadauer, manibus cōtrectantes sepeliunt.

Græciam: [a] à quibus originem gradatim ducendo, deueniebant ad Perſeum. Hunc in AEgyptum profectum eam ob cauſam quam & Græci dicunt, gratia afferendi ex Libya caput Gorgonis, veniſſe quoque ad ipſos, ac cognatos omnes agnouiſſe, quos poſtquam agnouiſſet, & nomen Chemmis ex matre audiſſet, in AEgyptum veniſſe, [b] & gymnicum certamẽ celebrari iuſſiſſe. Hæc omnia opinantur AEgyptii qui ſupra paludes incolunt. Qui verò in paludibus, vtuntur eiſdem quibus cæteri AEgyptii moribus, cum in aliis, tum in habendis ſingulis vxoribus, quemadmodum Græci. Cæterùm ad victus facilitatem alia ſunt eis excogitata: Siquidẽ quum fluuius plenus campos inundauit, in ipſa aqua exoritur ingens vis liliorum, quæ loton AEgyptii vocant. Ea vbi demeſſuerunt, ad ſolem exiccant: deinde quod medium loti eſt, papaueri aſſimile, poſtquam coxerunt, ex eo faciunt panes aſſos. Eſt autem huius loti radix quoque eſculenta, etiam ſuauitate præſtanti, orbiculata, mali magnitudine. Sunt & alia lilia roſis ſimilia, & ipſa in flumine naſcentia: quorum fructus in alio [c] calyce germinans è terra, ſimillimus ſpecie eſt fauo veſparum. In eo eſculenta quædam inſtar nuclei oliuæ coagmentata innaſcuntur, quæ & tenera comeduntur & arefacta. Iam verò byblum annuum vbi è paludibus excerpſerunt, ſuperiorem eius partem amputant, quam in aliud quiddam conuertunt: quod reliquum eſt inferius, longitudine cubitali, id edunt pariter, ac venundant. Eo ſiqui admodum ſuaui vti cupiunt, in luculento furno torrefactum ita comedunt. Sũt præterea ex eis qui ſolùm piſcibus victitant, quos vbi ceperunt, exenteratos ad ſolem deſiccant, exiccatiſque deinde veſcuntur. In fluminibus non ferè gignuntur piſces gregales: ſed nutriũtur in ſtagnis. qui hæc faciũt: Simulac inceſſit eis libido gignẽdi, gregatim in mare enatãt, ducibus maſculis genituram ſpargentibus, quam fœminæ [d] cõſectantes, recuruando ſe ex ea concipiunt. Eædem vbi prægnantes in mari ſunt effectæ, remeant omnes rurſus ad loca ſibi conſueta, non amplius eorundem ductu, ſed fœminarum. Gregatim autem præeuntes, faciunt quemadmodum fecerãt mares, oua fundentes inſtar milii paruæ, quæ mares venientes deuorant. Sũt autem ea tanquam milii grana, piſces: quum ex illorum granorum reliquiis non deuoratis, ſed nutritis, piſces fiant. Ex his piſcibus qui capiuntur, dum in mare meant, [e] his detrita dextra: quòd ea de cauſa patiuntur, quòd in mare dum tẽdunt, à ſiniſtra terram legunt: rurſus eadem via reuertentes, incurſant atque offenſant contingendo terram plerunque, ne itinere aberrent propter aquæ decurſum. Nilo incipiente augeſcere, in primis depreſſa *loca* terræ & lacunæ fluuio proximæ impleri incipiunt. Confeſtim que redundante à flumine aqua, hæc plena fiunt, & continuò cuncta piſciculis minutis opplentur. Vnde autem veriſimile ſit eos gigni, hoc mihi videor cauſæ intelligere, quòd ſuperiore anno poſtquam Nilus abſceſſit, piſces qui oua in cœno pepererant, vnà cum poſtremis abeunt aquis: circumacto rurſus anno, vbi aqua reſtagnauit, protinus ex his ouis gignuntur piſces. Et ad piſces quidem quod attinet, ita ſe res habet. Porro AEgyptii qui paluſtria accolũt, vnguento vtuntur ex fructu ſillicypriorum, quod appellant AEgyptii [f] kiki, hunc in modum conficientes. Sillicypria hæc, quæ apud Græcos vltrò naſcuntur, ad oras fluminum ſtagnorúmque ſerunt, multum quidem fructum ferentia, ſed graueolentẽ. Hunc vbi collegerunt, alii contuſum, ad ignem, alii in ſartagine coquũt, & quod ex eo defluit excipiunt, pingue quiddam, & nõ minus ad lucernas idoneum quàm oleum, ſed graueolentiam exhibens. Sunt autem aduerſus culices, quorum magna vis eſt, hæc ab eis excogitata. Illos quidem qui ſupra paludes incolunt, iuuant turres quas dormituri aſcendunt. nam culices ventus prohibet in altum volare. At qui intra paludes habitãt, alia turrium vice ſunt machinati, hæc videlicet: Singuli ſua habent retia, quibus per diem piſces capiunt, [g] eiſdem noctu vtuntur cubili in quo requieſcunt. Circundatis illis, deinde operti ſomnum capiunt. qui ſi in veſtimento inuoluti aut in ſindone dormirent, eos per ipſa indumenta culices morderent: per retia verò ne tãtulum quidem mordere conantur. [h] Naues eorum onerariæ ſunt factæ è ſpina, cuius figura ſimillima eſt loto Cyrenæo, & cuius lacryma gummi eſt. Ex hac ſpina ligna concidunt, quæ magnitudine bicubitali, [i] tanquam lateritio opere componũt, hunc in modum compingẽtes: Ligno cubitali circum denſos ac longos ſtipites appendunt: vbi hunc in modum compegerunt, deſuper frequentia tranſtra extendunt. [k] Commiſſuris nequaquam vtuntur, ſed introrſum compages byblo innectunt. Gubernaculum [l] ſcitè faciunt, & hoc per carinam tranſit. Malo quoque ſpinaceo, & velis ex byblo vtuntur. Hæc nauigia contra flumen meare non poſſunt, niſi luculentus ingruat ventus, verùm à terra protrahuntur. Secundum decurſum

a Quorum genealogiam deſcribentes, deuen.

b Se igitur certamẽ gymnicum ipſius iuſſu peragere. Et hi quidem ſunt ritus AEgyptiorum qui ſup.

c Calyce adnaſcẽte è radice, ſimil.

d Confectantes, abſorbent, & ex ea cone. *Legendum enim ἀναπάλοιτι ex aet. cod. non ἀνα κάμπτοιτι, cum Valla, nec ἀναλάμπτοιτι, cum vulg. edit.*

e His capita ſiniſtram verſus attrita apparent: qui verò capiũtur dum remeant, dextram habent attritã. idque ob eam cauſam pat.

f *Vulgò vicium eſſe exiſtimatur.*

g Nocte verò ſic vtũtur, Cubile in quo quieſcunt, reti circundant, deinde op. *Vt legatur οὗτοι, non ἐπεὶ ſ.*

h Nauigia eorum oneraria ſunt facta è ſp.

i In formam lateris comp. hunc in m. compingẽtes, Cuneis frequentibus & lõgis circumnectunt bicubitalia ligna. Vbi hũc in m.

k Curuatis autem in gyrum lignis non vt.

l Vnum fac. *ἐτ, pro quo hic legit ὦ.*

hoc pacto feruntur: Est [a]ianua ex myrica facta, [b]putaminibus arundinaceis strata, & lapis politus duorum ferè talentorum pondo. huiusmodi [c] ianuam fune alligatam, in anteriore parte nauis sinunt deferri: lapidem verò retrorsum alio fune. [d] Ita ianua, impetu aquæ insidente, protinus meat & trahit barim: hoc enim his nauigiis est nomen. Lapis autem dum retrorsum trahitur, fundo admotus dirigit nauim. Horum nauigiorum ingens apud illos est copia, quorum quædam ferũt multa millia talentorum pondo. Quum regionem supergressus est Nilus, solæ vrbes apparẽt, eatenus extantes vt insulis AEgæi maris ferè assimiles esse videantur. Nam cætera AEgypti, pelagus efficiuntur: ipsæque vrbes, solæ extant, *quæ stationes nauium faciunt*. Nec iam, quum hoc contingit, per alueum fluminis, sed per medium cãpi nauigatur. Ex Naucrate quidem [e] Memphin versus, non iam iuxta pyramides ipsas, sed iuxta acumẽ Deltæ & vrbem Cercasorum. A mari autem & Canobo Naucratem versus per campum ad Anthyllam vrbem venies, & ad vrbem quæ vocatur Archandri. Harum vrbium Anthylla, quæ est insignis, datur peculiaris in calceamenta vxori semper eius qui in AEgypto regnat. quod factũ est ex quo AEgyptus fuit ditionis Persarum. Altera videtur mihi nomen habere ab Archandro Danai genero Phthii Achæi filio. Archãdri enim vrbs nominatur. [f] Quòd si alius quisquam Archander esset, nequaquam AEgyptium nomen foret. Hactenus quæ vidi, quæ noui, quæ interrogaui, dicta sunt: hìc pergam differere de AEgypto quæ audiui, addẽs & aliquid quod ipse viderim. Menem, qui primus apud AEgyptum regnauit, aiebant sacerdotes [g] iunxisse pontibus Nilum ad Memphin. nam eũ, Libyam versus, totum præterlabi montem Psammium: & supra Memphin cẽtum circiter stadia meridiem versus aggesta humo ad anfractum fluminis arefeciſſe pristinum alueum. ita flumen facto alueo per medium montium fluere. Adeo nunc quoque sub Persis iste anfractus Nili qui coercitus fluit, magnis præsidiis custoditur, quotannis obseptus aggeribus. Quos si refringens flumen velit ea parte redundare, omnis Memphis adibit periculum ne aquis operiatur. Ab hoc Mene, qui primus extitit rex, [h] id vnde fluit amnis effectum terrestre, ibíque ab eodem vrbem hanc conditam quæ nunc Memphis appellatur (est enim Memphis in angustiis AEgypti sita) & exterius aquilonem versus & vesperum, ex flumine effossum esse stagnum, (nam ab aurora ipse Nilus coerceat) & ab eodem in ea vrbe extructum hoc templum Vulcani tum magnum, tum memoratu dignissimum. Post hunc recensebant è libro sacerdotes nominatim alios trecentos ac triginta reges. In quibus tot ætatibus hominum, decem & octo fuissent AEthiopes, & vna mulier alienigena: cæteri, viri AEgyptii. Mulieri quæ regnauit, fuit nomen idem quod reginæ Babylonicæ, Nitocris: quam dicebant vltam fuisse fratrem, ab AEgyptiis, apud quos regnabat, interemptum: quum eo interempto, regnum ad hãc detulisse. Vltam autem fratrem, multis AEgyptiorum dolo absumptis. Nam extruxisse eam permagnum ædificium subterraneum, per causam quidem noui operis, animo autem aliud agitantem: & conuocatis ad conuiuium multis, quos præcipuè nouerat fraternæ cædis autores fuisse, per occultum quendam specum immisisse flumen discum bentibus. Hæc demum de illa referebant, præterquam quòd, vbi hoc feciſſet, [k] cõsperſisse eam multo cinere ædificium, quo impunita esset. Aliorum autem regum nullum referebant clarum opus editum, nisi vnius, qui postremus horum extitit, Mœris. Hunc enim ædificasse memoratu digna Vulcani vestibula, ad vẽtum aquilonem vergentia: & stagnum effodisse, cuius quot sint in ambitu stadia, posterius aperiam: & pyramides in ea extruxisse, de quarum magnitudine simul cum ipsius lacu mentionem faciam. Hunc itaque tantum operum edidisse: alios autem nihil prorsus. Quos ego prætergressus, eius qui his successit, nomine Sesostris, mẽtionem habebo. Istum dicebant sacerdotes, [l] primum longis nauibus ex Arabico sinu profectum, rubri maris accolas in suam potestatem redegisse: progressúmque longius, venisse in mare iam vadosum, & proinde non nauigabile. Illinc vbi retro se ad AEgyptum recepisset, secundum sacerdotum cõmemorationem, coacto ingenti exercitu per continentem perrexisse: omnésque gentes, vt in quanque incidebat, subegisse. Et quascunque earum nanciscebatur feroces & vehementer studiosas libertatis, in earum regionibus cippos statuebat, inscriptos literis sui nominis & patriæ, & quæ referrent ipsum illos vi subegisse: quarum verò vrbes nullo prælio nullóque negotio cepisset, his cippis inscripsit tum easdem literas quas scripserat eis gentibus quæ viriles extiterant, tum muliebria genitalia: planum facere volens, illos haudquaquam viriles extitisse. Hæc faciendo peragrabat continentem, donec ex Asia in

a Cratis.

b Ex arundinũ resegminibus consuta, *uel cõtexta*, & lapis perforatus, duorũ s. &c.

c Cratem.

d Cratis itaque imp.

e Memphin versus nauiganti, iuxta ipsas pyramidas est cursus, *id est tenetur, uel dirigitur*. at ne hic quidẽ est *tũ*, sed *est alius* iuxta ac.

f Sed fieri potest vt aliquis alius Archãder fuerit: non tamen AEgyptiũ est hoc nomen.

g Aggessisse Memphin. fluuium enim totum præterlabi solitum montem sabulosum Libyã versus: Menem autem supra stadia circiter cẽtum à Mẽphi, sinu qui meridiem versus fereba tur obstructo, aref. pr.

h Quum ea pars à qua fluuium arcuerat, continens facta esset, *uel terrestrũ*, ibi ab e.

i Nam quum domum cõderet, specũ subterraneum & eum quidem valde longũ excauasse, vt ipsa quidem dicebat, mente autem aliud machinata esse. & conuoc. Vt *legatur* κατοικῶν, *nõ* κατ᾽ οἰκῶν.

k Sese cõiecisset in domum cinere plenã, quò imp.

l *Hunc locum Budæus ita uertit*, Primum omnium regum longis nauibus Arabicum sinum præterrectũ, & populos rubri maris accolas in potestatẽ suam redegisse: indéque retro iisdem vestigiis reuersum, & coactis ingentibus copiis transgressum in continentem infesto exercitu obuias vbique gentes subegisse: Quascunque autem erat nactus gentes strenuas, & pro libertate tuenda acriter ac percupidè dimicãtes, per horũ ille regiones stelas, *id est cippos lapideos* statuebat, literis significantes ipsius regis nomen & patriam, & vt copiis eos propriis ac viribus subegerat. Quorum verò vrbes nullo negotio aut incruẽto certamine ce-

pisset, apud hos itidē vt apud illos qui strenuitatis specimen ediderant, cippos quoque statuebat, atque eo amplius muliebria genitalia adsculpebat, significare volēs eos ignauos esse. Bud.

Europam transgressus, Scythas subegit & Thraces: ad quos vsque & non vlterius mihi videtur AEgyptius exercitus peruenisse, quoniam in istorum terra tituli, non vltra, positi apparēt. Hinc digressus retro abiit, & posteaquam ad Phasin subsedit, [a] quid deinceps, non habeo quod dicam, an ipse rex Sesostris, diuiso suo exercitu, aliquantulum copiarum reliquerit ad eam regionem incolēdam, an aliqui militum pertæsi peregrinationis, circa fluuium Phasin substiterint. Nam Colchi videntur AEgyptii esse, quod ipse prius notum quàm ex aliis auditū refero. Cuius rei quum mihi cupido incessisset vt vtrosque percontarer, magis Colchi reminiscebātur AEgyptiorum, quàm AEgyptii Colchorum. Dicebāt autem AEgyptii se opinari Colchos è Sesostris esse exercitu. [aa] Ipse autē ex hoc coniecturam capiebam, quòd atro colore sunt & crispo capillo (tametsi hoc pro nihilo putari posset, quum & alii sint huiuscemodi) [b] sed quòd isti præcipuè. Præterea quòd soli omnium hominum Colchi & AEgyptii & AEthiopes ab initio statim pudenda circuncidūt. Nam & Phœnices & Syrii, qui sunt in Palæstina, didicisse id ab AEgyptiis & ipsi confitentur. Syrii verò qui fluuium Thermodontem & Parthenium accolunt, & horum contermini Macrones, à Colchis se nuper didicisse aiunt. Hi enim ex hominibus soli sunt qui circunciduntur: [c] & in hoc faciendo, agnoscuntur AEgyptii esse. AEgyptii verò atque AEthiopes, non queo dicere vtri ab vtris didicerint. nam videtur esse perantiquum. Sed quòd ex AEgypto, quum illic commercium haberent, didicerint, magnum mihi fit hoc testimonium: quòd hi Phœnices qui cum Græcis commercium habent, non amplius circa virilia imitantur AEgyptios, nec eorum qui nascuntur, virilia circuncidunt. Agedum & aliud de Colchis dicam, in quo sint similes AEgyptiorum. Hi soli atque AEgyptii linum eadem ratione [d] operantur: omnísque vtrorunque vita pariter & lingua similis est. Linum autem Colchicum à Græcis Sardonicum appellatur, quū illud quod ab AEgypto venit, appelletur AEgyptiacum. Titulorum quos Sesostris rex AEgypti [e] regionatim erexit, pleriq; iam incolumes non extant. quosdam in Syria Palæstina ipse vidi inscriptos, tum quibus dixi literis, tum muliebribus genitalibus. Circa Ioniam quoque duæ huius viri figuræ visuntur in petris incisæ: vna quidem quâ ex Epheso in Phocæam itur, altera verò, quâ è Sardibus Smyrnam versus. In quarum vtraque insculptus est vir magnitudine quinûm palmorum, dextra spiculum tenens: sinistra arcus, cæteráque item armaturam & AEgyptiacam & AEthiopicam gestans: & ex altero ad alterum humerum eūtes sacræ literæ AEgyptiacæ sunt insculptæ in hæc verba, HANC EGO REGIONEM MEIS OBTINVI HVMERIS. Quis tamen aut cuias fuerit, [f] ab hac parte non indicant, sed ab altera. Ea quidam conspicati, Memnonis imaginem esse coniectant, multùm à veritate deficientes. Hunc igitur Sesostrin AEgyptium sacerdotes dicebant, redeuntem, multósque mortales earum gentium ac regionum quas subegerat, reportantem, eundem, [g] posteaquam ad Daphnas Pelusias se receperat, fuisse à fratre, quem AEgypto præfecerat, vnà cum liberis inuitatum: & quum ille domum exterius materia circumstipasset, struémque incendisset, re hūc intellecta extemplo cum vxore deliberasse, (nam & vxorem secum duxerat) & ea suadente vt duos è sex liberis super ardentem pyram extendens pontem faceret, super quos ipsi transeuntes euaderent, ita feciſſe: & duobus filiis ita incensis, cæteros vnà cum patre fuisse seruatos. Sesostrin in AEgyptum reuersum, vltionem de fratre sumpsisse: quam verò multitudinem è terris in potestatem redactis abduxerat, ea vsum in hæc fuisse. Nempe isti fuerunt qui sub hoc rege immensæ magnitudinis lapides in templum Vulcani portatos pertraxerunt, quíque ad diuortia aquarum, quæ nunc in AEgypto sunt, cuncta effodienda sunt adacti, [h] quia inuiti faciebant vt AEgyptum, prius equis & plaustris agendis vbique idoneam, redderēt non idoneam. Nam ab eo tempore AEgyptus, quæ omnis plana est, tamen inequitabilis & plaustris inhabilis extitit, propter multiplices fossas [i] vniuersa loca occupantes: quas ideo rex fodiendas putauit, vt ciuitates quæ non accolerent flumen, sed in medio AEgypti essent, refluēte flumine non laborarēt penuria aquæ ad potādum, sed ea suppēditaretur è puteis. Hac de causa AEgyptus interciſa est, & ab hoc rege, vt dicebant, in omnes AEgyptios dispartita, soli quadrati æqua portione viritim per sortem data: atque hinc prouentus institui, imposita certa pēsione, quam illi quotannis soluerent. Quòd si cuius portionem alluuione flumen decurtasset, is adiēs regem, rei quæ contigerat certiorem faciebat. rexque ad prædium inspiciendum mittebat qui metirentur quanto deterius factum esset, vt ex residuo proportione taxatum vectigal penderetur: atque hinc geometria orta videtur in Græciam transcen-

a Deinceps pro cō perto dicere non posſum an ipse r.

aa Ipse partim ex hoc

b Sed ex istis magis, quòd soli &c.

c Et in eo istos AEgyptiorum consuetudinem sequutos constat.

d Elaborant. *Vel, Apparant. Gall. accouſtrent.*

e Per singulas regiones.

f Hic quidem non declaratur, sed alibi declaratum est.

g Quum in reditu Daphnas Pelusias veniſſet.

h Et per imprudētiam fecerunt vt AEgyptus pr.e. & pl. agendis vbique idonea, cōmoditate ista careret. Nam, &c.

i Et varias formas, *uel uaria diuerticula* habentes. Regionem autem idcirco rex incidit vt ciuitat. *Hic pro ἕνεκ legit ὅτι.*

disse. Nam polum & gnomonem, *id est normam*, & duodecim diei partes à Babyloniis Græci didicerunt. Solus hic AEgyptius rex imperio potitus est AEthiopiæ: monumentum quoque sui reliquit ante ædem Vulcani, lapideas statuas, duas quidem tricenûm, vnam suam, alteram vxoris: quatuor autem, vicenûm cubitorum, totidem filiorum. Huic statuæ longo pòst tempore quũ Darii Persæ statua anteponeretur, non tulit id sacerdos Vulcani, negans Darium tales res gessisse quales gessisset Sesostris AEgyptius: quippe qui cum alias nationes nõ pauciores quàm Darius, tum verò Scythas subegisset: eóque iniquum esse huius ante illius sisti donaria, qui rebus gestis non esset illum supergressus. Hæc loquuto sacerdoti tamen ignouisse Darium ferunt. Defuncto Sesostre, regnum suscepisse Pheronem eius filium aiebant, & hunc nullam sumpsisse expeditionem, sed ei contigisse vt luminibus caperetur. idque hac de causa: Quum flumen eo tempore copiosissimum manaret, ita vt supra decem & octo cubitos rura transcenderet, vento ingruente, qui fluctus cieret, ferunt hunc regem [b] facinus admisisse, quòd sumptum spiculum in medios fluminis vortices contorserit: statímque laborasse ex oculis, ac visum amisisse, detennióque cæcum fuisse. Vndecimo autem anno ex vrbe Buti ei oraculum adueniisse, iam exactum esse tẽpus [c] calamitatis: visúmque ei rediturum, si oculos abluisset lotio mulieris quæ ad suum solius virum accessisset, aliorum virorum expers. Eum ergo ante omnia vrinam vxoris expertum, quum nihil amplius cerneret, cæterarum deinceps vrinam expertum, tandem vidisse. Túmque omnes mulieres quas fuisset expertus (præter eam cuius lotio lotus visum recepisset) vnam in vrbem coegisse, quæ ἐρυθρὴ βῶλος, *id est rubra gleba*, dicitur, & eas illic coactas cum ipsa vrbe omnes concremasse: & eam cuius lotio lotus visum recepisset, vxorem duxisse. Ergo ea clade liberatus cum alia in aliis templis donaria posuit, omnia memoratu digna, tum maximè memorabilia ac spectaculo digna in templo Solis, gemina saxa, quos obelos vocant, *à figura ueru*, centenûm cubitorum lõgitudinis, octonûm latitudinis. Huic in regno successisse aiebant virum Memphiten cui nomen esset lingua Græca Proteus. cuius nũc apud Memphin visitur fanũ, decorũ sanè ac valde adornatum, ad australem partem templi Vulcani positum, circunquaque Phœnicibus Tyriis habitantibus: qui locus omnis castra Tyriorum appellatur. In hoc fano Protei est ædes quæ vocatur Veneris hospitæ: quam coniicio esse Helenæ Tyndari filiæ: tum quia apud Proteum fuisse diuersatam audiui, tum etiam quòd cognomine Veneris hospitæ appellatum est. Nam quæcunque sunt alterius Veneris templa, neutiquam hospitæ appellantur. Et sanè percõtanti mihi sacerdotes de Helena, referebant ita rem esse gestam: Alexandrum, rapta è Sparta Helena, quum renauigaret domum, in mari AEgæo ventis cursu excussum in AEgyptiacum pelagus: atque illinc, non remittentibus flatibus appulsum, in AEgyptum, ad ostium Nili quod vocatur Canobicum, atque ad Taricheas. Erat in eo littore, Herculis tẽplũ, quod nunc quoque est: ad quod siquis cuiuscunque hominis seruus confugiens capiat sacras notas, sese deo tradens, eum nefas est tangere. Quæ sanctio ad meam vsque ætatem prorsus immutata perseuerauit. Eam templi legem mancipia Alexãdri quum audissent, ab eo profugerunt: assidentésque deo supplices, Alexandrum insimulabant, eum destructum volentes: rémque omnem exponebant vt circa Helenam gesta erat, & illatam Menelao iniuriam. Insimulabant autem de his apud sacerdotes & apud huius ostii Nili præfectum, nomine Thonin. His auditis, Thonis quamraptissimè Memphin ad Proteum mittit hæc nunciatum, his verbis: „ Peregrinus quidã venit genere Teucer, qui rem nefariã in Græcia perpetrauit: „ quippe seduxit hospitis vxorẽ, quam secum ducẽs cum multis admodum opibus, „ in tuam terram ventis appulsus est: vtrúmne sinemus eum abire impunem, an ea „ quæ attulit secum eripiemus? Ad hæc remisit Proteus qui diceret, Virum istum, vndecunque is sit, qui rem nefariam in hospitem suum perpetrauit, comprehensum ad me deducite, vt quídnam dicturus sit sciam. Hoc vbi accepit Thonis, Alexandrum comprehendit, nauésque eius distinet: dehinc illum Helenámque cum opibus, atque etiam [d] seruos Memphin ducit. Quibus omnibus repræsentatis, Proteus percontatus est Alexandrum quísnam esset, & vnde cum nauibus profectus. Alexander illi & genus suum commemorauit, & patriæ nomen, & vnde nauigasset, & quó. Sed interrogante Proteo vnde Helenam accepisset, titubanté in loquendo ac [e] tergiuersantem coarguebant ii qui fuerant supplices, exponentes omnia quæ in scelere admittendo gesta essent. Tandem Proteus apud eos hanc sententiam „ tulit, inquiens, Ego, nisi magni inter esse arbitrarer de nullo peregrino supplicium

[a] *Hæc adde post* Subegisset, Darium autem Scythas vincere non potuisse. Ideóque in.

[b] Proteruitate quadam sumpt.

[c] Pœnæ qua multaretur.

[d] Supplices, ἱκέτας, *pro quo hic legit* αἰκιστὰς.

[e] *Ad uerbum*, Non dicentem veritatem.

capitis ſumere, ad terram meam ventis appulſo, ſupplicium pro Græco illo de te ſumerem. [a] omnium hoſpitum deterrime, ſceleſtiſſimum facinus admiſiſti, à tuo ipſius hoſpite erepta vxore: [b] neque his contentus, cum ea abiſti. Ac ne his quidem ſatis habens, compilata hoſpitis domo veniſti. Itaque quoniam magni mométi eſſe duco necare hoſpitem, mulierem hanc atque opes tibi vt abducas non ſinam, ſed ego hæc Græco hoſpiti reſeruabo, dum ille ipſe conſtituerit venire ad iſta reportanda. Tibi verò ipſi, tuiſque conuectoribus, vt è mea terra in aliam triduo trāſfretetis præcipio, alioqui vos pro hoſtibus perſequuturus. Hūc Helenę ad Protea aduētum fuiſſe ſacerdotes referebant. Quam famam videtur mihi & Homerus accepiſſe, ſed quia non perinde decora res erat in carmine, alio loquendi modo eſt vſus, in quem tranſtulit, declarans ſe hunc famæ ſermonem notum habuiſſe. Id manifeſtum eſt ex eo quòd in Iliade facit mētionem eiuſdem erroris Alexandri: nec vſquam alibi retractat, Alexandrū abducētem Helenam, cum alibi fuiſſe errabundum, tū etiam Sidonem Phœniciæ applicuiſſe. Meminit enim huius rei in laudanda virtute Diomedis, ita verſibus inquiens,

Iliad. ζ.

Picturata inerant ibi pallia, opus mulierum
Sidonidum, quas ipſe Paris formoſus ab vrbe
Sidonia duxit, ſulcans freta lata carinis,
Quum retulit magnis Helenam natalibus ortam.

Meminit quoque in Odyſſea his verſibus,

Odyſſ. δ.

Hoc habuit Ioue nata probum præſēnſque venenum,
Quod Polydamna ſibi Thonis donauerat vxor:
AEgypti quæ terra ferax fert plurima mixtim,
Multa quidem proba, multa autem damnoſa venena.

Hæc quoque alia ad Telemachum Menelaus inquit,

Odyſſ. δ.

Huc etiam AEgypto dii me tenuere reuerti
Conantem, quibus haud tuleram ſolennia ſacra.

In his carminibus fatetur Homerus ſe noſſe errationē Alexādri in AEgyptum. Eſt enim Syria AEgypto contermina, & Phœnices (quorum Sidon eſt) in Syria incolunt. Itaque cum hi verſus, tum verò hic locus, non minimùm, imò maximè probant Cyprios verſus, non Homeri, ſed cuiuſpiam alterius eſſe: in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens, triduo Ilium peruenisſe, ſecundo vento vſus ac tranquillo mari: quum in Iliade dicat illum, quum Helenam duceret, erraſſe. Sed Homerus & Cypria carmina valeant. Cæterùm, nunquid Græci vana quæ circa Ilium geſta memorarent nécne, percontanti mihi, ſacerdotes ita reſpondebant, ſe cognouiſſe ex ipſo Menelao, rapta Helena magnas Græcorū copias auxilio veniſſe Menelao in regionem Teuciam: quæ in terram egreſſæ, locóque communito, miſerunt Ilium legatos, cúmque eis & ipſum Menelaum iſſe. Hos, poſtquam ingreſſi ſunt mœnia, tum Helenam, [c] opéſque quas Alexander furto aſportaſſet, repoſciſſe, tum iniuriæ ſatisfactionem. Teucros autem tunc eadem narraſſe, deinde & iuratos negaſſe habere ſe Helenam atque opes de quibus arguerentur, ſed ea in AEgypto eſſe omnia: neque ſe iure reatum ſuſtinere earum rerum quas Proteus AEgyptius rex teneret: Græcos, quum ſe ab illis derideri arbitrarentur, ita obſediſſe Ilium, donec expugnauerunt. Vrbe capta, quum Helena non appareret, & eandem orationem quam prius audirent Græci: ita demum habita prioribus verbis fide, ipſum Menelaum ad Proteum mittunt. Hic vbi ad AEgyptum peruenit, & Memphin appulit, expoſita rei geſtæ veritate, honorificentiſſimè hoſpitio exceptus, Helenam malorum immunem recepit, & inſuper omnes [d] pecunias ſuas. Et quum hæc aſſe quutus eſſet Menelaus, tamen iniurius in AEgyptios extitit. nam quum proficiſci conaretur, nec per ventos poſſet, idque iam diu, rem nefariam excogitauit. Sumptis enim duobus pueris quorundam indigenarum filiis, exectíſque, haruſpicinam fecit. Quod vbi eum feciſſe reſcitum eſt, inuiſus & exagitatus [e] fuga in inſulas Africæ obiacentes. Eò poſteaquam ſe contulit, nihil amplius quod referrent AEgyptii habebant. Atque horum alia ſeſe ex hiſtoriis noſſe dicebant, alia vt apud ipſos geſta, ſeſe magis habere comperta. Et hæc quidem aiebant AEgyptiorum ſacerdotes. Ego verò [f] ad ea quæ de Helena commemorata ſunt, & ipſe adiicio hoc coniecturæ, Si intra Ilium fuiſſet Helena, vtique fuiſſet Græcis tradita, ſiue volente Alexandro ſiue inuito. Neque enim ita deſipiebat Priamus, aut alii eius propinqui, vt ſuis ac liberorum corporibus, atque etiam vrbe periclitari vellent, quò Alexander Helenæ contubernio potiretur. Quòd ſi inter initia ita ſenſiſſent, tamen, poſteaquam

a Qui (ὁ omnium hominum deterrime) hoſpitio exceptus, ſceleſtiſſ. *At hic pro ξεινίων legit ξείνων, iungens cum τὸν ἀνδρῶν, & omittens τυχόν.*

b Neque verò tibi ſatis fuit cum illa rem habuiſſe, ſed etiā ſublata illa abiiſti. Ac ne his quidem contentus, direpta hoſp. *Poteſt & aliter exponi ἀτασθαλίας.*

c vel, Réſque.

d vel, Res ſuas.

e Nauibus in Libyam profugit. Inde quónam iter conuerterit, nihil ampl. *Hic interpr. pro νηυσὶ legit νομοῖσι.*

f Et ipſe aſſentior iis quæ de Hel. &c. his adiectis, Si, &c.

cum multi aliorum Troianorum, tum verò Priami filiorum duo trésue aut plures perierant cum Græcis præliantes, siquid referentibus credi verificatoribus debet: hæc, inquam, omnia quum contigissent, ego crediderim Priamum, vel si ipse in contubernio Helenam habuisset, Achæis redditurum fuisse, cupiditate præsentia mala deuitandi. Neque verò regnum ad Alexandrum erat peruenturum, vt iam sub eo res essent, seniore Priamo, quum Hector & natu maior & virtute præstãtior quàm ille, regnum esset defuncto Priamo susceperus: quem haudquaquam decuisset fratri iniustè agenti indulgere, quum præsertim tãta mala propter eum, tum priuatim ipsi, tum cæteris Troianis omnibus euenirent. Sed nec poterant reddere Helenam, nec verum dicentibus eis Græci fidem habebant, numine (vt quod sentio dicam) disponente, vt funditus euersi planum facerent hominibus, magnarum iniuriarum magnas à diis esse vltiones. Et hæc quidẽ, [a] vt mihi videntur dicta sunt.

a Ex opinione mea d.

NO. Protei autem regnum dicebant suscepisse Rhampsinitum, qui [b] memoriam sui reliquit vestibula ab occasu spectantia templum Vulcani, & eregione vestibulorum statuit duo simulacra quinûm & vicenûm cubitorum longitudinis: quorum quod aquilonem spectat, [c] id AEstatem: quod austrum, id Hyemem AEgyptii vocant, præposterè facientes. Huic regi ingentem etiam pecuniarum vim fuisse, quam nemo regum qui deinceps scripti sunt, superare potuerit, ac ne proximè quidem accedere. Et quum in tuto eam pecuniam collocare vellet, ædificium extruxisse lapideum, cuius parietum vnus in exteriorem ædium partem pertingebat. sed structorem insidiantem hoc fuisse machinatum: Is vnum è lapidibus ita struxit vt è pariete facilè tolli à duobus viris atque adeo ab vno posset. AEdificio absoluto, regem in eo pecuniam reposuisse: interiecto tempore, structorem illum, quũ esset vita excessurus, vocasse ad se filios (nam duos huic fuisse) eisque narrasse, se illis prospicière̅, vt affluenter vitam degerent, astutè ædificasse regis ærarium: [d] denique omnia illis exposuisse planè, mensurásque ad lapidem amouendum docuisse, ac dixisse, illos hæc obseruantes, regii ærarii quæstores fore. Patre vita functo, haud in longum filios rem distulisse. noctu enim ad regiam accedentes, lapidẽ ædificii inuentum nullo negotio amouisse, multúmque pecuniæ expilasse. Quum autem rex fortè fuisset ædificium ingressus, viderétque vasa nummorum imminuta, obstupuisse: nec habuisse quem insimularet, quum & signa salua & ædificium obseratum esset. Vbi autem iterum ac tertiò aperiẽti minor assiduè pecunia [e] apparebat, hoc fecisse, ne fures cum furto abirent: Laqueos faciendos curasse, & eos circa vasa in quibus pecuniæ inerant collocasse: fures, quemadmodum superiori tempore, quum venissent, & alter eorum penetrans ad vas recta perrexisset, eum fuisse laqueo retentum: & vbi agnouit quo in malo esset, protinus fratrem vocasse, & præsentis cõditionis suæ certiorem fecisse: iussisseq; vt quamcelerrimè introgressus sibi caput abscinderet: ne ipse conspectus agnitúsque quis esset, etiam illum vita perderet. Qui quum visus esset probè dicere, fratrem ei obsequentem ita feciss: & adaptato lapide domum abisse, fratris caput asportantem. Vbi dies illuxit, ingressum in ædificium regem expauisse, cernentem corpus furis in laqueo sine capite, & ædificium incorruptum, nullúmque neque ingressum neque egressum habens. Ita abisse, atque ita faciendum statuisse vt furis cadauer è muro suspenderet: custodésque illic apposuisse, iussos vt siquem plorantem aut miserantem animaduertissent, eum ad se perducerent. Suspenso cadauere matrem indignè tulisse, alloquutámque filium qui superarat; imperasse vt quacunque ratione machinari posset, corpus fratris resolueret asportarétque: id si negligeret, minatam se regem esse adituram ad eum indicandũ quòd pecunias regias haberet. Aduersus hanc quum filius multa verba faceret, nec persuaderet, quòd illa rem grauiter accipiebat, eum talem rem fuisse commentum: Instratis asinis vtres vino plenos imposuisse: & postquam agendo asinos iuxta custodes fuit ante suspensum cadauer, [f] reuulsis ligaculis, duos trésue pedes resoluisse: & quũ vinum profluueret, tum caput cædentem, vehemẽter vociferatũ esse, tãquam nescientem ad quem prius asinorum se conuerteret. Custodes quum multum vini profluere viderent, concurrisse cum vasis in viam: & id quod profluueret lucrifacientes comportasse. Istum simulata iracundia omnibus maledixisse, aliquantóque pòst illis consolantibus, finxisse̅ se mitigatum, & ab irascendo desisse. Tandem seduxisse̅ è via asinos atque instruxisse: & quum plura verba inter eos fierent, & quidam faceto dicto hominem lacessseret, vt risum eliceret, donasse illis vnum ex vtribus. Atque eos illic, vt erant discumbentes, potare constituisse, prehensantes hominem ac iubentes vt secum ad compotandum maneret: atque istum obsequutum

b Monimenta.

c Id AEstatem vocant, & eum quidem adorant atque beneficiis prosequũtur: ei autem qui ad notum est, & Hyems vocatur, cõtraria istis faciunt.

d Denique quum illis omnia quæ ad lapidem amouendum pertinerent, apertè ex posuisset, eius mensuram dedisse, ac fore dixisse vt si hæc obseruarent, regii ær.

e Apparebat (nam fures non desinere diripere) ipsum hæc fecisse Laqueos, &c. *Vel (utpote furibus assiduè diripientibus)*

f Detractis verium duobus aut tribus peronibus, *seu faeculis*, resoluisse illos laxatis vinculis.

remanſiſſe: & quum inter potãdum comiter acciperetur, donaſſe inſuper alterum vtrem. Ita ſe vino ingurgitantes cuſtodes, admodũ temulentos eſſe factos, ſomnóque oppreſſos, ibidem vbi potauerant obdormiſſe. Iſtum, vbi multum noctis erat, tunc corpus fratris diſſoluiſſe, & cuſtodum malas dextras in contumeliam derasiſſe, & aſinos impoſito cadauere domum verſus agitaſſe, exequutúmque imperia matris. Regem, vbi ei renuntiatum eſt furem cadauer ſurripuiſſe, acerbè tuliſſe: & quũ vellet quoquomodo inuenire quiſnam eſſet iſta machinatus, hoc feciſſe, quod apud me caret fide: Filiam ſuam domi proſtituiſſe, iuſſam omnes indifferenter excipere: ſed priuſquam coirent, adigere ad ſibi dicendum quídnam in vita eſſet actum à ſe ſolertiſſimum ac ſceleſtiſſimum: & qui narraret quæ circa furem acta eſſent, eum comprehenderet, neque exire permitteret. Quum itaque filia patris imperia faceret, furem, [a] quòd audiſſet quamobrem iſta fierent, cupiétem euadere verſutiam regis, hoc egiſſe: Recentis mortui amputatam ex humero manum ſub pallio ferentem iſſe, atque ingreſſum ad filiam regis, quũ interrogatus eſſet eadem quæ cæteri, enarraſſe, hoc ſe ſceleſtiſſimũ perpetraſſe, quòd fratris in ærario regis laqueo capti caput amputaſſet: ſolertiſſimũ autem, quòd cadauer fratris ſuſpenſum reſoluiſſet, cuſtodibus prius ebriis factis. Illam, quum hæc audiſſet, manum in hunc inieciſſe, eíque furem in tenebris manum mortui porrexiſſe. Quam mulier quum apprehendiſſet, manum ſe huius tenere rata, iſtum per fores ſe proripuiſſe, muliere deluſa. Poſtquam & hæc renuntiata ſunt regi, ſtuporem incuſſiſſe tum aſtutiam, tum audaciam hominis. Ad extremum dimiſſis per omnes vrbes nuntiis, regem edixiſſe, non modò veniam ſed etiam magna munera manere furem, ſi in conſpectum ipſius veniret: ita furem, fide habita, ad eum veniſſe: eíque Rhampſinitum, magna viri admiratione ductum, filiam ſuam collocaſſe, tãquam ex omnibus mortalibus plurima ſcienti. Nam AEgyptios quidem cæteris, hunc autem AEgyptiis antecellere. Poſt hæc aiebant regẽ hunc deſcẽdiſſe viuum ſub terram, eò vbi Græci opinantur ſedes infernas eſſe, & ibi cum Cerere alea luſiſſe: & aliquando victorem, aliquando victum fuiſſe: & ſurſum iterum fuiſſe reuerſum, munus ab ea obtinentẽ mantile aureum. Quod tempus à Rhampſiniti deſcenſu ad reditum, dicebant feriatum eſſe apud AEgyptios. Idque ego ad meam memoriam ſcio obſeruatum. Verùm [b] an ob id ſic feriati ſint AEgyptii, aſſerere nõ poſſum: ſed ſacerdotes pallium quoddam, quod intra vnum diem detexuerunt, vni ex ſuis induere, & oculos mitra obducere: quem geſtantem pallium vbi in viam deduxerunt quæ fert ad Cereris templum, ipſos redire illo relicto. Hunc autem ſacerdotem oculos velatos habentem aiunt à geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab vrbe viginti ſtadia abeſt: & rurſus à templo in eundem locum à lupis reduci. Quæ ab AEgyptiis referuntur, cuicunque credibilia videntur, is eis vtatur. mihi autem in omni ſermone conſtitutum eſt ea ſcribere quæ auditu cognoui. Inferorum principatũ tenere Cererem & Liberum AEgyptii aiunt. Hi denique primi extiterunt qui dicerent animam hominis eſſe immortalem, quæ de mortuo corpore ſubinde in aliud atque aliud corpus, vt quodque gigneretur, immigraret. Atque vbi per omnia ſe circumtuliſſet, terreſtria, marina, volucria, rurſus in aliquod hominis corpus genitum introire. atque hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia. Hanc rationem ſunt è Græcis qui vſurpauerint tanquam ſuam ipſorum, alii prius, alii poſterius. quorum ego nomina ſciens, non duco ſcribenda. Ad Rhampſinitum vſq; regem aiebant in AEgypto viguiſſe ſanè [d] ius omne. Poſt hunc autem, qui in regno ſucceſſit Cheopem in omne flagitium fuiſſe prolapſum. Omnibus nanque eum templis obſeratis, ante omnia AEgyptiis ne ſacrificarent interdixiſſe. Deinde iuſſiſſe vt in ſuis ipſius operibus exercerentur: aliis, vt ex lapidicinis Arabici montis ſaxa exciperent, & illinc ad Nilum vſque protraherent: aliis, vt tranſmiſſo flumine, illa acciperent, & ad montem qui dicitur Libycus traherẽt. Faciebant autem opus circiter decem hominum myriades, *id eſt centum millia*, ternis ſemper menſibus ſingulæ. In ea via populus dum trahendis ſaxis atteritur, decennẽ tempus triuit, quod non multo minoris operis mihi videtur quàm pyramidem extruxiſſe. Cuius longitudo eſt quinque ſtadiorum, latitudo decem paſſuum: [c] altitudo (vbi maxima eſt) octo paſſuum, lapide polito & animalibus inſculpto. In hac decem annos fuiſſe conſumptos, & in ſubterraneis ædibus in tumulo, ſupra quem pyramides ſtant, quas fecit ſibi pro ſepulchro, in inſula intromiſſo per foſſam Nilo. Verùm in pyramide hac annos viginti abſumptos: cuius ſingulæ frontes (nam eſt formæ quadratæ) ſunt [f] octogenùm iugerum pari altitudine, ſaxis dolatis decentiſſiméque coagmentatis, quorum

a *Vel*, Qui intelligeret.

b An ob id, an ob aliud quippiã ſic feriẽtur AEgyptii, aſſerere non poſſum. Sacerdotes autem pallium quoddam eo ipſo die contextum vni ex ſuis induũt, & oculos mitra obducunt: quem geſt. pall. vbi in v. dedux. q. f. ad C. templũ, ipſi redeunt illo relicto.

c Et hæc quidem tum ab AEgyptiis relata ſunt, quæ cuic. cr. vid. is eis vtatur. Mihi autem toto hoc opere, *vel tota hac narratione*, conſtitut.

d Omnem legum æquitatem, &c.

e Altitudo autem, qua parte eſt altior ſe ipſa. *Sic ad verbum. Intelligit autem faſtigium ipſius pyramidis. Gall. La pointe, vel, l'eguille.*

f Octogenùm pedum.

quorum nullum est minus triginta pedum. Fuit autē extructa hæc pyramis in speciem graduum, quas quidam scalas, quidam arulas vocant. Posteaquam eam principio talem fecissent, attollebant reliquos lapides breuibus machinis è ligno factis, ex humo in primum ordinē graduum leuantes.[a] Vbi super hunc gradū lapis erat, alteri machinæ imponebatur, quæ in ipso primo gradu stabat. Ab hoc deinde in alterum ordinem trahebatur, super alterā machinā. Nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant, siue eandem machinam, quæ vna & facilis ad ferendum esset, transferebant ad singulos ordines, quoties saxum amoliebātur. [b]Dictum sit à nobis de vtroque, quemadmodum refertur. Effecta sunt igitur ita prima quæque ex pyramide, quæ erāt altissima: deinde gradatim sequentia: nouissimè verò quæ solo sunt iuncta & infima. In ipsa pyramide literæ AEgyptiacæ scriptæ, indicant quantū sit erogatum in operarios pro [c]apio, cæpis, & alliis: quod interpres earum literarum (vt probè reminiscor) aiebat in summa mille & sexcēta talenta pecuniæ esse. Quod si ita se habet, quantum in alia credibile est fuisse consumptum, vel in ferramenta, vel in cibos, vel [d]in vestiarium operariorum? Atque per id quod dixi tempus opera extruebant. Alio item tempore (vt ego opinor) lapides exciderunt atque portarunt, & allo non exiguo subterraneam fossam effecerunt. Propter quod eo flagitii deuenisse Cheopem, vt pecunia defectus, filiam suam in quodam ædificio prostituerit, imperans quantumcunque faceret quæstum. (nō enim dicebatur quantum) eámque cum patris iussa fecisse, tum verò priuatim de relinquenda sui memoria cogitasse. itaque singulos ad se intrantes orasse vt sibi ad opera singulos lapides donarent. Ex his lapidibus aiebant extructam fuisse pyramidem quæ stat in medio triū, in conspectu pyramidis magnæ, cuius vnumquodque latus [e]sesquiiugerum est.

Quinquaginta annos regnasse hunc Cheopem AEgyptii dicebant, eóque defuncto accepisse regnum fratrem Chephrenem: & hunc eodem instituto vsum cum in aliis, tum verò in facienda pyramide, non tamen quæ ad magnitudinem fraternæ accederet. eas nanque & nos sumus dimensi. Nam subterranea non subsunt ædificia, neque per fossam deriuatus in eam Nilus (quemadmodum in alteram) influit, sed extructo aquæductu introrsum insulam circumluit, in qua situm esse ipsum Cheopem aiunt. [f]Fuisse tum ex AEthiopico lapide versicolore primùm domum, quadraginta pedibus depressiorem altera, sed habentem idem quod grande ædificium, magnitudinis. Stant autem super eundem tumulum ambæ, centum ferè pedum celsitudinis. Porrò quinquaginta sex annos regnasse Chephrenem aiebant. ita centum & sex anni supputantur quibus AEgyptii in omni calamitate versati sunt, nec templa aperta, sed semper fuerunt occlusa. Hos règes AEgyptii præ odio ne nominare quidem volunt, sed eorum pyramidas vocant pastoris Philitionis, qui ea tempestate pecudes per hæc loca pascebat. Post hunc regnasse in AEgypto dicebant Mycerinum Cheopis filium, eúmque paterna perosum facta, & templa reserasse, & populo ad vltimum calamitatis afflicto fecisse potestatem res agendi & sacrificandi: quinetiam super omnes reges iustitiam exercuisse. Quo nomine ex vniuersis regibus hunc AEgyptii maximè prędicabant, tum ob alia quæ bene iudicabat, tum verò quòd conquerenti de ipsius sententia, de suo donabat, vt indignationi hominis satisfaceret. Quum autem esset in ciues ita clemens Mycerinus, atque [g]ita studiosus, principium ei malorum contigisse obitum filiæ, quæ domi vnica soboles erat. Qua clade supramodum dum doleret, vellétque filiam excellentiori aliquo genere sepelire quàm cæteri, fecisse ligneam bouem cauam, quam quum inauratsset, in ea filiam sepelisse defunctam. neque humo bos hæc condita est, sed ad meam vsque memoriam in propatulo [h]fuit in vrbe Sai apud regiam, in conclaui quodam exornato posita. Cui singulis diebus omnifarii odores [i]inferuntur: noctibus autem perpetuò incensa lucerna astat. In altero contiguo conclaui imagines stant concubinarum Mycerini, vt in vrbe Sai sacerdotes aiebant. Stāt enim colossi, *id est grandia simulachra*, circiter viginti, è ligno fabricati, nudi plerique: qui quarum sint mulierum non possum dicere, præterquam quæ narrantur. Sunt qui de hac boue & colossis hæc referant: Mycerinum amore filiæ suæ captum, vim ei intulisse: deinde illam quum præ mœrore se suspendisset, patrem in hac boue sepelisse: matrem autem manus ministrarum quæ filiam patri prodidissent, præcidisse: & nūc earum hæc esse simulachra eius mali quod viuæ passæ fuissent. Hæc (vt ego opinor) dicunt nugatores, vt alia, ita & de manibus colossorum: quippe quas ipsi vidimus temporis diuturnitate delapsas, quæ ad meam vsque ætatem ad pedes

F.i.

a Atque prout in eā lapis attollebatur.

b Dictum enim sit à nobis quod aiūt in vtranque partem.

c Raphano.

d Vestem, *id est vestitum*, operariorum, dum per id quod dixi tempus opera extruerent.

e Sesquiplethri spatiū habet. *Ad verbum, Sesquiplethrum est, id est, 150 patet pedes.*

f Primo autē ædificio ex lapide AEthiopico versicolore ædificato, quadraginta pedibus infra, alteram ædificauit eadem magnitudine, magnæ contiguam. *ut legatur οἰκοδόμημα pro οἰκοδομῆς.*

g Ita se gereret.

h Extabat in vrbe, &c. *uel, uisebatur.*

i Adolentur.

Tabulæ Ægyptiæ habuis vo minus vtina animadvertis to gouernabit Si aurea ut illyi opovtet Laudemyli maxi Summa diuersus. Th. Ob hoc.

eorum ſtratæ viſebantur. Bos quoque cum cæterum corpus operta eſt Phœniceo pallio, tum verò ceruicem & caput craſſo admodum auro: cuius inter media cornua [a] circulus annexus ineſt, ſoli aſſimilatus. Neque ſtās eſt bos, ſed in genua cubans, magnitudine quanta eſt grandis vacca viua. Effertur autem è conclaui quotannis. & poſtquam AEgyptii verberarunt deum quendam, quem in tali negotio non puto mihi nominandum, tunc & bouem in lucem proferunt. Aiunt enim eā oraſſe patrem Mycerinum, vt defuncta quotānis ſemel ſolem intueretur. Huic regi, poſt calamitatem filiæ, ſecundo loco hæc accidiſſe: Ex vrbe Buti veniſſe oraculum, fore vt ſex omnino annos viueret, ſeptimo defuncturus. Id hunc ægrè ferentem, viciſſim miſiſſe ad oraculum contumelioſas querimonias: quòd, quū pater ſuus & patruus qui deorum immemores templa clauſerant, hominéſque perdiderant, tandiu vixiſſent, ipſe piè faciens tam citò foret vita defuncturus. Rurſus ei veniſſe dicuntur ex oraculo reſponſa, eapropter ipſum properè vitam finiturum quòd non id faceret [b] quod deberet. Oportuiſſe enim AEgyptum centum quinquaginta annis affligi: idque duos qui ante eum fuiſſent reges didiciſſe, ipſum verò, nequaquam. Hæc vbi accepit Mycerinus, ſe iā à numinibus damnatū, lucernas feciſſe permultas, quibus quum noctеſceret accenſis, potaret ac ſe oblectaret: neque diu neque noctu intermittentē quin per paludes pérque nemora vagaretur, [c] vtq; audiretur iuuenilibus in rebus ſtudioſiſſimè verſari. Hęc autem idcirco excogitarat, quòd vellet oraculum conuincere mendacii, vt duodecim pro ſex fierent anni, diebus factis ex noctibus. Pyramidem & hic reliquit longè minorem paterna, vicenis pedibus ex omni parte (nam eſt quadrangularis) breuiorem, [d] quæ eſt trium iugerum, AEthiopico ex lapide ad medium vſque. Hanc quidam Græcorum volunt eſſe Rhodopis mulieris proſtā tis, non rectè ſentientes: qui ne noſſe quidem videntur quænam fuerit Rhodopis de qua loquuntur. Neque enim talem pyramidem illa ſibi facere deſtinaſſet, in qua talentorum infinita (vt ſic dicam) millia conſumpta ſunt. Ad hæc, non iſtius ſed Amaſis regis tēporibus Rhodopis floruit. Multis enim poſt hos reges annis qui iſtas pyramides reliquerūt, Rhodopis extitit, genere Thracia, ancilla Iadmonis Samii, ex vrbe Vulcani, conſerua AEſopi fabularum ſcriptoris ([e] nam & hic Iadmonis fuit) poſtquam is huic mulieri non minimum cordi fuit. Siquidem quum ſæpenumero Delphi ex oraculo pronuntiarent, ſiquis ſumere pœnas vellet [f] animæ AEſopi, alius nullus extitit qui ſumere vellet niſi Iadmonis ex filio nepos, alius Iadmonis fuit. Rhodopis autem in AEgyptum abiit, à Xātho Samio tranſportata. Et quum eò ad quæſtum faciendum veniſſet, magna pecunia fuit redempta à Charaxo viro Mitylenæo, Scamandronymi filio, Sapphûs poematum conditricis fratre. Hunc in modum Rhodopis libertatem nacta eſt, & in AEgypto remanſit: gratioſāque vehementer effecta ingentes opes [g] comparauit, quæ Rhodopin tranſcenderent, non quæ ad talem pyramidem faciendam aſcenderent. [h] Ex quarum opum decima parte cuicunque etiam hoc volenti cognoſcere licet, non magnam ab illa pecuniam fuiſſe repoſitam. Quum enim optaret memoriā ſui in Græcia relinquere, fecit opus quod ab alio excogitatū non eſt neque donatū, ídque donauit in templo Delphico monumentum ſui. E decima enim ſuarum opum tot è ferro verua ad boues torrendos fecit, ad quot facienda ſufficeret decima ipſa: quæ Delphos miſit: quæ nunc quoque poſita ſunt eregione templi, poſt aram quam Chii donauerunt. Gaudent autem quodammodo in Naucrate proſtibula fieri gratioſa. nam hæc de qua mentio habetur, adeò nobilitata eſt fama, vt nemo Græcorū non edidicerit Rhodopis nomen. Alterius quoque quæ poſterior fuit nomine Archidice, fama per Græciam celebris extitit, ſed minus quàm prioris: [i] cuius amore Charaxus inſaniens Mitylenē rediit, vt meminit Sappho, cōuitiis eum inſectata. & de Rhodope quidem hactenus. Poſt Mycerinū autē AEgypti regē fuiſſe dicebant ſacerdotes Aſychin, eúmque feciſſe Vulcano porticum ad ſolem oriētem, longè pulcherrimā longéque maximā. [k] Habere enim vbique cū figuras inſculptas, tum aliam infinitam ædificiorum ſpeciem. Illud verò maximum ab hoc rege fuiſſe factum, vt quum vehementer laboraretur ex ære alieno, legē hanc AEgyptiis promulgauerit, vt ita demum quis pecuniā mutuò acciperet, ſi cadauer patris pignori traderet. Hunc autem ad hanc legem adieciſſe, vt penes creditorem eſſet poteſtas omnis ſepulchri debitoris, vtque hæc irrogaretur mulcta pignus deponenti: cui, ſi diſſoluere æs alienū recuſaret, fas non eſſet ſepeliri aut in paterno aut vllo in alio ſepulchro: ac ne alium quidem ex ſeipſo progenitorum ſepulturæ mandare. Hunc præterea regem ſuperiores antecellendi cupidum, reliquiſſe memoriam ſui

a Orbis eſt ſolis aureus aſſimilatus.

b Quod in fatis eſſet vt faceret.

c Et vbi intelligeret cœnacula eſſe commodiſſima.

d Trium plethrorum, *id eſt pedum* 300.

e Nā & hic Iadmonis fuit, vt hinc maximè oſtendit. Siq.

f *Id eſt uitæ, uel pro uita.*

g Comparauit, pro Rhodopes quidem cōditione, neque tamen ad potentiā tantā peruenit. *Vel ad tantū regnū.* At Valla pro τεραμίδα legit τεραμίδα. *Quam lectionem ſequendo (quæ & in aliquot uet. quibuſdam cod. habetur) ita uerte,* Sed non quæ tantæ pyramidis ſumptus ferre poſſet.

h Nam quū ipſius opum decimam partē quiuis etiam nūc cernere poſsit, nō eſt cur magnas ipſi opes tribuamus.

i Charaxus autem quum liberata Rhodope Mitylenē rediiſſet, Sappho verſibus ſuis illū eſt valde inſectata.

k Habere enim cū alias porticus, figuraſque bene ſculptas, & alias infinitas ædificiorum ſpecies, tum verò iſta longè plura. Hoc regnante quum non ſine magna difficultate pecunias alii cum aliis cōmunicarent, legem hanc AEgyptiis ſciſſe dicebāt, vt ita demum, &c. *Vt diſtinguatur poſt μάλιστα. ita tamen ut hæc uerba ad ſequentia referri poſſint. q. d. Iſta quæ ſequuntur: quamuis ſint ὀπτέα, non ζῶντα, aut ζῶα.*

pyramidem lateritiam, inciſis lapidi literis in hæc verba, NE ME LAPIDEIS PYRAMIDIBVS [a]COMPARES, QVAE TANTVM ILLIS PRAECELLO QVANTVM IVPITER CAETERIS DIIS. NAM FVNDVM LACVS CONTO VERBERANTES, QVICQVID LVTI CONTO ADHAERESCEBAT, ID COLLIGENTES, [aa]ME COMPOSVERVNT, ET IN TALEM MENSVRAM REDEGERVNT. atque id demũ operis hunc regem edidiſſe. Poſt hunc regnaſſe cæcum quendam ex vrbe Anyſi, nomine Anyſin: atque eo regnante, excurriſſe in AEgyptum magna cum manu AEthiopum Sabacum regem: & quum cæcus hic fuga ſe in paluſtria proripuiſſet, illum regnaſſe in AEgypto quinquaginta annos: idque intra tempus iſta edidiſſe: Quoties AEgyptiorum quiſquam aliquid deliquiſſet, neminem voluiſſe morte afficere: ſed pro ſui quenque delicti magnitudine, damnare ad aggerendam certam menſuram aggerum intra vrbem vnde quiſque [b] incolentium erat. Atque ita vrbes ſunt etiam ſublimiores effectæ. nam primùm humus aggeſta fuerat ab iis qui ſub rege Seſoſtre riuos effoderant: iterum ſub rege AEthiope valde ſunt vrbes factæ excelſæ, cum cæteræ quæ in AEgypto ſunt, tum verò (vt mihi videtur) Bubaſtis vrbs, vbi præcipuè terra exaggerata. In qua vrbe templum eſt Bubaſtis, [c] quæ noſtra lingua dicitur Diana, omnium maximè memorabile. Quo etſi alia ſunt tum grandiora, tum ſumptuoſiora, nullum tamen eſt aſpectu iucundius. id ita ſe habet: Cætera præter acceſſum inſula eſt: cuius ad ingreſſum vſque duo è Nilo fluenta vicina currunt, nec confluunt, hinc atque illinc præterfluentia, centum vtrunque pedum latitudinis, arboribus inumbrata. Eius veſtibulum decem paſſibus ſublime eſt figuris ſenũm cubitorum adornatum. Id templum in media vrbe ſitum, vndique circumeuntium oculis ſubiicitur. nam quum vrbs ſit aggeſtu terræ ſublimis, templum quemadmodum à principio conditum, nec loco motum, proſpeculo eſt. illud [d] materia figuris exculpta ambit. Interius delubrum, ingenti proceriſſimarũ arborũ manu conſitarũ luco ambiente, in quo delubro ſtatua eſt. [e] Lõgitudo templi quoquouerſus vnius eſt ſtadii. Ab eius ingreſſu via per forum orientem verſus, quæ fert ad Mercurii templum, tria circiter ſtadia longitudinis & [f] quatuor iugerum latitudinis, ſtrata lapide eſt, vtrinque arboribus manu conſitis in cælum euntibus. Atque hunc quidem in modum templum habet. Verùm ſe ita ad extremum liberatos AEthiope referebant, quòd ille per quietem oblata ſibi viſione, fugæ ſe mandauerit. Viſus eſt ſibi videre quendam aſtantem, qui ſuaderet ipſi vt congregatos cunctos AEgypti ſacerdotes incideret medios. Hac eũ viſione conſpecta dixiſſe, videri ſibi deos demonſtrare hanc occaſionem, vt piaculo in ſacra commiſſo, aliquid cladis aut à diis aut ab hominibus acciperet: ſe verò nequaquã iſta facturum, ſed abiturum: quoniam exceſſiſſet iam tempus quod ipſi à diis vaticinatum eſſet, quouſque foret in AEgypto regnaturus. Etenim quum in AEthiopia ageret, oraculis quibus vtuntur AEthiopes, reſponderat deus, fore vt is in AEgypto quinquaginta regnaret annos. Id tempus quum exceſſiſſet, & viſo inſomnii perturbatus eſſet Sabacus, vltrò ex AEgypto conceſſit. Eo profecto ex AEgypto, rurſus cæcum è paluſtribus egreſſum accepiſſe imperium: vbi quinquaginta annos habitaſſe inſulam, cinere atque humo aggeſta. Nam vt quiſque AEgyptiorum iuſſus illuc ibat portans frumentum, ei mandabat vt clam AEthiope ad ſe dono etiam cinerem ferret. Hanc inſulam nemo ante Amyrtæum inuenire potuit, ſed ſeptingentis & amplius annis ſuperiores Amyrtæo reges nequierunt eam inuenire: cui inſulæ nomen eſt Elbo, decem omnino ſtadiorum magnitudinis. Poſt hũc regnaſſe ſacerdotem Vulcani, nomine Sethon: eúmque bellatoribus AEgyptiis abuſum fuiſſe, contemptui habens tanquam ſibi non opportunos, & cum aliis ignominiis affeciſſe, tum verò [g] agris exuiſſe quibus fuerant à ſuperioribus regibus ſinguli donati duodenis. Ex quo factum eſt vt, quum poſtea Sanacharibus Arabũ Aſſyriorúmq; rex cum magnis copiis inuaſiſſet AEgyptum, [h] noluerint ei opitulari. Tunc ſacerdotem conſilii inopem, in cœnaculum ſe contuliſſe: ibíque apud ſimulachrum comploraſſe quãta pati periclitaretur: eíque inter lamentationẽ obrepſiſſe ſomnum: & inter quietem viſum aſtare deum, exhortantem nihil eum moleſti paſſurũ, ſi copiis Arabũ obuiam iret: ſe enim auxiliarios ei miſſurũ. His inſomniis fretum ſacerdotem, ſumptis AEgyptiorum iis qui ſequi vellẽt, caſtra in Peluſio poſuiſſe. (hâc enim AEgyptus inuaditur) nec eum fuiſſe quempiam bellatorum ſequutum, ſed inſtitores, & operarios, & forenſes homines. Eò quum perueniſſent noctu, effuſam ipſis hoſtibus vim agreſtium murium, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum ſcutorum habenas abederunt, ita vt poſtera die hoſtes armis exuti

a *Videtur aliud legiſſe quàm κατατοξῆς.*

aa Lateres duxerũt, & me in talem formã redeg.

b Nocentium.

c Eſt autem Bubaſtis, ea quæ linguaGræca Artemis dicitur. *i.* *Diana. Sed hæc verba habẽtur in cod. Gr. poſt iſta,* *Nullum tamen eſt aſpectu iucundius.*

d Septem figuris exculptum.

e Latitudo autem & longitudo t.

f Quatuor plethrorum, *id eſt* 400 *pedum.*

g Aruris exuiſſe. *Quamenſura pedes quinquaginta capit, dimidium plethri.*

h Noluerint ei militares AEgyptii opitulari. *Vel, Bellatores AEgyptii. Videtur ſignificare eos qui rei militaris ſcientiam profiterentur. Ipſe Valla bellatores paulo antè interpretatur, & alibi pugnatores.*

fugam fecerint, multis amiſſis. Eóque nũc iſte rex in templo Vulcani lapideus ſtat, manu murem tenens, atque hæc per literas dicens, IN ME QVIS INTVENS, PIVS ESTO. Ad hunc vſque narrationis locum & AEgyptii & ſacerdotes referebant, demonſtrantes à primo rege ad Vulcani ſacerdotem hunc qui poſtremus regnauit, progenies hominum fuiſſe trecentas quadraginta vnam, & totidem interea pontifices totidémque reges. Trecentæ autem progenies decem millia annorum valent. (nam tres virorum progenies, centum anni ſunt.) vna & quadraginta, quæ reliquę ſunt vltra trecentas, ſunt anni mille trecenti quadraginta. Ita intra decem millia trecentóſque & quadraginta annos, negabant vllum deum forma humana extitiſſe: ac ne in regibus quidem AEgypti qui aut prius aut poſterius extiterint, aliquid tale dicebant fuiſſe: ſed intra hoc tempus quater ſolem præter conſuetudinem fuiſſe ortum. bis quidem illinc exortum, vbi nunc occidit: bis autem vnde nunc oritur, illic occidiſſe: nec tamen ſub hæc aliquid in AEgypto eſſe immutatum, nec ea quæ ex terra, nec ea quæ è flumine ipſis proueniunt, nec quæ ad morbos aut quæ ad mortes pertinent. [a] Atque ante Hecatæum ſermonum ſcriptorem, apud Thebas originem generis ſui recenſentem, ac progenitores familiæ ſuæ repetentem ad ſextumdecimum deum, ſacerdotes Iouis tale quiddam fecerant: & mihi non recenſenti originem familiæ meæ, introducto in quoddam grande cœnaculum, enumerando demonſtrabant tot è ligno coloſſos quot dixi. Ibi nanque ſtabant pontifices ſub imagine vitæ qua quiſque vixerat. enumerantes itaque ſacerdotes oſtendebant mihi vnumquenque eorum eſſe filium proximè defuncti ſacerdotis, imagines eorum ſingulas gradatim percenſendo, donec omnes expoſuerant. Atque Hecatæo originem ſuam recenſenti, & ad ſextumdecimum deum referenti, occurrebant è diuerſo progeniem recenſentes, & in enumeratione non admittentes id quod ab illo diceretur, hominem progenerari è deo. Occurrebant autem in repetenda progenie hunc in modum, quòd dicerent vnicuique coloſſorum fuiſſe Piromin ex Piromi genitum, donec trecentos quadragintaquinque [b] commemorarent: Piromin aſſiduè ex Piromi procreatum, non referentes ad deum illos aut ad heroa. Eſt autem Piromis Græca lingua expoſitum καλὸς κἀγαθὸς, *id eſt honeſtus & bonus.* Eos itaque quorum imagines erant, demonſtrabant tales omnes extitiſſe, ſed multùm à diis diſtantes. Priores tamen his viris fuiſſe deos in AEgypto principes, [c] vnà cum hominibus habitãtes, & eorum ſemper vnum extitiſſe dominatorem: & poſtremum illic regnaſſe Orum Oſiris filium, quẽ Græci Apollinẽ nominant. Hunc, poſtquã extinxit Typhonem, regnaſſe in AEgypto poſtremum. Oſiris autẽ Græca lingua eſt Dionyſus, *id eſt* Liber. Atqui apud Græcos nouiſſimi deorum eſſe cenſentur Hercules, Dionyſus & Pan: at apud AEgyptios Pan vetuſtiſſimus eſt etiam ex octo diis, qui primi dicuntur: Hercules, ex iis qui ſecundi, numero duodecim: Dionyſus, ex iis qui tertii vocantur, ab illis duodecim procreati. Ab Hercule autem quãtum annorum ad Amaſin regem eſſe ipſi AEgyptii aiunt, ſuperius à me patefactũ eſt. A Pane verò plus annorum eſſe dicitur: minimum inter hos, à Dionyſo: quanquam ab hoc ad Amaſin regem quindecim millia annorum ſupputantur. Et hæc AEgyptii pro compertis aſſeuerant, ſéque ſcire aſſiduè ſupputando, ſempérque annos deſcribendo. A Dionyſo quidem certè, qui ex Semele Cadmi genitus fertur, ad meam ætatem ſunt anni ferme mille ſexcenti: ab Hercule verò Alcmenæ filio, ferme nongenti. A Pane autem Penelopes (ex hac enim & Mercurio Pan genitus dicitur à Græcis) minus annorũ eſt quàm à bello Troiano, octingenti ferè ad me anni. Vtrum horum probabilius ſibi videtur, eo quiſque vtatur licet: [d] mihi autem de his recepta opinio probatur. Nam ſi & iſti in Græcia cum celebres fuiſſent, tum ſenuiſſent, quemadmodum Hercules ex Amphitryone genitus, Dionyſus ex Semele, & Pan ex Penelope natus, dixiſſet aliquis & hos alios habere illorũ deorum nomina qui prius geniti fuerant: nunc Græci aiunt Dionyſum, ſtatim editum, ab Ioue inſutum in femore, portatúmque in Nyſſam quæ eſt ſupra AEgyptũ in AEthiopia. De Pane ne habent quidem quod dicant, vbinã à partu ſit educatus. ex quo fit mihi manifeſtum, Græcos audiuiſſe poſterius horum quàm aliorum deorũ nomina: & ex eo tẽpore illorum progenies recẽſuiſſe quo primũ de iis audierãt. atque hæc quidem AEgyptii aiũt. Quæ verò cæteri homines cum AEgyptiis cõſentiẽtes memorãt in hac regione fuiſſe geſta, hæc iã explicabo, [e] aliquid etiã his quæ ego vidi conferẽtibus. Poſt Vulcani ſacerdotem regem *ſuum* AEgyptii libertatẽ adepti, duodecim ſibi reges (nullo enim temporis momento poterant ſine rege viuere) deligunt, in totidem partes omni AEgypto diſtincta. Iſti iunctis inter ſe affinitatibus

a Iam prius autem H. cataeo hiſtoriographo apud Thebas originem generis ſui recenſenti, ac progen. fam. ſuæ ad ſextumdecimum vſque deum repetẽti, ſacerdotes Iouis tale quiddam fec. quod mihi recenſ. originem fam. meæ. introducto in q. gr. cœn. ea. demonſt. tot è ligno coloſſos quot dixi. Illic enim ſinguli pontifices adhuc viui imaginem ſuam collocãt. Enumer. itaque, &c.

b Commemorarẽt Piromidas cognominatos, neque tamen refer. *Legendo* πίρωμις εἰς νομαζομένους.

c Minimè cum hominibus verſantes.

d A me verò quæ ſit de illis ſententia cõmemoratũ eſt. Quòd ſi & iſti, videlicet Dionyſus ex Semele & Pã ex Penelope genitus in Græcia celebres fuiſſent ac cõſenuiſſent, quemadmodum Hercules ex Amphitryone genitus, dicere etiam poſſet aliquis & hos alios, &c.

e Quibus aliquid etiã adiicietur ex iis quæ ipſe cõſpexi. Poſt Vulc.

regnabant, pactionibus initis ne mutuò auferre imperium conarétur, néue quis plus alio quippiam obtinere quæreret, ſed vt eſſent inter ſe quamamiciſſimi. Atque ea de cauſa has pactiones arctas accuratáſque inierunt, quòd eis inter initia, ſimulatque tyrannides inuaſerunt, reſponſum fuerat, qui in templo Vulcani ærea phiala libaſſet, eum totius AEgypti regno potiturum.[a] Vbi omnia ſacra exequuti ſunt, placitum eſt eis aliquod relinquere ſui commune monumentum: ex eóque placito fecerunt labyrinthum, paulo ſupra ſtagnum Mœrios, maximè vrbem verſus quæ dicitur crocodilorum: quem ego aſpexi fama maiorem. Si quis enim ex Græcorum narratione muros & operis ſpeciem [b] ratiocinetur, minus concipiet quàm pro labore & ſumptu huius labyrinthi. Tametſi enim Epheſi templum eſt memoratu dignum, & in Samo, tamen pyramides erant narratione maiores, quarum ſingulæ multis ac magnis operibus Græcis æquiparãdæ ſunt. Sed eas quoque labyrinthus antecellit. Etenim duodecim eius aulæ ſunt tecto opertæ, portis oppoſitis altrinſecus: ſex ad aquilonem contiguæ, totidem ad auſtrum vergentes, eodem extrinſecus muro præcluſæ. Bifaria in eo ſunt domicilia, vna ſubterranea, altera ſuperiora [c] illis impoſita, vtraque numero tria millia, quingenta. Quorum ea quidem quæ ſuperiora ſunt, ipſi vidimus, & quæ aſpeximus enarramus: ſubterranea verò auditu didicimus. [d] Nam præpoſiti AEgyptiorum nolebant vllo pacto illa monſtrari, quòd dicerent illic ſepulchra eſſe tum eorum regum qui ædificandi labyrinthi fuere autores, tum ſacrorum crocodilorum. Ita de inferioribus ædificiis fando cognita referimus. Superiora ipſi aſpeximus humanis operibus maiora. nã egreſſus per tecta, & [e] regreſſus per aulas diuerſiſſimi, infinita me admiratione afficiebãt. Ex aula in conclauia tranſitur, ex conclauibus in cubicula, è cubiculis in ſolaria alia, è conclauibus in alias aulas. Horum omnium lacunar, quemadmodum parietes, lapideum eſt, ſculptilibus paſſim figuris ornatum. Singulæ aulæ maxima ex parte digeſto lapide albo, columnarum ambitu redimitæ. Angulo quo finitur labyrinthus, adhæret pyramis quadraginta paſſuum, in qua grandia ſunt inſculpta animalia, ad quam iter ſub terra fit. Et quum talis ſit labyrinthus, tamen ſtagnum Mœrios, ad quam labyrinthus ædificatus eſt, plus præbet admirationis. Cuius in circuitu menſura trium millium & ſexcentorum ſtadiorum eſt, ſchœnorum ſexaginta, quanta videlicet ipſius AEgypti ad mare menſura eſt. Iacet autem ſtagnum longo ſitu aquilonem verſus auſtrúmque: altitudine, vbi eius profundiſſimum eſt, quinquaginta paſſuum. Quòd autem manu facta ſit ac depreſſa, indicat, quòd in eius fermè medio ſtant duæ pyramides, quinquaginta paſſus ab aqua extantes, altero tanto ædificii aquis tecto. Super quarum vtraque lapideus eſt coloſſus in ſolio ſedens: ita pyramides ſunt centum paſſuum. Centum autem [f] iuſti paſſus ſunt ſtadium vnum [g] ſex iugerum. Paſſus, inquam, menſuræ ſex pedum, ſiue quatuor cubitorum: pedes autem, quatuor palmorum: cubiti verò, ſex palmorum. Aqua ſtagni natiua non eſt, vtpote ſolo illo admodum arido, ſed è Nilo deriuata, ſex menſibus in ſtagnum fluens, totidem retro in Nilum refluens. Illiſque ſex menſibus quibus effluit, [h] augens regium fiſcum talentis argenti ſingulis, in ſingulos dies, prouentu piſcium, quum influit, viginti mnis. Hoc ſtagnum dicebãt etiam indigenæ euadere in Syrtin Africæ, perforato ſub terram meatu in mediterranea [i] Heſperiam verſus, ſecundum montem Memphi imminentem. Verùm quum humũ è lacu egeſtam nuſquam viderem (hoc enim mihi indagare curæ erat) percontabar proximos accolarum vbinam eſſet humus illinc defoſſa. [k] Illi dicere fuiſſe deportatam, facilè id mihi perſuadentes: quippe qui ſimile quiddã factum eſſe apud Ninũ vrbem Aſſyriorum auditu cognoueram. Siquidem fures quidam magnam vim pecuniæ Sardanapali, qui Nini rex erat, in theſauris ſubterraneis abſtruſam, compilare quum cõſtituiſſent, à ſuis domibus fodere exorſi ſunt, dimenſi viã ſub terra ad regias ædes, eámque humum è cuniculis effoſſam, vbi nox aderat, in flumem Tigrim (qui Ninũ præterfluit) exportabant, donec id quod optabant perfecere. Eodẽ modo audiui in AEgypto hãc alteram fuiſſe factam lacunam, præter quam quòd nõ noctu hæc, ſed interdiu eſt facta. AEgyptios enim humum quam effodiebãt, in Nilum extuliſſe, quam ille acceptam diſſiparet. Et hic quidem lacus ita fertur fuiſſe depreſſus. Duodecim autem reges quũ iuſtè degerẽt, ac ſtato tempore in tẽplo Vulcani ſacrificaſſent, & vltimo die feſto libaturi eſſent, porrexit eis põtifex aureas phialas, quibus libare conſueuerant, aberrans numero, duodecim videlicet viris vndecim phialas. Ibi Pſammitichus, qui poſtremus eorum ſtabat, quũ nõ haberet phialam, detractam ſibi æream galeam tenuit, libauítq;. Ferebãt autem & cæteri omnes

a Nam in omnibus templis conuenire ſolebant. Viſum autem eſt eis, &c.

b AEſtimet. *Vel, colligat.*

c Illis *ãulis* impoſita numero tria millia, ſingula *nidelicet* mille quingenta.

d Nam qui ex AEgyptiis præfecti erant *labyrintho.*

e Anfractus, *uel, implicitæ uiæ*, per aulas diuerſiſſimæ infinitam admirationem affere bant, ex aula in conclauia tranſeuntibus, ex cõclauibus in cub.

f *Videtur reſpondere hæc Græca phraſis Gallicæ.*

g Sex plethrorum. *Id eſt 100 pedum.*

h In regium fiſcum talenta argenti ſingula ſingulis diebus ex prouentu piſciũ perſoluit: quum influit, viginti minas.

i Occidentem verſus.

k At illi quónam eſſet deportata, mihi expoſuerunt.

reges,& tunc quoque geſtabãt galeas. Nec tum quidem dolo malo Pſammitichus galeam tenuit. [a] Cæteri tamen id conſultò factũ eſſe à Pſammiticho exiſtimantes, & in memoriam redeuntes, oraculum ipſis eſſe redditum, qui ærea in phiala libaſſet, eum ſolum regẽ AEgypti futurum, non cenſuerunt quidem æquum eſſe Pſammitichum morte mulctari, poſtquam [b] rimando compererunt non id illum feciſſe induſtria: ſed maxima potentiæ ſuæ parte exutum in paluſtria relegandum, ne illinc egreſſus, cæteræ AEgypto ſe immiſceret. Hũc Pſammitichum, [c] quum Sabacũ AEthiopem, qui patrem eius Necon interemerat, fugiſſet in Syriam, poſtquã AEthiops, ex inſomnii viſione abiit, reduxerunt ii AEgyptii qui ſunt [d] è tribu Saitana. Deinde quum regnaret vnà cum vndecim regibus, contigit ei vt fugeret iterũ propter illã galeam in paludes. Igitur intelligens quàm ignominioſè tractatus ab illis eſſet, ſtatuit vltum ire qui ipſum perſequuti eſſent. Itaque ex oraculo Latonæ, quod in vrbe Buti apud AEgyptios veraciſſimum eſt, ad quod ipſe miſerat, redditum eſt reſponſum, affuturam vltionem ei è mari viris æreis [e] exiſtentibus. Quod reſpõſum ei magnam incredulitatem offudit, viros æreos ipſi in auxilium venturos. Non lõgo tempore interiecto, Iones quoſdam & Cares prædandi gratia nauigantes, neceſſitas compulit applicare ad AEgyptum. Hi quum in terram exiſſent ære armati, AEgyptiorum quidam nuncium fert Pſammiticho ad paludes: & quia nunquam viderat aliquos ære armatos, ait egreſſos è mari æreos viros campeſtria populari. Ille agnoſcens oraculum eſſe perfectum, amicitiam cũ Ionibus & Caribus facit: eóſq; magnis pollicitationibus hortatur ad ſecum manendum. Vbi perſuaſit, ita demum vnà cum iis AEgyptiis qui ſecum ſentiebãt, cúmq; auxiliariis, reges ſuſtulit. Omni potitus AEgypto, fecit in Memphi tum Vulcano veſtibula ad ventum auſtrũ vergẽtia, tum eregione veſtibulorũ aulam Api, (in qua Apis educatur, quũ apparuerit) vndique columnis cinctam, ac figuris refertam: in qua aula ſtãt loco columnarum coloſſi duodenûm cubitorum. Apis autem Græca lingua Epaphus eſt. His Ionibus Caribúſque, quibus fuerat vſus adiutoribus, Pſammitichus dedit ad habitandũ poſita altrinſecus prædia Nilo medio direpta, quibus nomen impoſitum eſt Caſtra. Et cum hæc eis loca dedit, tum verò cætera quæ fuerat pollicitus repræſentauit. Pueros quinetiam AEgyptios commiſit lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græcam edoctis oriundi qui nunc in AEgypto interpretes ſunt. Incoluerũt autem Iones & Cares diu hæc loca [f] contra mare, aliquãtulum ſupra vrbem Bubaſtin, ad oſtium Nili quod dicitur Peluſiacum ſita. Vnde poſtea Amaſis rex Memphin eos tranſtulit, in ſui tutelam aduerſus AEgyptios. Poſt ſedes ab iſtis in AEgypto collocatas, Græci cum illis ita commercium habuerunt, & nos res in AEgypto geſtas, à Pſammiticho rege exorſi, & quæ deinceps extiterunt, omnia ſine ambiguitate nota habemus. Hi enim primi AEgyptum, qui diuerſæ linguæ eſſent, incoluerunt. Atque vnde demigrarunt illuc, [g] & veſtigia naualium, & domorum rudera, ad meam vſque ætatem oſtendebantur. Atque hunc quidem in modum Pſammitichus AEgypto potitus eſt. De oraculo autem quod eſt in AEgypto, cum feci multa verba, tũ faciã, vt pote de re memoratu digna. Eſt enim oraculũ hoc in AEgypto, ſacrum Latonæ, poſitum in magna vrbe cui nomen eſt (vt ſuperius à me dictum eſt) Buto, contra oſtium Nili quod Sebennyticum appellatur, à ſuperiori parte maris flumen ſubeuntibus. In hac vrbe templa ſunt Apollinis Dianæque. Et illud Latonæ in quo redduntur oracula, grande eſt, & porticum habens decem paſſibus ſublimem. Vbi quid mihi ex iis quæ in aperto erant, maximo miraculo fuerit, referam: Eſt in hoc fano Latonæ, delubrum ex vno factum lapide, cuius parietes æquali celſitudine ad longitudinem quadragenûm cubitorum: cuius lacunari pro tecto impoſitus eſt alius lapis quatuor cubitorum per oras craſſitudinis. Itaq; eorum quæ circa templum hoc ſunt in propatulo poſitorum, admirabiliſſimum apud me fuit id delubrũ. Secũdo loco inſula quæ vocatur Chemmis, in lacu profundo ac ſpatioſo ſita propter templũ quod Buti eſt: quæ inſula ab AEgyptiis fertur innare. Ego tamen eam neq; innantem vidi, neque ſe mouẽtem: & hoc audire admiratus ſum, ſi verum eſt inſulam natare poſſe. In hac igitur templum Apollinis magnũ eſt, & aræ trifariè extructæ, & palmæ frequentes enatæ: aliæque partim fructiferæ, partim ſteriles arbores. Cur autem ea innatans ſit, hanc AEgyptii rationem reddunt: quòd Latona (quæ ex octo numinibus quæ prima extiterunt, vnum eſt) quum in vrbe Buti, vbi hoc eius oraculum eſt, habitaret: Apollinem ab Iſide ſibi commendatum, occultauit in hac inſula nondum innatante, ac ſoſpitem reddidit: quo tempore Typhon omnia indagans vt Oſiris filium inueniret, adueniſſet. Nam Apollinem & Dianam

a At illi mente cõprehenſo facto Pſammitichi, atque oraculo ipſis reddito. *Vel, Quum Pſammitichi factũ & ſibi redditum oraculum apud ſe conſideraſſent.*

b Quæſtione habita comper.

c Quum Sabacum AEthiopem fugiens, qui patrem eius volẽs interemerat, in Syriã veniſſet, poſtq. &c. *Valla ex ἐκὼν. (i. volẽs, nõ per imprudẽtiam) fecit nomen proprium* Necon.

d E præfectura.

e Repentè apparẽtibus. *Vel, In conſpectum venientibus.*

f Propemodũ ad mare, infra vrbẽ Bub.

g Et canales quib⁹ deducebantur naues.

aiunt Dionyſi & Iſidis filios eſſe: Latonã verò, nutricem horum ac liberatricem. Et Apollo quidem AEgyptiacè Orus dicitur: Ceres autem Iſis, Diana verò Bubaſtis. Atque hinc ſolùm non aliunde AEſchylus Euphorionis filius, rapuit quod dicam: vt ſolus [a]omnium qui poetæ dicuntur, fecerit Dianam Cereris filiam, ideóque inſulam redditam eſſe natãtem. Hæc illi ſic aiunt. Pſammitichus verò in AEgypto quatuor & quinquaginta regnauit annos: per quorum vndetriginta magnam Syriæ vrbem obſidens oppugnauit, donec expugnauit. Hæc eſt Azotos, quæ diutiſſimam inter omnes vrbes (*duntaxat* quas nouimus) ſuſtinuit obſidionẽ. Pſammitichi filius qui regnum AEgypti ſuſcepit, extitit Necus, qui foſſam ad rubrum mare ferẽtem primus aggreſſus eſt, quam Darius Perſes ſecundo loco depreſſit, longitudinis quidem quatuor dierum nauigationis, latitudinis, vt per eam duæ poſſent ſimul agi triremes. Aqua quæ in hãc è Nilo deducitur, paulo ſupra Bubaſtin vrbem, iuxta oppidũ Arabiæ Patumon deducitur, euadens in mare rubrum. Initium fodiendi ſumptum eſt à planitie AEgypti, Arabiam verſus. Nam quæ ſupra planitiem ſunt [aa]cõtinens prope Memphin occupat mons, in quo lapidicinæ ſunt. Itaque ad huius montis ima ducta eſt foſſa ab occidente orientem verſus longo tractu: & deinde pertingit diuortio montis tenus (quod diuortium ad meridiem & ventum auſtrum fert) in ſinum Arabicum. Quâ igitur breuiſſimus tractus & maximè compendiarius eſt à mari ſeptentrionali aſcenſus ad auſtrale, quod idem rubrum vocatur, à mõte Caſio, qui AEgyptum Syriámque diſterminat, ſtadia mille ſunt in Arabicum ſinum. Et hoc quidem breuiſſimũ eſt: verùm foſſa multo longior, ſcilicet quanto eſt [b]confragoſior. In qua fodienda ſub rege Neco centum viginti millia AEgyptiorum perierunt. Inque eius medio opere Necus deſtitit, hoc [c]interpellatus oraculo, eum id opus barbaro præmunire. AEgyptii autem barbaros omnes vocant qui non ipſorum lingua loquuntur. Superſedens itaque à facienda foſſa Necus, [d]ad militum copias ſe conuertit, atque ad claſſes quæ parum in mari ſeptentrionali, partim in ſinu Arabico ad rubrum mare ſunt ædificatæ: quarum adhuc [e]veſtigia naualium oſtendunt. Et claſſibus quidem Necus, dum opus fuit, eſt vſus. Terreſtri autem acie congreſſus cum Syris in Magdolo, victoria potitus eſt, & poſt prælium, Cadyti magna Syriæ vrbe. [f]In veſtitu autem curioſus quum fuiſſet, illum Apollini dicatũ ad Brãchidas Mileſiorum miſit. Hic perfectis decem & ſeptem imperii ſui annis deceſſit, tradito imperio Pſammi filio ſuo. Eo apud AEgyptum regnante, nuncii Eleorum aduenerunt, iactantes à ſe in Olympia iuſtiſſimum [g]ac maximum inter mortales propoſitum eſſe certamen, rati ne AEgyptios quidem hominum ſapientiſſimos aliquid vltra hæc eſſe inuenturos. Iſti vbi in AEgyptum peruenerunt, eáque expoſuerunt quorũ gratia venerant, rex conuocauit ex AEgyptiis eos qui ſapientiſſimi haberentur. Qui quum cõueniſſent, & Eleos audiſſent omnia commemorãtes quæ par erat ab eis fieri in edendo certamine, & ſe veniſſe dicẽtes ſciſcitatum num quid poſſent AEgyptii reperire iuſtius, habito inter ſe conſilio, interrogarũt Eleios nunquid apud eos certarent ciues. Et illis reſpondentibus, ſine diſcriminẽ & ſuorum & cæterorum Græcorũ, cuicũque volenti certare fas eſſe. Atqui, inquiũt illos quũ tale certamen proponerent, ab omni iure [h]excedere. Nullo etenim pacto poſſe fieri quin conciui pugnanti ciues fauerent, facientes iniuriam hoſpiti. Sed ſi vellent iuſtũ proponere certamen, & ſi eius gratia veniſſent in AEgyptum, iuſſerunt hoſpitibus ponere certamen, nullo Eleorũ certare permiſſo. Hæc AEgyptii Eleis ſubiecerunt. Pſammis autẽ, quum ſex tãtùm regnaſſet annos in AEgypto, facta in AEthiopiam expeditione, mox vita defunctus eſt. Cuius regnũ Apries filius accepit, qui ſecundum Pſammitichum auum ſuũ, fortunatiſſimus extitit omnium ad eam ætatem regum, quinque & viginti dominatus annos. Quod intra tempus & bellum Sidoni intulit, & cum Tyro pugna nauali dimicauit. Sed quũ calamitas eum maneret, contigit ea occaſione quam ego pluribus, dum res Libycas exequar, exponam, paucis contẽtus impræſentiarũ. Quum aduerſus Cyrenæos Apries exercitu miſſo magnã cladem accepiſſet, id ei imputãtes AEgyptii rebellauerũt, opinati ſe ab illo in apertã pernicié fuiſſe dimiſſos: vt his internecione deletis, ipſe cæteris AEgyptiis imperitaret ſecurius. Hæc perquã grauiter ferentes tum ii qui redierunt, tum eorũ qui interierant amici, ingenuè deſciuerunt. Id vbi reſciuit Apries, mittit ad eos verbis ſedandos Amaſin. Qui quum perueniſſet, reprehendénſque diſſuaderet ne talia facerent. quidam AEgyptiorum ei à tergo ſtans galeam circundat: eáque circundata, inquit ſe illam ob regnum impoſuiſſe. Neque hoc eo inuito factum fuit, vt oſtendit. nam ſimulatque ab iis qui deſciuerãt AEgyptiis declaratus eſt rex, ſeſe apparabat tanquã

a Omnium ſuperioris ætatis poetarũ.

aa Contiguus.

b Obliquior.

c Impeditus. *Vel, Reuocatus.*

d Ad bellicas copias & triremes partim in m. ſept.

e Canales quibus deducebantur naues, *vt paulo antè. Alii naualia interpret.*

f Eum autẽ veſtitũ quo vſus erat quũ iſta conficerentur, miſſum ad Brãchidas Mileſiorum Apollini dicauit. Poſtea verò decem & ſeptem omnino annos quum imperaſſet, deceſſit, trad.

g Ac optima ratione præter omnes mortales.

h Aberraſſe.

aduerſus Aprien moturus. His cognitis Apries mittit ad Amaſin ex iis qui ſecum erant AEgyptiis, ſpectatum quendam hominem nomine Patarbemin, iuſſum vt ad ſe viuum Amaſin perduceret. Hic vbi peruenit, Amaſin ad ſe vocat. [a] Amaſis (ſedebat autem in equo ad ſuos cohortandos inſolenter) ſtolidè iubet hunc ad ſe adducere Aprien, & quum Patarbemis eum rogaret vt regem adiret accitus, reſpondit ſe iamdudum dare operam vt id ageret: nec de ſeipſo Aprien eſſe queſturum. ſe enim illi præſtò futurum & alios adducturum. Patarbemis non ignarus propoſiti illius, tũ ex oratione tum ex apparatu quem videbat, ſtatuit ſuæ diligentiæ eſſe quamcelerrimè regem rerum quę agerentur facere certiorem. Huic redeũti, quòd Amaſin non adduceret, nullo verbo edito Apries ira percitus pręcidi aures naſúmque iuſſit. Id intuentes cęteri AEgyptii qui cum eo hactenus ſenſerant, virum inter eos probatiſſimum ita fœdè indignéque affectũ, ne tantiſper quidem differentes, ad cæteros trãſeunt, ſeſéque Amaſi tradunt. His quoque auditis Apries armatis auxiliariis (habebat autem auxiliariorũ circa ſe ex Ionibus & Caribus triginta millia) in AEgyptios tendit. Erat autem ei regia in vrbe Sai ingens ac ſpectatu digna. [b] Itaque vtrique aduerſus alteros Apriani & Amaſiani in Memphi vrbe conſtiterunt, tentaturi pugnę diſcrimen. Sunt autem in AEgypto ſeptem hominum genera, quorum alii ſunt ſacerdotes, alii qui pugnatores appellantur, alii bubulci, alii ſubulci, alii inſtitores, alii interpretes, alii gubernatores nauales. Tot ſunt AEgyptiorũ genera, à ſuo quodque artificio appellata: ſed pugnatores vocantur Calaſiries, & Hermotybies, qui [c] harum regionum ſunt: (nam in regiones diſtincta eſt omnis AEgyptus) Hermotybiorum quidem hæ ſunt plagæ, Buſiritana, Saitana, Chemmitana, Papremitana, inſula Proſopitis, quæ vocatur Natho ex dimidia parte. Ex his tractib⁹ Hermotybies, quũ plurimi, centum ac ſexaginta millia ſunt, quorum nemo quippiam opificii quæſtuarii didicit, ſed omnes rei militari vacant. Calaſirium hæ aliæ plagæ ſunt, Thebana, Bubaſtiana, Aphthitana, Tanitana, Mendeſia, Sebennytana, Athribitana, Pharbæthitana, Thmuitana, Onuphitana, [d] Anyſia, Myecphoritana. Hæc tribus inſulam incolit ex aduerſo Bubaſtis vrbis. Hæ tribus Calaſiriũ, qui dum quoad poſſunt plurimi coguntur, ducenta quinquaginta millia virorum ſunt, quibus nec ipſis licet vlli artificio operam dare, ſed ſolùm rei militari, filio diſcẽti à patre. Hoc ab AEgyptiis ne mutuati ſint Græci non poſſum pro certo diiudicare, quum videam & apud Scythas Perſáſque & Lydos, denique apud omnes ferè barbaros haberi pro ignobiliori bus ciuibus eos qui artificia diſcũt, eorúmque liberos: generoſiores autem eos qui à manuariis operibus abſtineãt, præſertim qui [e] ceſſent ob bellum. Hoc itaque cum cæteri Græci didicerunt, tum præcipuè Lacedæmonii. [f] Corinthii quoque minimi faciunt opifices. His ſolis AEgyptiorum præter ſacerdotes, hoc eximii honoris habe batur, vt ſingulis duodecim arurę eſſent exemptæ & immunes. eſt autem arura cen tum cubitorum AEgyptiorum quoquouerſus. AEgyptius verò cubitus Samio par eſt. Hæc tamen vniuerſis exempta erant: iſtis verò per vices in orbem fruebantur, & nunquam iidem. Calaſirium milleni & Hermothybium, alii totidem circa regem fungebantur annuo ſatellitum munere. Iſtis præter aruras dabantur viritim hæc alia, panis toſti pondo quinæ mnæ, carnis bubulæ binæ, vini [g] ſextarii quaterni. Hæc aſſiduè ſatellitibus prebebtãur. Vbi igitur ediuerſo venientes, Apries cum auxiliariis, Amaſis cum vniuerſis AEgyptiis, in vrbem Memphin peruenere, congreſſi ſunt. Et peregrini quidẽ egregiè pugnauerunt, tamẽ quòd erant multo inferiores numero, victi ſunt. Fertur Apries ea fuiſſe perſuaſione, [h] vt nullus neque deorũ neque hominũ poſſet ſibi adimere regnum: adeo videbatur ſibi illud ſtabiliſſe. Et tamen tunc congreſſus, prælio fugatus eſt, viuúſque captus ad vrbem Saim ductus eſt in ædes quæ ipſius antea fuiſſent, tunc autem Amaſis regia. Ibíque [i] quamdiu in regia paſcebatur, eum Amaſis honeſtè aſſeruauit. Tandem incuſantibus AEgyptiis non iuſtè agere qui ſuum & ipſorum inimiciſſimum aleret, ita illis Aprien tradidit. Eum iſti vbi ſtrangulauere, paternis in monumenlis ſepelierunt, quę ſunt in templo Mineruæ proximè [k] cœnaculum ad læuam manum intrãti. Nam Saitani [l] cunctos qui tribules eorum fuere reges, intra templum ſepelierunt. Etenim Amaſis monumentum [m] ex altera parte cœnaculi eſt, quàm illud Apriæ eiúſque progenitorũ. In eiuſdem templi aula hoc quoque eſt ingens cubiculum lapideum, tum columnis exculptum, palmarum arbores imitantibus, tum alio ſumptu. Intra id cubiculum gemini poſtes ſtant, in quibus vrna eſt. Sunt etiam ſepulchra, (cuius nomen ſi nuncupauero hac in re, haud ſanctè fecero) apud Sain in templo Mineruæ poſt totum delubrum prope parietem: atque in fano ſtant ingentes obeli, lacúſque contiguus lapidea cre-

a At Amaſis (ſedebat enim fortè in equo) crure ſublato pepedit, & illud Apriæ afferri iuſſit. *Ita Camerar. Affertur & tertia interpretatio: ſed Camerario aſſentior.*

b Apries igitur in Ægyptios, Amaſis in externos tendebat. Quúmque Memphin vtrique peruenìſſent, tẽtare pugnæ diſcrimen parabant. Cæterùm ſunt & in. *Ad verbum, Mutuo alter alterum experturus erat, nel, experiri parabat. Poteſt etiam uerti non malè fortaſſe, cũ Valla, Apriani & Amaſiani.*

c Harum præfectu rarum ſunt. (nam in præfecturas diſtincta eſt omnis Ægyptus) Hermotybiorum quidem hæ ſunt præfecturæ. *Et paulo pòſt*, Ex his præfecturis, pro *Ex his tractibus. Item, paulo poſt Præfecturæ pro Plagæ, & pro Tribus. niſi quis malit uocem Græcam nomen ubique retinere.*

d Anytia.

e Qui rei militari vacant.

f At Corinthii minimè contemptui habent opifices. *Intellige autẽ Minimè uel pro Nõ, uel comparatiuè pro Minimè omnium.*

g Ἀρυστῆρες, *ab aliis cyathi: ab aliis notationem uocabuli ſequentibus Hauſtus, uel Hauſtra.*

h Ne deum quidẽ vllum poſſe ſibi adimere reg.

i Aliquandiu quidem in regia nutritus fuit, & eum Amaſis honeſtè obſeruauit: *uel*, honeſta obſeruantia proſequutus eſt: tandẽ autem incuſant. *Vel, an tea quidẽ in regia nutriebatur: & eum Am. honeſtè obſeruabat: at poſtquam incuſarunt AEgyptii, &c.*

k Palatium.

l Cũctos ex ea præfectura reges.

m Lõgius quidem abeſt à palatio quàm illud Apriæ eiúſq; progenitorum: eſt tamen in ſepto tẽpli hoc quoque, porticus lapidea & colũnis ornata palmarũ arb. imitãt. & alio ſumptu. In ipſa porticu geminæ ſtant fores, intra quas eſt conditoriũ. Sunt etiã ſep.

pidine adornatus, & circũquaque probè elaboratus, magnitudine (vt mihi videtur) quanta in Delo, qui dicitur trochoides. In hoc lacu imagines suorum quisque affectuum noctu faciunt, quæ vocant AEgyptii mysteria: de quibus quum permulta ego norim, quo pacto se habeant singula, tamen absit vt proloquar. De Cereris quoque initiatione, quam Græci thesmophoria vocant *à ferendis legibus*, absit vt eloquar, nisi quatenus sanctũ est de illa dicere. Danai filiæ ritum hũc ex AEgypto attulerunt, eóque Pelasgicas fœminas imbuerunt. Sed deinde omni Peloponneso à Doribus eiecta sedibus suis, ritus initiandi abolitus est, à solis Arcadibus (qui à Peloponnensibus non eiecti sunt, sed relicti) conseruatus. Aprie sublato, regnauit Amasis è [a] tribu Saitana, & vrbe cui nomẽ est Siuph. Eum inter initia AEgyptii contemnere, nec vllius sanè momenti ducere, vt qui plebeius fuisset, nec insigni familia ortus. Eos verò postea Amasis ad se solertia, non [aa] asperitate, perduxit. Erãt ei cũ alia bona infinita, tũ verò peluis aurea, in qua tam ipse quàm omnes conuiuæ semper pedes abluebant: hanc ille confregit, ex eáque [b] dæmonis statuã fecit, & in appositissimo vrbis loco statuit: AEgyptii simulachrum adeuntes, magnopere venerari. Id « Amasis fieri à popularibus edoctus, conuocatis AEgyptiis aperit, ex illa pelui in qua « primò AEgyptii euomere immingeréque, & in qua pedes abluere consuessent, fa« ctum esse simulachrum quod tunc tantopere venerarentur. Itaque se aiebat perinde « atque peluim esse factum: etsi enim antehac fuisset plebeius, impræsentiarũ tamen « esse ipsorum regem, eóque iubere vt sibi honor haberetur atque reuerentia. Hunc in modum ad se traduxit AEgyptios, ita vt æquum censerent ei seruire. Idem hoc vsus est in rebus agendis instituto: ab aurora vsquedum refertum esset forũ, accuratè negotia oblata agebat: deinde potabat, & inter compotores iocabatur, morionem a« gens ac scurrã. Quibus rebus offensi amici, talibus eum verbis [bb] castigabant, Rex, « dicentes, non è dignitate tua degis, qui ad tantam te dimittis nequitiam. Nam debe« res [c] augusto in solio sedens, augustè interdiu res administrare. ita & AEgyptii co« gnoscerent à magno sibi viro præsideri, & tu melius audires. Nunc haudquaquam « facis è regia dignitate. His ille respondit, [d] arcus ab iis quorum sunt, quum est opus, « intendi: eos, si semper intenti sint, ruptum iri, nec posse eis illos, quum indigeãt, vti: « ita & hominis institutũ esse: si assiduo laborare studio, nec vllam partem ad lusum « sibi indulgerevelit, forevt pedetẽtim aut mẽte captus sit aut mẽbris. Quod ego intel « ligens, vtrique rei tempus impertio. Hæc Amasis amicis respondit. Etenim fertur Amasis, quum priuatus foret, fuisse potandi iocandique cum dicacitate studiosus, & vir neutiquam rerum agendarum anxius. Et quoties eum potantem ac se oblectantem necessaria defeciissent, solitum circumeũdo furari. & quũ reposceretur ab iis qui dicerent eum ipsorum habere pecuniam, ac negaret, adduci solitum ad oraculum quodcunque eo in loco erat: & frequenter ab oraculis conuictum, frequẽter absolutum. Postquam verò etiam assequutus est regnum, ista egit: quicunque dii eum furti absoluerant, horum templa neque curæ habuit, neque vlla re ad ornamentum donauit, neque adiens sacrificauit, tanquam nihil mererentur, quòd rederent falsa responsa: qui autẽ eum [e] pronunciauerant furẽ, hos tanquã verè deos, nec mendacia reddentes oracula, maximè coluit. Præterea in Sai vestibulũ Mineruæ fecit, opus admirandum, & lõgè superans cætera tum sublimitate, tum magnitudine. tanta est vastitas lapidum atque substructionum. Quinetiam ingẽtes colossos, & immanes androsphingas ibidem posuit. Alia quoque saxa prægrandia in apparatum cõportauit, ducta partim è lapidicinis quæ iuxta Memphin sunt, partim vtique quæ maioris molis erant, ex vrbe Elephantina, quæ Sai distãt viginti dierum nauigatione. Adhæc, quod non minimè sed maximè omnium admiror, attulit ædificium ex solido saxo ab vrbe Elephantina, in quo afferendo triẽnium consumpserunt duo millia delectorum virorum, qui omnes erant gubernatores. Huius autem domus extrinsecus est vnius & viginti cubitorum longitudo: quatuordecim, latitudo: octo, sublimitas. Hæc est dimensio exterior tecti ex vno lapide. Introrsum autem [f] duodeuiginti & amplius cubitorum est longitudo: quinque, sublimitas. Domus hæc ad ingressum templi collocata est. nam ob id aiunt in templum non fuisse pertractam, quòd quum suspirasset architectus dum illa adueheretur, vtpote pertæsus diutini temporis operæ, [g] ea de re stomachatus Amasis, non permiserit hominem vlterius trahere. Nonnulli aiunt quendam ex iis qui vectibus lapidem agebãt, ab illo fuisse oppressum, ideóque lapidem non introductum. Donauit præterea operibus ob magnitudinem spectaculo dignis cum alia templa insignia, tum in Memphi templum Vulcani, colosso supino ante illud posito, longitudinis quin-

a Præfectura. *Vel, prouincia.*

aa Non *legit* ἀγνωμοσύνῃ *(ut in vulg. edit.) sed* ἀγνωμοσυνῇ, *ut in vet. cod.*

b Numinis stat.

bb Admonebant, Non teipsum rectè regis, o rex, qui, &c.

c Augustus augusto in solio sedẽs per totum diem res administr.

d Qui arcum possident, quum illo opus habent, intendunt: postquam autem vsi sunt, remittunt. Nam si perpetuò intentus esset, frangeretur, vt, quum opus esset, vti iam illo non possent. Talem & hominis cõditionem esse: si assiduè seria tractare, nec vll.

e *Ad verbum*, Constrinxerant. *id est*, Conuicerant.

f Duodeuiginti cubitorum, & digitorũ x x est longitudo: latitudo verò, cubitorum duodecim: quinque, subl.

g Hoc in religionem vertens Amas.

que & ſeptuaginta pedum. Supérque idem pauimentũ gemini coloſſi ſtant [a]ex AEthiopico lapide, vicenûm pedum magnitudinis, hinc & hinc magno illi aſſiſtentes: cuius inſtar eſt alter in Sai lapis, eodem habitu iacens. Illud etiam quod in Memphi eſt templum Iſidis ingens & ſpectatu digniſſimum, Amaſis ædificauit. Sub Amaſi rege dicitur AEgyptus fuiſſe maximè beata, in iis quæ vel regioni ex flumine, vel hominibus ex regione proueniũt, & vrbes quæ incolerentur tunc, fuiſſe numero illic mille & viginti. [b]Amaſis quoque extitit qui legem hanc apud AEgyptios condidit, vt ſingulis annis apud prouinciarum præſides AEgyptii omnes demonſtrarent vnde viuerent: & qui aut hoc non faceret, aut non demonſtraret ſe legitimè viuere, is morte afficeretur. Quam legem Solon ab AEgyptiis mutuatus, Atheniẽſibus tulit, quam illi, quòd ſit caſtiſſima, aſſiduè vſurpant. Amaſis porro, quoniam Græcorũ erat ſtudioſus, cum alia in quoſdam Græcos officia cõtulit, tum iis qui in AEgyptũ concederent, dedit facultatem Naucratin vrbem incolendi. Qui verò eorũ nollent illic habitare, ſed nauigando negotiari, fecit poteſtatẽ certis in locis aras & fana extruendi. Et maximum quidẽ eorum fanum atque [c]celeberrimum vocatur Græcũ: ciuitates autem quæ communiter illud extruxerunt, ſunt, Ionum quidem, Chius, Teus, Phocæa, Clazomenæ: Dorum autem, Rhodus, Cnidus, Halicarnaſſus, Phaſelis: AEolum verò, vna Mitylene. Harum ciuitatum hoc fanum eſt, & ab his præfecti emporii præbẽtur. Cæteræ ciuitates quæ conſortes huius rei ſunt, rei ad ipſos minimè pertinẽtis conſortes ſunt. Separatim tamen ædificauerunt AEginetæ quidem, Iouis, Samii autem, Iunonis, Mileſii verò, Apollinis fanum. Nam vetus emporiũ erat ſola Naucratis: præter hoc in AEgypto aliud nullũ. Quòd ſiquis in aliud aliquod Nili oſtium applicuiſſet, is neceſſe habebat deierare ſe veniſſe inuitum, datóque iureiurando eadem naui ad Canobicum nauigare: &, ſi id minus per contrarios ventos poſſet, onera fluuialibus nauigiis circũagere luſtrando Delta, donec peruenirent Naucratin. ita Naucratis in honore erat. Iam verò quum Amphictyones templũ quod nunc Delphis eſt, (quia illud prius ſua ſponte deflagrauerat) trecentis talentis conſtruẽdum locaſſent, Delphi, quos quarta pars ſumptus contingebat, circa ciuitates vagi cum aliunde, tum verò non minimum ex AEgypto retulerunt. nam Amaſis quidem eis mille talenta aluminis, Græci autem qui AEgyptum incolebant, vicenas mnas donauerunt. Cum Cyrenæis quoque Amaſis amicitiam ſocietatémque iniit, ita vt illinc vxorem etiã putaret ſibi eſſe ducendam, ſiue fœminæ Græcæ amore captus, ſiue aliâs ob beneuolentiam Cyrenæorum. Vxorem quam duxit, alii volunt filiam fuiſſe Batti, alii Arceſilai, alii Critobuli, inter ſuos populares viri ſpectati, nomine Ladicen: cum qua dum in toro cubaret, concumbere non poterat, quum tamẽ aliis mulieribus vteretur. Id quum diu fieret, ad eam Amaſis, Tu verò, inquit, vxor veneficio me læſiſti: ideóque nullo machinamento vales effugere quominus inter omnes mulieres teterrima pereas morte. Ladice, quũ pernegando nihilo placatiorem redderet Amaſin, vouit intra ſe Veneri, ſi ea nocte ſecum coiret Amaſis, (hoc enim ipſius fuiſſe machinamentũ aduerſus illud malum) ſtatuam Cyrenas ſe illi miſſuram. Concepto autem voto, coiit ſtatim cum ea Amaſis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat: ac poſtmodum eam perquam valde dilexit. Et Ladice votũ deæ perſoluit, facta ſtatua Cyrenáſque miſſa, quæ ad meã vſque memoriã incolumis erat, extra vrbem Cyrenenſem poſita. Hanc Ladicen Cambyſes, poſteaquã AEgypto potitus eſt, cognito quænam eſſet, Cyrenas illæſam remiſit. Donauit itẽ Amaſis dona quæ miſit in Græciam: Cyrenas quidem, ſtatuam Mineruæ inauratã, & ſui imaginẽ pictura [d]adumbratam: Lindum autem, duo lapidea Mineruæ ſimulachra, & thoracem lineum ſpectaculo dignum: Samum verò, Iunoni bifarias ſui imagines, quæ magno in templo erectæ erant poſt ianuas, ad meam vſque ætatem. Samum quidem, propter hoſpitium quod inter ipſum erat & Polycratem AEacis filium: Lindum autem, nullius hoſpitii gratia, ſed quia templum quod Lindi eſt, Mineruæ feruntur extruxiſſe Danai filiæ, [e]poſtquam agnitæ ſunt quum filios AEgypti fugerent. Hæc quidem donaria dedicauit Amaſis, primúſque mortalium Cyprum cepit, tributariámque fecit prouinciam.

a Ex eodẽ lapide.

b Hic eſt aute m Amaſis qui legem hanc tulit, demonſtrare vnũquenque apud præſidem cuiuſque loci, vnde viuat: quod qui non fecerit, aut demõſtrare vitæ ſuæ rationem iuſtã non potuerit, hunc morte mulctandũ. Solon autẽ Atheniẽſis ſumptam hanc legem ex Ægypto Atheniẽſibus promulgauit, qua illi ſem per vſi ſunt, lege ſanè inculpata. *Ita hunc locum uertit Budæus.*

c Maximè frequẽtatum. *Vel, Quo maximè uenitur.*

d Ad viuũ expreſſam.

e Eò appulſæ quũ f.

HERODOTI HALICARNASSEI historiarum liber tertius, qui inscribitur Thalia.

ADVERSVS hunc Amasin Cambyses Cyri filius, cõparato cum ex aliis quibus imperabat, tum ex Græcis Ionibus AEolibúsque, exercitu, bellũ mouit ob hanc causam: Missõ in AEgyptum legato, Cambyses petiit ab Amasi filiam, & petiit consilio cuiusdam AEgyptii, qui Amasi erat infensus quòd se potissimùm ex omnibus AEgypti medicis Amasis ab vxore & liberis abstraxisset, amandando in Persas, quo tẽpore Cyrus ad Amasin miserat petitum ocularium medicum, omnium qui in AEgypto essent præstãtissimum. Ob id infensus Amasi ille AEgyptius, instituit suadere Cambysi vt ab Amasi filiam peteret: vt ille aut mœrore afficeretur data filia, aut non data, Cambysi redderetur inuisus. Amasis eam nec dare audebat, nec abnuere, nam & Cambysem intelligebat non habiturum illam vxoris loco, sed pellicis: & Persarum potentiã grauabatur horrebátque. Hæc reputans, ita sibi faciendum statuit: Erat Apriæ superioris regis filia, nomine [a] Nitetis, vnica domi relicta, grandis atque speciosa. Hanc puellam Amasis vestitu pariter & auro exornatam, pro sua in Persas dimittit. Quam quum post aliquantum tempus Cambyses salutasset, filiam Amasis appellans, ipsa ad eum, Rem, inquit, rex, ignoras, ab Amasi elusus, qui me ornatu comptam transmisit, tradẽs tibi pro sua, quum reuera sim Apriæ filia, quem ille dominum suum cum AEgyptiis rebellans interemit. [b] Hic sermo extitit causa quæ Cambysem Cyri filium vehementer indignatum induceret aduersus AEgyptum. Atque ita quidem memorãt Persæ. AEgyptii autem Cambysem suum vendicant, asserentes ex hac Apriæ filia illum esse genitũ. Cyrum enim fuisse qui ad Amasin miserit super filia, non Cãbysem. Quod quum dicunt, non rectè dicunt: etsi eos hoc non latet. nam si qui alii, profectò & AEgyptii rectè norunt mores Persarum: [c] apud quos illud in primis nefas est, illegitimum obtinere regnum, si adsit legitimus. Præterea Cassandanes filius erat Cambyses, Pharnaspe viro Achæmenida genitæ, nõ mulieris AEgyptiæ. sed AEgyptii [d] rem gestam transferunt, fingentes sibi cum Cyri familia intercedere cognationem. & hæc quidem ita se habent. Cæterùm ille sermo mihi non probatur, quo dicitur mulierem quandam Persidem ad vxores Cyri introgressam, quum liberos Cassandanes assistentes forma ac statura egregia conspiceretur, supramodum admirabundam magnis tulisse illam laudibus: eique Cassandanẽ (quæ Cyri esset vxor) ita dixisse, Me, quæ talium filiorum sum mater, Cyrus contemptui habet, præponens quandã ex AEgypto ancillã. Videlicet infensam Niteti ista dixisse: & ei maximum natu filiorum Cambysem subiecisse, Ego verò tibi mater, quum in virilem ætatem adoleuero, summa AEgypti reddam ima, & ima summa. idque dixisse circiter decẽ natum annos, admirãtibus mulieribus. Et quum in virilem adoleuisset ætatem, & regnum obtinuisset, huius rei memorem, AEgypto bellum intulisse. Accessit huc & aliud quiddam, ad hanc sumendam expeditionem. Erat quidam auxiliariorum Amasis, nomine Phanes, genere Halicarnasseus, vir cõsilio præstãs, & in re bellica strenuus: hic Phanes nescio quid Amasi succensens, nauigio profugit ex AEgypto, volens in colloquutionẽ venire Cambysis. Eum Amasis (quòd inter auxiliares nõ parui momenti esset, quódque de rebus AEgypti nõnihil compertissimum haberet) insequi statuit, adhibita diligentia assequendi. Itaque ad hominem insequendũ mittit cum triremi eunuchorum fidissimum, qui Phanem assequutus in Lycia cepit, sed nõ reduxit in AEgyptum, [e] ab illo prudentia superatus. Nam Phanes inebriatis custodibus abiit in Persas, Cambysémque moliẽtem aduersus AEgyptum expeditionẽ, & quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentẽ, adiit. Eique cum alias Amasis res exposuit, tum verò quæ ad transmittendũ pertinebant, suadens, ad regẽ Arabum mitteret oratũ vt sibi tutũ præberet transitũ. Hâc enim duntaxat patet ingressus in AEgyptũ. Nam à Phœnice [f] vsque ad montes Cadytis, quæ est vrbs eorũ Assyriorũ qui nunc Palæstini vocãtur: ab vrbe Cadyti nõ minore (vt mea fert opinio) quàm Sardis, emporia secundũ mare vsq; ad vrbẽ Ienysũ, Arabicæ ditionis sũt. Ab vrbe Ienyso rursus, Syriacæ, vsque ad lacũ Serbonidis, iuxta quẽ Casius mõs pertin-

a Nitetis, valde procera & formosa, sola ex ea familia relicta.

b Hic sermo & hæc causa *uel occasio* interueniens Camb. Cyri fil. veh. stomachatum aduersus AEgyptum impulit.

c Primùm quidem per legem non licere vt illegitimus regnũ obtineat, quum legitimus adest: deinde, Cassand. filium fuisse Cambysem, Phar.

d Rem ita narrant vt inuertant.

e Phanes enim eum astutia circumuenit. Na inebriat. custod.

f Vsque ad fines Cadytis, quæ est vrbs eorum Assyriorum qui Palæst.

git ad mare. A Serbonidis lacu in quo Typhō fertur occultatus, deinceps iam AEgyptus est. Hoc tamen intercapedinis quod est inter vrbem Ienysum & montem Casium & lacum Serbonidis, non exiguus tractus est, sed itineris instar trium dierum, vehemēter aridus. Verùm quod pauci eorum qui in AEgyptum nauigant, notum habēt, hoc dicere institui. Ex omni Græcia, & præterea ex Phœnice, portatur in AEgyptū bis quotānis [a] vas fictile vini plenū: & tamen ibi ne vnū quidem numero (vt sic dicam) vas vinariū fictile aspici [b] vacuum potest. Vbinā (dicat aliquis) hæc vasa cō sumuntur? hoc quoque ego depromā. Præfecti prouinciarum necesse habent ex sua quisque vrbe colligere vasa testacea quæ Memphin pórtentur: eadem è Memphi alii aqua impleta portare in hæc arida Syriæ loca: [c] ita hydriæ superuenientes in AEgypto sumptæ, ad veteres, in Syriā portantur. Atque hunc in modū quem dixi aqua contracta, Persæ vsi fuerūt, qui hoc ingressu apparato quamcelerrimè AEgypto potiti sunt. Sed tunc, quum in expedito aqua non esset, Cambyses, audito hospitis Halicarnassei consilio, missis ad regem Arabum nuntiis tutum iter precatus, obtinuit, data acceptáque inuicem fide. Seruant autem fidem Arabes inter homines vt qui maximè, quā hunc in modum dant: Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter vtrosque stans, acuto lapide ferit volam, iuxta maiores digitos eorū qui fœdus ineunt. Deinde sumpto flocco ex vtriusque vestimento, inungit eo sanguine septē lapides in medio positos, inter inungendū inuocās Dionysum & Vraniā. Hoc acto, idem qui fuit sequester fœderis inter amicos contrahendi, vadatur hospitē, aut fortè ciuem, si cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiam contraxerunt, seruare iustum censent. Dionysum quem Vrotalt, & Vraniam quā Alilat appellant, solos deos esse arbitrantur. [d] Et quēadmodum Dionysum, ita puellarum capillum tondere aiunt: tondentur autem in rotundum, tēpora subradentes. Igitur postquā fœdus cum nuntiis iniit Arabs, talem rem commētus est: Camelos omnes, posteaquam vtribus camelinis aquā completis onerauit, egitque ad loca humore carentia, ibi Cambysis exercitum præstolabatur. Ex iis quæ narrantur, hoc quod dixi propius fidē est, tamen id quoq; quod minus credibile est, quandoquidē refertur, cōme morare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiēs in mare quod dicitur rubrū: ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bouinis aliisque crudis coriis consutū, tanta lōgitudine produxisse, vt ad loca arida per illum aquā produceret: inque ipso arido solo ingentes cisternas fodisse, qua recepta aqua potum suppeditarent. Et quum sit à flumine ad terram aridam duodecim dierum via, per tres aquæ ductus in totidem partes aquā deduxisse. Cæterùm apud Nili ostium quod dicitur Pelusium, habebat castra Psammenitus Amasis filius, Cābysem opperiens. Nam Amasin Cambyses in AEgyptum progressus non viuum nactus est, sed defunctum, quū quatuor & quadraginta annis regnasset: per quos nihil admodū calamitatis est expertus: defunctúsque & sale cōditus est, & in sepulchris quæ ipse ædificauerat, situs intra templum. Sub eius autem filio Psammenito maximū extitit AEgyptiis portentum: Apud Thebas AEgyptias (quod neque prius vnquā neq; postea ad meam vsque ætatem contigit, vt ipsi Thebani aiunt) pluit. [e] Thebis tamen tunc pluit guttis. Persæ porrò vbi siccanea peragrauerunt, subsedere, vicini AEgyptiis, tāquam iam [f] cōgressuri. Ibi AEgyptiorum auxiliarii Græci & Cares, Phani qui externum exercitum in AEgyptum abduxisset, infensi, hoc rei in illum sunt machinati: Filios qui erant à Phane relicti in AEgypto, in castra perduxerūt atque in conspectum patris, positóq; in medio duorum exercituū cratere: dehinc productos singulos puerorum super craterē obtruncauerunt. Omnibus interfectis, vinū & aquam in cratere intulerunt: quo sanguine epoto, auxiliares ita conflixerunt. Acri prælio commisso, perquam multis vtrinque cadentibus, in fugam vertuntur AEgyptii. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edoctus: Ossa eorum qui in acie ceciderunt, quum iacerent fusa, vt ab initio distincta fuerant, seorsum erant Persarum, aliorsum AEgyptiorum: sed Persarum capita adeo fragilia sunt, vt si velis ferire, vel solo calculo perforare possis: AEgyptiorum autem ita firma, vt ea vix ictu lapidis [g] elidas. Cuius rei causam hanc illi reddebant, (facilè mihi persuadētes) quòd AEgyptii statim à pueris radere capita incipiunt, & os capitis ad solem redditur compactum. Quæ eadem causa est non calueſcendi. nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis AEgyptios caluos videat. His igitur hoc causæ est cur robusta capita gestent. At Persis cur fragilia sint capita, id in causa est quòd à principio assuefiunt operire capita, gestantes pilea tiaráſque. [h] Hæc ego huiusce modi ossa vidi. Vidi item alia istis similia in Papremi, eorum qui vnà cū Achæmene filio Darii ab Inaro Libye sunt cæsi. AEgyptii quoque

a Vel, Amphoras uini plenas. sic & in sequentibus. Vel potius, Amphoræ uini plenæ, ut sit positus singul. pro plurali.

b Vox respondens huic in textu Gr. non habetur: sed ex κεράμιον, quod ibi legitur, factum fuit κενὸν, id est uacuum.

c Ita amphoræ quæ inuehuntur, sumptæ in AEgypto, vltra veteres in Syriam portantur. Et quidē Persæ ii sunt qui hunc in AEgyptum ttāsitum appararunt, cōtracta, vt modò dixi, aqua, simulatque occuparūt AEgyptum. Intelligē autem Vltra ueteres, pro eo quod est, Vltra eas quæ iam antea ibi erant.

d Eodémque modo quo tōsus est Dionysus, tonderi se aiūt.

e Nam in superiore AEgypto penitus non pluit. Thebis tamen, &c.

f Legit συμβαλέοντες ut & uet. nostri cod. habent.

g Perfringas.

h Et hæc quidem ita se habent.

quoque postquã ex acie terga dederunt, nullo ordine fugã capessunt. Ad quos, quũ se recepissent Mẽphin, misit Cambyses aduerso flumine nauim Mitylenæã cũ caduceatore viro Persa, qui illos ad deditionẽ hortaretur. Isti vbi nauim aduẽtare Memphin vident, frequentes ex vrbe effusi, nauim corrũpunt, viróque frustatim dilaniatos in oppidũ afferunt. Et AEgyptii quidẽ [a] post hæc obsessi aliquãdiu restiterũt. Libyes verò id animaduertẽtes, eadẽ sibi quæ AEgypto cõtigissent veriti, sese citra pugnã dediderunt, tributúmque inter se partiti dona miserunt. Cyrenæi quoque ac Barcęi itidẽ vt Libyes timẽtes, similia & ipsi fecere. Cãbyses munera quæ à Libybus venere, perbenignè accepit: quæ autẽ à Cyrenæis, succẽsens, vt opinor, quòd exigua erãt. quingẽtas enim minas argẽti miserãt, quas sua manu prehẽsas, dispersit in milites. Decimo autẽ die quàm muros Memphis cepisset Cambyses, Psammenito AEgyptiorũ rege, qui sex omnino regnarat [b] annos, collocato in suburbanis, ignominiæ gratia, cũ AEgyptiis aliis, hoc fecit vt eius animũ experiretur: Filiã illius, vestitu seruili circundatã, cũ hydria ad aquã emisit, & cũ ea similiter indutas alias quas delegerat, primorũ virorũ filias virgines. Quæ vbi ad patres peruenerũt cum eiulatu ploratúque, cæteri quidẽ patres cõspectis filiabus tam malè acceptis, viciſſim vociferati sunt atque fleuerunt: Psammenitus autẽ intuens atque intelligẽs, humi vultũ demisit. Prætergressis puellis aquã ferentibus, secundo loco Cambyses ante oculos Psammeniti misit filiũ eius cum duobus millibus AEgyptiorũ æqualis ætatis, vinctas fune ceruices & fræna ta ora habentibus. Ducebãtur autẽ luituri pœnas his Mitylenæis qui cum naui fuerãt ad Mẽphin obtruncati. Ita enim cẽsuerant regii iudices, pro singulis suorũ interfectis denos primorũ AEgyptiorũ interficiẽdos. Psammenitus prætereũtes intuens, & filiũ animaduertẽs duci ad mortẽ, aliis AEgyptiis qui circũsedebãt cõplorantibus, *ac indignè ferentibus*, ipse idem quod erga filiã fecit. His quoque prætergressis accidit vt quidã [c] compotorũ eius natu grandior, pristinis bonis delapsus, ac nihil habens nisi quæ inops mendicabat, obiret exercitũ, necnõ Psammenitũ aliósque AEgyptios in suburbanis cõsidentes. Quẽ vt conspexit Psammenitus erũpente ingẽte fletu, compellans nomine amicũ, caput suum cædebat. Aderãt autẽ ei tres obseruatores, qui vt quicquid ab illo fiebat, ex omni viarũ exitu Cãbysi renũtiarent. [d] Ea quæ fiebant admiratus Cambyses, misso nuntio Psammenitũ percontatus est, inquiens, Psammenite, herus te Cambyses interrogat quamobrẽ tu, qui visa filia indignè affecta, viso etiã filio ad mortẽ eũte, neque eiulasti neque fleuisti, pauperẽ tãti feceris, tibi (vt ab aliis audiuit) non propinquũ. Et Cambyses quidẽ ita interrogauit: Psammenitus autẽ his verbis respondit, Fili Cyri, domestica mala erãt maiora quàm vt possem ea deflere: at lamẽtatio amici digna lacrymis fuit, qui è multis ac fortunatis opib⁹ ad inopiã recidit, in extremo limine senectutis. [e] Hæc vbi responsa ab hoc renũtiata sunt, visus est illis Psammenitus, vt ab AEgyptiis fertur, rectè respondisse. Crœsúsque dicitur illacrymasse, itẽ qui aderant Persæ, ipsíque Cãbysi cõmiserationem subiisse, vt protinus iusserit & filiũ ex his qui morti addicti essent liberari, & patrẽ è suburbanis excitatũ ad se perduci. Sed filiũ quidẽ qui adierũt, non iã superstitẽ inuenerũt, sed primo loco truncatũ: ipsum verò Psammenitũ excitatũ ad Cãbysem perduxerũt: vbi reliquũ vitæ vixit, nihil violentũ passus. Qui si cõpertus fuisset nõ affectasse res nouas, accepisset AEgyptũ vt eã procuraret. Nã cõsueuerũt Persæ in honore habere filios regũ, & etiãsi qui ab eis defecerint, tamẽ illorũ filiis restituere principatũ. Quod eos ita facere consuesse, cum aliis permultis potest probari documentis, tum verò hoc, quòd Thannyra Inari Libys filius recepit quem pater obtinuerat, principatum: quódque Pausiris Amyrtæi filius & ipse paternum recuperauit imperium. Nec ipsis Inaro & Amyrtæo quicquam amplius à Persis irrogatum est. [f] Nunc Psammenitus malè cogitans mercedem accepit. nã quũ ad defectionẽ AEgyptios induxisset, captus est: ac deinde à Cãbyse cõuictus, epoto cruore taurino, statim expirauit. Atq; hunc in modũ iste decessit. Cambyses autem è Memphi vrbem Sain abiit, animo faciendi quæ fecit. Etenim simulatque in ædes Amasis ingressus est, imperauit cadauer Amasis è cõditorio afferri: deinde prolatũ verberibus cædi ac vellicari, & stimulis pungi, [g] omni denique cõtumelia infestari. Quod faciẽtes postquã defatigati erãt, (nã cadauer vtpote salitũ resistebat, nec quicquã omnino elidebatur) iussit cremari: haudquaquã sancta iubens: quia Persæ deum ignem esse arbitrãtur, & apud neutros moris est cremare cadauera: apud Persas quidem, propter id quod dictum est, quia nefas esse aiũt deo depasci cadauere hominis: apud AEgyptios autẽ, quia persuasum habẽt ignẽ animatã beluã esse, & omnia quæ nascũtur deuorare, & postquã deuorãdo fuerit expleta, vnà cũ ipsa re deuorata emori. Nõ esse verò apud eos cõsuetudinẽ

a Obsessi tandem ad deditionem venerunt. At Libyes vicini eadem, &c.

b Mẽses. *nam μῶσις & in vulg. edit. & in vet. cod. legitur.*

c Conuictorum.

d Quod factum admir.

e Hæc quum ab isto renuntiata essent, visus est Psammenitus rectè respondisse. ferúntque Ægyptii Crœsum (nã hic quoque à Cambyse in Ægyptũ adductus fuerat) eósq; qui aderant Persas illacrymasse.

f Verùm Psammenitus quum fraudem molitus esset, mercedem accepit. Deprehẽsus enim Ægyptios ad defectionẽ sollicitare, ac deinde à Cambyse cõuictus, &c.

g Vel, *Omnibus denique modis vexari.*

mortuũ beluis tradendi,ſed ſaliẽdi,tũ ob id,tum ne humatus deuoretur à vermibus. Ita neutris cõſuetã rẽ iuſſit agi Cãbyſes.Quanquã (vt ipſi aiũt AEgyptii) nõ Amaſis fuit qui iſta paſſus eſt,ſed alius quidã AEgyptius eadẽ quàm Amaſis ætate:quẽ Perſæ Amaſin arbitrãtes vexauerũt.Memorãt enim Amaſin,quũ ex oraculo audiſſet quæ circa ſe defunctũ futura eſſent,hoc modo rei vẽturæ medendũ putaſſe,vt hũc homi nẽ qui flagellatus erat,mortuũ [a] ad poſtes ſepeliret extra cõditoriũ ſuũ,ſe autẽ in cõditorii quamintimo receſſu collocari filio mãdaret. Mihi tamen nõ vidẽtur hæc ab initio Amaſis fuiſſe mandata de ſua & alterius hominis ſepultura,ſed aliãs ab AEgyptiis adornata. Secundũ hæc Cambyſes conſtituit [b] trifarium mouere bellum, aduerſus Carthaginienſes, aduerſus Ammonios, aduerſus AEthiopes macrobios, *id eſt longæuos*, qui Africam ad auſtrale mare incolunt. & aduerſus quidem Carthaginienſes,nauticas copias:aduerſus autem Ammonios,peditatum: aduerſus verò AEthiopes, prius exploratores mittere,per ſpeciem dona ferendi illorum regi, ſpectatũ illic menſam Solis, nunquid reuera eſſet:ſimúlque res AEthiopicas exploratum. Solis autem menſa talis eſſe memoratur:eſt in ſuburbanis pratum, omnium quadrupedum aſſa refertum carne, quam per noctem ſinguli ciuium magiſtratus properant ponere: ad eámque,vbi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc autẽ ipſa à terra reddi aſſiduè indigenæ aiunt.Et menſa quidẽ quæ Solis vocatur,talis eſſe fertur.Cambyſes autem vbi ſtatuit exploratores dimittere, cõtinuò ab vrbe Elephantina accerſit ex Ichthyophagis, *id eſt piſce ueſcentibus*, maximè gnaros AEthiopicæ linguæ. [c] Vſquedum iſti veniunt,interea nauales copias Carthaginem verſus nauigare iubet. verùm hæc exequuturos ſe Phœnices negauerũt. eſſe enim magno cum illis iureiurando ſe deuinctos : præterea non facturos ſanctè ſi aduerſus liberos ſuos militarent.nam cæteri Phœnicibus ire recuſantibus, ad pugnandum haud idonei erãt. Ita Carthaginenſes quominus in ſeruitutem Perſarum redigerentur euaſerunt:quoniam Cambyſes haud æquum ducebat vim afferre Phœnicibus, qui ſeipſos Perſis dediderant,ex quibus nauticus omnis conſtabat exercitus. Sed & Cyprii qui aduerſus AEgyptum in militia erant,ſeſe & ipſi dediderant.Porro Cambyſes poſteaquam ex vrbe Elephantina aduenerunt Ichthyophagi, eos ad AEthiopes miſit,iuſſis cũ ea dicere quæ oporteret,tum dona ferre,amiculum purpureum,aureúmque torquem tortilem,& armillas,ac vnguẽti alabaſtrum,cadúmque vini [d] Phœnicei. AEthiopes autem ii ad quos miſit Cambyſes, feruntur eſſe maximi omnium hominum atque pulcherrimi : diuerſíſque vti à cæterorum hominum ritibus, cum aliis,tum verò hoc circa regnum:quòd quem è popularibus maximum & pro magnitudine validum iudicant,hunc regem deligendũ cenſent. Ad hos itaque viros Ichthyophagi venerunt,offerentéſque regi munera, ita loquuti ſunt, Cambyſes Perſarũ rex cupiens amicus tibi fieri atque hoſpes,nos miſit, iubens vt in colloquium tuum veniremus, tibíque hæc dona daremus, quorum ipſe vſu maximè delectatur. Ad hos AEthiops,gnarus ad explorãdum veniſſe,talia reſpondit, Neque rex Perſarum vos ideo cum donis miſit quòd magni faciat hoſpitium meum, neque vos vera loquimini,quippe qui ad explorandum noſtrum imperium veniſtis:neque iuſtus ille vir eſt.ſi enim iuſtus foret,non alienam regionem affectaret, ſed eſſet ſua contẽtus,nec homines à quibus nihil laceſſitus eſt in ſeruitutem redigeret. Ei nunc vos hunc arcum date,ita dicentes,Rex AEthiopum regi Perſarum conſilium dat, [e] quãdo Perſæ tam facilè trahent in tanta magnitudine arcus, tunc aduerſus macrobios AEthiopes cum maioribus copiis moueat bellum:interim diis gratias habeat, qui non inducunt [f] filiis AEthiopum vt præter ſuam velint aliam comparare regionem. Hæc loquutus,arcum laxauit, eíſque qui venerant dedit.Tum ſumpto purpureo amiculo rogauit quídnam eſſet & quomodo confectum. & quum Ichthyophagi veritatem de purpura déque tinctura dixiſſent, Doloſi, inquit, homines, doloſa ſunt veſtimenta.Secundo loco de auro ſciſcitatus,de tortili monili atque armillis, ornatum eius rei exponentibus Ichthyophagis,riſit,atque exiſtimans vincula eſſe,inquit robuſtiora apud ſe vincula eſſe. Tertiò ſciſcitatus de vnguento, quum illi de confectura vngendíque ratione dixiſſent,idem dixit quod de veſtimẽto. Vbi [g] ad vinum peruenit, eiúſque cõficiendi rationem audiuit, maiorem in modum delectatus potu, percontatus eſt quibúſnã rebus veſceretur rex, & quod longiſſimũ tempus à viro Perſa viueretur.Iſti dixerũt veſci regẽ pane,(expoſita tritici natura) perfectiſſimúque diu viuẽdi ſpatiũ homini Perſæ proponi octoginta annos.Ad hæc AEthiops,nihil ſe mirari inquit ſi ſtercore veſcentes,paucis viuerent annis.nã ne tot quidẽ annis victuros [h] niſi hoc potui acceptũ referrẽt. affirmãtibus Ichthyophagis ita eſſe de vino.(hoc enim ipſos Perſis ſubdidiſſe)Interrogatus viciſſim rex ab Ichthyophagis de

a Ad fores intra cõditorium ſuum.

b Triplex.

c Et interim dum iſtos accerſeret, nauales cop.

d Palmei.

e Quum Perſæ tã facilè tendent tantæ magnitudinis arcus, *quàm facilè hũc d me tendi uidetis*, tũc copiis ſupramodum magnis inſtructus macrobiis Æthiopibus bellũ inferat.

f *Id eſt*, AEthiopibus.

g *Id eſt*, *Ad ſermonem de uino.*

h *Legit αὐέφορον, ex qua lectione uidetur & hic ſenſus elici poſſe*, Niſi potu illo vires refocillarent:Ichthyophagis vinum innuens. in hoc enim ſe à Perſis vinci. Quum autem viciſſim regem interrogarent Ichthyophagi de vita, &c. *At legendo αὐέφορον, perinde fuerit ac ſi Gallicè dicas,S'ils ne detrempoyẽt leur uiande d'un tel breuuage.*

vita & victu, pleroſque è ſuis ait ad centũ viginti annos peruenire, nõnullos etiã hos tranſcendere: dixit cibum eis eſſe carnem coctam, & potum, lac. Et quum exploratores de numero annorum mirarentur, ad fontẽ quendam eos deduxit, in quo loti efficiũtur perinde atque oleo inuncti, violã olẽtes. Eam aquam aiebãt exploratores adeò inualidam vt in ea nihil innatare poſſet, ne lignum quidem, & quæ leuiora ſunt ligno: ſed omnia peſſum ire in profundum. Hæc aqua ſi verè apud illos eſt qualis commemoratur, ideo macrobii, *id eſt longæui*, exiſtunt, quòd ea ſemper vtuntur. Deinde à fonte rex iſtos ad carcerem deduxit, vbi viri omnes aureis vinculis erant alligati. eſt enim apud hos AEthiopes omnium rariſſimum ac pretioſiſſimũ æs. Inſpecto carcere, exploratores inſpexerunt & menſam quæ dicitur ſolis. Poſt hãc ad extremum inſpexere eorum ſepulchra quæ dicuntur è vitro eſſe conſtructa hunc in modum: Poſteaquam mortuum ſiue AEgyptiorum ſiue aliorum more arefecerunt, totum gypſo inducunt, picturáque exornantes repræſentant quoad fieri poteſt effigiem eius: deinde cippum ei cauum è vitro, quod apud illos multum eſt & facilè effoditur, circundãt: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neque fœditatis vllius exhibẽs, ſed omnia ipſi illi mortuo ſimilia habẽs. Hunc cippũ qui maximè ſunt propinqui intra ædes annũ tenẽt, offerẽtes ei omniũ rerum primitias, hoſtiáſque: anno exacto efferunt, circáque vrbẽ ſtatuunt. Omnibus exploratores inſpectis reuerſi ſunt. Qui quum iſta renuntiaſſent Cambyſi, continuò ira percitus aduerſus AEthiopes exiit in expeditionem, neque rei frumentariæ apparatu indicto neque ſecum, ipſo ratione inita quòd in extrema terrarum faceret expeditionẽ: ſed veluti veſanus, nec mẽtis cõpos, ſimulatque Ichthyophagos audiit, profectus eſt cum omni peditatu, Græcis qui aderant illi, manere imperatis. Vbi ad Thebas eſt ventum, delegit de exercitu quinquaginta circiter millia, quibus præcepit vt Ammonios diriperent, deinde oraculum Iouis incenderẽt: ipſe cum reliquis copiis aduerſus AEthiopes contendit. Sed antequam quintam itineris partẽ cõfeciſſent, exercitum eius protinus commeatus omnis quẽ ſecum habebat, defecit: mox & iumenta ad veſcendũ defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyſes ſi reſipuiſſet ac retroduxiſſet exercitum, in eo quod prius admiſerat peccato, vir ſapiẽs extitiſſet: nunc autem nihil penſi habens, aſſiduè proceſſit vlterius. Milites, quandiu quod de terra ſumerent habuerunt, herbis victitauerunt: at vbi ad ſabulum peruenere, ibi nonnulli diram rem perpetrauerunt. nam ſortiti ex ſeipſis decimum quenque comederunt. Id audiens Cambyſes, veritus ſuorum mutuam depaſtionem, intermiſſa aduerſus AEthiopes expeditione, retro rediit, Thebáſque peruenit, multis de exercitu amiſſis. [a] Et quum è Thebis deſcendiſſet Memphin, Græcos miſſos fecit, vt illinc enauigarent. Et exercitus quidẽ aduerſus AEthiopes ita ſe geſſit. Copiæ autem quæ aduerſus Ammonios miſſæ erant, è Thebis mouentes, itineris duces ſequebantur: [b] ac niſi ſunt vſquedum ad vrbem Oaſin peruenerunt, quam incolunt Samii ii qui feruntur è tribu AEſchrionia eſſe, ſeptem dierum per arenas itinere diſtantem Thebis, quæ regio vocatur lingua Græca μακάρων νῆσος, *id eſt beatorum inſula*. in hunc locum dicitur peruenisſe exercitus. Deinceps quid de eo actum ſit, præter Ammonios & eos qui ab his audierunt, nulli alii habent quicquam dicere. Nam neque ad Ammonios peruenerunt, neque retro reuerterunt. Ab ipſis autem Ammoniis demum fertur, quum illi ex vrbe Oaſi per arenam iter facerent, iámque medio ferè ſpatio inter Oaſin & Ammonios pranderent, ingruiſſe magnum ac validum auſtrum, & ingeſtis arenæ cumulis eos obruiſſe, atque hunc in modum illos è conſpectu ſublatos. ita actum eſſe de hoc exercitu Ammonii memorant. Cambyſe autem Memphin regreſſo, Apis (quem Græci vocant Ἔπαφον) apparuit. AEgyptii, quũ Apis extitiſſet, veſtimenta quãpulcherrima ferebant, & celebrãdo feſto operam dabant. Id tunc facientes AEgyptios Cambyſes intuens, [c] ratúſque ob res à ſe malè geſtas prorſus illos eſſe in his gaudiis, præpoſitos accerſit Memphis, quos, vbi præſtò fuerunt, interrogabat, quid ita, quum antea ſe apud Memphin agente, nunquam aliquid tale feciſſent, nunc id facerent, poſteaquam ipſe rediiſſet parte copiarum amiſſa. Illi dicere, dum illis deus appareret (longo autem temporis interuallo apparere ſolitum) tunc omnes AEgyptios ſolennem celebrare lætitiam. Hæc vbi audiit Cambyſes, mentiri eos reſpondit, ac tanquam mentientes morte mulctauit. His interemptis, iuſſit ſacerdotes in conſpectum venire. quibus eadem referentibus, dixit, Siquis deus manſuetus ad AEgyptios veniret, fore vt ſe non lateret. [d] Hactenus loquutus iuſſit ſacerdotes adducere Apin. illi ad eum adducendum perrexerunt. Eſt autem hic Apis, idémque Epaphus, è vacca genitus quæ nullũdum

a Thebis autem iter faciebant, itineris duces habentes, & quum deſcendiſſ.

b Ac perueniſſe quidem eos ad vſq; ad vrbem Oaſin cõitat, quá incolunt &c.

c Vel, Valde *aut omnino* hoc eorũ factũ improbãs, quòd in ei⁹ rebus aduerſis ita ſe exhilararent, Memphidis præfectos accerſiuit: quos, vbi in cõſpectum prodierunt, interrogauit cur antea, quum, &c.

d Nec plura loquutus.

alium poteſt concipere fœtum: quã AEgyptii aiunt fulgure ictã concipere ex eo Apin. Habet autẽ hic vitulus qui appellatur Apis, hæc ſigna: Toto corpore eſt niger, in fronte habens cãdorem figuræ quadratæ: in tergo effigiem aquilæ, [a] cãtharum in palato, duplices in cauda pilos. Poſteaquã Apin ſacerdotes adduxere, Cambyſes veluti vecordior, educto mucrone quum vellet ferire ventrem, femur percuſſit, cachinnánſque ad ſacerdotes inquit, O capita nequã, huiuſcemodi dii exiſtũt, ſanguine atque carne præditi, & ferrum ſentiẽtes? dignus nimirũ AEgyptiis hic deus. nos certè ludibrio habuiſſe nõ iuuabit. Hæc loquutus imperauit iis quorũ hoc munus erat, vt ſacerdotes quidem flagris cæderent: cæteros autem AEgyptios, vt quenque feriantẽ adipiſcerentur, occiderent. Ita feſtum ſolutũ eſt, ſacerdotes mulctati: Apis ſauciatus femur, in tẽplo iacens extabuit: quem è vulnere extinctũ tumulauere ſacerdotes clam Cãbyſe. Ob hoc ſcelus, (vt AEgyptii aiunt) cõtinuò Cãbyſes inſaniit: [b] quũ ne cõpos mentis quidem fuiſſet, exorſus primum perpetrare facinus in Smerdin, ex eiſdem ſibi parentibus fratrem, quẽ ex AEgypto remiſerat in Perſas, liuore commotus quòd ſolus ille Perſarũ arcũ quem Ichthyophagi ab AEthiope attulerant, [c] ad duos digitos traheret: quod nemo alius è Perſis poterat. Smerdi in Perſidem profecto, hãc vidit in ſomnis Cambyſes viſionem: Nuncius quidã è Perſis veniens, ei nunciare eſt viſus, Smerdin in regio ſedentem ſolio cælum contingere vertice. Ob id Cãbyſes ſibi metuẽs, ne ſe necato à fratre occuparetur imperium, mittit in Perſas ad illũ interimẽdum Prexaſpem, ſibi ex omnibus Perſis virum fideliſſimum. Hic vbi Suſa cõſcendit, Smerdin necandum curauit, (vt quidam aiunt) quum eum eduxiſſet venatum: quidam inquiunt, quum ad mare rubrum produxiſſet, ibi eum demerſiſſe. Et hoc quidem initium ſcelerum Cambyſis extitiſſe ferunt: ſecundum autem ſcelus, ſororis necationem, in AEgyptum eum ſequutæ: quæ ex eiſdem parentibus erat ſoror, atque eadem vxor: quam hunc in modum acceperat vxorem. Quum antehac Perſæ ſorores in matrimonium accipere nequaquam conſueuiſſent, Cambyſes vnius ſororum amore captus, cupidúſque deinde ducẽdi illam vxorem, [d] quum propter rei inſolentiam laboraret efficere, accerſit eos qui regii iudices nominantur. Fiunt autem delecti è Perſis viri, ſũntque [e] perpetui, niſi delicti alicuius cõperti fuerint. Iſti apud Perſas ius dicunt, & legum patriarum ſunt interpretes, & ad eos omnia referuntur. Hos Cambyſes percontatur, num qua lex ſit quæ ſinat volentem cum ſorore contrahere matrimonium. Iudices & iuſtè & [f] ingenuè reſpondentes, negant vllam ſe inuenire legem quæ ſinat fratri nubere ſororem: quandam tamen inuenire legem, qua liceat regi Perſarum facere quicquid libeat. Ita neque legem abrogarunt metu Cambyſis: & ne legem tuentes ipſi perirent, aliam inuenerunt adiutricem eius qui ſororem in matrimonium ducere vellet. Tunc itaque Cãbyſes [g] eam quam dixi accepit vxorem, aliquantóque pòſt & alteram. Harum iuniorem quæ ipſum in AEgyptum comitata eſt, interemit. Cuius mors, quemadmodum illa Smerdis, anceps refertur. nam Græci quidem aiunt, dum Cambyſes duos catulos, alterum leonis, alterum canis committit, hanc interfuiſſe ſpectaculo: & quum à leunculo catulus ſuperaretur, alterum catulum huius canis fratrem, abrupto loro ſuperueniſſe: & quum duo eſſent, ita ſuperiores leunculo extitiſſe. Et Cambyſe, dum id cernit, capiente voluptatem, hanc ei aſſidentem illacrymaſſe. Ea re animaduerſa, Cambyſem interrogaſſe quidnam lacrymaretur: & mulierem dixiſſe, ſe viſo catulo ſuppetias fratri ferente, ideo flere quòd ſubierit memoria Smerdis, cuius ſciret neminem fore vltorem. Ob hoc dictum Græci illam à Cambyſe fuiſſe interemptam memorant: AEgyptii verò ob id quòd quum ad menſam diſcumberetur, mulier lactucam ſumpſit, eiúſque decerptis foliis, virum interrogauit vtrum diſcerpta lactuca an denſa pulchrior foret: quum hic reſpondiſſet, Denſa: hanc, inquit, lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudaſti. Ibi Cambyſem indignatione percitum, inſiliſſe calcibus in prægnantẽ, eámque abortu edito deceſſiſſe. [h] Ita Cãbyſes in præcipuos domeſticorum inſaniit, ſiue id propter Apin, ſiue aliunde, qualia multa in rebus humanis mala contingere conſueuerunt. Etenim fertur Cambyſes ab ipſis natalibus grandi laboraſſe morbo, quem quidam ſacrum nominant: vt haud ab re fuerit, cuius corpus magna ægritudine inualidum eſſet, eius ne mentem quidem ſanam fuiſſe. [i] Atque in alios quoque Perſas inſaniſſe, veluti in Prexaſpem, quem præcipuo honore proſequebatur, & qui ad eum nuncios perferebat: & [k] cuius filius Cambyſis vina miſcebat, qui honos & ipſe non paruus eſt: ad hunc (*inquam*) fertur dixiſſe Cambyſes, Quémnã virum Perſæ me eſſe cenſent, aut qualem de me ſermonem habent? Et iſte ei reſpondiſſe, Here, cætera

a In lingua ſcarabeum.

b Quum ne prius quidem compos mentis fuiſſet. *Quæ uerba nõ iam ſunt AEgyptiorũ, ſed ipſius authoris: q.d. Dicunt illum AEgyptii hunc furore correptum, æqui ne antea quidem mentis compos erat*, exorſus, &c.

c Οσον δὶς δύο δακτύλους, *quod Gallicè dicitur, A deux doigts pres. Pro Traheret autem uertẽdum potius Adduceret, aut Tenderet ſiue Intenderet. hæc enim de arcu potius dicũt. ut & ipſe Herodotus in ſequẽtibus dicit* διατείνειν τὸ τόξον.

d Quum rem nouã facere in animo haberet.

e Donec moriãtur.

f Et cautè reſpond.

g Eam quam diligebat. *uel, Amicam illam.*

h *Id eſt, Talia per infamiã fecit præcipuis, &c.*

i Hæc autem aduerſus alios Perſas inſaniit. *Id eſt, Per inſaniam egit.* Fertur enim ad Prexaſpẽ dixiſſe, quẽ præcip.

k Cuius filius à poculis ei erat.

quidem omnia in te magnis laudibus ferunt, sed nimis te [a] vino deditum aiunt esse. Hæc Prexaspes de Persis respõdit. Quibus ille indignatus, Siccine, inquit, Persæ me aiunt vino deditum desipere, nec mentis esse compotem? ergo in eo quod prius dixerunt, non veri fuere. Nam senatum Persarum (cui intererat Crœsus) aliquando interrogarat Cambyses qualis ipse videretur esse vir ad patrem Cyrum adæquandum. Et illi responderant, eum patre esse præstantiorem, qui & omnia illius haberet, & AEgypti ac maris accessionem adiecisset. hæc quidem Persæ dicebant. Sed Crœsus qui aderat, displicente ei quæ dicebatur sententia, ad Cambysem inquit, Mihi tu quidem Cyro genite, non videris adæquandus esse patri: nõdum enim tibi est filius qualem ille te reliquit. Hoc audito Cambyses delectatus, Crœsi sententiam approbauit. Quorum nunc reminiscens, ad Prexaspem iratus inquit, Intellige nunc ipse per te nunquid Persæ vera dicant, an hæc dicentes ipsi desipiant. Nam si filii tui qui in vestibulo stat, medium cor non frustrato ictu percussero, constabit [b] nihil esse quod Persæ dicunt: sin aberrauero, constabit Persas vera loqui, [c] & me esse intemperantem. Hoc loquutus, intendit arcum, puerúmque percussit: atque eum collapsum iussit discindi, & inspici ictum. quúmque in corde sagitta esset inuenta, ob id lætabundus atque cachinnans, ad patrem pueri inquit, Prexaspes, facta est tibi fides non me insanire, sed Persas. Verùm nunc mihi dicito quémnam ex omnibus hominibus iam noris ita ad destinatum emittere sagittas. [d] Prexaspes hominem aduertens esse vesanum, & in ipsum quoque insanientem, Here, inquit, ego ne deum quidem arbitror tam probè iaculari. Et tunc quidem hoc perpetrauit. Altero die, duodecim Persas primoribus [e] pares, [f] ob nullius momenti causam necauit, viuos in caput defodiens. Hęc eum facientem Crœsus Lydus censuit his verbis admonendum, Rex, cuncta noli ætati atque iræ indulgere: sed cohibe & compesce teipsum. Conducit tibi te prouidũ esse: & sapiẽtis est prospicere: tu verò viros interficis tuos populares ob nullius momenti causam, interficis etiam pueros: qualia si multa facies, considera ne abs te deficiant Persæ. Enimuero pater tuus Cyrus, etiam atque etiam mandans, mihi præcepit vt te commonefacerẽ, subiiciendo quicquid boni comperirem. Hoc illi Crœsus beneuolentiam præ se ferens consulebat. Ad quem Cambyses respondens, Etiam mihi tu, inquit, dare consilium audes, tanquam bene aut tuam ipsius patriam administraris, aut patri meo cõsulueris, iubens eum traiecto flumine Araxe tendere aduersus Massagetas, quum illi vellent transire in terram nostram. Imò & teipsum malè præsidentem patrię tuæ, & Cyrum tibi credentem perdidisti. sed ob id nequaquam gauisurus: quia olim iam debebam captare in te occasionem. [g] Arcúmque corripiebat tanquam hominem confixurus. at Crœsus cursu se foras proripuit. [h] Hic vbi non habet in quem telum dirigat, mandat ministris vt illum comprehensum interimant. Ministri, qui mores eius nossent, Crœsum abdiderunt: hac ratione, vt si Cambyses facti pœnitens requireret Crœsum, eo producto donis afficerentur quòd illum seruassent: si non pœniteret, nec desideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multo pòst quum Cambyses desideraret Crœsum, ministri hoc animaduertentes, enunciant ei hominem superesse. Cambyses se quidem inquit Crœso superstite gaudere, sed iis qui illum seruassent, veniam non daturum, sed mortem allaturum. prout & fecit. Multa huiusmodi tam in Persas quàm in socios, quum Memphi moratus est, Cambyses faciebat [i] insania. Adeóque vetusta recludens sepulchra, mortuos inspiciebat. Etiam templum Vulcani adiens, multo derisu simulachrum illius cauillatus est. siquidem statua Vulcani simillima est iis diis quos Pataicos vocant Phœnices, quos in triremium proris Phœnices circumferunt: quos qui non vidit, ego sic ei indicabo, esse illos Pygmæi viri imagine. In templum quoque Cabirorum, inaccessum alteri quàm sacerdoti, ingressus est: & quæ illic erant simulachra, multis in ea iocatus verbis, concremauit. Sunt enim & hæc illis Vulcani similia, à quo se hi homines aiunt esse oriundos. Cum multa igitur apud me documento sũnt, Cambysem vehementer insaniisse, tum verò illud, quòd alioqui non tentasset templa [k] legésque habere ludibrio. Nam siquis vniuersis hominibus præbeat facultatem optimas ex omnibus leges eligendi, profectò cunctas vnusquisque rimatus, suas eligeret. Non igitur credibile est alium quàm dementem, talia ludibrio habere. At ita de suis quéque legibus sentire, licet cum aliis coniecturis colligere, tum etiam hac: Darius accitos qui in sua ditione erant Græcos percontatus est quanta pecunia vellẽt defunctis parẽtibus vesci: illis negãtibus vlla se pecunia hoc esse facturos, Darius dehinc Græcis præsentibus, & quæ dicebantur per interpretem discentibus,

a Non legit φιλοτερείνην, sed φιλοινίην, quam lectionem sequentia comprobare uidentur.

b Id est, Vanũ esse, uel, friuolum.

c Et me nõ sapere.

d At Prexaspẽ quũ animaduerteret hominem mẽte esse captũ, & sibi timeret, dixisse, Here, ego, &c.

e Non legit ὅμοια, sed ὁμοίους: ut & in nece. cod

f Ob nullum morte dignum crimẽ. Vel, Nullo crimine mortem cõmeritos. Sic & statim póst.

g Hæc quum dixisset, arcum corripiebat. &c.

h At hic quum illũ configere non posset, utpote qui se foras proripuisset.

i Vel, Per insaniam.

k Ritúsque.

interrogauit eos Indos qui Callatiæ nominantur, qui veſcuntur parentibus, quantum accipere pecuniarum vellent vt patres defunctos igne comburerẽt. Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari iubebant. Atque ita moribus comparatum eſt: rectéque mihi videtur [a] Pindarus feciſſe vt diceret morẽ omnium eſſe regem. Cæterùm dum Cambyſes in AEgyptum cõtendit, Lacedæmonii quoque intulere bellum Samo & Polycrati AEacis filio, qui Samum vi occupauerat, eámque inter initia trifariam partitus erat cum fratribus Pantagnoto & Syloſonte: quorum deinde altero necato, altero qui erat iunior eiecto, totam ſolus obtinebat, inito fœdere cum Amaſi rege AEgypti, cum quo hoſpitiũ habebat, mittens munera viciſſímque accipiens. Breuíque ſtatim tempore res eius adeò proceſſerũt vt per Ioniã cæterámque Græciam celebrarentur. Quocunque enim [b] bellũ intulerat, cuncta ei proſperè cedebant, quum haberet centum [c] biremes, mille ſagittarios, inuadens omnes ſine vllo cuiuſquam diſcrimine: quòd diceret ſe magis gratificari amico ſi ei quæ abſtuliſſet redderet, quàm ſi [d] nihil adhuc auferret. Multas itaque hic inſulas, multa etiam in continente oppida capiebat. Leſbios enim cum omnibus copiis opem Mileſiis ferentes, nauali prælio vicit cepítque, qui omnem foſſam mœnia Sami ambientem vincti foderunt. Atque res Polycratis tantopere ſecundas eſſe non latuit Amaſin, cui hoc curæ erat. Sed quũ aſſiduè forent multo ſecundiores, Amaſis libellũ Samũ miſit in hæc verba ſcriptũ, AMASIS POLYCRATI ITA INQVIT,

Mihi quidem, feliciter agi cum viro amico meo & hoſpite, audire voluptati eſt: tamen tuæ magnæ proſperitates mihi non placent, qui intelligo quàm inuidum numen ſit. Quod ad me attinet, malim tum meas ipſius, tum eorum qui mihi curæ ſunt [e] res nunc proſperè ire, & ita *per uarias fortunæ uices* æuum traducere, quàm in omnibus mihi proſperè cedere. Tu itaque mihi obtemperando, hoc aduerſus proſperitates agito: diſpice quid tibi ſit quod plurimi facias, quódque amiſſum tibi maximè doleret: id vbi inueneris, ita abiicito vt nunquam [f] ad homines veniat. Quòd ſi proſpera tua deinceps non variabuntur aduerſis, medeare tu tibi ſubinde eo modo quem tibi ſubieci. Hæc quũ legiſſet Polycrates, & in animum demiſiſſet, tãquam bene ſibi ab Amaſi præcepta, diſquirebat quódnam ſuorum ornamentorum eſſet quo amiſſo maxima ipſe moleſtia afficeretur: atque hoc tandem quæritando inuenit. Erat ei gemma ſignatoria ſmaragdus, quã geſtabat auro incluſam, opus Theodori Samii Telecle geniti. hanc vbi abiiciendam ſtatuit, ita abiicere libuit: [g] Biremem conſcendit: eam dehinc viros quibus illam inſtruxerat, in pelagus educere iubet. Et poſtquam ab inſula procul aberat, detractum ſibi ſigillum, iis qui vnà nauigabant inſpectantibus abiecit in pelagus: hoc acto renauigauit. Reuerſo domum, quum ex iactura afficeretur, quinto ſextóve quàm hæc acta ſunt die, hoc ei caſu euenit. Piſcator quidam captum à ſe piſcem, grandem ſanè ac pulchrum, putauit dignum quo Polycratem donaret. eum ad fores quum attuliſſet, dixit ſe in conſpectum Polycratis ire velle: à ianitore permiſſus, donans Polycrati piſcem, Rex, inquit, hunc ego quem cepi piſcem, etſi operis manuariis vitam tolero, tamen non iudicaui ferendum à me eſſe in forum, ſed te tuáque potentia dignum. Eum itaque affero tibi, donóque. His verbis iſte delectatus, ita reſpondit, Tu verò probè, nec facto ſolo, ſed etiam oratione apud me iniſti gratiam: ad cœnámque te vocatum volo. Hæc magni faciens piſcator domum abiit. piſcem miniſtri reſcindentes, offendunt in eius aluo ſigillum Polycratis. Quod vbi viderunt ſumpſerúntque, ad Polycratem lætabundi quamcelerrimè pertulerunt. Eóque illi reddito, referebant quo pacto fuiſſet inuentum. [h] Polycrates, quemadmodum res diuinitus contigit, ſingula quæque à ſe geſta retulit in libellũ: & qua ratione quod amiſerat recepiſſet. Hæc vbi ſcripſit, in AEgyptum miſit. Quibus tabellis Amaſis perlectis quæ à Polycrate venerant, intellexit non poſſe præſtare hominem vt alterum hominem fato impendenti eripiat: vtque Polycrates bene iam morereturbonam fortunam ſemper expertus, qui ea quoque reperiret quæ abieciſſet. Miſſo itaque Samum caduceatore, dixit ſe ius cum illo hoſpitii ſoluere. Quod ideo fecit ne in triſtem aliquem grauémque caſum incidente Polycrate, animi doloré veluti de hoſpite ipſe contraheret. Aduerſus hunc igitur Polycratẽ in omnibus bene agentẽ, Lacedæmonii ſumpſere expeditionem, acciti ab iis Samiis qui poſt hæc Cydoniã in Creta condiderunt. Polycrates, miſſo clanculũ caduceatore ad Cambyſem Cyri filiũ, aduerſus AEgyptum copias comparantem, orauit vt nunciis ad ſe in Samũ miſſis, rogaret aliquid copiarum. Quod audiens Cãbyſes, libenter in Samum miſit ad rogãdas à Polycrate nauticas copias, quas ſecũ iſte mitteret in AEgyptum. Polycrates, delectis quos maximè

a Pindarus cecinit ſe, morẽ, &c. *nam ita ſæpe de poetis dicitur, ut Lat. canere.*

b Bellum inferre cogitaret.

c Cẽtũ naues quinquaginta remorum.

d Nihil ab initio abſtuliſſet.

e Res nunc proſperè ire, nunc infeliciter cedere. *Vel potius, Ex rebus alias feliciter, alias infeliciter cedere. Poſt* cedere, *adde,* Nec enim adhuc de quoquã audiſſe meputo, qui quũ in omnibus felix fuiſſet, non tandem malè perierit funditus.

f *Id eſt,* In *hominum conſpectum.*

g Quinquaginta remorum nauem.

h Polycrates, quũ eum ſubiiſſet diuinum quiddam id eſſe, ſcribit quæ feciſſet, & quæ poſt illa à ſe facta ſibi contigiſſent. *Vel, Quicquid ſibi poſt eã rem factam accidiſſet.*

i Didicit fieri non poſſe vt homo hominem à re quæ euentura eſt retrahat: & Polycrati non felicẽ fore tandem rerum exitũ, qui per omnia proſperam fortunam experiretur: adeò vt ea etiam reper.

ſuſpicabatur è popularibus ſuis ad rebellionē ſpectare, quadraginta triremes miſit Cambyſi, mandans ne retro eos dimitteret. Et alii quidem negant Samios à Polycrate miſſos, in AEgyptum peruenisſe: ſed quum in Carpathio mari curſum tenerent, inter ſe colloquutos decreuisſe ne porrò tenderent. Alii verò aiunt peruenisſe in AEgyptum, ac retentos inde fugam feciſſe: & in Samum redeũtes, Polycratem cum claſſe occurrentem ſuperaſſe, atque in inſulam exiſſe: ſed pugna pedeſtri commiſſa repulſos, ita Lacedæmonem nauigaſſe. Sunt qui dicãt penes eoſdem, ab AEgypto redeuntes aduerſus Polycratem, extitiſſe victoriam: non rectè dicentes mea opinione. Neque enim oportuiſſet illos aſciſcere Lacedæmonios, ſi per ſe ad reſiſtẽdum Polycrati validi erant. Præterea nec ratio dictat vt cui permulti aderant, cum auxiliarii mercede conducti, tum domeſtici ſagittarii, is à Samiis redeuntibus numero paucis fuerit ſuperatus: quum præſertim liberi ciuium atque vxores ſub Polycrate eſſent, quos iſte inter naualia coactos tenebat, ideo paratos vt ſi ii qui ſecum erant, eum redeuntibus aliis prodidiſſent, vnà cum ipſis naualibus combureret. Poſteaquam verò Samii qui à Polycrate exacti erant, Spartam venerunt, adeuntes principes multa ſanè (qualia ſupplices) commemorabant. Quibus illi primo congreſſu reſponderunt, eorum quæ iſti dixiſſent, priorum quidem oblitos eſſe ſe, poſteriora verò non intelligere. Secundo deinde congreſſu nihil aliud iſti dixerũt, niſi allato panario, illud pane indigere. Quibus iidem reſponderunt [a] panario ſuperfuturum. [b] Itaque opem ferendam eis cenſuerunt. Atque vbi rem apparauere, cum exercitu in Samum ſe contulere, referendæ gratiæ cauſa, vt Samii aiunt, quia illis aliquando Samii aduerſus Meſſenios auxilio fuiſſent: vt verò Lacedæmonii aiunt, non tam quia tutari deberent Samios, quàm vt eoſdem vlciſcerentur ob interuerſum craterem, quem Crœſo portabant, & ob thoracem ab Amaſi rege AEgypti ipſis miſſum. Interceperant enim Samii priore quàm craterem anno, thoracem lineum quidem, ſed frequentibus animalium figuris ex auro lanáque verſicolore, [c] è ligno intertextum: ob id admiratione dignum, quòd quum inſcriptæ eius venationes eſſent exiles, tamen ſingulæ in ſe habebant tricenas ac ſexagenas beſtiolas, ſinguláſque euidentes: hoc mirum reddebat thoracem. Qualis alter eſt quem in Lindo Mineruæ idem Amaſis dedicauit. Comparauerunt itaque Lacedæmonii exercitum aduerſus Samum, vt Corinthios quoque ſolicitarent. In quos etiam Samiorũ extabat iniuria ætate quæ præceſſit hanc expeditionem, circa idem tẽpus facta quo crater interuerſus eſt. Nam quum Periander Cypſeli filius, Sardis ad Halyattem caſtrandos mitteret trecentos primorum Corcyræorum liberos, Corinthiíque qui illos ducebãt, Samum appulſi eſſent, audita Samii cauſa cur Sardis pueri ducerentur, primùm edocuere pueros vt [d] puluinar Dianæ contingerent: deinde non ſinentes [e] abſtrahi eoſdem è puluinari, quum prohiberent Corinthii præbere illis alimẽta, ipſi diem ſolennem egerunt, quem nunc quoque per id tẽpus celebrant. Quum enim nox aduenirat, quamdiu pueri precabãtur, tamdiu exercebant choros virginum atque adoleſcentium. Tunc autem choros exercentes, eſculenta fecerunt ex ſeſamo ac melle, quæ diſtribuenda ferrentur: vt ea Corcyræorum filii rapientes, alimenta haberent. idque eouſque factum eſt dum Corinthii pueris quos aſſeruabãt omiſſis abierunt. Ita Samii pueros Corcyram reduxerunt. Quòd ſi defuncto Periãdro Corinthiis cum Corcyræis amicitia extitiſſet, non ob hanc cauſam Corinthii [f] aduerſus Samios expeditionem ſumpſiſſent: nunc ab ipſa vrbe Corcyrenſi à ſe condita, Corinthii ſemper cum Corcyræis diſcordes mutuò fuere. Huius igitur rei memores Corinthii, exhulcerato in Samios animo erant. Mittebat autem Periander ad caſtrandum Sardis primorum Corcyræorum delectos pueros, vlciſcendi ſa cinoris gratia quod Corcyræi priores in eum admiſerant. nam poſteaquam vxorem ſuam Meliſſam necauit Periander, accidit vt ad ſuperiorem calamitatem hæc quoque accederent: Erant ei ex Meliſſa liberi duo, vnus decem & ſeptem, & alter duodeuiginti natus annos. hos auus maternus Procles Epidauri tyrannus ad ſe accitos ea proſequebatur charitate qua debebat nepotes ex filia. Quos vbi remittendos ſtatuit, priuſquam dimitteret, Scitis, inquit, pueri, quiſnam matrem veſtram interemit? Hoc dictum, ei qui maior natu erat, nullius momenti habitum eſt: at minori, cui nomen erat Lycophroni, ita doluit, vt reuerſus Corinthum, patrem neque prior affatus ſit, neque affantem reaffari, ac ne interroganti quidem reſponſum reddere voluerit. Eum Periander tandem ſanè indignatus è laribus eiecit. Quo eiecto, maiorem natu percontatur quænam cum eis auus eſſet colloquutus. Ille narrare vt ſe auus amantiſſimè accepiſſet: non tamen facere mentionem dicti illius quod

a Illos panario ſuperuacaneam orationem curioſè addidiſſe. Q. d. *Debuiſſe illos contentos eſſe panarium ſeu ſaccum oſtendere. Videtur hic uerus eſſe huius loci ſẽſus, cui tamen fortaſſe uocẽ aliqua deeſt.*

b Ferendam tamẽ illis opem cenſ.

c Ex xylo intertextum, quem admiratione dignum reddebant ſingula eius fila, quæ quum exilia eſſent, tamen ſingula in ſe tricena ac ſexagena fila, & quidem euidentia ſingula, habebant: Talis & alter eſt quẽ in Lindo Min. idẽ Am. dedicauit. Ad hanc verò in Samum expeditionem adiuuerunt etiam Corinthii luben ter.

d Templum.

e Abſtrahi ſupplices è templo, quũ prohib.

f Ad ſumẽdam in Samios expeditionẽ operas contuliſſent.

Procles in eis dimittendis dixiſſet, [a] quippe quòd in mentem non admiſerat. Periander dicere, nulla ratione fieri poſſe quin aliquid illis ab auo ſit ſuggeſtum: itaq; percontando inſtare. Tunc adoleſcens in memoriam rediens, id quoque dictum fuiſſe narrauit. [b] Quod Periander in animum accipiens, tamen nolens aliquid filio concedere indulgẽtius, mittit ad eos apud quos filius ab ipſo expulſus degebat, prohibitum ne adoleſcentem in domum excipiant. Iſte illinc eiectus, in alteram ſe domum conferebat: ſed ab hac quoque abiiciebatur, Periandro iis qui acceperant cõminãte, atque vt arcerent imperãte. Expulſus hinc in aliam ſodaliũ domum ſe contulit. Illi etſi formidantes, tamen quòd eſſet Periandri filius, hominem excipiebant. Ad poſtremum Periander edictum propoſuit, quiſquis hunc in domum reciperet, aut alloqueretur, eum ſacram [c] pœnam Apollini debiturum, quantam ipſe nuncupabat. Ad hoc edictum quum nemo illum in domum reciperet, nemo affari vellet, ne ipſe quidem putauit rem deſperatam eſſe tentandam: ſed intra porticus ſe tenens, aſſiduè verſabatur. Quem die quarta Periander illuuie & inedia enectum cernens, miſertus eſt, depoſitáque ira, propius accedens, Fili, inquit, vtrum eſt optabilius, iſtúdne quod faciendo pateris, an patri obtemperando, tyrannidem atque opes accipere quæ ego habeo? qui quum ſis & meus filius & beatæ Corinthi rex, præoptaſti mendicam vitam, obſiſtendo atque iraſcendo illi cui minimè debebas. Nã ſiquid calamitatis illinc accidit vnde ſuſpicionem in me habes, id mihi accidit, eiuſque ego particeps eo magis ſum quòd ipſe id perpetraui. Tu verò, edoctus quanto ſatius ſit [d] inuidioſum quàm miſerabilem eſſe, & ſimul quid ſit in parẽtes & in meliores ſe iraſci, abi domũ. Periander quidem his verbis filium [e] caſtigabat: ille autem nihil patri reſpondit, niſi ipſum ſacram [f] pœnam deo debere, quòd in ipſius colloquium veniſſet. Ibi Periander animaduertens malum filii [g] vehementius eſſe quàm vt corrigi poſſet, ab oculis eum ſibi amandandum putauit, nauigio in Corcyram miſſo. nam Corcyræ quoque imperitabat. Eo autem amandato, bellum ſocero Procli intulit, tanquam præcipuo harum rerum autori. Expugnatáque Epidauro, Proclem cepit, quem tamen viuum ſeruauit. Interiecto deinde tempore quũ ſenuiſſet Periander, ſibique eſſet conſcius ſe non eſſe amplius parem adminiſtrandis obeundiſque rebus, mittit Corcyram accerſitum Lycophronem ad tyrãnidem adminiſtrandam. Nam in maiore filio non erat indoles, hebetiórque eſſe ei videbatur. Lycophron ne [h] reſponſione quidem eſt dignatus eum qui ſibi nuntium afferebat. At Periander in amorem adoleſcentis propenſus, rurſus ad eum miſit ſororẽ filiam ſuam, ſperans fore vt ille huic præcipuè auſcultaret. Hæc, vbi venit, Fili, inquit, mauis tyrannidem recidere in alios, & domũ patris tui ad alienos diſpergi, quàm tu ipſe habere illuc reuerſus? Redi quæſo ad penates, deſine tibimet officere. [i] Læua poſſeſſio eſt peruicacia: noli malum medicari malo. Multi manſuetiora [k] iuſtioribus præponunt. multi materna ſectantes, paterna perdiderunt. Lubrica res eſt tyrannis, cuius multi ſunt amatores. Pater ſenex eſt prouectæque ætatis: tua ipſius bona ne aliis tradas. His illa verbis ad inducendum appoſitis fratrem alloquebatur, à patre edocta. Cui iſte reſpondens, negat ſe iturum Corinthum quoad patrem ſupereſſe audiret. Hoc quum mulier renuntiaſſet, tertiò Periander caduceatorem mittit, qui dicat ſe quidem in Corcyram velle cõcedere, ſed vt hic Corinthum proficiſcatur ad tyrannidis ſucceſſionem. Id approbante filio, Periander Corcyram ipſe veniebat, iuuenis Corinthũ mittebatur. Hæc omnia edocti Corcyræi, ne ad ipſorum regionem Periander accederet, adoleſcentẽ interimunt. Ob hæc igitur Periander de Corcyræis vltionem ſumebat. Lacedæmonii ingenti cum claſſe vbi peruenere, Samum obſederunt, ſuccedentéſque muro, turrem mari imminentem iuxta ſuburbana tranſcenderunt. Sed mox cum magna manu ſuppetias ipſo ferente Polycrate, reiecti ſunt. Sed quũ à ſuperiore turri (quæ tergo montis prominebat) erupiſſent tum auxiliarii, tum ipſorum Samiorum permulti, & aliquantiſper Lacedæmonios ſuſtinuiſſent ipſi, retro fugam fecerunt, inſequentíque ab hoſte cædebãtur. Quòd ſi Lacedæmonii qui aderant, Archiæ & Lycopæ ſimiles extitiſſent, eo die capta Samus fuiſſet. Siquidem Archias & Lycopes ſoli cum Samiis ad murum refugientibus irrumpentes, intercluſa ad redeundum via, intra vrbem Samiorum occubuerunt. Equidem ipſe cum alio Archia Samii filio, eodémque tertio ab hoc Archia, cõgreſſus ſum [l] apud Pitanen (huius enim tribus erat, quæ ex omnibus hoſpitibus maximè Samios honorabat) ſibi dicẽte Samio nomen à patre fuiſſe inditum, quòd eius pater Archias ſtrenuè pugnans, Sami mortẽ oppetiſſet: ſe verò ideo Samiis honorem habere quòd auus ſuus fuiſſet à Samiis publicè affectus egregia

a Quippe qui ei⁹ nõ meminiſſet, quòd animum ad id non aduertiſſet.

b Ad quod Per. animum aduertens.

c Mulctam.

d Inuidiam quàm commiſerationẽ mouere.

e Corripiebat.

f Mulctam.

g Eiuſmodi eſſe cuius ſanandi ratio nulla iniri poſſet. *Vel, Nulla via eſſe ſanabile. Magis ad verbum, Nullum exitũ habere.*

h Interrogatione. *vel, compellatione.*

i Siniſtra. *Vel, Infauſta.*

k Iuſtis æquitatem anteponunt. *i. Aequum & bonum ſummo iuri præferunt.*

l Apud Pitanen (hui⁹ n. trib. erat) qui ex omn. hoſp. Samios potiſſimùm honorabat, ſuóque patri impoſitum Samii nomẽ dicebat, quòd ſuus pater Archias ſtr. &c. *Valla autem ita uertit quaſi ὅς, quod eſt ante ξείνων, referat ὅτιων, quum referat Ἀρχίου.*

ſepultura. Lacedæmonii, quadraginta diebus in obſidendo abſumptis, quũ in ſuſcepta re nihil admodum proficerent, in Peloponneſum redierũt. Fertur Polycratem, (vt rumor quidam temerarius emanauit) magnum numerum monetæ patriæ è plumbo percuſſiſſe, eámque auro induxiſſe, ac Lacedæmoniis dediſſe: atque ea accepta illos receſſiſſe. Hanc primam expeditionem Dores aduerſus Aſiam per Lacedæmonios ſuſceperunt. Samii qui Polycrati bellum intulerant, poſteaquam à Lacedæmoniis ſe relictum iri vident, & ipſi tranſmiſerunt in Siphnum. deficiebant enim pecuniæ. Vigebant autem ea tempeſtate Siphniorum res, erátque hæc inſularum locupletiſſima, vt in qua auraria & argentaria metalla eſſent, vnde tantum pecuniæ fiebat vt ex decima eius parte reponeretur apud Delphos theſaurus locupletiſſimo cuique par, Siphniis pecuniam quæ quotannis conficiebatur, diſtribuentibus. Qui vbi theſaurum confecerunt, nunquid diu permanere poſſent ipſis præſentia bona, conſuluere oraculum. Eis ita Pythia reſpondit,

[a] Quum tamen in Siphno fuerint prytaneia cana,
Cana fori facies, tunc vir vafer adſit oportet,
Qui notet è ligno agmen, legatúmque rubentem.

a *Hæc explicantur ſtatim póſt.*

Erant eo tempore Siphniis [b] prytaneium forúmque Pario lapide exculta: hoc autem oraculum Siphnii neque tunc ſtatim, neque poſt aduentum Samiorum intelligere potuerunt. Nam Samii [c] quum velociſſimè ad Siphnum applicuiſſent, miſerunt ad vrbem cum legatis vnam è nauibus. Veteri autem inſtituto naues omnes erant rubrica delibutæ: atque hoc erat quod Siphniis Pythia prædixerat, vt obſeruarent ligneum agmen ac rubrum legatum. Nuncii igitur vbi peruenere, decem ſibi talenta mutuari precabantur. Negãtibus Siphniis ſe mutuaturos, Samii eorum agros populabantur. Id audientes Siphnii, continuò occurrentes, commiſſa pugna fugati ſunt: eorúmque multi ab vrbe intercluſi, quos poſtea centum talentis recuperauere. Ab Hermioneis quoque Samii pecuniarum loco inſulam Thyream acceperunt, Peloponneſo adiacentem, quam Trœzeniis commendauerunt: ipſi Cydoniam in Creta condiderunt, quum illuc nõ ea de cauſa nauigaſſent, ſed vt Zacynthios ex inſula ſummouerent. In hac vrbe quinquennium degentes, ita rem bene geſſerunt vt templa quæ nunc in Cydonia viſuntur, iſti fecerint, & Dictynnes præterea delubrum. Sexto eos anno AEginetæ nauali prælio victos cum Cretenſibus diripuerunt, ac roſtratas naues mutilauerũt, eáque roſtra apud Mineruæ templum in AEgina affixerũt. Hæc AEginetæ Samiis fecere, infenſi quòd illi antea ſub Amphicrate rege, bello AEginæ illato, magnis cladibus illos affeciſſent, & inuicem affecti fuiſſent. & hæc quidem fuit cauſa. Protraxi autem ſermonem de Samiis ob hoc magis, quòd tria ſunt apud eos opera Græcanicorum omnium maxima. Vnum, montis in centum quinquaginta paſſus editi, à cuius imo foſſa incipiens ad contrarium os deducta eſt, longitudinis ſeptem ſtadiorum: celſitudinis autem ac latitudinis, vtrinque octonûm pedum. Item per eam totam altera foſſa depreſſa eſt [d] viginti cubitorum, triplo maioris latitudinis, per quam deriuata à magno fonte aqua fiſtulis in vrbem deducitur. Huius foſſæ architectus extitit Megarenſis Eupalinus Nauſtrophi filius. Alterum è tribus operibus eſt agger circa portum in mari, ad viginti paſſus altitudinis, duobus amplius ſtadiis longitudinis. Tertium opus eſt templum omnium quæ nos vidimus ampliſſimum, cuius architectus primus exti tit Rhœcus, Philei filius, indigena. Horum operum gratia ſermonem aliquãto magis extendimus. Cambyſe Cyri circa AEgyptum immorante, ac deſipiſcẽte, duo magi iidémque fratres [e] coniurauerũt: quorum alterum Cambyſes reliquerat rei domeſticæ curatorem. Hic cognita Smerdis nece, quæ occultabatur, paucíſque Perſarum erat nota, pleriſque eum viuere arbitrãtibus, [f] rebellandum ſibi putauit, atque ita rem eſſe aggrediendam. Erat ei in regia germanus, quem dixi vnà coniuraſſe, corporis habitu quamſimillimus Smerdi Cyri filio, quem Cambyſes fratrem ſuum interemerat: nec ſpecie tantùm corporis Smerdi aſſimilis, ſed etiam cognominis. Hunc virum magus Patizithes inſtructum quemadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet, in regium ſolium perducit. Hoc acto, caduceatores cum alia in loca, tum verò in AEgyptũ dimittit ad exercitũ, qui edicerent vt Smerdi Cyri filio deinceps obedirent, non Cambyſi. Hæc caduceatores alii alibi edixere. Is quoque qui ad AEgyptum delegatus erat, (inuenit autem Cambyſem atque exercitum in Ecbatanis Syriæ agentem) ſtans in medio, præcepta magi expoſuit. Hæc audiẽs Cambyſes, vera loqui caduceatorem ratus, ſéque à Prexaſpe eſſe proditum, quòd miſſus ad occidendum Smerdin, rem non peregiſſet, intuens in eum, Prexaſpes, inquit,

b *Id eſt domus publica.*

c Quumprimum Siph. applicuerunt.

d Viginti cubitorum altitudinis. *i. profunditatis*, trium autẽ pedũ latitudinis. *Vella autem pro πήχεων legit πεντάπους.*

e Rebellauerunt. *Vel, Inſurrexerunt.*

f Inuadendum regnum.

g Rebellaſſe. *Vel, Inſurrexiſſe.*

rem mihi non exequutus es quam iniunxeram. Ad quem ille, Iſta here, ait, haud-
quaquam vera ſunt, vt aut frater tuus aliquando rebellet in te, [a] aut quippiam ex il-
lo viro certaminis exiſtat magni exiguiue. quippe quum ego ſim exequutus quæ tu
mihi imperaſti, quíque homine meis ipſius humarim manibus. [b] Quòd ſi defuncti
rebellant, expecta vt etiam Aſtyages Medus in te rebellet: ſin autem ita habet vt an-
tea habebat, nihil tibi ex illo nouum amplius germinabit. Igitur mitte mecum qui
aſſequantur caduceatorem, qui percontando indagent [c] nunquid à quo Smerdi
rege nobis denuntiatum venit, eum audierit. Hæc loquentem Prexaſpem Cam-
byſes audiens, quum ei placuiſſent, confeſtim ad aſſequendum caduceatorem mi-
ſit. Eum, vbi rediit, Prexaſpes his verbis interrogauit, O homo, quandoquidem te
ais à Smerdi Cyri filio venire nuntium, dicito veritatem: qua dicta, abito ſoſpes. V-
trum Smerdis ipſe in conſpectum datus tibi iſta mandauit, an quiſpiam eius mini-
ſtrorum? Tum ille, Equidem, inquit, ego Smerdin Cyri filium, ex quo Cambyſes
aduerſus AEgyptum fecit expeditionem, nunquam conſpexi: ſed magus quem
Cambyſes rerum ſuarum familiarium procuratorem conſtituit, is mihi iſta man-
dauit, dicens Smerdin Cyri filium [d] optare hæc apud vos dici. Hæc ille loquens, ni-
hil ementitus eſt. Tum Cambyſes, Prexaſpes, inquit, tu quidem quia vt vir bonus
imperata feciſti, culpam effugiſti: verùm quiſnam fuerit è Perſis qui contra me re-
bellauit, occupato Smerdis nomine? Ad quem Prexaſpes, Ego, inquit, hoc quod a-
ctum eſt mihi videor intelligere. Magi ſunt qui aduerſus te inſurrexerũt, Patizithes
quem tu rerum familiarium curatorem reliquiſti, & frater eius Smerdis. Ibi Cam-
byſem, quum Smerdis audiſſet nomen, [e] percuſſit veritas ſermonis, ac ſomnii, per
quod ei quidam viſus fuerat nuntiare Smerdin regio inſidẽtem ſolio, ad cælum vſ-
que pertingere vertice. Agnoſcens itaque ſine cauſa fratris interemptorem ſe fuiſſe,
deflebat Smerdin. Quem vbi [f] defleuit (vt erat omni clade afflictus) in equum inſi-
liit, habẽs in animo [g] quam raptiſſimè Suſa verſus exercitum ducere in magum. In-
ſilienti in equum [h] vagina gladii excidit, vnde nudatus gladius perſtrinxit eius fe-
mur, in ea ſcilicet parte in qua prius ipſe tanquam opportuna ad feriendum (vt ſibi
videbatur) percuſſerat Apin AEgyptiorũ deum. Vulneratus Cambyſes, quódnam
illi oppido nomen eſſet interrogauit. Illi aiunt Ecbatana. Sed quum fuiſſet iam an-
tea Cambyſi redditum ex vrbe Buti oraculum, eum in Ecbatanis deceſſurum, ipſe
interpretabatur ſe in Ecbatanis Mediæ (vbi res eius omnis erat) ſenem vita funcꝰ-
rum: at oraculum in Ecbatanis Syriæ loquebatur. Tunc [i] poſtquam ſciſcitatur, reſi-
puit, oppidi nomen audiens, tum magi iniuria perculſus, tum vulnere: verbáque
oraculi expendens, Hoc in loco, inquit, fatale eſt Cambyſem Cyri decedere. Hacte-
nus tunc loquutus. Viceſimo dehinc die accitis Perſarum qui aderant præſtantiſſi-
mis quibuſque, ita inquit, Quod maximè occultum volebam Perſæ, [k] id cogor a-
pud vos efferre. ego enim quum apud AEgyptum agerem, inter quietem viſum vi-
di, [l] quod quidem minimè viſum oportuit. Videbatur mihi nuntius quidam do-
mo aduenies, nuntiare Smerdin in regio ſedentem ſolio, cælum capite contin-
gere. Ex quo veritus ne à fratre exuerer principatu, properantius quàm prudentius
feci. neque enim in hominis natura ſitum eſt auertere quod euenturum eſt. Itaque
demens ego Prexaſpem Suſa ad Smerdin interimendum miſi. Quo tanto ſcelere
perpetrato ſecurius degebã, nequaquã cõiectans fore vt Smerdi ſublato, alius quiſ-
piam mortalium in me exurgerer. Vnde prorſus euentu rerum fruſtratus, & parri-
cida fratris incaſſum extiti, & nihilominus regno exutus ſum. nam Smerdis magus
erat is quem dæmon mihi per quietem demõſtrauit in me arma ſumpturum. Hoc
opus quum ego perpetrarim, iam vobis Smerdin Cyri non ſupereſſe exiſtimetis,
ſed magos vobis regnum occupaſſe: quorum alterum rerum domeſticarum pro-
curatorem reliqueram, alter eius frater eſt Smerdis. Quem igitur decebat præcipuè
vicem meam vlciſci, indigna à magis paſſi, is [m] immerita morte à proximis ſuis
affectus eſt. [n] Secundo loco (quod reliquum eſt Perſæ) neceſſariiſſimum mihi de-
mandare vobis quod è vita exiens effici mihi cupio atque opto, per regios deos ob-
teſtans cum omnes vos, tum maximè Achæmenidas qui adeſtis, ne per ſocordiam
permittatis vt imperium rurſus redeat ad Medos. Sed ſi dolo occupatum eſt, illud
dolo ſurripiatis: ſin vi præreptum, [o] vi recuperetis. Hæc vobis facientibus, & tellus
fructum proferat, vxoréſque & pecua pariant in omne tempus libertate fruenti-
bus: ſecus facientibus, contraria his quæ dixi imprecor: & præterea vnicuique Per-
ſarum eum finem qualis mihi contigit. Simul hæc loquutus Cambyſes, [p] defleuit
omnem ſuam conditionem. Perſæ vt regem lamentantem conſpexere, vniuerſi

a Aut vlla cõtentio, *vel diſceptatio*, magna aut parua ex illo aduerſus te oriatur.

b Si fortè tamen mortui reſurrexerũt, puta fore vt etiam Aſtyages Medus rebellet: ſin res ita ſe habẽt vt antea. *i. ſi mortui nihilo magis nunc reſurgunt quàm antea*, fieri nõ poteſt vt nouũ aliquod malum ab illo tibi repullulet.

c A quo veniens. *i. miſſus*, nos Smerdi dicto audientes eſſe iubeat.

d Iniunxiſſe. *Vel, mandaſſe.*

e *Videtur hæc phraſis reſpondere noſtræ, Il fut touché en ſon cueur.*

f Defleuit, & de tota calamitate queſtus eſt, in equum inſ.

g Quamprimum. *Vel, Primo quoque tempore.*

h Gladius vagina excidit.

i Poſtquam ſciſcitatus, oppidi nomen reſciuit, tum magi iniuria perculſus, tum ex vulnere, reſipuit, *vel, ad ſe rediit*, & intellecto oraculo, *vel, cũ quum mẽ te complexus eſſet oraculum*, dixit, Hoc in loco fatale eſt Camb.

k Eò redactus ſum vt id apud vos efferã.

l Quod vtinam minimè vidiſſem.

m Impia.

n Quum verò iſte ſuperſtes non ſit, hoc mihi ſecundo loco relinquitur imprimis neceſſarium, vt vobis mandata dem de iis quæ mihi vita excedenti præſtari volo. Hæc igitur à vobis extremùm peto, per regios deos obt.

o Vi recuperetis pro virili. *Vel, Pro viribus.*

p Omne illud factum ſuum defleuit.

tum veſtimenta reſcindere, tum effuſo ploratu vti. Poſt hæc vbi femoris os [a]vitiatum eſt, femúrque celerrimè contabuit, Cambyſi vita erepta eſt Cyri filio, quum regnaſſet ſeptem omnino annos & menſes quinque, nulla vnquam prole ſuſcepta virili fœmineáue. At Perſis qui aderant magna offuſa eſt incredulitas, rerũ potiri magos, interpretantibus potius, Cambyſem quæ de nece Smerdis dixiſſet, ea dixiſſe vt illi omne nomen Perſicum redderetur hoſtile. Itaque pro certo habebant Smerdin Cyri per rebellionem regnare, vtpote Prexaſpe vſque pernegãte à ſe fuiſſe Smerdin interfectum. Neque enim tutum ei erat poſt Cambyſis obitum fateri, ipſius manu filium Cyri interemptum. Magus defuncto Cambyſe, ſimulando ſe Smerdin eſſe Cyri filium, qui ipſi fuerat cognominis, ſecurus regnauit mẽſes ſeptẽ, qui reliqui erant ad implendum octauum annum regni Cambyſis: per quos menſes omne genus liberalitatis in ſubditos munificentiáque exhibuit, adeo vt eius defuncti magnum ceperit deſiderium omnes Aſiam incolentes, ipſis Perſis exceptis. Nam miſſis ad ſingulas quibus imperabat nationes edictis magus immunitatem tributorum ac vacationem militiæ in triennium tribuit: atque hoc quidem ſtatim adeptus imperium edixit. Octauo autem menſe, quíſnam eſſet compertus eſt hunc in modum: Erat Otanes quidam Pharnaſpis filius, ſed genere atque opibus primo cuique Perſarum par. Hic Otanes magum non eſſe Smerdin filium Cyri primus ſuſpicatus eſt, ſed eum qui erat, hac cõiectura, quòd neque ex arce progrediebatur, neque Perſarum procerum quempiam ad conſpectum ſuum vocabat. Itaq; [b]eum ſuſpicatus eſſe, hoc ſibi ſtatuit faciendum: Quum haberet filiam nomine Phædymam, quam Cambyſes tenuerat, cuiúſque tunc magus contubernio vtebatur, vt aliarum omnium Cambyſis vxorum: miſit ad eam quendam ſciſcitatum quocum homine cubaret, cum Smerdi Cyri, [c]an cum altero. Illa remiſſo nuntio, negauit ſe id ſcire, quippe quæ nec Smerdin filium Cyri vidiſſet vnquam, nec eum cũ quo cubaret noſſet quíſnam eſſet. Ad hanc rurſus mittit Otanes, inquiens, Si ipſa
" Smerdin Cyri non habes cognitum, ſaltem ſciſcitare ab Atoſſa quocum viro tu
" atque illa cubitatis. non enim illa ſuum ipſius ignorat fratrem. Filia ad hoc reſpon
" dit, Ne in Atoſſæ quidem colloquium venire poſſum, aut vllam aliã cernere mu-
" lierum cum illo cubantium. Nãque hic vir, quiſquis eſt, quumprimum adeptus eſt
" regnum, nos diſperſit, aliam alibi collocans. Audienti hæc Otani res eſt viſa ma-
" nifeſtior. itaque tertiò nuntium ad eandem mittit in hæc verba, Filia, decet te bo-
" nis ortam natalibus, ſuſcipere periculum quod te ſubire pater hortatur. Si enim i-
" ſte Smerdis filius Cyri non eſt, ſed is quem ego ſuſpicor, nõ debet neque tuo frui
" contubernio, neque quòd potentiam Perſarum obtinet, impune lætari, ſed pœnas
" luere. Nunc igitur hoc agito: quum tecum cubabit, animaduertéſque ſoporatum,
" palpa eius auriculas: quas ſi habentem compereris, cum Smerdi filio Cyri te cuba-
" re exiſtima: ſinminus, cum Smerdi mago. Ad hæc Phædyma reſpondet, ſe, ſi id fa-
" ciat, magnum adire diſcrimen, quoniam probè ſcit, ſi ille careat auribus, & ipſa in
" palpando deprehendatur, fore vt ipſa ab illo trucidetur: tamen ſe id facturam. Et
Phædyma quidem recipit ſe patri hoc eſſe perfecturam. Huic autem Smerdi mago Cyrus, quum regnaret, aures præciderat, non exigua de cauſa. Ergo Phædyma hæc Otanis filia, quæcunque receperat patri exequuta eſt. nam vbi vices eius fuerunt adeundi magum, (etenim vxores Perſarum per vices in orbem ad illos pergunt) adiens magũ, vnà cubuit, eiúſque, dum vehementer ſoporatus eſſet, aures palpauit: quibus carere hominem non difficulter, ſed facilè ſanè deprehendit. Vbi illuxit, celerrimè patrem certiorem rei geſtæ facit. Iſte, ſumptis Aſpathine & Gobrya Perſarum primoribus, & ad fidem ſibi ſeruandam accommodatiſſimis, rem omnem exponit, qui & ipſi ſua ſponte rem ita ſe habere ſuſpicabantur. eóque verba quæ Otanes attulerat, admiſerunt: conſtituerúntque vt ſinguli ſibi ſingulos in ſocietatem deligerent è Perſis quibus maximè confiderent. Aſciuit itaque ſibi Otanes Intaphernem, Gobryas Megabyzum, Aſpathines Hydarnem. hi quum ſex forent, Darius à Perſis (nam his pater eius Hyſtaſpes præerat) Suſa aduenit. qui quum aduenniſſet, placuit ſex Perſis hunc in ſocietatem adſciſcere. qui quum ſeptem eſſent, congreſſi colloquutíque, fidem mutuò dederunt. Quúmque ad Darium ordo dicendæ
" ſententiæ veniſſet, ita apud cæteros verba fecit, Equidem mihi videbar ego ſolus
" noſſe magum regnare, & Smerdin filium Cyri mortẽ oppetiſſe: atque ob id ipſum
" dedita opera huc me contuli, ad necem mago comparandam. Verùm quandoqui-
" dem contigit vt vos quoque rem ſciatis & non ſolùm ego, videtur mihi confeſtim
" eſſe tranſigendum neque differendum. differre enim ſatius non eſt. Ad hæc Ota-

[a] *Alii, Caries exeſum fuit. Alii etiam aliter.*

[b] *Quum eum ſuſpicatus eſſet & ũ impoſtura haberet, ita egit. Quum hab.*

[c] *An cum alio quopiam.*

nes, Fili, inquit, Hyſtaſpis, & patre egregio ortus es, & te nihilo inferiorem eſſe patre « tuo, indolem præfers: noli tamen ita properare ad rem aggrediendam inconſultò, « ſed conſiderantius illam capeſſe: quam ita demum aggredi debemus quum plures « fuerimus. Tum Darius, Viri, inquit, qui adeſtis, ſi eo quẽ Otanes dixit vtemini mo- « do, ſciatis vos teterrimè perituros. aliquis enim priuati lucri ratione habita rem ad « magum deferet. Et vos quidem debebatis potius per voſmet qui cœperatis, iſta exe « qui: ſed quoniam ſtatuiſtis ad plures referẽdum & me adhibendũ, aut hodie tranſi- « gamus, aut ſcitote, ſi nobis hodiernus elabatur dies, nõ alium occupaturum vt me « apud magum accuſet, ſed me vt vos accuſem. Ad hæc Otanes, quum cerneret Dari- « um properare, Quoniam, inquit, nos maturare compellis, nec ſinis differre, age, « expone nobis ipſe quónam pacto regiam introire poſſimus, & illos aggredi. excu- « bias nanque diſpoſitas eſſe, ipſe quoque, etſi non viſu, certè auditu noſti: quas qua « ratione penetrabimus? Cui reſpondens Darius, Multa ſunt, inquit, Otanes, quæ ne- « queunt oratione declarari, ſed facto: alia, quæ oratione declarari poſſunt, ſed vnde « nihil clari operis exiſtit. Vos verò noſtis, excubias quæ diſpoſitæ ſunt, haudquaquã « difficiles eſſe ad penetrandum. nam quum nos tales ſimus, nemo non, quiſquis il- « le ſit, cedet nobis, partim ob reuerentiam, partim ob timorem. Adde quòd habeo « prætextum accommodatiſſimum cui innitamur. ſiquidem è Perſis veniſſe me di- « cam, ac velle quædam à patre mandata regi nuntiare. Vbi enim expedit mendaci- « um dicere, dicatur. nam idem optamus quique mendacium dicimus quique verita- « tem: quippe quum ii qui mentiuntur, tunc mentiantur quum perſuadendo ſunt « quippiam lucri facturi: & qui verum dicunt, ideo dicant vt verum dicendo aliquod « lucrum conſequantur. Et alius huc, alius illuc magis propenſus eſt. ita non idem fa- « ctitando, idem tamen obtinemus. quòd ſi nihil lucri faciendum eſſet, peræquè & ve « rax foret mendax, & mendax verax. Quod autem ad ianitores attinet, ſiquis eorum « libenter cedet nobis, vtilius ei ſuo tempore erit: ſiquis reſiſtere conabitur, vt erit ho- « ſtis, ita tunc pro hoſte habeatur: deinde intro irrumpentes, rem tranſigamus. Poſt « hæc Gobryas, Viri amici, inquit, nobis pulchrius erit recuperare imperium: aut, ſi « recuperare non poterimus, mortem oppetere, quàm, quum ſimus Perſæ, viro Me- « do parere, & quidem aures non habenti. Quum præſertim quicunque veſtrûm « Cambyſi ægrotanti adfuiſtis, memoria teneatis quæ ille dum vita excederet, Perſis « imprecatus eſt, niſi imperium recuperare tentarent: quæ nos tunc non admitteba- « mus, [a] inuidioſè dici à Cambyſe exiſtimantes. Nunc igitur calculum pono in Da- « rii ſententiam: [b] neque hunc cœtum diſſoluendum cenſeo, ſed ſtatim aduerſus ma « gum adeundum. Hæc dicta à Gobrya cæteri cõprobarunt. Interea verò dũ ab iſtis « conſultatur, fortè hoc contigit, vt magi inito inter ſe conſilio ſtatuerent concilian- dum ſibi amicum Prexaſpem, quòd indigna paſſus à Cambyſe eſſet, occiſo eius fi- lio ictu ſagittæ, & ſolus mortem Smerdis Cyro geniti noſſet, quem ipſe ſuapte ma- nu interemiſſet: quòd [c] præterea *ob id* apud Perſas maxima flagrabat inuidia. His de cauſis accitum hominem, ſibi amicum comparabant: accipientes fidem ac iuſ- iurandum, fallaciam quæ ab ipſis in Perſas facta eſſet, intra ſe habiturum, neque cuiquam mortalium patefacturum, [d] pollicitantes innumerabilia ſe ei daturos. Re- cipiente Prexaſpe facturum ſe quæ magi ſuaſerant, iterũ illi dicere, in animo ſe ha- bere omnes Perſas ſub murum arcis conuocare: ideóque iubere hunc conſcenſa turri prædicare, à Smerdi Cyri Perſis imperari, & ab alio nemine. Hæc illi præci- piebant, veluti homini ſummæ apud Perſas autoritatis, & qui ſæpenumero aſſeue- raſſet eum eſſe Smerdin Cyri, ac cædem à ſe factam pernegaſſet. Hæc quoque Pre- xaſpe ſe paratum exequi dicente, magi conuocatis Perſis, hominem in turrim perductum iubent habere orationem. Prexaſpes, ea quæ ab iſtis oratus fuerat ſpon te obliuiſcitur: exorſúſque ab Achæmene, ſeriem familiæ Cyri recenſet: & vbi tan- dem deuenit ad Cyrum, commemorauit illius in Perſas beneficia. His expoſitis, prompſit, veritatẽ, cauſatus ideo ſe hactenus occultaſſe quòd ſibi tutum non fuiſ- ſet proferre rem geſtam, ſed impræſentiarum neceſſitate coactum proferre: dixit- que ſe à Cambyſe adactum Smerdin Cyri occidiſſe, & magos eſſe qui regnent. Multis quoque verbis Perſas deuouit niſi rurſus imperium recuperarent, ac ma- gos vlciſcerentur. Hæc loquutus, ſeſe in caput à turri præcipitem dedit. Hunc in modum Prexaſpes, vir per omne tempus vitæ ſpectatus, occubuit. At ſeptem Perſæ, vbi conſtituerunt aggredi protinus magos, neque rem differre, deos com- precatum ierunt, ignari omnino eorum quæ circa Prexaſpem acta eſſent: ſed hæc inter eundum in medio itineris audierunt: eóque à via ſecedentes, [e] iterum collo-

quuti

a Calumnioſè.

b Neque hoc cœtu diſſoluto, eundum aliò cenſeo quàm rectà ad magum.

c Præterea apud Perſas in maxima exiſtimatione eſſet.

d Pollicitantes ſe decies millies ipſius bona multiplicaturos

e Rem iterum in diſquiſitionem voca-

quuti ſunt. Quorum qui cum Otane optauerant rem prorſus differri, videbant negantes tunc eſſe adoriendam: qui verò cum Dario, confeſtim eundum, & quod decretum eſſet peragendum. Eis concertantibus apparuerunt ſeptem accipitrum paria, inſectantium duo paria vulturum, eóſque vellicantium atque infeſtantium. Quod intuentes ſeptem Perſæ, ſententiam Darii comprobarunt: & mox freti auibus ad regiam cum fiducia perrexerunt. Vbi ad portas adfuerunt, prout Darius ſenſerat, ita euenit. nam cuſtodes reueriti Perſarum primarios, nec aliquid huiuſmodi ſuſpicantes ex his fore, qui venirent diuina cum pompa, ne interrogauerunt quidem. Vbi in aulam introgreſſi ſunt, offendunt eunuchos qui erant à nuntiis: & ab his qua gratia venirent interrogantur. Simúlque inter percontandum ianitoribus minitabantur quòd homines ingredi permiſiſſent: atque vlterius pergere volentes eoſdem prohibebant. Iſti ſe mutuò cohortati, eductis gladiis, eos à quibus arcebantur, ibidem trucidant: iidémque curſu in conclaue contendunt, intra quod tunc fortè ambo magi agebant, & de iis quæ à Prexaſpe erant acta conſultabant. Qui quum vidiſſent tumultuantes eunuchos atque vociferantes, procurrerunt vterque: & quod fiebat animaduertentes, [a] ad vires conuerſi ſunt: quorum vnus occupat arcum, alter lanceam ſumit. atque inde [b] miſcentur inuicem. Verùm arcus ei qui illum ſumpſerat, quum hoſtes iuxta eſſent, nulli vſui fuit: alter qui ſe lancea tuebatur, tum Aſpathmis femur percuſſit, tum oculum Intaphernis: oculóque ex vulnere Intaphernes, non tamen & vita priuatus eſt. Hos igitur alter magorum vulnerauit: alter verò, quando arcus ei nulli vſui erat, in thalamum qui erat conclaui contiguus, ſe proripuit, fores occluſurus. Sed illuc duo de ſeptem cum eo irrumpunt, Darius & Gobryas: [c] quum autem Gobryas eſſet implicitus cum mago, Darius adhuc ſtans atque hærens, conſiderabat ne Gobryam feriret in tenebris. Eum cernens Gobryas otioſum ſtantem, interrogauit cur non vteretur manu. Reſpondenti Dario, Diſpicio ne te feriam, Tu verò, inquit, vel per vtrunque exige gladium. Cui Darius obtemperans, pugionis ictu vibrato magum caſu percuſſit. Interfectis magis capita demunt, eáque geſtantes quinque eorum, duobus reliquis qui ſaucii erant illic relictis, tum quòd inualidi eſſent, tum arcis tuendæ cauſa, foras procurrunt cum vociferatione ac tumultu: cæteroſque Perſas compellando, rem geſtam exponebant, capita oſtentantes: & ſimul quicunque magorum ipſis occurrebat mactabant. Perſæ, cognito quod actum ab his erat, ac dolo magorum, & ipſi facienda ſibi eadem cenſuerunt: eductíſque gladiis, vt quenque reperiebant magum, interficiebant: &, niſi noctis interuentu cohibiti fuiſſent, neminem magorum reliquiſſent. Hunc diem Perſæ maximè ſolennem publicè obſeruant, & in eo ingens celebrant feſtum, vocantes id μαγοφονίαν, *id eſt magorum cædem*. quo die nulli magorum fas eſt prodire in lucem, ſed cuncti ſe intra domum continent. Vbi reſedit tumultus, diéſque quinque exceſſere, ii qui magos inuaſerant, de omni rerum ſtatu conſultabant. Quorum orationes etſi apud nonnullos Græcorum fide carent, tamen huiuſmodi fuerunt: Otanes hortabatur vt rem Perſicam in medium conſtituerét,

"ita inquiens, [d] Vnum è nobis principem fieri amplius mihi non videtur: neque e-
"nim id aut iucundum eſt, aut bonum. [e] Nam & quò licentiæ Cambyſes proceſſe-
"rit, noſtis, & quò magus. [f] Quid igitur nobis opus eſt monarchia, quam ſuſtulimus?
"in qua licet pro libidine agere omnia impunè? quæ virum, etiamſi optimus omni-
"um fuerit, tamen, quum in ea poſitus eſt, extra conſuetos abiecerit ſenſus? Quippe
"quum præter inuidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præſentibus
"bonis inſolentia. [g] Itaque hæc duo mala habens, nimirum omnem malitiam ha-
"bet, tum per inſolentiam, quòd expletus omnibus rebus eſt, tum per inuidiã mul-
"ta facinora admittens. Atenim vir tyrannus, vt qui omnia bona obtineat, debebat
"ſine liuore eſſe: verùm ita natura comparatum eſt [h] vt is ſit aduerſarius populari-
"bus ſuis. ſiquidem eorum optimis quibuſque qui ſuperſtites ſunt atque viuunt, inui
"det, [i] deterrimis delectatur: &, quod indecentiſſimum eſt, criminationes admittere
"optimum putat. Nam ſiue admireris eum modeſtè, offenditur quòd non effuſè
"hoc facias: ſiue effuſè facias, offenditur, quaſi ſibi aſſenteris. Et vt exequar dicendo
"quæ maxima ſunt, iura patriæ labefactat, fœminis vim affert, indemnatos interi-
"mit. At quum dominatur multitudo, primùm quidem nomen obtinet omniũ pul
"cherrimum, iſonomian, *id eſt iuris æquabilitatem*: deinde verò nihil eorum agit quæ
"monarchus: *hoc eſt unicus princeps*. nam magiſtratus tum ſorte deliguntur, tum ad-
"miniſtratorũ rationem reddũt: omnia deniq; cõſilia in cõmune referũtur. [k] Itaq; (vt
"meam dicã ſentẽtiam) cẽſeo nobis monarchiæ deiectorib⁹ ſtatũ multitudinis eſſe

uerunt. Ex quibus Otanes omnino autor erat vt differrent, neque, rebus flagrantibus, incœptum capeſſerẽt: (*ut legatur*, ἐπιόντων) at Darius confeſt.

a Vires ſuas aduerſus illos experiri cœperunt. *Vel, Pro uiribus illis obſiſtere cœperunt.*

b Manus cõſerebãt.

c Quum autem pedem conferret cũ m. *Vel, Quum autem manũ conſereret. Vel, Quum adortus eſſet Gobryas magũ.*

d Ego certè, vt poſthac noſtrũm vnus rerum ſolus potiatur, *vel, ut totum imperium uni noſtrũm poſthac deferatur*, autor nõ fuerim. *Q.d. Non cenſeo poſthac de hoc cogitandum ut imperium uni deferatur. Neque enim dicit, Poſthac deferatur, quaſi iam antea delatum fuerit. Sic intelligendum paulo pòſt* μετέντας ἡμέας μεωναρχίην.

e Nam quò progreſſa ſit Cambyſis inſolẽtia vidiſtis, & magi inſolentiam experti eſtis.

f Quomodo autem monarchia ſit res bene ordinata, in qua licet pro lib. &c. *Vel, Quo modo autem in monarchia res bene compoſita eſſe poſſint?*

g Hæc autem duo habẽs, omne vitium habet.

h Vt contrario modo ſe in populares ſuos gerat. *Vel, Contrariis moribus erga ſuos populares præditus ſit. Vel breuius, Sed contrà comparatus eſt in ciues.* ut ὑπεναντίον ſumatur aduerbialiter.

i Deterrimis delectatur: criminationibus etiã, *uel calumniis*, locum dare optimũ *putat*. Et (quod eſt quiddam minimè omnium ſecum cõſentiens) ſi quidem eum mediocri, *uel modica*, admiratione proſequaris, infenſus eſt quòd non impẽſè colatur: ſin impenſè quis eum colat, eo cultu, tãquam aſſentatione, offenditur.

k Nobis igitur cẽſeo, miſſam facientibus tyrannidem, euehendam, *uel, prouehendam*, eſſe multitudinẽ in multitud. &c. *i. miſſam facientibus de tyrannide deliberationem.*

optandum.in multitudine enim omnia insunt. Otanes quidem hanc sententiam dixit.Megabysus autem ad oligarchiam,*id est ad statum paucorum*, rem traducens, ad eam socios hortabatur,his verbis,Quæ Otanes dixit de abolenda tyrannide,ea sint pro dictis à me quoque: sed quatenus hortabatur summã rerũ deferri ad multitudinẽ,in hoc ab optima errauit sententia. Etenim populari multitudine nihil est neque insipientius, neque insolentius.Itaque eos [a] qui tyranni sæuitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere sæuitiam, nequaquam tolerandum est. Nam tyrannus,siquid facit,intelligens facit: [b] at plebi suum est nihil intelligere. quo enim pacto sciat, qui neque edoctus est, neque honestum nouit, ne domesticũ quidem? & qui ad res agendas sine consilio præceps ruit torrenti flumini similis? Quare siqui malè consultum Persis cupiunt,ii statu populari vtantur:nos verò cœtu virorum optimorum delecto, ad eos imperium deferamus. nam inter eos & ipsi erimus, & ex optimis viris credibile est optima existere consilia. Hanc Megabyzus sententiam dixit. Tertio loco suam Darius, inquiens, Quæ Megabyzus dixit, quatenus ad statum popularem pertinent,rectè mihi videtur dixisse:quatenus autem ad statum paucorum, non rectè. propositis enim tribus statibus, & his omnibus optimis, vt optimè imperet populus,optimè pauci,optimè vnus, inter hæc multo antecellere vnius imperium sentio. imperio enim vnius viri qui optimus sit, nihil melius esse constat. [c] Quod qui sentit, non immeritò statum popularem missum faciat. vt taceam sic præcipuè consilia in aduersarios trahi solere. At in statu paucorum, quum plures virtuti incumbant in publicum, vehementiora priuatim odia excitari consueuerunt. quum enim quisque princeps esse optet, & in dicenda sententia vincere,ad ingentia inter se odia euadunt. Ex quibus seditiones existunt, è seditionibus cædes, è cædibus ad vnius imperium deuenitur. vnde intelligi datur quanto sit hoc illo præstantius. Iam verò, plebe imperante, fieri non potest quin malitia exoriatur:exorta malitia in republica inter malos, non odia fiunt, sed amicitiæ validæ. qui enim aduersus rempublicam facinorosi sunt, mutuò se occultant: idque tamdiu fit dum aliquis populo præpositus tales homines compescat, is videlicet quem populus inter cæteros admiretur. Hic quum admirationi est, tunc verè [d] monarchus ostenditur, declarãs in hoc monarchiam esse rem omnium præstantissimam.Atque vt in summã omnia colligam,vnde nobis libertas extitit,& à quo data? à populone,an ab oligarchia,an à monarcho? Ego igitur [e] sentio, quum situs per vnum virum liberati,vos debere talem rem complecti, ne alioqui leges patrias dissoluatis bene conditas:quod nequaquam satius est. Hæ tres dictæ fuerunt sententiæ,quarum vltimæ quatuor reliqui assenserunt. Otanes, qui iuris æquabilitatem facere Persis studebat,vbi ipsius sententia reiecta est apud alios, ita in medium loquutus est, [f] Viri seditiosi, quoniam constat necesse esse vnum aliquem è nobis regem fieri, siue per sortem, siue permissu Persarum per multitudinis electionem, siue qua alia ratione,equidem ego [g] vobis non refragor: quippe qui neque præesse volo, neque subesse. Et hac lege cedo vobis ius meum imperii, vt nulli vestrûm aut ipse ego,aut vllus vnquam meorum subsit. Otane hæc loquuto, cæteri sex eius postulatis assenserunt. Ita hic aliis non refragatus,è medio abiit aliò sessum. [h] Cæteris autem septem de rege iustissimè deligendo consultantibus,visum est, si ad aliquem ex ipsorum numero regnum peruenirent, Otanem donari debere peculiariter eiúsque deinceps posteros cum omni alio magnificentiæ genere apud Persas honorificentissimo,tum Medica quotannis veste. Quæ ideo decreuerunt ei donanda quòd primus rem agitauerat,& ipsos in cœtum coegerat.Et hæc quidem peculiariter Otani decreuerunt: illa verò in commune, vt regiam introire vnicuique è septẽ sine internuntio liceret,nisi fortè cum vxore cubaret rex: néue regi fas esset aliunde quàm è familia coniuratorum vxorem ducere.De regno autem hunc in modũ: vt sub ortum solis conscensis equis,dum in suburbanis vectarẽtur,cuius equus vocem primus edidisset,is regnum Cambysis obtineret. Erat autẽ Dario quidã equiso,vir solers,nomine OEbares:ad quem Darius,postquam è cœtu digressi sunt,ita inquit,OEbares,de regni negocio sic inter nos conuenit: sub ipsum statim solis ortum equis conscensis,vt cuius equus vocẽ primus ediderit, is regno potiatur. quare siquid solertiæ habes,nunc comminiscere, vt nos obtineamus hoc decus, & nemo alius.Ad eũ respondẽs OEbares,Here,inquit,si in hoc versaris vt rex sis vel nõ,[i] huius rei causa cõfidere te iubeo,& bonũ habere animũ, ante te fore regẽ neminẽ. eiusmodi habeo medicamẽta.Si igitur,inquit Darius,habes istiusmodi cõmẽtũ, adest tẽp° cõminiscendi, nec differẽdi rẽ, vtpote crastino die nobis futuro certamine.

a Qui tyranni insolentiam fugiunt, in plebis effrænæ insolẽtiam incidere,neq.

b At plebi nulla intelligentia ineſt. quomodo enim intelligat, *uel, unde enim intelligentia ei adsit*, qui nec edoctus eſt nec nouit honeſtum quicquam, ne in ſua quidem familia:& qui ad res ag. &c. *Sed obſcurior poteſt & aliter exponi.*

c Nam qui hoc animo præditus ſit, ſine vlla reprehenſione multitudinem guber nauerit:vt tac.&c. *qui ſequens locus in Græc. edit.mendoſus eſſe uidetur, & deeſſe infinitiuus.*

d Monarchus euadit.

e Sentio,quum per vnum *nobis imperantem* ſimus liberati, hoc *unius imperium* nobis eſſe tuẽdum.ac præterea,leges patrias non eſſe ſoluendas, quæ rectæ ſunt,*uel, bonæ.* non enim conſultum *nobis hoc fuerit*.Hæ tres dict.

f Conſpirationis ſocii,*uel,factionis.*

g Vobiſcum non contendam. *i. Me competitorem non habebitis. Sic & paulo pòſt ὐπ' ἐπιγαμίζετο.*

h *Ante* Cæteris *adde*, Atque ad hunc vſque diem ſola hæc familia inter Perſas libertatem retinet, nec imperio *regis* niſi quãtum ei viſum fuerit, paret, leges Perſarum non tranſgrediens.

i De hac re ſecurum eſſe te velim.

Hæc vt audiuit OEbares, ita facit: Vbi nox aduenit, vnam equarum quã equus Darii maximè adamabat, in ſuburbana adducit, ibíque alligat: tum equum Darii eodem ducit: eúmque circumagens, identidem equæ admouet, ac tandem admittit. Poſtero die, ſimulatque illuxit, ſex Perſæ ex conuento adfuerunt equis inſidentes. & quum in ſuburbanis vltro citróque vectarentur, vbi ad locum peruenerunt vbi ſuperiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darii equus accurrens hinnitum edidit: & hinnitu edito, protinus fulgur ſereno cælo tonitrúque extitit. Hæc quum Dario tanquam ex compoſito accidiſſent, eum compotem voti fecerunt. nam cæteri ex equis deſilientes, Darium adorauerunt. Sunt qui hoc dicant OEbarem fuiſſe machinatum, ſunt qui aliud. vtroque enim modo refertur à Perſis. Volunt nanque OEbarem attrectatis manu huius equæ genitalibus, ipſam manum intra ſubligaculum tenuiſſe abditam: & ſub ipſum ſtatim ſolis ortum, quum equi digreſſuri eſſent, eam naribus equi Dariani admouiſſe, equúmque ad odoris ſenſum infremuiſſe atque hinniſſe. Darius itaque Hyſtaſpis filius declaratus eſt rex: eíque omnes Aſiani audientes dicto fuerũt, præter Arabes, qui à Cyro & rurſus à Cambyſe ſubacti, nunquam tamen in ſeruitutẽ redacti ſunt, ſed hoſpites extiterunt. [a] Hi Cambyſi aduerſus AEgyptum præſto fuerant, quibus inuitis haudquaquam fuiſſent ingreſſi Perſæ AEgyptum. Darius matrimonia ex Perſis auſpicatus eſt, ductis duabus Cyri filiabus, Atoſſa, quæ Cambyſi fratri & rurſus mago nupſerat, & Artyſtona virgine. Præterea alterã Smerdis filii Cyri filiã, nomine Parmyn, necnon filiam Otanis duxit, quæ magum prodidit. Idem, viribus omni ex parte ſtabilitis, ante omnia ſimulachrum è lapide factum ſtatuit hominis equo inſidentis, inſcriptis in hæc verba literis, DARIVS HYSTASPIS FILIVS, TVM EQVI VIRTVTE, (cuius nomen legebatur) TVM OEBARIS EQVISONIS, PERSARVM REGNVM ADEPTVS EST. His apud Perſas actis, viginti prouincias (quas ipſi ſatrapeias vocãt) conſtituit: earúmque ſingulis præſides præfecit: taxato quod penderetur tributo per nationes, [b] aliis finitimos tranſcribens, aliis tranſferens, aliis remotiores gentes attribuens. diſtributo prouinciis hunc in modum tributo, quod exigebatur cum hoc edicto, vt qui argentum, ii Babylonici talenti pondere: qui aurum, ii Euboico pondere afferrent. Valet autem Babylonicum talentum ſeptuaginta minas Euboicas. Etenim ſub Cyro atque deinde ſub Cambyſe nihildum fuerat circa tributa inſtitutum, ſed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordinationem & alia huiuſmodi, Perſæ aiunt Darium fuiſſe inſtitorem: Cambyſem autem, dominum: Cyrum verò, patrem. quoniam Darius res omnes quæſtui habebat: Cambyſes, aſper erat ac moroſus: Cyrus, mitis, & omni ratione de illis bene mereri ſtudens. Ab Ionibus igitur & Magnetibus qui in Aſia incolunt, & AEolibus & Caribus & Lyciis & Melyenſibus & Pamphyliis (vnum enim erat idémque impoſitum his tributum) pendebantur quadringenta argenti talenta. Hæc erat ab eo prima portio inſtituta. AMyſis & Lydis & Alyſoniis & Cabaliis & Hygennenſibus quingena talenta: Secunda portio hæc erat. Ab Helleſpontiis, qui ad dexteram illuc nauigantium ſiti ſunt, & Phrygibus & Thracibus qui Aſiam incolunt, & à Paphlagonibus & Mariandenis & Syris, trecenta & ſexagena talenta: Hæc erat tertia portio.

A Cilicibus, equi albi triceni ſexageni, in dies ſingulos ſinguli, necnon talenta argenti quingenta: quorum centena & quadringena erogabantur in eam Ciliciæ regionem quæ equos producebat: trecena autem & ſexagena Dario obueniebant. Hæc quarta portio. Ab vrbe Poſideio, quam coloniam Amphilochus Amphiarai filius deduxit [c] in finibus Cilicum ac Syriorum, ab hac ad AEgyptum vſque, præter Arabum partem, (hæc enim erat immunis) trecenta & quinquagena erat tributum. Quinta portio hæc. [d] cui annumeratur omnis Phœnicia & Syria quæ dicitur Palæſtina, & Cyprus. Ab AEgypto & Libybus AEgypto conterminis, & Cyrena & Barca (in portione nanque AEgypti iſtæ ordinantur) ſeptingenta proueniebant talenta, præter pecuniam è piſcario prouentu lacus Mœrios. Excepta hac pecunia & certo frumenti numero, ſeptingenta talenta obueniebãt. Nam centum viginti millibus Perſarum, qui in Albo muro Memphitico ſtationem habent, & eorum auxiliariis admetiuntur illi frumentum. Sexta portio hæc. Sattagydæ & Gãdarii & Dadicæ & Apparitæ, in idem conſtituti, centena & ſeptuagena talenta pẽdebant: Septima portio hæc. A Suſis & cætera Ciſſiorum regione, trecenta: Octaua hæc portio. A Babylone verò cæteráque Aſſyria millena talenta argenti prouenie-bant, & præterea pueri caſtrati quingeni: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis & ab reliqua regione Medica & Parycaniis & Orthocorybantibus, quadringena &

a Quum Cambyſi aditum in AEgyptum permiſiſſent.

Βάλλεται πρότερον ἀριστερ. Ν.

b *Sunt qui ita hunc locum exponant*, Adiunctis ad nationes, *uel, gentes*, vtcinarum regionum incolis, atque etiam tranſgreſſus vicinos, iis qui longius erant diſſiti, aliis alias gentes tribuẽs. Diſtribuit igitur prouinciis hunc in modum tributum, quod quidem exigebatur, &c. *Vt legatur* ἄλλοις ἄλλα ἔθνεα νέμων. ἀρχαῖς δὲ, &c.

b In mõtibus. *Valla legit* ἐπ' ὄρεσι *pro* ἐπ' ὄρεα.

d Eſt autem in hac portione omnis Phœnicia. *Nam Valla in præced.* τριτὸν *portionem uertit.*

quinquagena talenta: Decima portio hæc. Caſpii & Pauſicæ & Panthimati & Daritæ ſimul conferentes, ducena talenta afferebant. Vndecima hæc portio. A Bactrianis ad AEglos vſque, trecẽtorũ & ſexagenorũ talẽtorũ erat tributũ: Portio duodecima hæc. A Pactyica & Armeniis, eorúmque conterminis, Euxino tenus ponto, talẽta quadringenta: Tertiadecima hæc. A Sagartiis & Sarangæis & Thamanæis & Vtiis & Mecis, & iis qui rubri maris inſulas incolunt, vbi rex eos qui relegati vocantur collocat: ab his omnibus ſexcentorum talentorum prouenichat tributum: Quartadecima portio hæc. Sacæ & Caſpii ducena & quinquaginta talenta afferebant: Quintadecima portio hæc. Parthi Choraſmiique & Sogdi & Arii, trecena talenta: Sextadecima portio hæc. Paricanii & qui ex Aſia ſunt AEthiopes, quadraginta talenta: Decimaſeptima portio hæc. Mantienis & Saſpiribus & Alarodiis ducena injuncta talenta erant: Duodeuiceſima portio hæc.

Moſchis & Tibarenis & Macronibus & Moſynœcis & Mardis trecenta talenta præcepta erant: Vndeuiceſima hæc portio. Indi, vt ſunt multitudine multo numeroſiſſimi inter omnes quos nouimus mortales, ita tributum ſuper cæteros omnes afferebant tricena ſexagena talenta aureorum ramentorum: Viceſima portio hæc. Quòd ſi Babylonica pecunia ad pondus Euboicum redigatur, fiunt nouies millena quingenáque & quadraginta talenta argenti. [a] Aurum verò ſi terdecies tanto ramentorum taxetur, in ſumma reperietur ad rationem Euboicam eſſe ſex millia talentorum, ſexcentáque & octoginta. Quibus in vnum contractis ad Euboicum computum, exigebantur in ſummã annui tributi à Dario, talentorum quatuordecim millia quingenta & ſexaginta. Minorem his ſummam omittendam mihi, non referendam puto. Hoc tributum Dario ex Aſia obueniebat, & aliquantulum ex Libya: cæterùm procedente tempore & ab inſulis obuenit aliud tributum, & ab iis qui Europam Theſſalia tenus incolunt. Id tributum rex hunc in modum theſaurizat, *hoc eſt reponit*. Liquefactum aurum argentúmque in fictiles fidelias infundit: expletas mox fidelias ſubinde frangit: ex eóque auro argentóue, quoties pecunia indiget, tantum concidit quantum vſus poſtulat. Atque hæ quidem prouinciæ erant ac tributorum taxationes. Sola autem Perſis ideo inter tributarias à me prætermiſſa eſt, [b] quòd eam minimè Perſæ colunt. Iſti autem adferendum vllum tributum non adigebantur, ſed munera portabant: AEthiopes AEgypto contermini, quos Cambyſes in expeditione contra macrobios AEthiopes ſumpta ſubegit, quique ſacram Niſam incolunt, & Dionyſo dies feſtos agunt. Iſti AEthiopes eorúmque finitimi, eodem quo Indi Calandiæ ſemine vtuntur, ſubterraneáſque habent domos. horum vtrique tertio quoque anno munera portabant, portántque ad meam vſque memoriam, [c] binos ſemodios auri rudis, & ducenos faſces ebeni, & quinos AEthiopes pueros, & vicenos grandes elephantorum dentes. Colchi quoque inter dona ferentes repoſiti erant, eorúmque finitimi ad montem vſq; Caucaſum. Ad hunc enim monte imperitatur à Perſis. nam qui ad aquilonẽ Caucaſi habitant, eorum iam nulli Perſas curant. Iſti igitur dona ſibi imperata, etiã ad meã vſq; ætatem, quinto quoq; anno afferebãt, cẽtenos pueros, totidémq; virgines. Afferebant & Arabes millena quotãnis talenta thuris. Hæc iſti dona, præter tributum, regi portabant. Sed Indi id aurum tam multũ, vnde ramenta quæ dixi, regi afferunt, hac ratione comparant. Indicæ regionis id quod ad ſolem vergit, ſabuloſum eſt. nam Indi, dũtaxat eorum quos ſcimus, de quibus aliquid pro certo narratur, primi ſunt hominum qui in Aſia ad auroram & ſolis ortum habitant. Indorũ autem tractus qui auroram ſpectat, propter arenam vaſtus eſt. Eorum autem complures ſunt gentes, atque eæ lingua inter ſe diſſonæ: & eorum alii ſunt dediti rei pecuariæ, alii non: item alii in paluſtribus fluminis habitant, crudis victitãtes piſcibus, quos aggreſſi ex arundineis nauigiis exceptant. Singula autem nauigia è ſingulis arundinis internodiis fiunt. Iſti ex Indis ferunt veſtem è tegete: quam vbi è flumine meſſuerunt inciderúntque, plectentes in modum ſtoreæ, tanquam thoracem ſibi induunt. His finitimi auroram verſus ſunt Indi pecuarii, carnibus crudis veſcentes, nomine Padæi, qui talibus vti morbus narrantur: Quoties ciuium [d] aliquis aliquáue ægrotat, virum quidem ſui maximè familiares interimunt: quòd dicant illum morbo tabeſcentem, carnes ipſis corrupturum: & licet ſe neget ille ægrotare, nihilominus iſti non ignoſcentes necant eum, epulantúrque. Mulieri verò, ſuæ maximè neceſſariæ, idem quod viri viro faciunt. Qui autem ad ſenium peruenit, eo itidem mactato paſcuntur. Ideóque cum hac de cauſa, tum quia omnes qui in morbum incidunt, necantur, non multi ſanè eorum ad ſenectutem perueniũt.

a Aurum autem ramentitium inuenitur eſſe talentũm Euboicorum quatuor millium ſexcẽtorũ & octoginta, ſi ita ratio inea tur vt pſegma. *i. ramentum*, terdecies tanto argẽti repẽdatur. His igitur omnibus in vnum coagmentatis, Euboica talenta numero quatuordecim millia quingenta ſexaginta annuo tributo colligebantur. *Ita Budæus hunc locum interpretatur lib. 4. De aſſe, admonens legendũ τριςκαιδεκαπλάσιον. quam lectionem & in uet. cod. reperimus. Idem aliis uerbis hũc locum ita reddit circa initium eiuſdem libri*, Aurum verò ramentitiũ ſi terdecies expendatur ad argentum, in ſumma reperietur ad rationem Euboicam eſſe quatuor millia talentorum, ſexcẽtáque & octoginta. Quibus in vnum coactis, fit ſumma eorum quæ quotannis colligebantur, quaterdecies millena quingena & ſexagena talenta Euboica.

b Quòd Perſæ immunes agros colant. Iſti porro ad fer.

c Binos chœnices auri ignem non experti.

d Seu vir ſeu fœmina, ægr.

Est aliorum Indorum hæc diuersa consuetudo, vt nullam animantem interimant, vtque nihil serant, nec domos parandas existiment, atque herba victitent. Estque eis semen quoddam milii instar, sua spõte nascens è terra, suo in calice: quod cũ ipso calice lectum coquunt, edúntque. Eorum quisquis in morbum incidit, is in locum desertum pergit, ibíque decumbit, eius vel decumbentis vel defuncti curam gerente nemine. Horum omnium quos recensui Indorũ coitus in propatulo est, sicut pecorum: color similis ac proximus AEthiopico. genitura quã in mulieres emittũt, non alba, quemadmodum cæterorum hominũ, sed atra, vt color corporis: qualem AEthiopes quoque emittunt. Hi Indi lõgius à Persis absunt, [a] & vento Austro obnoxii: eóque Dario neutiquam obtemperabant. [b] Cæteri Indi Caspatyro vrbi & Pactyicæ regioni contermini sunt, ad ventum Aquilonem habitantes. Et ex aliis Indis ii qui proximam Bactrianis vitam degunt, pugnacissimi sunt, & qui [c] ad aurũ præcipuè mittunt. Circa hanc enim plagam vasta sunt propter arenam loca. in ea solitudine arenosa formicæ gignuntur, canum quidem magnitudine minores, vulpiũ verò maiores. Earum nõnullæ & apud eos & apud regem Persarum visuntur, hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciendis sub terra domiciliis egerũt arenam, vt apud Græcos formicæ, atque eodem modo, ipsa specie corporis simillima. Ea autem quæ egeritur arena, auracea est: [d] pro qua in desertum mittẽtes Indi, ternos singuli camelos iungunt: mares à lateribus, quos frænatos trahũt, fœminam in medio, in quam ipsi ascendunt: data opera vt à recentissimis fœtibus abstractas iungãt. Etenim apud eos cameli cum nihilo sunt minori pernicitate quàm equi; tum verò ad ferenda onera multo valentiores. Qualem autem habeat camelus speciem, Græcis, vtpote sciẽtibus, non puto scribendum: sed quod de eo animali nescitur. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora, & totidem genua, & veretrum inter posteriora crura caudam versus spectans. Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurum *legendum* tendunt, [e] vt quum feruentissimus fuerit æstus, sint in rapina. siquidem præ æstu formicæ sub terra se occultas tenent. Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutinus, non quemadmodũ aliis meridie, eousque efferuescens dum tempus est à foro discedendi: per quod spatium multo magis vrit quàm meridianus in Græcia, adeo vt dicantur illi tum in aqua se abluere. Meridies verò ferè Indos vrit peræquè atque alios homines: declinãte meridie, talis est illic sol qualis alibi matutinus: ac deinceps magis ac magis frigescẽs, dum ad occasum peruenit: quo tempore præcipuè friget. Vbi ad locum Indi peruenere, culeis quos attulere, arena completis, [f] raptissimè retrò se recipiunt. Quos protinus formicæ (vt à Persis fertur) olfactu perceptos insequuntur tanta pernicitate quanta in alio est nullo: ita vt nisi viam [g] ad quam formicæ congregantur, anticipent Indi, nemo sit ipsorum inde euasurus. Ideóque camelos mares, quòd impares fœminis sunt in currendo, [h] ne trahantur, dissoluunt: sed non vtrunque pariter. fœmina verò, pulli quem reliquit memor, nihil sibi remittit. Hac ratione Indi maiorem auri partem nanciscuntur, vt Persæ memorant. nam quod effoditur in eadem regione aurum, rarius est. Et sanè pulcherrimas quodammodo res extrema orbis habitati pars sortita est; quemadmodum [i] Græcia (quod præstantissimum iudicatur) pulcherrimas regiones. Nam, vt paulo antè dixi, vltima plagarum quæ ad orientem vergentes habitantur, Indica est: in qua & animantes tam quadrupedes quàm volucres, multo sunt grandiores quàm cæteris in locis, præterquam equi: (nam ab equis Medicis vincuntur qui Nisæi vocantur) & infinita vis auri, partim effossi, partim per flumina deuecti, partim vt indicaui surrepti. præterea agrestes arbores pro fructu lanam ferentes, ouillæ tum pulchritudine tum bonitate præcellentem, qua in vestiarium Indi vtuntur. Ad meridiem vltima è regionibus quæ habitãtur, Arabia est: in qua sola omnium nascuntur thus, myrrha, casia, cinnamomum, & ledanum. cuncta hæc facilia ad nanciscendum, præter myrrham. Nam thus Arabes styrace suffientes legunt, ea quam Phœnices ad Græcos exportant. hac suffitum thus capiunt. Etenim thuriferas arbores obseruant colubri subalati, exiguo corpore, [k] discolori specie, permagno numero circa singulas arbores, iidem videlicet qui aduersus AEgyptum facto exercitu tendunt. Nec vllo alio ab arboribus quàm styracis fumo submouentur, vniuersam terram oppleturi, vt Arabes aiunt, nisi (vt iidem narrabant) simile quiddam istis contingeret ei quod nouimus contingere viperis, idque ([l] vt credere debemus) solerti diuinitatis prudentia. nam quæ & timido animo sunt & esculenta, ea omnia fœtuosa fecit, ne assiduo esu deperirent: contrà, quæ sæua & maligna sunt, ea voluit parum esse fœtuosa. Vnde fit vt lepus, quem omnia venantur, fera, ales, ho-

a Et versus Austrũ ventum.

b Alii ex Indis Caspatyro vrb.

c Ad aurum *colligendũ* præcipuè mittũtur. *In aliis edit. interpret. Vallæ legitur, Qui ad Austrum mittunt, pro, Qui ad aurũ mittũtur. uel, proficiscũtur.*

d Ad quam *colligendam* qui in desertum mittuntur Indi, &c.

e Sic inita *itinerũ* ratione vt quũ feruen. &c. *Vel, Hoc prudenter præuiso ut quum, &c.*

f Quamprimum. *Vel, primo quoque tẽpore.*

g Interim dum formicæ congregantur.

h Dissoluũt, si vnà non trahãtur vtrique. *Id est, Si utrique assequi pari gradu non possint. Ita quidam hunc locum interpretantur, qui & aliã interpretationem admittere uidetur.*

i Græcia longè tẽperatissimas nacta est anni tempestates. *Gal. Les saisons de l'annee.*

k Versicolori.

l Vt rationi consentaneum est.

a Superfœtet.

mo,tam ferax ſit:ſoláque ex omnibus beſtiis,quum grauida eſt,etiam [a] impleatur, & alium fœtum in vtero geſtet pilis veſtitum, alium nudum, alium tantũnon formatum:alium concipiat. Et lepus quidem talis eſt. At leæna validiſſimum ferociſſimúmque animal,ſemel in vita vnum parit. nam vnà cum fœtu vterum emittit. Cuius rei cauſa eſt hæc, quòd catulus leoninus, vbi moueri in vtero incipit, quum habeat vngues longè acutiſſimos ex omnibus feris, vterum lacerat, augeſcénſque magis ac magis,vngues imprimẽdo exhulcerat:ita vt ad poſtremum,quum partus inſtat,nihil vteri relinquatur incolume. Sic quoque ſi viperæ & alati Arabiæ ſerpentes gignerentur vt ipſorum natura fert,non eſſet hominibus viuendi facultas: núc autem,quum libidine agitantur,& per paria coeunt,fœmina collum maris in emittenda genitura cõprehendit, [aa] ſorbénſque non prius dimittit quàm deuorauerit.& mas quidem hoc modo perit. Fœmina verò talem luit maſculo pœnam: quòd filii dum adhuc intra vterum ſunt,patrem vlciſcentes matricem ambedunt:eiúſque aluo ambeſa,ita partum faciunt. Cæteri ſerpentes qui non ſunt hominibus pernicioſi,oua pariunt & magnam vim fœtuum excludunt. Porrò viperæ per vniuerſum orbem terrarum viſuntur: alati verò ſerpentes nuſquam alibi niſi in Arabia, aut certè non adeo frequentes. Hunc in modum Arabes thus comparãt. Caſiam autem ſic:Poſtquam ſibi cum cæterum corpus, tum faciem præter oculos obligauerunt coriis aliiſque pellibus,ad caſiam pergunt. Ea naſcitur in palude nõ alta,circa quam & in qua degũt feræ alatæ, veſpertilionibus ſimillimæ,ſtridore diro,& viribus præualentibus:quas ab oculis arcentes Arabes,ſic caſiam metũt. Cinnamonum etiam quàm ſuperiora mirabilius legunt. nam aut quomodo aut qua in terra gignatur, illud nequeunt dicere: niſi quòd probabili ratione vtuntur,quòd quidam volunt id gigni in iis regionibus vbi Dionyſus educatus eſt: & ipſas cinnamomi feſtucas afferri à grandibus quibuſdam alitibus ad nidos è luto conſtructos in præruptis mõtium & homini inacceſſis. Contra quas hoc Arabes excogitauerunt:boum [b] aſinorúmque defectorum & aliorum iumentorum membra minutatim conciſa, in ea loca portant:& vbi iuxta nidos poſuere,procul abſcedũt. Ad hæc fruſta delapſæ volucres,ad nidos ſuos carnem comportãt:cui ſuſtinendæ impares nidi ad terram diſciſſi labuntur:tunc Arabes ad eos colligendos accedunt. Hac ratione cinnamomũ ab illis legitur,& illinc in alias regiones dimittitur. At ledanum (quod Arabes ladanum vocant)etiam cinnamomo mirabilius comparatur: quippe quod in graueolentiſſimo loco naſcens, tamen fragrantiſſimè olet. In barbis hircorum inuenitur innatum,veluti mucor ligni, cum ad conficienda multifaria vnguenta vtile, tum præcipuè ad ſuffitionem qua Arabes vtuntur. Hactenus de thymiamatis dictum ſit. Redolet Arabica regio mirificè iucundo quodam odore. ſúntque in ea ouium duo genera admiratione digna,quæ nuſquam alibi viſuntur, quorũ vnum caudas habet tam longas vt non ſint tribus breuiores cubitis: [c] ſiquis trahi ſinat,hulcera contracturæ,dum per terram atteruntur: nunc vnuſquiſque paſtorũ hactenus eſt doctus arte fabrili,vt ploſtella faciant quæ ſingularum ouium caudis ſubligent, ſupérque ploſtella caudas ipſas alligent. Alterum genus ad cubitalem latitudinem caudas gerit. Huic,qua parte meridies ad ſolem occidentem vergit, contermina eſt AEthiopia terrarum habitatarum vltima. Hæc & auri multum fert, & vaſtos elephantes,prominentibus vtrinque dentibus: & cum agreſtes omnes arbores, tum verò ebenum,necnon viros maximos pulcherrimóſque & æui longiſſimi. Atque hæc quidẽ extrema ſunt Aſiæ Libyæque. De extremitatibus autẽ Europæ quod pro comperto referam non habeo. neque enim aſſentior fluuium quendam eſſe, Eridanum à barbaris vocitatum,qui ſubit mare ad Septentrionem ſpectans, vnde electrum venire narratur. Ne Caſſiteridas quidem noui inſulas,*hoc eſt ſtannarias*, vnde ad nos venit caſſiteros,*id eſt ſtannum*. nã vel ipſum coarguit nomen Eridanus, quod Græcum eſt,non barbarum,ab aliquo poetarum fictum. Sed etſi hoc ſtudioſè quæſiui,à nemine qui ipſe viderit accipere potui,quomodo ſe habeat mare ad illam Europæ partem. Ab extrema itaque ad nos venit ſtannum electrúmque. Cæterùm ad ſeptentrionem Europæ quamplurimam auri vim eſſe conſtat: ſed quomodo fiat, ne hoc quidem pro comperto dicere queo. Dicuntur tamen id à gryphibus auferre Arimaſpi,viri vnoculi. quod nec ipſum crediderim,vt viri naſcantur vnoculi, cæteram naturam habentes aliis hominibus parem. Porrò extrema terrarum concludunt aliam regionem, intúſque cohibent ea quæ nobis pulcherrima putantur, illiſque rariſſima. Eſt in Aſia planities quædam vndique cincta monte quinque in locis interciſo,quæ aliquãdo fuit [d] Choraſmiorum cum ipſorum finibus & Hyrca-

aa Et arctè amplexa. *Vel, Et arctè conſtringẽs. Vel, Et inhærens.*

Cinnamomum

b Aſinorúmque mortuorum & al. iumentorum memb. in quammaxima fruſta cõciſa,in ea loca por.

c Quas ſi permittantur trahere, *id eſt demittere ad terram, uel demiſſas affricare terra*, hulcera contracturæ ſint dum illæ ad terram atterẽtur:verùm vnuſq.

d Choraſmiorum montes incolentium, Choraſmiorum *inquã* & Hyrc.

norum, & Parthorum & Sarangæorum & Thomaniorum: ſed poſteaquam Perſæ rerum potiti ſunt, facta eſt regis. Ex hoc circumiecto monte ingens amnis profluit, nomine Aces, qui quondam per ſingulas vndique intercisiones ductus ac diſtributus, totidem quas dixi gentium regiones irrigabat: vbi verò in poteſtatem regis Perſæ venerunt, hoc ab illo ſunt paſſæ, quòd anfractibus montium ab rege obſtructis, & ad eorum ſingulos portis inditis, aqua ab exitu intercluſa eſt: interfluentéque introrſum amne, planities quæ intra montes erat, pelagus facta, quũ fluat in interiora amnis nulla ex parte exitum habens: atque ita ipſæ gentes priſtino aquæ vſu fraudatæ afficiuntur permagno detrimento. Nam hyberno tempore deus illis, quemadmodum aliis hominibus, pluit: ſed æſtate quum ſerunt [a] piſum & ſeſamum, aquam deſiderant. Igitur quum nihil eis aquæ tribueretur, ad Perſas venerũt viri atque mulieres: ſtantéſq; [b] pro foribus regis, cum eiulatu vociferabantur. Tunc rex iis qui maximè indigebant portas reſerari iuſſit, vtique eas quæ ad illos ferrent: eaſdem, quum illorũ terra humore hauſto ſatiata eſſet, rurſus obſerari: ita deinceps alias, vt quique cæterorum populorum maximè aqua indigerent. id faciens (quantum ego auditu cognoui) pecuniæ exigendæ gratia præter tributum. Atque hæc quidem ita ſe habent. Cæterùm rex vnum è ſeptem viris qui aduerſus magum conſpirauerunt, Intaphernem, cepit ac capite damnauit ob hanc noxam: Intaphernes, ſtatim poſt oppreſſos magos regiam ingreſſus, volebat admitti ad colloquiũ regis. etenim hac lege conuentum erat inter magi oppreſſores vt eis ad regem foret aditus ſine internuntio, niſi cubantem cum vxore. Itaque non oportere ſibi interuenire nuntium cenſens Intaphernes, quia foret vnus è ſeptem, introire vtique volebat. ſed quum ianitor & qui à reſponſis erat introire non ſinerent, quòd regem dicerent rei vxoriæ dare operam, eos mentiri ratus, educto acinace, aures vtrique naréſque præcidit, ac lora fræni equini ad ceruices ipſorum alligauit, hominéſque dimiſit. Qui quum ſeſe regi exhibuiſſent & cur id paſſi fuerãt expoſuiſſent, Darius ſigillatim quenque Perſarũ accerſiuit, veritus ne id communi ſex Perſarum conſilio factum eſſet: explorauítque nunquid id quod actum foret comprobarent. Vbi comperit ſine horum cõſenſu Intaphernem hæc feciſſe, hominem comprehendit eiúſque liberos atque omnem familiam: multis de cauſis credẽs illũ cum ſuis propinquis rebellionẽ fuiſſe moliturum: hos comprehenſos ad necem vinciri iuſſit. Tunc vxor Intaphernis ad regias fores accedens, plorabat atque lamentabatur. id aſſiduè faciendo ad ſui miſericordiam Darium quum adduxiſſet, miſſo ad eam nuntio rex inquit, Mulier, offert tibi Darius vnius electionem, ex vinctis domeſticis tuis quem velis liberari. Illa poſtquam ſecum deliberauit, ita reſpondit, Si vnius *omnino* animam rex mihi gratificatur, eligo ex omnibus fratrem. Hæc audiens rex, miratus huius orationem, miſſo nuntio, inquit, Percõtatur te rex qua de cauſa, viro filiiſque prætermiſſis, fratrem delegiſti vt ſupereſſet, qui & remotiore abs te eſt gradu quàm filii, & minus iucũdus quàm maritus. Cui illa reſpondens, Rex, inquit, maritus mihi alius, ſi dæmon voluerit, atque alii liberi, ſi hos amiſero, eſſe poſſunt: alius frater, parentibus meis iam vita defunctis, nulla ratione poteſt eſſe. [c] Hanc ſequuta cauſam, ita loquuta eſt. viſáque eſt Dario probè dixiſſe. itaque ea re delectatus rex, & eum quem mulier optauerat miſſum fecit, & filiorum natu maximum, cæteris omnibus interfici iuſſis. Ita vnus è ſeptem Perſis ſtatim initio occubuit. Enimuero illud ferè circa Cãbyſis ægrotationem contigit: Erat Sardibus præſes quidam à Cyro præfectus, nomine Orœtes, Perſa, cui nefariæ rei cupido inceſſit: ſiquidem Polycratem Samium, à quo nullo nec facto nec dicto quãtulocunque læſus eſſet, quémque ne vidiſſet quidem vnquam, tamen concupiuit capere ad interimendum, ob hanc (vt plerique aiunt) cauſam: Quum aliquando pro foribus regis cõſiderent Orœtes & alter quidam Perſa nomine Mitrobates, præfectus gentis quæ eſt in Daſcylio, è verbis ad iurgia peruenerunt. Et quum de virtute diſceptaretur, Mitrobates obiiciẽs Orœti inquit, [d] Tũne in pretio virorum es, qui inſulam Samum tuæ prouinciæ adiacentem, regi non acquiris, ita facilem captu vt quidam è popularibus quindecim armatis fretus occuparit, eiúſque tyrannide potiatur? Hoc iurgium audiẽti Orœti adeo doluiſſe quidam aiunt, [e] vt affectauerit non de obiurgante vindictam, ſed Polycratem prorſus occidere, propter quem malè audiſſet. Alii (ſed pauciores) inquiunt caduceatorem in Samum ab Orœte miſſum cuiuſdam rei rogandæ cauſa: (cuius autem, non dicitur) Polycratem autem tunc fortè in conclaui cubantem fuiſſe, aſſiſtente ei Anacreonte Teio, ſiue id conſultò, quòd res Orœtis contemptui haberet, ſiue forte aliqua huiuſmodi factum. ad quem quum accedens Orœtis caduceator, eius mãdata exponeret,

a Panicum.

b *Id eſt, in aula regis: ſic in ſequent. locis.*

c Hanc rationem in iſta electione ſequuta ſum.

d Itáne tu vir cenſendus es qui inſ.

e Vt non tam eũ qui hæc dixiſſet vlciſci affectauerit quàm Polycr.

Polycratem neque ſe ad hominem cõuertiſſe (erat enim ad parietem verſus) neque quicquam reſpondiſſe. Hæ bifariæ cauſæ mortis Polycratis fuiſſe memorãtur, quarum vtrilibet accommodare fidem quis poteſt. Itaque Orœtes in *urbe* Magneſia degens, quæ eſt ad Mæandrum flumen ſita, miſit Myrſum quendam Lydum, Gygis filium, cum nuntio in Samum ad Polycratem, cuius animum nouerat. Etenim Polycrates primus extitit Græcorum, *duntaxat* eorum quos nouimus (ſecundum Minoem, & ſiquis alius iſto prior maris imperio potitus eſt) qui in animũ induxerit vt mari potiretur. Primus, inquam, extitit [a] ex eo genere quod humanum vocatur, qui multam conciperet ſpem Ioniæ atque inſulis dominãdi. Hoc igitur cum in animo habere certior Orœtes factus, miſit nuntiũ in hęc verba, « ORŒTES POLYCRATI ITA INQVIT, Audio te res excellẽtes agitare animo, ſed propoſito rẽ pecuniariam nõ ſuppetere. Quòd ſi ita feceris vt ſuadeo, proſpexeris & tibi & ſaluti meæ. Nã « rex Cãbyſes (vt mihi pro cõperto renũtiatur) de me interficiendo cogitat. nunc igi- « tur meipſum recipito, atque pecunias, earũ partem tibi habiturus, partem mihi per- « miſſurus: & ipſarum pecuniarum beneficio omni Græciæ imperaturus. De quibus « ſi mihi fidem non habes, mittito quempiam tibi fidiſſimum, [b] cui ego fidem faciam. «

Quo audito Polycrates gauiſus eſt, atque obſequi volebat. maiorem enim in modum pecuniam auebat. Mittit itaque prius ad rem inſpiciendam quendam è popularibus ſuis [c] Mæandrium Mæandrii filium, ſcribam ſuum: qui non longo pòſt hoc tempore ornatum conclauis Polycratis ſpectatu dignum templo Iunonis omnem dicauit. [d] Hunc Orœtes quum cognouiſſet ſpeculatorem eſſe circunſpectum, ita ſibi agendum putauit: Octo ſcrinia lapidibus implet, præter admodum paruam partem circa ipſas oras, ac ſuperficiem lapidum auro inducit: eáq; ſcrinia alligata in expedito habet. Quæ aduenienti Mæandrio quum inſpexiſſet, Polycrati renuntiauit. [e] Enimuero ne illuc ſeſe conferret, magnopere dehortabantur tum oracula & amici, tum præcipuè ſomniũ hoc, quod eius filia viderat. Videbatur ſibi cernere patrem in aere ſublimem eſſe, qui à Ioue quidem lauaretur, à ſole autem inungeretur. Hanc viſionem conſpicata, [f] inſtabat omnino diſſuadere patri ne à patria proficiſceretur ad Orœtem: quinetiam [g] ad biremem eunti malè ominabatur. Cui quum ille minitaretur, ſi ſoſpes rediret, fore vt hæc perdiu maneret virgo: ipſa vt ita contingeret, ſibi imprecata eſt. malle enim ſe diutius virginem eſſe quàm patre orbari. Polycrates omne conſilium pro nihilo habens, ad Orœtem nauigauit, cum alios ſecum ducens, tum verò Democedem Calliphontis filium Crotonienſem medicum, qui eam artem apud ſuos [h] præclariſſimè omnium exercebat. Vbi Magneſiam peruenit Polycrates, tetra morte eſt affectus, indignáq; ſua perſona [i] & ſuis cogitationibus. nam neque eorum qui Syracuſis tyranni extiterunt, neque aliorum Græciæ tyrannorum vllus eſt magnificentia cum Polycrate comparandus. Eum Orœtes (quod indignum relatu eſt) cruci ſuffixit: ex illis verò qui illum comitati fuerant, Samios quidem dimiſit, iubẽs eos gratiam ſibi habere quòd liberi eſſent: peregrinos autem atque ſeruos iure captiuitatis ſibi vendicans, retinuit. Polycrates ergo ſuſpenſus omnem filiæ viſionem exoluit. nam ab Ioue quidem, quum plueret, lauabatur: à ſole autem, [k] exudante è membris abdomine, vngebatur. Hunc exitum habuerũt tot proſperæ res Polycratis, quẽ vaticinatus ei fuerat Amaſis rex AEgypti. Verùm non multo pòſt tempore Polycratis vltio Orœtem excipit. quippe poſt Cambyſis obitum occupato à magis regno, Orœtes quum eſſet Sardibus, nihil de Perſis qui à Medis imperio fraudati erant, bene meritus eſt: ſed in ea perturbatione Mitrobatem Daſcylii præfectum ([l] qui illi de Polycrate exprobrauerat) interemit, & eius filium Cranapem, ſpectatos in Perſis viros: & cum alia quoque omnifaria flagitia commiſit, tum quendam è nuntiis qui ad ipſum à Dario venerat, quòd parum iucunda nuntiaſſet, trucidandum curauit, ſummiſſis quibuſdam qui redeuntem aggrederentur, quique trucidatum cum ipſo equo occultarent. Darius, vbi principatu potitus eſt, Orœtem vlciſci cum ob alia ſcelera, tum præcipuè ob Mitrobatem filiúmque, cupiebat: ſed aduerſus eum [m] è profeſſo mittere copias conſilii non erat, [n] vtique rebus nondum ſatis fundatis, & imperio recens parto: quum præſertim audiret Orœtem multa vi nixum, quum mille Perſarum ſatellitibus ſtipatus eſſet. nam ſuæ prouinciæ habebat Phrygiam, Lydiam, Ioniam. Itaque Darius aduerſus hæc hanc rationem iniuit: accitis Perſarum ſummis quibuſque proceribus, his loquutus eſt verbis, Perſæ, quis hoc veſtrûm mihi reprehendat, & exequuturus & prudentia duntaxat, nulla vi, nulliſque copiis? Vbi enim opus prudentia eſt, ibi vi agere nihil attinet. Ergo [o] quis veſtrûm mihi

a Id eſt, *Primus inter homines. Hoc addit quòd Minos haberetur Iouis filius.*

b Cui ego oſtendam: *Vel, repræſentabo.*

c Mæandrum Mæandri fil.

d At Orœtes quũ exploratorem aduentare audiſſet, ita egit. *Ad verbum, Expectari audiſſet.*

e At ille, tum oraculis tum amicis multũ dehortantibus, illuc profectus eſt. quum etiam *eius* filia ſomniũ hoc vidiſſet. Cernere ſibi videbatur, &c.

f Omnibus modis, *vel, omni arte* diſſuadebat.

g Ad nauem quinquaginta remorum. *Sunt qui uertant, ad nauẽ actuariam.*

h Optimè omniũ ſuæ ætatis exere.

i Et ſuo ingenti animo, *vel excelſo.* Nam præter Syrac. nullus eſt Gr. tyr. magnif.

k Quum ipſe humorem è corpore emitteret.

l Qui ei illa ad Polycratem pertinentia exprobrauerat.

m Aperte. Gr. ἐν ἀ ἰθείῃ. q. d. *recta via.*

n Vtpote rebus adhuc turbulẽtis. *Vel, Rebus nondum compoſitis. Ad Verbum, Rebus adhuc tumentibus. q. d. Quum nõdum tumor rerum reſediſſet, id eſt turbulentus ſtatus.*

o Aliquis veſtrũ. *Poteſt & interrogatiuè legi.*

Orœtem vel adducat viuũ, vel interficiat, qui de Perſis nihil omnino meruit, ſed cũ alia multa ſcelera admiſit, tũ hæc duo: vnũ, quòd duos è nobis, Mitrobatẽ eiúſque filium interemit: alterum, quòd à me miſſos ad ſe accerſendum, [a] necãdos curat, facinus profectò non tolerandum. ideóque priuſquã maiora in Perſas ſcelera admittat, [b] comprehendendus eſt ad necem. Hæc Darius interrogabat Perſas. Eorum triginta extiterunt qui repromitterent, ſinguli volentes ipſi id exequi. Quos inuicẽ contendentes Darius reprehendens, ſortiri iuſſit. id quum feciſſent, ſors Bagæum Artõtis filium ex omnibus contigit. Hic ſorte delectus, hac ratione vſus eſt: Complures literas variis de rebus vbi ſcripſit ſigillóque Darii impreſſit, cũ his profectus eſt Sardis. eas, poſteaquam in conſpectum Orœtis venit, dedit ſeparatim recitandas regio ſcribæ. (regios autem ſcribas cuncti præſides habent.) Reddebat autẽ ſeparatim Bagæus literas, explorandi gratia animos ſatellitum, nunquid annuerent ad rebellandum ab Orœte. Quos animaduertens magnopere venerari literas, & ea quæ in illis dicerentur, etiam vehemẽtius, reddidit aliam epiſtolam in hæc verba, Perſæ, Darius rex interdicit vobis ne apud Orœtem fungamini ſatellitum officio. Hoc illi audito lanceas depoſuerunt. Tunc Bagæus cernens illos obtemperantes epiſtolæ, ſumpta fiducia reddidit ſcribæ vltimum libellum in hæc verba ſcriptũ, Rex Darius mãdat Perſis qui in Sardibus ſunt vt Orœtẽ interimãt. Id vbi audiere doryphori, *id eſt haſtati ſatellites*, eductis acinacibus ſine mora Orœtem interemerunt. Ita vindicta Polycratis Samii Orœtem perſequuta eſt. Traductis atque cõportatis Suſa bonis Orœtis, contigit non diu pòſt vt in venatu ferarum Darius rex, dum ab equo deſilit, pedem intorſerit vehementérque luxauerit. nam talus è iuncturis amotus eſt. Se itaque exiſtimans, vt etiam prius, habere ex AEgyptiis eos qui primi putarentur arte medicinæ, eorum opera vtebatur. At iſti retorquendo pedem ac violenter tractando, plus mali faciebant: adeo quidem vt ſeptem dies totidémque noctes Darius præ moleſtia qua afficiebatur tranſegerit inſomnes. Octauo die eidem malè habenti quidam Democedis Crotonienſis mentionem facit, cuius de artificio prius iam inde in Sardibus audiſſet. Darius hominẽ quamcelerrimè accerſi ad ſe iubet. Ille, vt inter captiuos Orœtis fuit inuẽtus, vbi pro neglecto habebatur, in mediũ adductus eſt, ſicut erat pannoſus ac compedes trahens. In medio poſitum Darius interrogauit nunquid eam noſſet artem. Democedes, veritus ne, ſi ſe proderet, vſquequaque Græcia priuaretur, diſſimulare: ſed quum videretur notitiã artis præ ſe ferre, Darius iuſſit eos qui hominem adduxerant, verbera & tormenta afferre in medium. Tunc ille diſſimulatione miſſa, ſe planè ſcire artem illam negauit, ſed aliquantulum, ob eam cõſuetudinem quam cum medico habuiſſet. Factáque ei poteſtate curãdi, Græcis medicamentis vtens, & lenia, pòſt acria admouens, Darium compotem ſomni fecit, & breui tempore incolumem reddidit, quum iam ſe poſthac validum fore ad
» incedendum deſperaſſet. Ob quam curationem poſtea quum eum Darius duobus
» aurearum compedum paribus donaſſet, interrogauit Democedes nunquid ideo ſe duplici malo remunerandum putaret, quòd ab eo ſoſpes ipſe foret effectus. Hoc dicto Darius delectatus, ad ſuas vxores hominem miſit. Eunuchi qui eum deduxerũt ad fœminas, dicebant hunc eſſe qui reſtituiſſet animam regi. tunc earum ſingulæ aureã phialæ thecam ſuffringentes, Democedem donauerũt tam amplo munere, vt famulus nomine Sciton qui ſequebatur, excidentes ex percuſſione phialarum ſtateres cõlligẽs, nõ paruã auri ſummã coegerit. [c] Hic Democedes hunc in modũ è Crotone profectus, cum Polycrate conſuetudinem habuit: quum à patre ſanè iracũdo Crotone cohiberetur, nec eum tolerare poſſet, illo relicto abiit in AEginam: vbi cõmoratus vnum annum, primos medicos tranſcẽdit, etſi imparatus erat, & nihil inſtrumẽtorum habens quæ ad artem medicinæ pertinerẽt. Ex quo factum eſt vt inſequenti anno AEginetæ conduxerint eum talento, Athenienſes tertio anno cẽtum minis, Polycrates quarto anno talentis duobus. ita Samum profectus eſt. A quo viro non minimùm [d] medici Crotonienſes primi numerabãtur, ſecundi, Cyrenæi. Qua etiam tempeſtate Argiui cæteris Græcis præſtare muſica ferebantur. Tũc itaque Democedes Dario ſanato Suſis, maximas ædes obtinebat, & cum rege ad menſam ſedebat, omnibus rebus affluens, præter hanc vnam quòd in Græciam redire non poterat. Quinetiam AEgyptios medicos regem curare ſolitos, quũ eſſent patibulis ſuffigendi quòd à Græco medico ſuperati forent, impetrata ab rege venia liberauit: itẽ vaticinum quendam Eleum, qui Polycratem ſequutus fuerat, & inter captiuos pro neglecto relictus. Denique [e] maximi apud regem momenti Democedes erat. Interiecto deinde breui tempore, inter alia cõtigit vt Atoſſæ Cyri filiæ (quæ erat Darii

a Necat, inſolentiam intolerabilẽ exhibens.

b Morte nobis eſt occupandus.

c Hic autem Democedes ita Crotone Samum venerat. Cum Polycrate patre verſatus, quum aſperam eius iracundiam ferre non poſſet, illo relicto ab. &c.

d Crotoniẽſes inclaruerunt. hinc enim tempus fuit quum primi quidẽ medici Græciæ Crotoniatæ eſſe dicerentur, ſecundi verò, Cyrenæi.

e In maximo pretio à rege Democedes habebatur.

vxor) in mamilla vlcus exoriretur, deinde reſciſſum porro graſſaretur. quod iſta, quoad fuit exiguum, præ pudore occultans, nemini indicauit: ſed vbi malè iam ſe habebat, accerſito Democedi rem oſtendit. Ille ſe redditurum ſanam affirmans, adiurat eã vt ſibi viciſſim ipſa inſeruiat in eo quod orauerit. oraturum autem nihil vnde dedecus redundaret. A quo, poſteaquam curata eſt, edocta, Darium, dum cum eo cubat, his verbis alloquuta eſt, Rex, quum tantum tu habeas copiarum, deſides, « nullam neque gentem neque potentiam Perſis acquirens. atqui par eſt virum & iu- « uenem & magnarum opum dominum, aliquid operis edendo ſe oſtendere, quò e- « tiam Perſæ cognoſcant ſibi virum præeſſe. Quod vt facias, duabus de cauſis intereſt, « vt Perſæ & eum qui ipſis præeſt, virum eſſe intelligant, & bello atterantur: ne otium « agentes tibi inſidias tendant. Nunc ergo aliquod opus edas quoad in ætate iuuenili « es. nam augeſcente corpore ingenium pariter augeſcit, & conſeneſcente conſeneſcit, « & ad res omnes elangueſcit. Hæc Atoſſa ex admonitu Democedis. ad quam Darius « reſpondens, Quæ, inquit, vxor, ipſe facere deſtinaueram, ea omnia dixiſti. ego enim « conſtitueram Scythis bellum inferre, iuncto mari è noſtra continente in alterã pon « te: & hæc breui tempore perficientur. Ad eum Atoſſa, Animaduerte, inquit, nunc: « omitte primùm Scythis bellum inferre, qui, quandocunque voles, tui erunt: aduer- « ſus Græciam mihi tu eas in expeditionem. concupiſco enim Lacænas & Argiuas « & Atticas & Corinthias, fando cognitas, mihi fieri ancillas. Et ad hoc virũ habes ex « omnibus maximè idoneum [a] ad demonſtrandas Græciæ res atque exponendas, « hunc qui pedem tuum ſanauit. Cui Darius, Quandoquidé, inquit, vxor, tibi vide- « tur nos primùm Græciã tẽtare debere, mihi videtur ſatius ante omnia mittere illuc « exploratores Perſas, vnà cum iſto quem dicis, qui percepta omnia illic & viſa renũ- « tient: & mox ego ab illis edoctus, aduerſus Græcos tendam. Hæc loquutus Darius, & « quod eſt loquutus, re quoque aggreſſus eſt. nanque vbi primùm illuxit, accitis quindecim viris Perſarum ſpectatis, præcepit vt ſequentes Democedem omnia Græciæ maritima loca colluſtrarent, néve cõmitterent vt Democedes ab illis aufugeret, ſed rurſus eum omnino reducerent. Hæc illis vbi præcepit, ſecundo loco Democedem ipſum ad ſe accerſitum orat vt [b] expoſita atque demonſtrata Perſis omni Græcia, rurſus redeat: iubétque eum dono ferre patri ac fratribus omnia ſua vtenſilia, affirmans ſe alia multo plura [c] illi inuicem donaturum. [d] ac præter dona miſſurum ait, quæ vnà iter faciat onerariam nauim, omnifariis bonis refertam. Quę Darius nullo doloſo conſilio (vt mea fert opinio) [e] mandabat: ille tamen veritus ne ſe Darius tentaret, tanquam fugitiuum, ſi cuncta ſibi oblata caperet: reſpondit ſe quidem ſua illic velle relinquere, vt ea reuerſus ſibi haberet: verùm nauim onerariam quam Darius promitteret, dono fratribus accipere. Darius poſtquam hæc Democedi præcepit, homines ad mare dimiſit. Iſti, quum in Phœnicem deſcendiſſent, & ex Phœnice in vrbem Sidonem, confeſtim duas triremes inſtruxerunt, & ſimul ingentem onerariam omnifariis bonis impleuerunt. Comparatiſque omnibus, in Græciam tra iiciunt. & adeuntes maritima eius loca intuebantur atque deſcribebant. Tum plerague ac celeberrima Græciæ loca contemplati, in Italiam Tarentum tranſmiſerunt. Ibi Ariſtophilides Tarentinorum rex, [f] & ipſe Crotonienſis, gubernacula Medicarum nauium reſoluit, pariter & ipſos Perſas detinuit, tanquam certos exploratores. Interea dum iſti patiuntur hæc, Democedes Crotonem abiit ad domum ſuam. [g] Quo abeunte Ariſtophilides Perſas miſſos fecit, reſtitutis iis quæ de nauibus abſtuliſſet. Illinc Perſæ nauigantes, ac Democedem, perſequentes, Crotonem perueniunt: nactique in foro Democedem prehendunt. Eum Crotonienſium quidam, res Perſicas reformidãtes, tradere parati erant: quidam iniectis è diuerſo manibus, fuſtibus cædebant Perſas, [h] qui his verbis commonefaciebant, Viri Crotonienſes conſidera- « te quid faciatis, qui hominem regis fugitiuum eripitis. An ex vſu erit vobis hanc in- « iuriam regi Dario intuliſſe, ac vobis bene cedet iſta feciſſe, [i] ſi nos dimiſeritis? Cui e- « nim prius quàm huic vrbi bellum inferemus? aut quam priorem diripere conabi- « mur? Hęc dicendo nihil magis Crotonienſibus perſuaſerunt. quinimo non modò « Democede, ſed etiam oneraria naui quam vnà duxerant, priuati ſunt: atque in Aſiã reuerſi, omiſſo iam ſtudio diſcendi vlteriora Græciæ, quòd duce eſſent fraudati. Quibus tamen in digreſſu Democedes mandauit vt Dario dicerent, Democedem ducere vxorem Milonis filiam. erat enim apud regem celebre nomen Milonis luctatoris. Quas nuptias videtur mihi eo tempore properaſſe magna erogata pecunia vt ipſum etiã in patria ſua ſpectatũ eſſe Dario appareret. Profecti Crotone Perſæ, ad Iapygiam in quaſdam naues inciderunt. à quibus in ſeruitutem redactos Gillus quidã

a Ad oſtendenda ſingula Græciæ *loca* & ad deducendum.

b Vt quum. Perſis oſtenderit vniuerſam Græciam & per eã deduxerit, reuertatur.

c Pro illis donaturum.

d Præterea verò ad dona *portanda* nauem onerariam ei ſe ſuppeditaturum dixit, eámque ſe bonis omnifariis impleturum, quæ cum ipſo nauigaret.

e Pollicebatur: ille tamen veritus ne Darius eius animum tentaret, nequaquam omnia quæ dabantur percurrit, *id eſt recẽſuit*, & accepit: ſed ſua quidem ſuo in loco relicturum ſe dixit, vt ea reuerſ. &c. *ut legatur πάντα ex uet. cod. pro πασῶν, & ὑπόθεσιν actiuè ſumatur, quaſi dicat nõ percurriſſe numerum, tanquam nihil omittere uolentem. Fortaſſe tamẽ & aliter exponi poſſit ὑπόθεσιν.*

f *Non ſequitur lectionem edit. uulg. quæ tamen & ipſa ſuſpecta eſt.*

g Interim verò dũ iſte domum reuertitur, Ariſtoph.

h Qui hæc verba obtendebant. *Vel, Hæc illis allegabant, uel proponebant.*

i Si nobis *hunc* eripueritis?

Tarentinus exul redemit,& ad regem Darium reportauit. Ob quod meritum quũ rex paratus eſſet donare ei quicquid vellet,optauit ſe in patriã reduci, expoſita prius ſua calamitate,dicens,ne omnem Græciam conturbaret,ſi claſſis ingens ipſius cauſa in Italiam mitteretur, contentum ſe eſſe vt per ſolos Cnidios reduceretur:exiſtimans, pro amicitia quæ Cnidiis erat cum Tarentinis, ſe præcipuè reductum iri. Id Darius pollicitus effecit.nam miſſo Cnidum nuntio iuſſit vt Gillum Tarentum reducerent. Cnidii Dario obſequentes,id tamen à Tarentinis non impetrauerunt:nã ad vim inferendam inualidi erant. Atque hæc hunc in modum adminiſtrata ſunt. hîque Perſæ primi extitere qui in Græciam traiecerunt explorandi gratia, & ob hanc rem. Samum verò poſt hæc rex Darius, omnium vrbium tam Græcarum quàm barbararum primam euertit, ob hanc cauſam: Dum Cambyſes in expeditione aduerſus AEgyptum ageret, permulti ſe illuc Græcorum conferebant, partim (vt credibile eſt) negotiandi, partim militandi, partim ipſius regionis oculis ſubiiciendæ gratia. E quibus fuit Syloſon AEacis filius,Polycratis germanus,extorris patria. huic Syloſonti felicitas huiuſmodi contigit: Sumpto hic amiculo rutilo ac ſibi circundato, apud forum Mempheos ſpatiabatur. quem quum vidiſſet Darius Cambyſis ſatelles, [a] nullius admodum conditionis vir, captus amore amiculi, adit hominem vt mercetur amiculum. Syloſon, animaduertens Darium magnopere amiculum cupere, diuina quadam fortuna vſus, Ego, inquit, amiculum hoc nulla pecunia vendo, [b] ſed tibi largior,ſi modò tuum perpetuò debet eſſe. Hæc approbans Darius, accepit indumentum. Syloſon, qui putarat ſibi illud ſtultè periſſe,interiecto tempore,quum Cambyſes deceſſiſſet,& ſeptem illi magum oppreſſiſſent,& ex ſeptem Darius regnum adeptus eſſet, vbi certior factus eſt ad eum virum peruenisſe regnum cui ipſe roganti dediſſet in AEgypto illud amiculum, Suſa aſcendit, ſedénſque in veſtibulo regiæ, ait ſe eum eſſe qui de rege ſit bene meritus. hæc audiens ianitor,regi nuntiauit: ad quem admirabundus rex, Et quis eſt, inquit, Græcorum qui in me beneficus extiterit, cui ego reuerentiam debeam, recens regno potitus? Necdum multi aut nulli eorum ad nos aſcenderunt: [c] nec vllo Græcorum quicquam (vt ſic dicam) opus habeo. tamen hominem introducite, vt ſciam quid hæc dicendo velit ſibi. Vbi à ianitore introductus eſt Syloſon, ac ſtetit in medio, interrogatur ab interpretibus quiſnam eſſet, aut quo facto beneficus in regem extitiſſet. Ipſe rem omnem geſtam circa amicu-
« lum refert, ſeſéque illum eſſe qui id donaſſet. Ad hæc reſpondens Darius, O, in-
« quit, virorum generoſiſſime, túne ille es qui mihi nullamdum potentiam haben-
« ti donaſti ea,quanuis parua, tamen perinde grata acſi nunc aliquid magnum acci-
« perem? Qua de re immenſo te auro argentóque remunerabor, vt nunquã pœniteat
« te liberalem in Darium Hyſtaſpis filium extitiſſe. Cui Syloſon,Mihi,inquit,rex ne-
« que aurum neque argentum dederis, ſed patriam meam Samum, vbi eam libera-
« ueris,quam nunc poſt necem fratris mei Polycratis ab Oroete interfecti, occupat
« ſeruus noſter:hanc mihi donato citra cædem atque direptionem. His Darius auditis,miſit exercitum duce Otane vno è ſeptem viris, iuſſo vt quæ Syloſon rogaſſet, ea effecta redderet. Otanes ad mare deſcendens, contrahebat exercitum. At Sami imperium obtinebat Mæandrius Mæandrii filius, acceptum à Polycrate, vt illud procuraret. Cui, iuſtiſſimo virorum volenti eſſe, non licuit. nam vbi de Polycratis interitu allatus eſt nuntius, ante omnia Ioui liberatori ſtatuit aram, eíque fanum in circuitu deſignauit, quod nunc quoque in ſuburbanis extat. Deinde v-
« bi hoc perfecit,aduocata omnium ciuium concione,ita verba fecit, Mihi ſceptrum
« atque omnis potentia Polycratis (vt vos etiam noſtis)demandata fuit: in meo quo-
« que arbitrio ſitum eſt vobis dominari:ſed quod [d] in vicino reprehendo,id ipſe quo-
« ad potero non faciam. Nam neque Polycrates placebat mihi, in viros ſibiipſi pa-
« res dominatum habens,neque alius quiſpiam talia faciens. Et Polycrates quidem
« fatum ſuum expleuit: ego autem, depoſito in medium dominatu, iuris æquabili-
« tatem ſuadeo: poſtulans iure optimo mihi ipſi hoc honoris tantummodo vt è pe-
« cunia Polycratis ſex demum talenta peculiariter mihi cedant. Et præterea Iouis li-
« beratoris (cui ego templum extruxi) ſacerdotium tam meis in perpetuum liberis,
« quàm mihi qui libertatem vobis reſtitui. Hæc Mæandrius à Samiis poſtulabat.
« Tunc eorum quidã ſurgens, Tu verò,inquit, indignus es qui nobis imperes, tu qui
« malus extitiſti ac funeſtus, ſed dignus potius qui pecuniarum quas interuertiſti, ra-
« tionem reddas. Hæc Teleſearchus (ita enim vocabatur) dixit, quòd inter ciues

a Nullius adhuc admodũ magnæ authoritatis vir,amiculi deſiderio captus.

b Sed alio qui dono(ſi hoc quidem vt fiat neceſſe eſt) certè tibi. *Q.d. Sed quod ego uẽdere nolim, id alioqui dono, tibi quidem certè libẽtius quàm cuiquam alij, quandoquidem donare non uendere ſtatui.* Non immeritò tamen ſuſpectus alicui fuerit hic locus.

c Nec vlli Græcorum vllo ſum beneficio obſtrictus, *uel denique.*

d In alio repr

a Erat ſpectatus.

[a] erat expertæ virtutis. Quæ Mæandrius in animum accipiens, reputánſque fore vt ſi dominatum ipſe deponeret, alius quiſpiam in eius locum tyrannus conſtitueretur, non deponendum ſibi dominatum ſtatuit: ſed in arcem regreſſus, accitum vnumquenque eorum, tanquam rationem pecuniarum redditurus, comprehendit, alligauítque. Poſt hæc, dum hi in vinculis ſunt, Mæandrius morbo corripitur: quem deceſſurum credens frater ſuus, nomine Lycaretus, quò facilius Sami rerum potiretur, omnes vinctos interemit. neque enim videbantur velle liberi eſſe. Igitur vbi Samum tenuere Perſæ, Syloſontem reducentes, nemo [b] aduerſus eos manum leuauit. [c] Atque ii qui contrariæ Mæandrio factionis erant, deditionem ſe facere velle dixerunt: quin & ipſe Mæandrius ex inſula diſcedere. Approbante hæc Otane, atque inito fœdere, eminentiſſimi quique Perſarum poſitis ſellis eregione arcis ſedebant. Erat autē Mæandrio germanus vecordiuſculus, nomine Charileus, [d] qui quòd delinquere ſolebat, in ſubterraneo loco erat alligatus. Hic quum audiſſet quæ agebantur, & per ſpecum ſuſpiciens vidiſſet Perſas quietè ſedentes, vociferando dicebat velle ſe in colloquium venire Mæandrii. Eum audiens Mæandrius, iuſſit ſolutum ad ſe adduci. vbi adductus eſt, confeſtim conuiciando maledicendóque illi ſuadebat vt impetum daret in Perſas: hæc inquiens, Me tu, ô deterrime virorum, qui ſum tuus frater, quíque nihil vinculis dignum peccaui, in ſubterraneo carcere alligandum putaſti: Perſas autem, quos cernis te adorientes, atque extorrem facientes, vlciſci non audes, tam faciles tibi ad capiendum? Quos ſi tu reformidas, præbe mihi auxiliares tuos, vt iſtos ob ſuum huc aduentum vlciſcar: paratus etiam teipſum ex inſula eiicere. Hæc Charileus. Quem ſermonem Mæandrius admiſit, quantum ego ſentio, non quia eò inſipientiæ veniſſet vt putaret ſuas vires regiis ſuperiores eſſe: ſed quia inuidens Syloſonti ſi ciuitatem & integram & ſine labore eſſet acceptus, maluerit res Samias debilitari Perſis irritatis, atque ita tradi: probè intelligens, Perſas prius iniuria laceſſitos, ſæuituros eſſe in Samios, & ſibi tutum ex inſula exceſſum eſſe quandocunque vellet. foderat enim ſibi occultum cuniculum, ex arce ferentem ad mare. itaque ipſe quidem Mæandrius è Samo profectus eſt. Charileus autem, armatis cunctis auxiliariis, patefactiſque portis, egreditur in Perſas nihil tale expectantes, ſed [e] omnia pacata exiſtimantes. [f] In hos Perſas qui ſellas attulerant, & plurimi momenti erant, dato impetu auxiliarii graſſabantur. Dum hæc iſti agunt, cæteræ Perſarum copię auxilio veniunt: à quibus repulſi auxiliarii, rurſus in arcem ſe recipiunt. Otanes imperator, cernens tantam cladem accepiſſe Perſas, etſi memor erat præceptorum Darii, dum ipſum mittebat, nequem Samiorum aut occideret aut caperet, ſed inſulam immunem malorum Syloſonti traderet: tamen horum præceptorum oblitus eſt, iuſſítque milites vt quenque Samium adipiſcerentur, occidere, virum pariter & puerum. Tunc pars copiarum arcem obſidebat, pars obuium quenque ſine diſcrimine trucidabat, tam in delubris quàm extra delubra. Mæandrius è Samo profugiens, Lacedæmonem nauigauit. eò vbi peruenit, habens quæ in diſceſſu exportauerat, [g] dat negotium famulis vt pocula argentea & aurea proponant. Dum illi ea promunt, interea ipſe Cleomenem Anaxandridæ filium, Spartæ regem, colloquendo deducit ad ædes ſuas. Cleomenes vbi pocula inſpexit, præ admiratione attonitus erat. Mæandrius eum iubere, quæcunque liberet, illinc aſportaret: [h] idque quum etiam atque etiam Mæandrius diceret, tamen Cleomenes virorum iuſtiſſimus extitit, qui ea quæ ſibi donabantur, recipienda non putauit. [i] Sed quum ſenſit eadem nonnullis ciuium Mæandrium elargiri, quomodo puniri deberet excogitauit. aditis enim ephoris, *hoc eſt tribunis plebis*, dixit ſatius eſſe Spartæ hoſpitem Samium è Peloponneſo ablegari, necui Spartanorum aut ipſi aut alii cuipiam perſuaderet fieri malum. Illi, Cleomeni obſequentes, Mæandrium ablegarunt. Perſæ vbi diripuere Samum, Syloſonti tradiderunt viris deſolatam. Interiecto tamen tempore Otanes imperator frequentem incolis effecit, [k] è viſione per quietem morbo correptus, quo laborauit circa pudenda. Cæterùm, interim dum Samum nauticus proficiſcitur exercitus, interea Babylonii rebellauerūt, rebus probè admodum cōparatis. nam quandiu magus imperauit, & ſeptem coniurati rem aggrediuntur, per hoc omne tempus & per occaſionem rerum turbatarum, ſe ad ferendam obſidionem inſtruxerunt, & in his apparandis vſque latuerunt: verùm vbi è proceſſo deſciuerunt, hæc ſibi facienda ſtatuerunt: [l] Matres expellunt: mulierum vnam, quam ſibi quiſque voluit, è domeſticis deligit, itémque vnam ad panem ſibi faciendum: cæteras in vnum con-

tractas

b *Id eſt*, *Illis ſe oppoſuit.*

c Quinetiā & Mæandrii milites & ipſe Mæandrius, ſe paratos eſſe data ſibi fide inſula excedere dixerunt. Quum autem hanc cōditionem admiſiſſet Otanes, fidémque dediſſet, ſpectatiſſimi quique Perſarum, &c. *Lego autem σφαπάτας ex uet. cod. pro σατράπας.*

d Qui ob neſcio quod delictum in ſubterranea foſſa vinctus detinebatur. *Sic paulo pòſt*, Et ex illa ſubterranea foſſa ſuſpiciens, &c. Nec *tamen χορυφὴ eſt ſimpliciter ſubterranea foſſa, ſed cœnoſa etiam, ſiue limoſa.*

e De omnibus cōueniſſe exiſt.

f Irruentéſque auxiliarii Perſas eos qui ſellis inſidebant, & maximæ authoritatis erant, interfecerunt.

g Ita egit: Quum argētea pariter & aurea pocula prōpoſiſſet, *uel, protuliſſet*, ea famuli extergebant. interea autem ipſe cum Cleomene Anax. filio Spartæ rege colloquens, eum ad ædes ſuas deducit.

h Quum bis atque adeò ter dixiſſet.

i Sed quum intellexit eum hæc aliquibus aliis ciuium donaturum, & inde mulctatum iri, aditis ephoris dixit, &c.

k Ex inſomnii viſione & morbo quo illū circa pudenda laborare contigit. *Id eſt, Quod facere in mentem illi uenit quum ſomnium quoddam uidiſſet, & in morbū incidiſſet.*

l Matribus ſuis exēptis. *uel, Quum matres ſe creuiſſent aut ſegregaſſet.*

tractas ſtrangulant. hoc idcirco facientes ne rem frumentariam ipſorum illæ abſumerent. His rebus cognitis Darius aduerſus eos contractis omnibus copiis contendit: & poſtquam peruenit, vrbem obſidione cingit. Sed illi nihili pendere obſidionem. nam cõſcenſis propugnaculis, tripudiare probráque ingerere Dario atque exercitui: quorum quidam ita inquit, Quid iſtic deſidetis Perſæ? quin potius abſceditis, quippe qui tunc expugnaturi nos eſtis quum pepererint mulæ? Hoc quidam Babyloniorum dicebat, credens nunquam parere mulam. Anno ac ſeptem menſibus in obſidione conſumptis, iam Darium atque vniuerſum exercitum tædere quòd Babylonios expugnare non poſſet: etſi aduerſus illos omnia machinamenta atque omnes inſidias expertus, cum alias, tum illas quibus eoſdem Cyrus expugnauerat. Omnia hæc fruſtra fuerunt, quia Babylonii vehementer excubiis incumbebant. Sed quum ne ſic quidem capi poſſent, viceſimo quàm circumuallati ſunt menſe, Zopyro Megabyzi filio, vnius è ſeptem qui magum ſuſtulerunt, hoc contigit portentum, vt quædam mularum eius quæ frumentum ſubuectabant, pareret. Quod vbi ei renuntiatũ fuit, non credens, fœtũ ipſe inſpicere voluit. eo viſo, vetuit ſeruos cuipiã rem aperire, reputãs illius Babylonii verba, qui inter initia dixiſſet, poſtquam mulæ peperiſſent, fore vt muri expugnarẽtur. [a] Ex hac fama Zopyro viſa eſt expugnabilis Babylon. diuino enim numine & illum loquutum & ſuam mulam eſſe enixã. Igitur vbi viſum eſt fatale eſſe iam Babylonẽ capi, adiens Darium ſciſcitatus eſt nunquid perquam magni faceret expugnare Babylonem. Audiens perquam magni ab illo fieri, aliud conſultat, quomodo ipſe foret vrbis expugnator, & ſuum hoc eſſet opus. [b] beneficia enim apud Perſas permultum ad incrementa honorum conſequenda valent. [c] Eóque nemini expromens, ſe ſuffecturum rei faciendæ ſi ſeipſum quum mutilaſſet, ad hoſtes tranſfugeret, ſeſe deformiſſima mutilatione affecit, prorſus quum id minimi faceret. quippe nares ſibi præcidit auriculáſque, comámque deformiter circumtondit, [d] plagas impoſuit: atque ita ad Darium perrexit. Quem ille intuens, virum videlicet ſpectatiſſimum ſic mutilatum, adeò grauiter tulit vt exiliens è ſolio exclamaret, interrogando quis eum & ob quod facinus mutilaſſet. Ad eum reſpondens Zopyrus, Nemo, inquit, rex præter te, cuius tanta potentia eſt, ita me potuiſſet afficere. neque alienus quiſpiam hoc mihi fecit, ſed ipſe ego: quòd indignè animo fero Aſſyrios Perſis illudere. Cui rex, O virorum miſerrime, inquit, turpiſſimo facto pulcherrimum nomen impoſuiſti, inquiens, propter eos qui obſidentur, temetipſum indignè laceraſſe. Nunquid, ô demens, te mutilato hoſtes citius deditionem facient? quid in teipſum laniando ſenſus amiſiſti? Ad eum Zopyrus, Si, inquit, tecum communicaſſem quæ eram facturus, tu me non permiſiſſes: nunc memet ego adhibens in conſilium, id feci. Itaque iam Babylonem capiemus, [e] niſi tu tuis parces. ego enim ita vti ſum ad muros vt tranſfuga fugiam: dicámque ad illos me hæc abs te eſſe paſſum: &, [f] vt opinor, ex hoc corporis habitu fidem eis faciens, conſequar exercitus præfecturam. At tu decimo die quàm muros fuero ingreſſus, mille milites ex eo genere cuius amiſſione nihil admodum damni fiat, colloca ad portam quæ vocatur Semiramidis: rurſus interiectis ſeptem diebus, colloca mihi duo millia ad portas quæ dicuntur Niniorum: atque tertiò, viginti diebus interiectis, e regione portarum quæ dicuntur [g] Chaldæorum, alios ſtatue, numero quatuor millia: dum neque priores neque poſteriores habeant quò ſe defendant, præter gladios: hoc tantùm ſinas eos habere. Poſt diem viceſimum reliquas copias iube rectà muros vndique ſubire. Verùm ad portas quæ Belides ac Ciſſiæ vocantur, Perſas mihi ſtatuito. etenim (vt ego arbitror) Babylonii mihi, qui magna opera ediderim, committent cum alia, tum verò portarum claues. illinc mihi atque Perſis curæ erit operam nauare. Hæc vbi mandauit, ad muros perrexit, ſubinde reſpectans tanquam verè perfuga. Eo conſpecto qui in turribus ad id diſpoſiti erant, deorſum decurrerunt, & alteram portam aliquantulum reclinantes, ſciſcitabantur quiſnam eſſet, & cuius rei indigens veniret. Quúmque hic dixiſſet ſe Zopyrum eſſe, & ſe ad illos tranſfugere, eum [h] ad Babyloniorũ magiſtratus deduxerunt. Ante quos vbi ſtetit Zopyrus, conditionem ſuam miſerebatur, referens à Dario ſe paſſum quæ à ſemetipſo paſſus erat: idque ob eã cauſam quòd ſuaſiſſet illi diſcedere cũ exercitu, quoniã nulla via oſtẽderetur vrbis expugnãdæ. At nũc, inquit, ad vos venio Babylonii, futurus vobis maximo bono, Dario autem & copiis eius maximo malo. Neq; enim quòd ita me mutilauit, feret impunè, quũ habeã exploratos omnes conſiliorũ eius exitus. Hæc Zopyrus cõmemorabat. Quem Babylonii virũ vtique apud Perſas

[a] Ex hoc omine.

[b] Fortia enim facta. *vel*, Res *enim fortiter geſtæ.*

[c] Alio enim nullo facto illam ſe ſubiugaturũ cogitabat quàm ſi à ſeipſo mutilatus ad illos trãſfugeret. Tum igitur *id* parui pendẽs, ſeipſũ atrociſſima mutilatione afficit: *vel, ſeipſum modis atrociſſimis mutilat.*

[d] Et ſe flagris cecidit.

[e] Niſi per tuos ſteterit.

[f] Vt opinor, fide eis facta hæc ita ſe habere, militũ copias impetrabo.

[g] *Rectè legit* Χαλδαίων, *vt & in uet. cod. nõ* Χαλκιδέων.

[h] Ad publicas ædes Bab. eum deduxerũt. *a la maiſõ de la ville.* Quò quum veniſſet, conditionem ſuam miſerè deplorabat, ref. &c.

ſpectatiſſimũ cernẽtes naribus atque auribus priuatũ, vibicibus ac ſanguine cõſperſum, ſperãtes omnino vera loqui, & ad ipſos venire [a] ſociũ, inducti ſunt [b] ad permittenda ei quæcunque poſtulaſſet. Iſte poſtulauit copias militum: quas vt accepit, perfecit [c] ea quæ cum Dario cõpoſuerat. Siquidem decimo die eductis Babyloniorum copiis, mille Darianos quos collocari primos mandarat, circũuentos trucidauit. Eum Babylonii animaduertentes conſentanea verbis facta præſtare, maiorẽ in modum lætabantur, parati omni in re homini parêre. Iſte rurſus interiectis diebus de quibus erat conuentum, cum delectis Babyloniorum egreſſus, duo millia Darianorum militum interfecit. Babylonii cernentes hoc alterum opus, nihil aliud quàm Zopyrum in ore habere, eum laudibus tollere. Hîc rurſus conſtitutis diebus ſuperſedẽs ad prædictũ locũ copias educit, circũuentáq; quatuor millia occidit: quo tertio opere edito, Zopyrus omnia apud Babylonios erat, adeo vt & dux exercitus & murorum cuſtos declararetur. Vbi verò è cõpoſito Darius copias vndique muris admouit, ibi Zopyrus omnem dolum patefecit. nam quũ Babylonii conſcenſis muris copias Darii adorientes arcerent, ipſe apertis Ciſſiis ac Belidibus portis, Perſas in vrbem introduxit. Quod factum qui Babyloniorum videbant, hi in [d] puluinar Iouis Beli cõfugerunt: qui non videbant, hi in ſuo quiſque loco permanſerunt, donec & ipſi ſe proditos intellexerunt. Ita Babylon iterum capta eſt. qua potitus Darius muros eius circuncidit, & portas omnes amolitus eſt: quorum neutrum Cyrus fecerat prius eidem à ſe captæ. Babyloniorum quoque procerum tria millia patibulis affixit, data cæteris venia vrbem incolendi. Atque vt iidem vxores haberent vnde ſuccreſceret ſoboles, prouidit. nam fœminas Babylonii (vt ſuperius demonſtratum eſt) rei frumentariæ cõſulentes, ſtrangulauerant. Itaque Darius vicinis vndique populis negotium dedit vt fœminas Babylone repræſentarent, pro iuncto quiſque numero. In ſumma igitur quinquaginta millia fœminarum conuenerunt. ex quibus qui ſunt Babylonii originem duxerunt. Zopyri autem præſtantia facta nemo Perſarum Darii iudicio ſupergreſſus eſt, neque eorum qui prius neque eorum qui poſterius extiterunt, præter vnum Cyrum, cui comparari nullus vnquã Perſarum dignum ſe exiſtimauit. Fertúrque Darius hoc dictum ſæpenumero vſurpaſſe, præoptaturum ſe, Zopyrum nihil eſſe cladis paſſum, quàm viginti ſibi Babylones vltra illam quam haberet acquiri. Egregiè verò eum remuneratus eſt, cum dã do quotannis quæ apud Perſas ſunt honorificentiſſima, atque alia permulta, tum tradita Babylone immuni, quoad viueret, in peculiarem portionem. Huius Zopyri filius fuit Megabyzus, qui dux exercitus extitit in AEgypto aduerſus Athenienſes & ſocios: atque huius Megabyzi filius Zopyrus ille qui ad Atheniẽſes tranſfugit à Perſis.

a Auxiliatorem ei.
b Ad ea illi committenda parati erant quæ ab ipſis poſtulaſſet. Ille mil. cop. poſtulauit.
c Ea de quibus cũ Dario conuenerat.
d Templum.

HEROD.

HERODOTI HALICARNASSEI historiarum liber quartus, qui inscribitur Melpomene.

POST Babylonis expugnationem, Darius aduersus Scythas expeditionem fecit. Nam quum floreret viris Asia & magno pecuniæ prouentu, cupido incessit ei Scythas vlciscendi: quippe qui priores iniuriam intulissent, quum Mediã ingressi essent, & eos qui occurrerant prælio vicissent. Etenim Scythæ (quemadmodum superius à me dictũ est) duodetriginta annos superiori Asiæ imperitauerunt. siquidem persequentes gentem Cimmeriam, ingressi Asiã, abrogarunt imperio Medos, qui ante ipsorum aduentũ Asiã obtinuerant. Sed Scythas, quũ octo & viginti annos peregrè abfuissent, in patriam reuertentes, excepit non minor quàm Medicus fuerat, labor. Offenderunt enim non exiguum exercitum sibi occurrentem. Vxores nanque eorum, in diuturna virorũ absentia [a] ad seruos accesserant visu orbatos. Orbant autem Scythæ seruos omnes lactis gratia, quod potant, ita id facientes: Sufflatoria ossea fistulis simillima sumuntur, eáque genitalibus equarum imposita ore inflantur. hoc aliis facientibus, alii equas emulgent. Hoc ideo se facere aiunt, quòd venæ equarum sufflatæ implentur & mammæ descendunt. Posteaquam emulxere lac, in concaua vasa lignea diffundunt. His circumpositi cæci lac agitant. cuius quod summum est delibatur, pretiosiúsque habetur: vilius autẽ, quod subsidit. Huius rei gratia Scythæ quemcũque capiunt, visu orbant. non enim agricolatores sunt, sed [b] pastores. Ex his igitur seruis & vxoribus Scytharum progenita est iuuentus: quæ suorum natalium conditione cognita, obuiam perrexit iis qui reuertebantur à Medis. Et primùm quidem regionem intersepsit ducta lata fossa, quæ à Tauricis montibus pertingebat ad Mæotin paludem omnium maximam: [c] deinde in his consistens, Scythis introire conantibus repugnabat. Sæpe commissa pugna, quum nihil tamen Scythæ proficerent, quidam ex eis inquit, Quídnam rei facimus viri Scythæ, cum nostris ipsorum seruis dimicantes? qui & quum interficimur, ipsi pauciores efficimur: & illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus. Mihi videtur hastis arcubúsque omissis sumenda flagella quibus equos verberamus, & ad illos propius eundum. Nam quoad vident nos arma habentes, arbitrãtur se similes nobis, atque è similibus esse: vbi nos pro armis verbera tenentes viderint, tunc se nostros seruos esse intelligentes, atque id agnoscentes, non perstabunt. Hoc Scythæ quum audissent, ita sibi faciendum putauerunt. Qua ex re perculsi illi, pugnæ immemores, fugam capesserunt. Ita Scythæ imperio sunt Asiæ potiti: & rursus à Medis eiecti, ad terram suam hunc in modum reuersi. Hac de causa Darius vlciscendi cupidus, comparauit exercitũ. Scythæ gentem suam omnium nouissimã esse aiunt, idque hoc modo extitisse. Virum quendam in hac terra, quum deserta esset, primum fuisse, nomine Targitaum, & eius parentes (quod tamen mihi [d] non probatur) Iouem, Borysthenísque fluuii filiam. Tali genere ortum aiũt Targitaum: eiúsque tres liberos fuisse, Lipoxain, Arpoxain, & [e] nouissimum Colaxain. His regnantibus, demissa cælitus in Scythicam regionem ex auro facta, aratrum, iugum, securim, phialam. Quæ quum primus omnium inspexisset natu maximus, accessisse animo illa sumendi: sed eo accedente, aurum arsisse: hoc digresso, secundum accessisse, & itidem aurum arsisse. Ambobus ab ardenti auro summotis, quum minimus natu accederet tertius, aurum fuisse extinctum, & ab illo asportatum. eáque re maiores fratres animaduersa, totũ regnũ ad minimũ detulisse. Et à Lipoxai quidẽ progenitos esse Scythas, quorũ genus Auchatæ appellatur: ab Arpoxai verò, qui medius fuit, eos qui Catiari & Traspies nominãtur: à minimo autẽ natu, reges qui Paralatæ vocãtur. Omnib⁹ autẽ nomẽ esse Scolotis, regis cognomẽ. sed Scythas Græci appellauere. Hũc in modũ se extitisse Scythæ memorãt, & ex quo extiterũt, à primo rege Targitao, vsque ad Darii aduersus ipsos trãsitũ, annos omnino mille nõ amplius fuisse. Aurũ verò illud sacrũ [f] in primis custoditur à regibus, placatúrque maioribus hostiis, & aditur quotannis solẽniter. & qui aurũ sacrum habẽs, die festo dormierit sub dio, is nunquam perennare fertur: & ob id dari ipsi tantum soli quantũ vno die

a Cum seruis rẽ habuerant.

b Nomades.

c Deinde verò eo nantibus irrũpere Scythis se prælio opponebat.

d Non sit verisimile.

e Natu minimum.

f Studiosissimé.

vectus equo peragrare poteſt. Quum autem regio ſit ingens, Colaxain conſtituiſſe trifarium filiis ſuis regnum: eorúmque vnum & quidem maximum, vbi aurum aſſeruatur. [a] Superiora autem ad ventum aquilonem vergentia, vltra quam regionem nulli incolere poſſint, neque proſpicere neque tranſire, propter interfuſas pennas. Pennis enim tum terram, tum aerem oppletum eſſe: & has præpedire viſum. Hæc Scythæ de ſeipſis pariter ac de regione ſuperiore narrant. At Græci qui Pontum incolunt, ad hunc modum: Herculem Geryonis vaccas agentem, in hanc peruenisſe terram, quæ deſerta eſſet, quam nunc Scythæ incolunt. Geryonem autem habitaſſe extra Pōtum in terra quam Græci inſulam Erythiā vocāt, contra Gades, quæ ſunt extra columnas Herculis in oceano. (oceanum verò, ab ortu ſolis incipientem, circumfluere terram, verbis quidem affirmant, ſed re tamen non demonſtrant). Herculem, quum illinc ad regionem quæ nunc Scythica vocatur veniſſet, ſubſtrata ſibi pelle leonis obdormiſſe (deprehenderat enim eum vehemens pluuia & gelu) & dum dormit, interea equas eius à curru paſcentes, diuina quadam ſorte amotas, non comparuiſſe. Eas experrectus quum indagaret, omnem regionem colluſtrans, tandem in terram quæ dicitur Hylæa deueniſſe: ibíque in antro quandam inueniſſe virginem ancipitis naturæ, humanæ ac ſerpentinæ: ſupernè quidem, [b] femorum tenus, fœminam: inferius autem, viperam. Eam conſpicatum Herculem atque admiratum, interrogaſſe nuncubi ſuas equas errabundas vidiſſet. Illámque reſpondiſſe, ſe quidem illas habere: ſed non prius reddituram ei quàm cum ipſa coiiſſet Herculem pro ea mercede cum fœmina concubuiſſe. Sed quum illa differret reddere equas, cupida diutiſſimè cum Hercule concumbendi, at hic cuperet receptis equis abire, ad poſtremum illis redditis mulierem dixiſſe, « Has ego tibi equas, quæ huc venerant, ſeruaui: tu earum ſeruatarum pretium mi- «
hi perſoluiſti. Concepi enim ex te filios tres: qui vbi adoleuerint, expone quid fa- «
cere debeam: nunquid hîc [c] habere domicilium, (nam ipſa huius regionis impe- «
rium teneo) an ad te mitti. Hæc percontatæ reſpondiſſe, Poſteaquam eos in vi- «
rilem ætatem adoleuiſſe videris, ſi ita facies non delinques: quem animaduerteris eo- «
rum hunc arcum ita tendentem, & hoc balteo ita præcinctum, eum tu huius regio- «
nis incolam effice: qui autem his operibus quæ mando non erit par, eum hinc able- «
gabis. Hæc exequendo & ipſa lætaberis, & præceptis meis obtemperabis. Atque i- «
ta loquutum Herculem tetendiſſe alterum arcum, (duos enim geſtabat) & balteum
præmonſtraſſe, atque vtrunque mulieri tradidiſſe, arcum & balteum, qui balteus in
extrema commiſſura haberet auream phialam: & his donatis abiiſſe. Illam pueris
natis nomina impoſuiſſe, vni, Agathyrſo: [d] ſequenti, Gelono: [e] nouiſſimo, Scythæ.
Et quum in virilem ætatem adoleuerunt, eandem mandatorum memorem illa
peregiſſe: & duos quidem filiorum, Agathyrſum ac Gelonum, qui propoſito certamini non ſuffeciſſent, à matre ablegatos è regione exceſſiſſe: Scythamverò, qui rem compleſſet, ibidem remanſiſſe: & ab illo Scytha Herculis *filio* progeneratos qui deinceps fuerint reges Scytharum: ab illa autē phiala, Scythas ad hāc vſque ætatē phialas in balteis ferre: & id ſolum Scythæ matrē excogitaſſe. Hęc Græci qui habitant in Pōto referūt. Fertur & alius ſermo ita habēs, cui ipſe præcipuè aſſentior: Scythas [f] pecuarios, qui Aſiam incolunt, quum à Maſſagetis bello vexarentur, Araxe trāſmiſſo, in Cimmeriā abiiſſe. nam regio quā nunc Scythæ incolūt, ea fertur olim fuiſſe Cimmeriorum. Sed inuadentibus Scythis Cimmerios, quum deliberarent, tāquam qui à magno inuaderētur exercitu, in ſententia diſcrepaſſe, hinc reges, inde plebē: vtraque quidē valida, ſed regū meliore. nā populus ſentiebat abſtinendū bello, nec oportere aduerſus multos *pugnando* adire periculum: at reges, pro regione cum inuaſoribus dimicandum. Ita quum neutris alteri obtemperare vellent, & populus cenſeret ſine prælio demigrandum, tradita inuaſoribus regione: reges verò, in ſua potius patria occumbendum, nec vnà cum plebe fugiendū cenſuiſſe, quot bona habuiſſent, & quot mala euidētia habituri eſſent patria profugi, reputātes. Hæc illos ſentiētes, inter ſe decertaſſe, vtroſque numero pares: & omnes qui mutuis ictibus concidiſſent, fuiſſe à populo Cimmeriorum ſepultos ad flumen Tyrem: (& eorum adhuc ſepulchrum extat.) Sepultis his, illum è regione migraſſe: quam deſertam ſuperuenientes Scythas occupauiſſe. Extántque adhuc in Scythia tū muri Cimmerii, tum portoria Cimmeria, tum regioni cuidam nomē Cimmeriæ eſt, & Boſphorus qui Cimmerius appellatur. Conſtat autem Cimmerios [g] in Aſiam fugiſſe Scythas, & Cherſoneſum cōdidiſſe, vbi nunc Sinope Græca vrbs ſita eſt. Apparet etiam Scythas in perſequendis illis Mediam intraſſe, via aberrātes. nam Cimmerii quidē fugientes,

a Quæ verò ſunt boreā verſus, vltra eos qui ſupremam regionis partem incolūt ea nec proſpici nec tranſiri poſſe propter interf. &c.

b Natium.

c Dare illis domic.

d *Id eſt*, ΑΞtate proximo.

e Natu minimo.

f Nomadas.

g *Id eſt*, In *Aſiam ueniſſe quum fugerent Scythæ.*

iter ſemper ſecundum mare tenebant: Scythæ autem eos ad dexteram Caucaſum habentes inſequebantur, donec ingreſſi ſunt Mediam, itinere in mediterranea conuerſo. Alia quoque fertur communis Græcorum barbarorúmque narratio: Ariſteus quidam Proconneſius, verſificator, Caſtrobii filius, memorauit ſe Phœbo inſtinctum veniſſe ad Iſſedonas: & ſupra hos incolere Arimaſpos, viros vnoculos: & item ſupra hos eſſe grypas, qui aurum aſſeruent: ac ſuper hos eſſe Hyperboreos, *id eſt ſuperaquilonares*, ad mare pertingentes. Hos autem omnes, præter Hyperboreos, Arimaſpis authoribus, aſſiduè finitimis bellum inferre, & ab Arimaſpis exterminari Iſſedones, ab Iſſedonib⁹ Scythas. A Scythis autē vexatos Cimmerios, qui ad auſtrale mare incolebant, regionem relinquere. Itaque ne Ariſteus quidem cum Scythis de ea regione conſentit. qui vnde fuerit, qui hæc retulit, dictum eſt à me: ſed à me dicetur item quænam de eodem viro in Proconneſo & Cyzico audierim. Ariſteū aiunt, quum nullo ſuæ ciuitatis eſſet inferior genere, ingreſſum in Proconneſo fullonicā officinam deceſſiſſe: fullonémque, occluſa officina, abiiſſe denuntiatum rem propinquis defuncti. Diffipatóque iam per vrbem rumore Ariſteū eſſe vita functum, [a] ſuperueniſſe ſermoni de hac re diſputantium quendam Cyzicenum, ex vrbe Artacia profectum, qui diceret ſeſe fuiſſe congreſſum cum Ariſteo apud Cyzicum, atque colloquutum. Et quum id iſte contendendo aſſeueraret, propinquos mortui ad fullonicam præſtò fuiſſe, habentes quæ ad efferēdos homines expediūt: ſed aperta domo, Ariſteum nec viuum cōparuiſſe nec mortuum. ſeptimóq; deinde anno, quum in Proconneſo comparuiſſet, eos verſus feciſſe qui nunc à Græcis Arimaſpei vocantur: quibus conditis, rurſus euanuiſſe. Hoc iſtæ ciuitates cōmemorant: [b] quod ſcio congruiſſe cum Metapontinis qui ſunt in Italia, trecentis & quadraginta annis poſtquam iterum euanuit Ariſteus, quemadmodum coniiciens & in Proconneſo & apud Metapōtinos inueni. Metapōtini enim aiunt Ariſteum, quū apud ipſos apparuiſſet, iuſſiſſe aram Apollini extrui, & iuxta eam erigi ſtatuam quæ cognomen Ariſtei Proconneſii haberet: quòd diceret Apollinē ad eos [c] ſolos ex Italiotis in ipſorum terram veniſſe, ſe illum aſſectante, & qui nunc Ariſteus eſſet, tum fuiſſe coruū quū deum aſſectaretur. Et hæc loquutum euanuiſſe. Eóque aiunt Metapontini ſe Delphos ad deum miſiſſe ſciſcitatum quódnam illud hominis eſſet [d] proloquium, ſibíque iuſſiſſe Pythiam vt dicto audientes eſſent. melius enim cum ipſis actum iri, ſi parerent. Se igitur hæc admittentes [e] perfeciſſe. Et nunc ſtatua extat cognomine Ariſtei, iuxta aram ipſam Apollinis, in foro extructam: circunſtantibus vtrinque lauris. Hæc de Ariſteo hactenus. Regione autem de qua nos dicere inſtitueramus, quænam ſint vlteriora, nemo exploratum habet. neque enim id ego ab aliquo audire potui, qui ſe diceret noſſe quòd ipſe vidiſſet. Ac ne Ariſteus quidem ipſe (cuius paulo antè feci mentionem) in iis quos fecit verſibus, ait ſe vltra Iſſedones proceſſiſſe: ſed vlteriora fando ſibi eſſe cognita, quòd Iſſedones diceret iſta commemorare. Verùm nos, quoad [f] longiſſimè rem inueſtigare potuimus, omnem referemus: Ab emporio Boryſthenitarum (hoc enim ex maritimis totius Scythiæ eſt maximè medium) primi incolunt Callipidæ, qui ſunt Græcoſcythæ, *id eſt è Græcis facti Scythæ*: ſuper hos aliud genus eorum qui vocantur Halizones. Horum vtrique cum [g] in cæteris ſeruant ritum Scytharum, tum in ſerendo, atque veſcendo cæpe, allio, lente, milio. Supra Halizones autem incolunt Scythæ aratores, [h] qui non ad panem conficiendum ſerunt triticum, ſed ad illud torrendum. Supra hos incolunt Neuri: quorum tractus qui ad aquilonem vergit, quantum nos ſcimus, deſertus eſt. Atque hæ quidem nationes iuxta flumen Hypanin colunt, ad occidentalem partē Boryſthenis. Verùm tranſmiſſo Boryſthene, à mari prima eſt Hylæa: dehinc habitant Scythæ agricolæ, quos Græci qui [i] ſub Hypane incolunt, Boryſthenitas appellant, ipſi verò ſe Olbiopolitas. Hi igitur agricolæ Scythæ [k] colūt eum quidem tractum qui vergit ad auroram, trium dierum itinere, pertingentes ad flumen nomine Panticapem: [l] eum verò qui ad vētum aquilonem, vndecim dierum nauigatione, Boryſthenem verſus: tractus autem qui vlterior eſt, in multum ſanè ſpatii deſertus eſt. Vltra quam ſolitudinem habitant Androphagi, *id eſt uirorum carne ueſcentes*, ſeparata natio, ac nequaquam Scythica. At ſupra hos deſerta iam proculdubio omnia, nec vlla gens, quantum nos ſcimus. At horum Scytharum qui agricolæ ſunt, plagam quæ ad auroram vergit, tranſmiſſo flumine Pāticape, Scythæ nomades, *id eſt pecuarii*, incolunt, neque ſerentes quicquam neque arantes. Nuda autem arboribus eſt omnis hæc plaga præter Hylæam. Nomades autē iſti incolunt tractum quatuordecim dierum longitudinis, auroram verſus, ad Gerrhum vſque flumen.

a Cyzicenum quendam, ex Artace vrbe veniētem, altercatum fuiſſe cum illis qui *id* dicerent: affirmātem ſe Ariſteo occurriſſe eunti Cyzicum, & cū eo colloquutum eſſe. Qua de re dum pertinaciter contenderet, propinquos mort.

b At iſta Metapontinis qui ſunt in Italia contigiſſe ſcio trecēt.

c Solos ex Italiotis eſſe in quorum terrā Apollo veniſſet.

d Viſum.

e Præſtitiſſe. *Vel, effecta reddidiſſe.*

f Penitiſſimē

g In cæteris quidē ritum Scytharum ſeruant, ſed frumentum ſerunt & edunt, necnō cæpe, & allium, & lētem, & milium.

h Qui frumentum nō ad veſcendum ſerunt, ſed ad vendendum. Sup.

i Ad Hypanin fluuium incol.

lz Colunt, orientē quidem verſus, trium dierum iter.

l Boream autem verſus, dierum vndecim, ſecundo flumine Boryſthene.

Trans Gerrhum autem ſunt [a] ea quæ vocantur regia, & Scythæ optimi pariter & plurimi, & qui ſuos ſeruos eſſe cæteros Scythas arbitrantur: à meridie quidē ad Tauricam regionem pertingentes: ab aurora verò, ad foſſam [b] quā dixerunt illi qui è cæcis geniti fuerunt Oryxam, & ad emporium paludis Mæotidis quod vocatur Cremni, *id eſt præruptū*. quorū pars ad flumen Tanaim porrigitur. At quæ ſuperiora ſunt, ad ventum aquilonem, Scythis regiis, ea incolunt Melanchlæni, alia gens non Scythica. Et ſupra Melanchlænos paludes ſunt, & deſerta hominibus regio, quantum nos ſcimus. Trans flumen autem Tanain non eſt regio Scythica, [c] ſed prima Laxiorum Sauromatarum, qui à receſſu Mæotidos paludis incipientes, incolunt tractum qui ſpectat aquilonem, itinere dierum quindecim, vacuum prorſus arboribus tam agreſtibus quàm fructiferis. Supra hos habitant (quæ ſecunda portio eſt) Budini, terram colentes totam omni arborum genere abundantem. Supra Budinos ad aquilonem ſtatim excipit ſolitudo octo dierum itineris. Poſt hanc ſolitudinem declinando magis ad ventum ſubſolanum, incolunt Thyſſagetæ, natio copioſa & [d] propria, & è venatu victitans. His cōtigui, & in eiſdem habitantes locis, ii quibus nomen inditum eſt Iyrcæ, & ipſi è venatione victitantes, hunc in modum: Conſcenſis arboribus, quæ per omnem regionem frequentes ſunt, inſidiantur. ſingulis autem adeſt canis, & item equus, in ventrem cubare edoctus, humilius ſubſidendi gratia. Vbi quis igitur ab arbore feram viderit, ſagittáque percuſſerit, conſcēſo equo illam perſequitur, comitante cane. Super hos, auroram verſus, incolunt alii Scythæ, qui à regiis Scythis deficientes, ita in hunc locum peruenerunt. Ad hos vſq; Scythas omnis regio Scythica eſt cāpeſtris, & ſpiſſi ſoli: reliqua dehinc lapidoſa atq; ſalebroſa. Cuius regionis magno tranſmiſſo ſpatio, incolunt ſub excelſorum montium radicibus homines qui ab ipſo natali dicuntur eſſe calui, mares pariter & fœminæ, ſimis quoque naribus, & ingenti mēto: propriam quandam vocem edentes, Scythicam geſtantes veſtem: ex arboribus victitantes. cui generi arboris nomen eſt Ponticum, magnitudo ferè eadem quæ fico, fructus fabæ inſtar nucleum habēs. Id vbi maturuerit, veſtibus [e] exprimūt, & quod ab eo eraſſum & nigrum defluit, nomine aſchy, id & lingunt, & lacte commixtum potant. ex ipſius quoque craſſitudinis fæce maſſas ad eſum componunt. Neque enim multum eſt eis pecorum, vtpote non ſtudioſis rei pecuariæ. Sub arbore quiſque cubat, per hyemem quidem, vbi arborem pileo albo firmóque cōtexerint: per æſtatem verò, ſine hoc pileo. His nemo mortalium iniuriā infert. ſacri enim dicuntur eſſe, nihílque Martiorum armorum poſſident. Iidem & finitimorum controuerſias dirimunt, & quiſquis ad eos confugit, is à nemine læditur. Nomen eis eſt Argippæi. Ad hos vſque caluos ingens quoquouerſus proſpectus eſt regionis & gentium, quæ in conſpectu ſunt ex Boryſthenis atque ex aliis Pōticis emporiis. Scythæ qui ad eos commeant, per ſeptem interpretes totidémque linguas perueniunt. Horum tenus notitia rerū habetur. at quod ſupra illos caluos eſt, nemo pro comperto referre poteſt. nā montes editi atque prærupti tranſitum interdicunt, quos nemo tranſcendit. Iſti tamen calui referunt, (quæ apud me fidem non habent) incoli montes ab hominibus capripedibus: quos vbi tranſieris, eſſe alios qui ſenos menſes dormiant. quod ego in primis non admitto. Sed tractum illum qui ad auroram caluis eſt, ab Iſſedonibus habitari ſine ambiguitate compertum eſt. Ille verò ſuperior qui vergit ad aquilonem, [f] tam Iſſedonibus quàm caluis ignotus eſt, niſi quatenus iſti ipſi dicunt. Iſſedones porro talibus moribus vti ferūtur: Quoties pater alicui deceſſit, omnes eius propinqui pecora adducunt, quæ vbi mactauerunt conciderúntque, concidunt & mortuū patrem illius à quo in conuiuium accipiuntur, commixtiſque omnibus carnibus conuiuium exhibent. Caput autem defuncti [g] denudatum purgatúmque inaurant, eóque pro ſimulachro vtuntur, agentes illi quotānis maiores hoſtias ceremoniáſque. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci natalitia. Dicūtur præterea & iſti iuſti eſſe, & ipſorum vxores peræquè fortes ac viri. Hi & ipſi cognoſcuntur. quod ſupra hos eſt, ibi aiunt Iſſedones eſſe homines vnoculos, & grypes auri cuſtodes. Hoc ab eis acceperunt Scythæ, à Scythis nos cæteri accipientes, verum putamus, ac Scythicè eos appellamus Arimaſpos. nam arima Scythæ vnum vocant, ſpu verò oculum. Omnis autem quam dixi regio, adeò infeſtatur hyberna ſæuitia vt octo menſibus tolerari nō poſſit: tale illic gelu eſt. [i] ſicubi aquā effundas, modò facias ibi lutum, facies autem ſi illic ignem accenderis. Ibidem quoque mare glaciatur, & omnis Cimmerius Boſphorus: ſuper quā glaciem omnes qui intra foſſam incolūt Scythę exercitus ducūt, & plauſtra agunt trans mare vſque ad Indos. Ita vis hyberna octo menſibus perſtat,

a Vel, *Ea quæ uocantur regia, ſub. domus.*

b Quam foderunt qui è cæcis illis orti fuerūt. E *cæcis illis quorum uidelicet facta fuit ſūprà mentio.*

c Sed prima quidem portio eſt Sauromat. *uel ſors.*

d *Idem. quod ſuprà uertit ſeparata.*

e Excolant,

f Neque ab illis caluis neque ab Iſſedonibus *habitari* comperitur.

g Pilis nudatum.

i Quibus ſi aquam eff. lutum non facies: facies au.

quatuor tamen mensibus reliquis frigora illic sunt. Vbi etiam aliam quàm in cæteris regionibus, conditionem habet hyems. nam quum tempus pluendi est, nihil ibi quod sit vllius momenti, pluit: æstate pluere non cessat. [a] Quinetiã tonitrua quum alibi, tum ibi nulla existunt, æstas nubila est. hyeme si fiant tonitrua, pro ostento habetur. Terræmotus in Scythia si existat seu æstate seu hyeme, tanquã prodigium admirantur. Eam vim hyemis equi perferunt, muli asinique neque incipientem quidem ferunt: quũ tamen alibi stantes in gelido equi tabefiant, asini verò ac muli durent. Et hæc mihi videtur esse causa cur omnino cornua bouino generi non succrescant: astipulante sententiæ meæ Homeri carmine in Odyssea, quod ita habet,

Et Libyen, vbi sunt cornuti protinus agni.

Quod rectè dictum est, in locis calidis maturè cornua existere. at in vehementibus frigoribus aut non oriuntur statim pecoribus cornua, aut si oriuntur, vix oriuntur. In Scythia itaque hoc propter frigora contingit. Quo magis miror (ab initio enim oratio mea indagare instituit) cur in omni Eleo agro muli nequeant gigni, quum neque locus sit frigidus, neque vlla alia causa appareat. Aiunt Eleenses ipsi ex imprecatione quadam id sibi contigisse: quúmque tempus aduentat conceptus equarum, se in loca finitima illas educere: ibi postquam admiserint asinos, [b] dúmque conceperint, tunc rursus eas reducere. De pennis autem quibus aiunt Scythæ oppletum esse aerem, & idcirco non posse prospici longius continentem, nec vlterius transiri, hæc est mea sententia: [c] Quod vltra eam regionem, assiduè ningit, & (vt credibile est) minus æstate quàm hyeme. nam, (prout cuilibet eminus intuenti cadentem niuem copiosam liquet quod dico) nix pennis assimilis est: & propter hanc talem hyemem inhabitabilia sunt eius continentis loca quæ ad aquilonem spectãt. Eóque opinor, pennas niuem esse interpretantes Scythas ac circumiectas gentes, ita loqui. Verùm [d] ea quæ reperiuntur, longissimè dicta sunt. De Hyperboreis autem hominibus neque Scythæ quippiam, neque alii vlli illic incolentium memorant, præter Issedones: ne ipsi quidem (vt mihi videtur) dicentes aliquid. dicerent enim & Scythæ de hoc, quemadmodum de vnoculis dicunt. Quanquam & ab Hesiodo de Hyperboreis mentio fit: quinetiam ab Homero in Epigonis, si tamen Homerus re vera fecit hos versus. Sed multo plurima de his Delii memorant, sacra alligata in triticea stipula ex Hyperboreis delata venisse ad Scythas: à Scythis deinceps finitimos accepisse, gradatimque per singulos ad [e] occasum vsque: atque illinc Meridiẽ versus dimissa, à primis Græcorũ Dodonæis esse accepta, & ab his descendisse ad Meliensem sinum, peruasisseque in Euboeam, & oppidatim vsque ad Carystum: ab hac verò reliquisse Andrum (Carystios enim esse qui in Tenum portarint) Tenios verò in Delum: atque ita hæc sacra in Delum aiunt peruenisse. Sed primùm Hyperboreos misisse duas puellas quæ ferrent hæc sacra, quas Delii aiunt Hyperochen & Laodicen: & cum his tutelæ gratia quinque è suis popularibus, qui eas deducerent: nunc Peripherees vocatos in Delo, vbi in magno honore habentur. Sed quum isti ab Hyperboreis missi, rursus non redirent, indignè ipsos Hyperboreos tulisse, si eos quos assiduè mitterent non reciperent. Ita misisse qui ferrent ad confines suos sacra in stipula tritici ligata, iuberéntque illos considerate mittere ad aliam nationem: atque ita hæc gradatim missa, aiunt deuenisse in Delum. His ego sacris simile quiddam fieri animaduerti à fœminis Thraciis atque Pæoniis, quæ in sacrificando regiæ Dianæ, non sine stipula triticea id faciunt: atque ipse vidi eas facientes. Cæterùm his virginibus Hyperboreis vita functis in Delo, parentant puellæ Deliæ ac pueri, tonsis vtrique crinibus: quos [f] puellæ quidem fuso inuolutos, supra monumentum deponunt: pueri autem ad quandam herbam applicantes, & ipsi sepulchro imponunt. Est autem monumentum intra Artemisium ad sinistram intrantibus, oleáque supra ipsum est nata. Hoc honore ab incolis Deli afficiuntur hæ virgines. Aiunt verò iidem Argin & Opin virgines ex Hyperboreis eorundem hominum ætate in Delum venisse, etiam priores Hyperoche & Laodice: & has quidem venisse ad reddendum Lucinæ tributum quod pro partu maturando instituerant: Argin verò & Opin vnà cum ipsis deis aduenisse, hósque illis alios honores donasse. Ad eas enim [g] congregari cœtum mulierum quæ hymnum canant ab Olene Lycio conditum, in quo hymno nomina Argis & Opis nuncupãtur. Deinde à Deliis edoctos insulanos & Iones, cœtus agere instituisse, & nominatim Argin & Opin decantare. (hic Olen è Lycia profectus, alios quoque vetustos fecit hymnos, qui cantantur in Delo) [h] dum cinis qui supra sepulchrum est Argis & Opis, dispergitur super infinitam ægrotorum turbam qui ad aram sunt. Est autem

a Tonitrua quo tẽpore sunt alibi, ibi nõ sunt, at æstate frequentia existunt. Quòd si hyeme, &c.

b Et grauidæ fuerint, tunc rurs.

c Quæ sunt vltra hanc regionem loca, semper niuosa sunt, minus tamẽ (vt rationi consentaneum est) æst. quàm hyeme. Iam verò quisquis cadentem copiosam niuem intuitus est cõminus, intelligit quod dico. nix enim pennis simi lis est.

d Quæ commemorantur *ab aliis*, latissimè exposita sunt.

e Occasum versus longissimè Adriam vsque.

f Puellæ quidem ante nuptias, fuso inuolut.

g *Videtur potius ἀχρὼν ita sumi ut quũ de matre deorum dicitur, unde μητραγύρτης. Sic & statim post.*

h Et dum femora ad aram adolentur, cinerem hunc consumã in conspergendo Opidis & Argidis sepulchro. Est autem sep.

ſepulchrum earum poſt Artemiſium, ad auroram ſpectans, proximè Ceiorum cœnaculum. Hactenus de Hyperboreis dictum ſit. Nam de fabula Abaris, qui fertur eſſe Hyperboreus, nihil dico: qui ſagittam dicitur per vniuerſam terram circumtuliſſe, nihil comedens. Quòd ſiqui ſunt Hyperborei, *id eſt ſuperaquilonares*, erunt & alii hypernotii, *id eſt ſuperauſtrales*. Nempe rideo quum multos video iam deſcripſiſſe ambitum terræ, nullum habentes in exponendo ſenſum, qui Oceanum ſcribunt circumfluere, & terram, tanquam tornum, factã eſſe orbiculatam, & Aſiam faciunt Europæ parem. Nam ego ſingularum magnitudinem breui patefaciam,[a] & quanta ſint ſingula ad deſcribendum. Vbi Perſæ incolunt, id ad auſtrale protenditur mare quod dicitur rubrum. Super hos ad ventum aquilonem habitant Medi, ſuper Medos Sapires, ſuper Sapires Colchi, ad ſeptentrionale pertingentes mare, in quod influit flumen Phaſis. Hæ quatuor nationes à mari ad mare incolunt. Dehinc veſperam verſus ab ea duæ oræ terrarum ad mare protenduntur, quas ego exponam. Hinc aquilonem verſus, ora vna à Phaſi incipiens porrigitur ad mare per Pontum & Helleſpontum, vſque ad Sigeum Troicum: auſtrum autem verſus, eadem ora à ſinu Mariandyno, qui Phœnicæ adiacet, protenditur ſecundum mare ad promontorium vſque Triopium. Incolunt autem in ora hac hominum nationes triginta. talis eſt vna ora. Altera verò, à Perſis incipiens porrigitur ad rubrum mare, quod & Perſicum vocatur: deinde gradatim Aſſyria, atque inde Arabia: deſinítque in ſinu Arabico. etſi non deſineret, niſi ob id quòd Darius è Nilo riuos in illum ſinum induxit. A Perſis ad Phœnicen tractus amplus eſt ac multus. A Phœnice hæc ora tendit ſecundum hoc mare per Syriam Palæſtinam & AEgyptum, in qua terminatur: intra quam tres ſunt duntaxat nationes. Atque hæc ſunt quæ à Perſis occaſum verſus in Aſia continentur. Quæ ſupra Perſas ſunt & Medos & Sapires & Colchos, auroram verſus & ſolem orientem, hinc mari rubro alluuntur: aquilonem autem verſus, à mari Caſpio, & flumine Araxe, qui contra ſolem orientem fluit. Porro India tenus habitatur Aſia. Illinc iam auroram verſus deſerta ſunt: nec qualia ſint dicere quiſquam poteſt. Et Aſia quidem talis & tãta eſt. Libya autem in altera ora eſt. ab AEgypto enim iam excipitur. Hæc ora circa AEgyptum iam anguſta eſt. nã ab hoc mari ad rubrum intercapedo eſt centum millium vlnarum, quæ efficiunt mille ſtadia. Ab his deinceps anguſtiis ſpatioſa ſanè ora excipit quæ Libya dicitur. Itaq; admiror eos qui diſterminarũt atque diſtinxerunt Libyam, Aſiam, Europam: inter quas non parũ eſt differentiæ. Siquidem Europa longitudine quidem cæteras aſſequitur, latitudine verò non videtur mihi comparari digna. nam Libya ſeipſam monſtrat circunfluam mari eſſe, excepto duntaxat vbi Aſiæ cõtermina eſt, Neco AEgyptiorũ rege, eorum quos nouimus primo in hoc demonſtrando. Is poſtquã deſtitit à deprimenda foſſa à Nilo ad Arabicum ſinum, miſit nauibus quoſdam Phœnices, præcipiens vt tranſuecti columnas Herculeas penetrarent ad ſeptentrionale vſque mare, atque ita ad AEgyptũ remearent. Phœnices igitur è rubro mari ſoluentes, abierunt in mare auſtrale: qui, quũ autumnus adueniſſet, applicitis ad terrã nauibus ſementem faciebant:[b] vt aſſiduè Libyes legerent, ac meſſem expectarẽt. deinde meſſo frumento nauigabant. Ita biennio cõſumpto, anno tertio ad Herculeas columnas declinantes in AEgyptum remearunt, referentes quæ apud me fidem nõ habent, ſed fortè apud aliquem alium: prætereuntes Africam, ſe habuiſſe ſolem ad dextram. Atque hũc in modum Libya primùm eſt cognita. Secundo loco fuere Carthaginẽſes, qui dixerunt quendam Sataſpem, Teaſpis filium, virum[c] Achæmenidem, qui Libyam non circumnauigauit quum eſſet ad hoc ipſum miſſus: ſed cum nauigationis longitudine, tum terræ ſolitudine deterritus retrò rediit, non impleto labore quem ei mater iniunxerat. Etenim vitiauerat filiã virginem Zopyri, filii Megabyzi, quem ob hanc cauſam à Xerxe rege ſuffigendum cruci mater ſua, quæ erat Darii ſoror, liberauit: quòd diceret ſe maius illi ſupplicium irrogaturam quàm rex pararet. quippe neceſſe ei fore pernauigare omnem Africam, dum perueniret ad Arabicum ſinum. His annuente Xerxe, Sataſpes in AEgyptum abiit, ſumptáque illinc naue ac ſociis, nauigauit ad columnas Hereulis: quibus tranſmiſſis, circumuectus Africæ promontoriũ nomine Syloes, in meridiem curſum tenebat. Emẽſúſq; permultum maris intra complures menſes, quum aſſiduè pluri tẽpore opus eſſet, conuerſo curſu in AEgyptũ rediit. Et illinc ad regẽ Xerxem regreſſus, aiebat ſe in pernauigãda remotiſſima ad quam iſſet ora, vidiſſe homines puſillos Phœnicea vtẽtes veſte, qui, quum ipſi terræ nauim applicarent, ad montes ſe fuga proriperent relictis vrbibus. Ipſe autem ingreſſos nihil illis iniuriæ intuliſſe, pecora tantùm illinc accepiſſe,

a Et quales ſint ſingulæ, quantum ad deſcriptionẽ attinet.

b In quancunqué Libyæ partem nauigãtes peruenissent: meſſémque expectabant. Quum autẽ meſſuiſſent, oram ſoluerunt. Ita bienn.

c Achæmenidem Libyam non circũnauigaſſe, *id eſt, nauigando obiiſſe: quaſi legeretur* λέγοντος ὅτι. vel, λέγοντος *ſeparandũ à ſequentibus. Deinde, Deterritum retro rediiſſe.*

Quòd autem totam Africam non pernauigaſſent,hanc cauſam afferebat, quòd nauigium vlterius procedere non poſſet,ſed retineretur. Hunc Xerxes negans loquutum vera, [a] quòd certamen ſibi propoſitum non exoluiſſet,in crucem ſuſtulit,irrogata quam deſtinauerat pœna.Huius Sataſpis eunuchus,audita domini nece,Samũ cum magna pecunia profugit, quam Samius quidam interuertit : cuius nomen quum ſciam,tamen volens [b] obliuiſcor. Cæterùm Aſiæ bona pars à Dario perueſtigata eſt. Is cupidus cognoſcendi vbinam Indus (qui ſecundus omnium fluminum crocodilos præſtat)mare influat,miſit nauibus cum alios quoſdam, quos vera renuntiaturos confidebat,tum Scylacem quendam Caryandeum.Iſti è Caſpatyro vrbe & è terra Pactyia ſoluentes, ſecundo flumine auroram verſus atque ſolem orientem nauigantes in mare, dehinc per ipſum mare occaſum verſus, triceſimo demum mẽſe tenuerunt eum locum vnde rex AEgyptiorum eos Phœnices quos antea dixi,miſerat ad Libyam circumnauigandam. Poſt horum circumnauigationem Darius Indos ſubegit,& eo mari potitus eſt.Ita Aſiam (præter eam quæ orientem ſolem ſpectat)compertum eſt parem Libyæ eſſe. At Europa à nemine inueſtigata eſt,neque quà ad orientem neque quà ad aquilonem vergit,an mari [c] claudatur. Longitudine tamen cognoſcitur ad vtranque accedere. Neque poſſum coniectura colligere vnde, quum vna ſit terra,trifaria ſint ei nomina indita è mulierum cognominibus: eiúſque fines ponantur Nilus fluuius AEgyptiacus & Phaſis Colchus.Alii aiunt eſſe fines Tanain & [d] Mæotidem, fretúmque Cimmerium: ſed negant ſe audiſſe nomina eorum qui hæc diſtinxerunt,& vnde nomina impoſuerint. Iam enim Libya quidem à pleriſque Græcorum fertur ſortita nomẽ à Libya quadam muliere indigena: Aſia verò,ab vxore Promethei. quanquam Lydi hoc ſibi nomen vendicant,aſſerentes ab Aſio filio Cotys,filii Manei,Aſiam appellatam,nõ ab vxore Promethei. vnde & Sardibus [e] familiam quandam eſſe vocatam Aſiadẽ. Europa autem neque an ſit mari circumflua, neque vnde hoc nomẽ acceperit, neque quis nominis autor extiterit, ab aliquo mortalium compertum eſt : niſi dicamus ab Europa [f] Tyria nomen accepiſſe regionem: [g] nec antè , ſicut cæteras , nomen habuiſſe. Tamen illam ex Aſia fuiſſe conſtat, neque in hanc commeaſſe terram quæ nunc à Græcis vocatur Europa,ſed è Phœnice tantùm in Cretam , & è Creta in Africam. Hæc hactenus de his dicta ſint. [h] nam quæ ſentimus de his , ea dicimus. Pontus autem Euxinus,in quem Darius fecit expeditionem, nationes exhibet omnium imperitiſſimas, Scythica duntaxat excepta . nullius enim nationis eorum quæ ſunt intra Pontum, aut aliquid ad ſapientiam pertinens proferre poſſumus, aut aliquem virum pro erudito habitum nouimus, præter Scythicam gentem & Anacharſin.In gẽte autem Scythica [i] ex omnibus humanis negotiis vnum maximum,quantum nos ſcimus,excogitatum eſt.at cætera nõ admiror.Quod maximum ab eis excogitatum,id eſt,vt neque quiſpiam qui ad eos ſe contulerit, aufugere, [k] neque ipſi capi poſſint, aut ne inueniri quidem, ſi nolint, atque deprehendi. Siquidem nullæ ſunt eis vrbes,nulla mœnia extructa . domos ſecum ferunt ſinguli:equeſtréſque ſunt ſagittarii, non pane victitantes,ſed ex pecoribus: pro domibus plauſtra habentes:quídni imbelles alioqui futuri,& ad dimicãdum inhabiles? Hæc autem ſunt ab eis inuẽta cum opportunitate terræ,tum fluminum beneficio.nam hæc terra, quum ſit campeſtris, ſua ſponte vliginoſa eſt & humida , eámque interfluunt flumina non multo pauciora numero quàm in AEgypto foſſæ . Quorum quæ ſunt celeberrima & à mari nauigabilia,ea recenſebo. Iſter, quinque hoſtia habens:poſt hunc Tyres & Hypanis & Boryſthenes & Panticapes & Hypacyris & Gerrhus & Tanais. Iſti hunc in modum fluunt Iſter, omnium quos nouimus fluuiorum maximus , ſemper ſibiipſi par tam æſtate quàm hyeme fluit, ab occaſu primus omnium qui ſunt in Scythia . ob id omnium maximus quòd alii in eum influunt,qui ipſum ingentem reddunt:per Scythiam quidem delapſi,numero quinque. Vnus quem Porata Scythæ appellant , Græci Pyreton:alius, Tiarantus, tertius Ararus,quartus Napares,quintus Ordiſſus.Horum primo loco dictus fluuius,magnus eſt,& ad auroram fluens, cum Iſtro aquam communicat : minor eſt Tiarantus,ad occaſum magis vergens. [l] Inter quos cæteri fluentes,Ararus, Naparis & Ordiſſus,in Iſtrum infunduntur.Hi ſunt vernaculi Scythiæ amnes, qui illum augent. Ex Agathyrſis autem fluẽs vnus,Maris,Iſtro ſe immiſcet: ex Hæmi verò iugis tres alii ingentes ad aquilonem ventum, Atlas & Auras & Tibeſis : per Thraciam verò & Crobyzos Thraces,Athres & Noes & Atarnes: at ex Pæoniis ac monte Rhodope, medium interſcindens Hæmum Cius in ipſum erumpit . Quin ex Illyriis in

a Quòd labore ſibi propoſito non defunctus eſſet.

b *Ideſt,ſilentio prætereo.*

c Mari alluatur.

d *Diuerſam uidetur ſequutus lectionem ab ea quæ in uulg.edit. & in noſtris uet.cod.habetur.*

e Tribum.

f *Non συρίης legit Valla,ſed τυρίης : cui lectioni aſſentiuntur nonnulli etiam uet.cod.*

g Antea verò nomine carebat, ſicut & cæteræ.

h Vtemur enim opinionib⁹ quæ de his receptæ ſunt. *Poteſt tamen & alius eſſe ſenſus.*

i Vna rerum humanarum maxima, omnium quas quidem nouerimus, ſolertiſſimè excogitata eſt.

k Neque poſſit eos quiſquam nanciſci, ſi inuenire nolint.Quibus enim nulla condita ſint mœnia, ſed qui domos portent, ſintque ex equis ſagittandi periti,ac non ex meſſe ſed ex pecoribus victum habeant, ac in plauſtris habitent, qui non hi fuerint inexpugnabiles & inacceſſi ? Hæc autem,&c.

l Per quorum medium cæt.fl.*uel quos cæteri interfl.*

aquilonem tendens Angrus, planitiem Triballicam interfluens, Brongum intrat, Brongus iſte Iſtrum. ita vtrunque per ſe magnum Iſter excipit. Præterea ex regione quæ eſt ſupra Vmbricos, Carpis, & alius ad ventum aquilonem Alpis, in Iſtrum exeũt. Omnem enim Europam Iſter emetitur (ſumpto ex Celtis initio, qui omnium in Europa ad ſolis occaſum extremi ſunt, poſt Cynetas) totámque permenſus Europam, ex tranſuerſo ingreditur Scythiam. His quæ dixi fluminibus, & aliis aquas ſuas communicantibus, Iſter fit omnium maximus. nam ſi alterius cum alterius aqua comparetur, profectò Nilus copia aquæ antecellit, quòd in eum nullus neque fluuius neque fons ingrediens, ad incrementum aquæ confert. Quòd autem Iſter ſibi ſemper par fluit tam æſtate quàm hyeme, ob id fit (vt mihi videtur) quòd hyeme eſt quantus eſt, aliquantulo maior quàm ſua natura fert. nam per hyemem paululum in ea regione pluit, ſed vbiq; ningit. A Eſtate verò nix, quæ ſub hyemem decidit permulta, vndique in Iſtrum liquefacta dilabitur, eúmque implet: nec ipſa ſolùm, ſed cum ea imbres multi atque vehementes. Quippe per æſtatem pluit, quo tempore quanto plus aquæ ſol ad ſe attrahit quàm hyeme, tanto plus aquæ cum Iſtro miſcetur æſtate quàm hyeme. Ita quũ paria faciat Iſter datis aquis & acceptis, fit vt ſemper videatur ſibi eſſe ſimilis. Ex fluuiis ergo qui apud Scythas ſunt, vnus eſt Iſter. Poſt hunc Tyres, qui ab aquilone means, ortum trahit ex ingenti palude, quæ Scythicam terram à Nebride ſeparat. ad oſtium huius incolũt Græci qui Tyritæ vocantur. Tertiũ flumen eſt Hypanis, ex Scythia veniens, & ex magna palude profluens, circum quam paſcuntur equi ſylueſtres cãdidi: rectéque vocatur hæc palus, mater Hypanis. Ex hac igitur ortus Hypanis fluit ferè quinque dierum nauigatione, anguſtus, & adhuc dulcis, ſed mox quatuor à mari dierum nauigatione ſanequam amarus, propter amarum qui in eum fluit fontem: adeo, inquam, amarũ, vt quum ſit exiguus magnitudine, tamen inficiat Hypanin flumen, in paucis magnum. Eſt autem hic fons in finibus regionis Scytharum aratorum, & Alizonum, eodem nomine quo locus vnde emanat, Scythica lingua Amaxampeus, Græca autem lingua, *ἱραὶ ὁδοὶ, id eſt ſacræ uiæ.* Apud Alizonas autem contrahunt terminos ſuos Tyres & Hypanis, mox deinde in diuerſum abeuntes, mediam intercapedinem laxant. Quartus fluuius eſt Boryſthenes, ſecundũ Iſtrum omnium maximus, & noſtra ſententia, non modò Scythicorum fluuiorum longè huberrimus, ſed etiam cæteris huberior, præter AEgyptium Nilum, cum quo non licet alium comparare. Cæterorum autem huberrimus eſt Boryſthenes, paſcua præbens amœniſſima & accommodatiſſima pecoribus, necnon optimorum ac ſingularium piſcium affatim: idem ad potandum ſuauiſſimus, limpidus inter turbidos fluens, iuxta quem ſementis optima fit,[a] & herba non ſatiua, etiam altiſſima. In huius quoque oſtio ingens vis ſalis ſua ſponte concreſcit. Præbet idem ingentia cete ad ſalſuram, ſpinis carentia, quæ antacæos appellant. Alia præterea præſtat admiratione digna. Porro quadraginta quidem dierum nauigatione vſque ad locum nomine Gerrhum, cognoſcitur ab aquilone fluere: at ſuperiora per quæ fluit, nemo hominum eloqui poteſt: videtur tamen fluere per ſolitudinem ad Scytharum agricolantium plagam. nam hi Scythæ decem dierum nauigatione accolunt hoc flumen. Cuius tantùm ac Nili fontes nec ipſe poſſum, nec vllum Græcorum reor poſſe dicere. Idem quum ad mare aduenit, Hypanis cum eo miſcetur, eodem in loco mare irrumpens. Quod inter hos amnes in confluentem tendentes intercapedinis eſt,[b] Hyppoleo promontorium vocitatur, vbi delubrum Cereris extructum eſt. Vltra quod delubrum ſub Hypani incolũt Boryſthenitæ. Hactenus quæ ab his fluuiis. Poſt hos alius, qui quintus eſt, nomine Panticapes, & ipſe ab aquilone fluens, atque è palude: inter quẽ & Boryſthenem incolunt Scythæ agricolatores. Idem in Hylæam ingreditur, qua tranſmiſſa, Boryſtheni immiſcetur. Sextus eſt Hypacaris, qui è palude manãs, medióſque Scythas nomadas influens, in mare voluitur, iuxta Carcinitin oppidum, ad dexteram coercens Hylæam, & curſum qui dicitur Achillis. Septimus eſt Gerrhus, nomen à loco obtinens, qui à Boryſthene dirimitur circa ea loca apud quæ Boryſthenes cognoſcitur: cui loco nomen eſt Gerrho, diſterminátque regionem Scytharum nomadum ac regiorum. & *dum in mare fluit* in Hypacarin dilabitur. Octauus eſt Tanais, qui ſuperius è vaſta palude profluens, in aliam vaſtiorem diffunditur, nomine Mæotin, quæ diſcludit regios Scythas à Sarmatis. In hunc Tanain alius influit, nomine Hyrgis. His celeberrimis amnibus Scythæ muniti ſunt. Gramen quod in Scythia germinat, omnium quæ nos nouimus germinum[c] aridiſſimum eſt, quod ita ſe habere diſſectis pecoribus licet diſcernere. Et ea quidem vt

a Et gramen, qua parte non ſeritur regio, altiſſimum. *Ad uerbum, profundiſſimum.*

b Hipoleon.

c *Videtur aliud legiſſe quàm* ἐπιχολωτάτη.

quammaxima ſunt, ita apud eos abundant. cætera autem vulgaria ſunt. Atque hũc in modum [a] res ſunt eis inſtitutæ. [b] Deorum hos ſolos propitiantur: Veſtam ante omnes, deinde Iouem ac Tellurem: exiſtimantes Tellurem Iouis coniugem eſſe. Poſt hos Apollinem, & cæleſtem Venerem, & Martem & Herculem. Hos cuncti Scythæ deos arbitrantur. Sed qui regii Scythæ vocantur, etiam Neptuno ſacrificãt, appellantes Veſtam lingua ſua Tabiti, Iouem, Papæum, mea ſententia rectiſſimè: Tellurem Apiam, Apollinem OEtoſyrum, cæleſtem Venerem, Artimpaſam, Neptunum Thamimaſadem. Simulachra & aras & delubra [c] facienda non putãt, præterquam Marti. Idem ſacrificium prorſus apud omnia templa fieri eodem modo eſt inſtitutum, qui talis eſt: Victima ipſa primoribus implicita pedibus ſiſtitur, cuius à tergo ſtans immolator, amota in primis infula, pecudem ferit, eáque concidente deum inuocat cui illam mactat: deinde circundat laqueum collo, tum iniecto bacu lo circumducit, hoſtiámque ſtrangulat non incenſo igni, [d] non votis nuncupatis, non ſumptis libamentis, ſed vbi pecudem ſtrangulauit, eíque pellem detraxit, ad co quendum ſe cõuertit. Verùm quum Scythica regio lignorum ſit admodum inops, hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum eſt: Vbi victimam pelle denudarunt, denudant quoque oſſa carnibus, dehinc illas in lebetes eius gentis (Leſbiis cra teribus aſſimiles, niſi quòd ſunt multo capaciores) iniiciunt. ſubiectis atque ſuccen ſis oſſibus hoſtiarum, coquũt. Si autem nõ adfuerit lebes, omnes carnes hoſtiarum in aluos illarum & cum aqua commiſcent, atque oſſa ſuccendunt. Quibus pulcherrimè ardentibus, & aluis facilè capientibus carnes oſſibus ſeparatas, ita fit vt bos ſe ipſe coquat: & item cætera pecora immolata, per ſemetipſum quodque elixum fit. Coctis carnib⁹, is qui immolauit, earũ atq; inteſtinorũ [e] libamẽta ante ſe porricit. Im molant autem cum alia pecora, tum præcipuè equos. Et aliis quidem diis hunc in modum & alias pecudes immolãt. Marti verò ſic priſco ritu apud quoſque tale extruitur templum: Sarmentorum faſces aggeruntur trium in longum latúmque ſta diorum, minoris tamen ſublimitatis. deſuper quadrata planities efficitur: tria latera prærupta ſunt, quartum accliue, per quod aſcendatur. Eò quotannis comportant centum quinquaginta plauſtra ſarmentorum. nam ſemper propter cæli tempeſtatem illa marceſcunt. Sub hac congerie ferreus acinacis, qui ſingulis vetuſtus eſt, ſtatuitur. Idque eſt Martis ſimulachrum, cui annuas hoſtias offerunt cum aliorum pecorum, tum equorum, & plus [f] huic acinaci quàm cæteris diis. Ex captiuis centeſimum quenque immolant, nõ eodem quo pecora modo, ſed diuerſo. nam vbi eorum capitibus vinum libauerũt, ipſos intra quoddam vas iugulant: dehinc eiſdem in congeriem ſarmentorum ſublatis, acinacem cruore perfundunt. Hæc quidem ſupra conferunt. inferius autem in templo iſta faciunt: Virorum interemptorum omnes humeros dextros præcidunt, quos vnà cũ manibus in aerem iaciũt. & quocunque deciderit manus, ibi iacet, ſeorſum autem mortuus. [g] Cæteris deinde ſolennibus confectis abeunt. Et ſacrificia quidẽ hæc ab eis ſunt inſtituta. [h] Sues pro nihi lo putant, quas nec alere omnino in ſua regione volunt. Quæ verò ad bellum attinent, hunc in modum ſunt ab eis comparata. Quem primum virum ceperit vir Scytha, eius ſanguinem potat: quoſcunque in prælio interemerit, eorum capita regi offert. nam capite allato, fit prædæ quamcunque ceperint particeps, alioqui expers. Caput hoc modo præcidit: In orbem illud amputat circa aures, verticéque ſumpto excutit, deinde pellem detrahit: & vbi ſicut bouis corium manibus molliuit, tanquã mantile poſſidet, eáque & habenis equi ſui appenſa gloriatur: qualia mantilia vt quiſque plurima habet, ita vir iudicatur præſtantiſſimus. Sunt quoque multi qui coria hæc humana tanquam brutorum conſuant, quibus pro amiculis induantur. Multi etiam cæſorum hoſtium manus dextras cum vnguibus excoriãt, [i] eíſque opercula pharetrarum integunt. Eſt autem inter omnia coria humanum ferè & craſſum maximè & candore ſplendidum. Multi etiam totos homines excoriatos, & ſuper ligna extentos, ſupra equos circumferunt. Hæc ab illis in mores ſunt recepta. [k] Non tamẽ de omniũ, ſed de inimiciſſimorũ capitibus hoc faciũt, vt quiſque illud quod eſt infra ſupercilia, reciſum prorſus excutiat: & crudo tantùm bouis corio, ſi pauper ſit, ſin diues, non modò exterius inducat bouino corio, verumetiam interius inauret, & ſic vterque pro poculo vtatur. Idem agunt de familiaribus, ſi inter eos extiterint diſcordiæ, & apud regem victoria ſint potiti. Hæc capita hoſpitibus qui ad eos veniunt viri alicuius exiſtimationis, exhibent: referúntque, illos, quum eſſent domeſtici, & ad pugnam laceſſiſſent, ab ipſis eſſe ſuperatos: id ſtrenuitatis loco ponentes. Semel autem quotannis [l] ſinguli regionum principes miſcent vinum cra-

a Ritus ſunt eis inſtituti.

b His ſolis diis litant, *uel, ſacrificant.*

c Facere non eſt illis vſu receptum.

d Non oblatis primitiis.

e Primitias.

f His. *Intelligit fortaſſe Marti & acinaci.*

g *Videtur aut diuerſa à noſtra lectione ſequutus eſſe, aut noſtram non intellexiſſe. Quæ tamen ἀπέρξαντες habet pro eo quod uet. cod. ἀπέρξαντες*

h Suum nullus eſt illis vſus.

i Eíſque pharetras integunt. *Vel, Et ex eis opercula pharetrarum cõficiunt.*

k At capitibus non quidem omnium, ſed inimiciſſimorũ, hoc faciunt.

l Vnuſquiſque prouinciæ præfectus in ſua prouincia craterẽ vini temperat, de quo Sc.

teri, de quo [a] Scythæ omnes hoſtium homicidæ bibunt, at non guſtant qui nihil præclari operis ediderint, ſed ſine honore ſeorſum ſedent: quæ res apud eos maximæ eſt ignominiæ. Qui verò complures cædes fecerunt, hi duobus pariter quos habent calicibus potant. Apud eoſdem permulti ſunt vaticinatores, qui pluribus virgis ſalignis diuinant, ad hunc modum: Grandes virgarum faſces quum attulerunt, humi poſitos diſſoluunt, ac ſeparatim ponentes illarum ſingulas, vaticinãtur. [b] ad hæc dicendo, viceuerſa virgas prehendunt, ac rurſus ſigillatim componũt. Hæc eſt illis tradita à maioribus diuinatio. Sed Enaries, [c] qui ſunt androgyni, aiunt ſibi à Venere traditam diuinationem, qui tiliæ fronde vaticinantur. Tiliam vbi quis trifariam ſciderit, digitis ſuis eam implicando ac reſoluendo tractat, atque in hũc modum vaticinatur. Horum tres maximè probatos accerſit rex quoties ægrotat: cui iſti ſemper ferè dicunt hunc aut illum ciuem (nominant autem hominẽ de quo loquuntur) peieraſſe, iurantem per regium [d] ſolium: (eſt autẽ Scythis mos plerunque iurandi per regium ſolium, quum maximum volunt interponere iuſiurandũ) protinúſque is quem dixerint peieraſſe, adductus, coarguitur ſcientia diuinandi, tanquã compertus falſò deieraſſe per regium ſolium, & ob id regem ægrotare. Si ille inficiãs ſe negat peieraſſe, [e] atq; rem grauiter fert, rex duplum vaticinorum accerſit: qui inſpecta diuinandi ratione, ſi & ipſi hominẽ periurii conuicerint, ſine mora caput excidunt: eiúſque facultates inter ſe partiuntur primi vaticini. Sin verò illi qui ſuperuenerunt vaticini homines abſoluerint, alii atque alii præſtò ſunt: quorum ſi plures abſoluerint, decernitur primis illis vaticinis eſſe pereundum: eóſque hunc in modũ necant: Plauſtrum concameratum vbi ſarmentis referſerunt, bobúſque iunxerũt, vaticinos pedibus implicatis, & manibus poſt tergum reuinctis, atq; ore obſtructo, extendunt in medium ſarmentorum: incenſiſque ſarmentis territando agitant boues. quorum boum multi cum vaticinis concremantur, multi ambuſti, cremato vtique plauſtri temone, aufugiunt. Hoc quem dixi modo comburunt μάντιας, *id eſt vaticinos*, etiam ob alias cauſas, appellántque ψευδομάντιας, *id eſt falſos vaticinos*. Sed quos morte rex afficit, eorum ne liberos quidem relinquit, ſed vniuerſos mares interficit, fœminis nihil læſis. Fœdera cum quibuſcunque ineunt Scythæ, hoc modo ineunt: Infuſo in grandem calicem fictilem vino, commiſcent eorum ſanguinem qui feriunt fœdus, percutientes [f] cultello aut incidentes gladio aliquantulum corporis. deinde in calice tingunt acinacẽ, ſagittas, ſecurim, [g] gladium. Hæc vbi fecerunt, ſeſe multis verbis deuouent: poſtea vinum epotant non modò ii qui fœdus fecerunt, ſed etiam comites ii qui ſunt maximæ dignitatis. Regũ autem ſepulchra apud Gerrhos ſunt. Vbi Boryſthenes iã nauigabilis eſt, ibi, quũ rex eorum deceſſit, ingẽtem ſcrobem effodiunt forma quadrata. hoc vbi præpararunt, accipiũt mortuum corpore incerato, aluo euulſa atque expurgata, quam ſilere contuſo & thymiamate apiſque ſemine & aniſi quum expleuerunt, reſuunt rurſus, impoſitúmque plauſtro cadauer ad aliam gentem ferunt. Quod qui excipiunt, eadem agunt quæ regii Scythæ: [h] aurem decidunt, crinem circumtondent, brachia circuncidunt, frontem naſúmque conſauciant, ſiniſtram manum ſagittis traiiciunt. Poſtmodũ regis cadauer carpento ferunt ad aliam gentem cui imperitant, quæ ipſos comitatur ad eos vnde primùm venerant. Vbi iam mortuum circumferentes, luſtrauerunt ſingulas gẽtes quibus imperauit, apud eos deponunt qui in extremis Gerrhis habitant, & in ſepulchris. Quem poſtquam ſuper torum in loculo poſuerũt, haſtis hinc atque hinc defixis, deſuper ligna diſponunt, deinde pallio contegunt. In reliqua loculi ſpatioſitate aliquam eius pallacam ſtrangulatam ſepeliunt, & eum qui vinum miſcebat, & cocum & equiſonẽ & miniſtrũ & eum qui erat à nuntiis, necnon equos & aliarum rerum omnium primitias, quinetiam phialas aureas. nam argentum aut æs nihil in vſu habent. His actis, humum certatim atque auidè iniiciunt, cupientes tumulum quãmaximum efficere. Circũacto anno, rurſus hoc agunt: E famulis regis intimos ſumunt. (ſunt autem famuli regum, [i] ingenui Scythæ, & quos ipſe rex iuſſerit. nam nullus venalitius ei miniſtrat.) Horum miniſtrorum quinquaginta quum ſtrangulauerunt, ac totidem præſtãtiſſimos equos, [k] eductis inteſtinis & expurgatis, paleis implẽt, ac conſuũt: & vbi dimidium fornicis ſuper duo ligna reſupinatũ ſtatuerint, alterúmque dimidiũ ſuper altera duo ligna, & item alia multa huiuſcemodi defixerint, tum ſuper ea equos imponunt, craſſis tignis in longũ ad ceruicẽ vſq; traiectos, ita vt priores fornices ſuſtineãt armos equorum, poſteriores verò iuxta femora ſuſcipiant vteros, vtriſque cruribus ſupernè pendentibus. Equos autem infrænãt, eorúmque habenas ad palos extentas alligant: dehinc ſuper eorum ſingulos ſtatuunt

ſingulos

[a] Scythæ omnes bibunt à quibus hoſtes ſui interfecti fuerint: at qui hoc facinus nõ ediderint, hoc nõ guſtant, ſed, &c.

[b] Simúlque dum hæc dicunt, virgas rurſum conuoluunt, *quas videlicet euoluerant*, & in vnum componunt.

[c] *Legit* οἱ δ' ἀνδρόγυνοι, *pro* καὶ οἱ ἀνδρ.

[d] *Aut, larem.*

[e] Καὶ ἀρνέονται, *quod dicitur Gall. Et dit qu'on luy fait tort.*

[f] *Sunt qui nocem Graecam ὑπάνην ſuſpectam habeant.*

[g] Iaculum.

[h] Auris *partem* amputant.

[i] Sunt autem Scythæ indigenæ. nam famuli ſunt quos rex iuſſerit: nec vllus venalis. *Legiſſe autem videtur hic interpr.* ἀνῳνίτις *pro* ὑποτέλεσις.

[k] Vacuata & purgata aluo.

singulos quinquaginta iuuenum strangulatorum, hunc in modum, Vnicuique eorum rectum stipitem per spinam ad ceruicem vsque transfigunt: quod inferius stipitis extat vltimum, infigunt tigno illi quo equus traiectus est. His equitibus sepulchro circumpositis abeunt. Hunc in modum reges sepeliunt. Alios autem Scythas, quum decesserunt, proximi quique in plaustris collocatos ad amicos circumferunt. eos singuli amicorum excipientes, epulum cadauer comitãtibus præbent, tam propinquis quàm cæteris. Ad hunc modum quadraginta diebus priuati homines circumaguntur: dehinc [a] humantur, tali tamen ratione prius purgati: Vbi caput exinaniuerunt, abluerúntque, circa corpus ita agunt: Tria ligna statuunt mutuò inclinata, circa hæc prætendunt lanea pilea, quam maximè possunt constipantes, & in [b] scapham in medio lignorum pileorúmque positam lapides coniiciunt ex igne [c] perspicuos. Nascitur autem apud eos cãnabis lino simillima, præterquam crassitudine ac magnitudine: sed multo quàm nostra est præstantior, vel sua sponte nascens, vel sata: ex qua Thraces vestimenta conficiunt lineis simillima: quæ [d] nisi quis admodum terat, linea sint an cannabea, non queat dignoscere: & qui non viderit cannabem, existimet lineum esse vestimentum. Huius cannabis sumptum semen Scythæ sub pileis occulunt, supra lapides igne [e] perspicuos: vnde fit thymiama, tantum reddens vaporem quantum apud Græcos nullum thuribulum reddit. Hoc odore stupentes Scythæ eiulant: quod apud ipsos loco lauacri est. [f] neque enim lauant omnino corpus, sed vxores eorum infundentes aquam, corpora ad lapidem aliquem scabrum conterunt cypresso & cedro & thuris ligno: deinde perfrictum corpus quum intumuerit, illud faciémque medicamentis oblinunt. Id eas simul bene olentes facit, simul postero die, [g] medicamentis amotis, mundas ac splendidas. Externis hi ritibus vti magnopere cauent, ne mutuò quidem inter se: sed Græcorum præcipuè, [h] vtique posteaquam deprehenderunt Anacharsin, & deinde iterum Scylem. Siquidem Anacharsis quum multum orbis terrarum contemplatus esset, & multum in sapientia profecisset, eam ad mores Scytharum pertulit. Is dum per Hellespontum nauigans tenuisset Cyzicum, vouit Matri deorum, (offendit enim Cyzicenos eius diem festum magnifico sanè apparatu celebrantes) si saluus sospésque domum reuertisset, sacrificaturum se eodem ritu quo Cyzicenos sacrificantes vidisset, & peruigilium noctis instituturum. Quum igitur in Scythiam venisset, [i] venit ad locum qui dicitur Hylæa, iuxta Achillis cursum sita, vbique omnifariis arboribus referta. In hanc abstrudens se Anacharsis, omnem festi ceremoniam deæ persoluit, tympanum tenens, [k] exutísque simulachris. Hæc eum agentem quidam Scytha animaduertens, indicium detulit Saulio regi. Rex quum & ipse contulisset se eò, & Anacharsin ea facientem inspexisset, excussa sagitta necauit. Et nunc siquis de Anacharsi interroget, Scythæ negant se nouisse hominem, ob id quòd in Græciam peregrinatus externósque sit mores sectatus. [l] Licet (vt ego accepi) tutor fuerit Timnis, filii Spargapithis, patruúsque Indathyrsi Scytharum regis, filius Gnuri, nepos Lyci, pronepos Spargapithis. Itaque si ex hac familia extitit Anacharsis, constat eum à patruele fuisse interemptum. Indathyrsus enim fuit filius Saulii, Saulius autem fuit qui Anacharsin interemit. Quanquam & aliud quiddam Peloponnenses audiui referentes, Anacharsin à rege Scytharum missum, Græciæ factum esse discipulum, & quum rediisset, dixisse ad eum qui ipsum miserat, cunctos Græcos esse in omni sapientia occupatos, Lacedæmoniis exceptis, qui soli rationem haberent dandi & accipiendi prudenter. Verùm hæc narratio aliter ab ipsis Græcis deluta est. Hic igitur vir ([m] quemadmodum antea dictum est) mortem oppetiit. [n] & ipse quidem ita egit propter externos ritus & Græcorum consuetudinem: multis autem sanè annis postea interiectis ita passus est Scyles, Aripithis filius, etenim Aripithes Scytharum rex, cum alios filios multos, tum Scylem sustulit ex vxore Istrina, haudquaquam indigena, quæ filium Græcam linguam literásque edocuit. Interiecto deinde tempore, Aripithe per dolum occiso à Spargapithe Agathyrsorum rege, Scyles regnum suscepit, & vxorem patris, nomine Opœam. Erat autem Opœa hæc ciuis, ex qua erat Aripithi filius Oricus. Scyli regnum Scytharum obtinenti Scythicus tamen viuendi mos nihil prorsus cordi erat, sed Græcus, in quo fuerat imbutus à puero: ideóque multo magis ad hunc exercendum se conuertebat. Vtique quum ad vrbem Borysthenitarum Scythicum ducebat exercitum, (Borysthenitæ autem se à Milesiis aiunt esse oriundos.) ad hos, *inquam*, quoties Scyles veniebat, relicto in suburbanis exercitu, ipse muros ingressus portas obserabat: depositáque Scythica stola, Græcum sumebat vestimentum, & eo indutus,

a Humantur. Postquam autem humarunt Scythæ, ita se purgant. Vbi caput absterserunt & lauerũt, hæc circa corpus faciunt.

b Alueum.

c Fulgentes. *Vel, cãdentes.*

d Nisi quis sit valde exercitatus, lin.

e Fulgentes. *Vel, cãdentes.*

f Corpus enim nullo pacto lauant. At vxores eorũ effundunt aquam, deinde cupressi & cedri & thuris lignum ad scabrum alicuem lapidem atterunt: eo autem quod ita fuerit atterendo abrasum (est autem crassum) corpus totũ faciémque oblinunt.

g Ramẽtis quibus se obleuerant.

h Vt ostendit Anacharsis, & deinde iterum Scyles. Anacharsis enim, quum multo orbis terrarum spatio perlustrato, magnáque sapientia sibi inde comparata, Scythicas sedes repeteret, per Hellesp. nauigans, Cyzicum appulit. vbi vouit Matri d.

i Clam ingressus est Hylæam. *Vel, in Hylæam se abdidit.*

k *Legit Valla* ἐκδυτὰ μδρος, *pro* ἐκδυτάμδρος, *pro quo perperam legitur in vulg. edit.* ἐκδημυτάμδρος.

l Vt autem ego ex Timne tutore Spargapithis, audiui, fuisse eum Indathyrsi regis Scytharũ patruũ, filium autem Gn. n. L. pron. Sp. si ex hac fam. fuit Anach. se à patrue le interemptum fuisse sciat. Indathyrsus, &c. *Est autem aliqua ἀτακολουθία in uerbis Græcis, quam expressimus.*

m *Vel*, Eo quo dictũ est modo, interempt⁹ fuit.

n Et huic quidẽ propter externos ritus & propter cõsuetudinẽ quæ illi cum Græcis fuerat, talia contigerunt. Mult. &c. *Q.d. Vt autem huic ita damnosa fuit rituum exteriorum cognitio, &c. ita Scyli multis postea annis.*

per forum ſpatiabatur, nullo neque ſatellitum neq; populi comitatu, appoſitis qui portas cuſtodirent, nequis Scytharum cerneret eum geſtantem huiuſmodi ſtolam: & cum cæteris Græcorum inſtitutis vtebatur, tum in faciendis deorum ſacris. Et quum ibi tempus menſtruum aut amplius triuerat, abſcedebat, induta ſibi Scythica ſtola. Idque ſæpenumero faciebat, extructis ſibi ædibus illic, & vxore illinc accepta. Sed quum foret ei malè euenturum, ex hac occaſione malè euenit. [a] Affectanti ei Dionyſum bacchanalem initiari, ac hoſtiam initiationis iamiam ſumpturo in manibus, oblatum eſt ingens oſtentum. Erat ei in vrbe Boryſthenitarum circum ædes ſuas, (quarum paulo antè habui mentionem) magnas atque magnificas, è lapide candido ſphinges & grypes ſtantes. in has ædes deus fulmen iaculatus eſt, totæque deflagrauerunt. Scyles nihilominus initiationem peragit. Enimuero Scythæ Græcis probro [b] dant bacchandi cõſuetudinem, negantes eſſe credibile deum inueniſſe quo homines ad dementiam adigantur. Poſteaquam bacchanalibus ſacris initiatus eſt Scyles, quidam Boryſthenitarum Scythis indicium detulit, inquiens, Vos « quidem Scythæ nos irridetis quòd bacchanalia agamus, quódque nos deus occu- « pet: at nunc demum hic veſtrum quoque regem occupauit. nam bacchanalia exer « cet à deo in dementiam actus. Quòd ſi mihi non habetis fidem, ſequimini me, rem « vobis oſtenſurum. Primores Scytharum hominem ſequuti ſunt: quos Boryſtheni- « ta ille deductos clanculum in turri collocauit. Vbi adfuit Scyles cum thiaſo, Scythæ eum bacchabundum conſpicati, rem ingentis calamitatis eſſe duxerunt: digreſſique, ea quæ viderant omni exercitui indicarunt. Poſt hæc vbi ad lares ſuos rediit Scyles, defecerunt ab eo Scythæ, delecto fratre eius Octamaſade, ex filia Teris genito. [c] Scyles cognito quid de ſe fieret, & quam ob cauſam, profugit in Thraciam. Id quum audiſſet Octamaſades, cum exercitu aduerſus Thraciam contendit: cui ad Iſtrum progreſſo Thraces occurrerunt. Et quum conflicturi eſſent, Sitalces ad Octamaſadem miſit caduceatorem, cum his mandatis, Quid opus eſt inter nos tenta- « re fortunam? Tu quidem ſororis meæ es filius, ſed habes germanum meum, quem « ſi mihi reddideris, ego viciſſim Scylem tradam tibi. Ita neque tu, neque ego pericli- « tabor exercitu. Erat enim apud Octamaſadem frater Sitalcis ab eo profugus. Hanc à Sitalce oblatam conditionem Octamaſades accepit, redditóque Sitalci fratre, eodémque auunculo ſuo, Scylem recepit fratrem. Et Sitalces quidem recepto fratre reduxit exercitum: Octamaſades autem eodem die caput Scyli dẽpſit. Adeo ſua inſtituta Scythæ obſeruant: & iis qui externos ritus aſciſcũt, tales irrogãt pœnas. Multitudinem autem Scytharum non potui exactè indagare, quum de eius numero varia referentes audiam, & permultos illos, & rurſus paucos eſſe vtique Scythas. Quãtum autem ſub aſpectum meum venit, eſt inter Boryſthenem & Hypanin flumina locus nomine Exampæus, cuius etiam aliquanto antea habuimus mẽtionem, quum dicebam fontem in eo eſſe aquæ amaræ, Hypanin in quem fluit, impotabilem reddentis. Hoc in loco iacet ahenum ſexies tantum quantus crater qui eſt in oſtio Ponti, à Pauſania Cleombroti filio dedicatus. Quòd ſiquis illum non inſpexit, hunc ei in modũ declarabo: Sexcentarum eſt amphorarum facilè capax, craſſitudine digitorum ſex. id aiunt indigenæ ex aculeis ſagittarum eſſe factum. regem enim ſuum, nomine Ariantem, quum numerum Scytharum ſcire vellet, iuſſiſſe ſingulos Scythas conferre ſingulos ſagittarum aculeos, propoſita morte ei qui non ferret. Ita magnam vim collatam eſſe aculeorum: & ex his confectum ahenum illud placuiſſe ei pro monumento relinquere, & in hoc Exampæo dedicare. Hoc de multitudine Scytharum audiebam. Miracula autem hæc regio nulla habet, præter flumina cum multo maxima, tum numero plurima. Siquid tamẽ, præter flumina & magnitudinem cãpi exhibetur admiratione dignum, id dicetur: Veſtigium Herculis oſtendunt petræ impreſſum, virili veſtigio ſimile, bicubitali magnitudine, iuxta fluuium Tyrem. Et hoc ita ſe habet. Redeo ad eam quam ab initio inſtitueram orationem: Dario aduerſus Scythas exercitum comparanti, dimiſſis nuntiis ad imperandum, aliis vt peditatum, aliis vt claſſem præſtarent, aliis vt Boſphorum Thracium [d] iungerent: Artabanus Hyſtaſpis filius, Darii frater, nolebat illum vllo pacto Scythis inferre bellum, commemorans Scytharum inopiam, vtilia ſuadens: quum tamen non perſuaderet illi, deſtitit à diſſuadendo. Darius, vbi omnia ei in expedito fuere, copias eduxit ex vrbe Suſis. Ibi eum OEobazus quidam Perſa, cui tres filii erant omnes in militiam euntes, obſecrabat vt vnum ſibi ex illis relinqueret. Cui Darius tanquam amico [e] & modeſta obſecranti, reſpondit ſe omnes eius liberos relicturum. Eo reſponſo OEobazus magnopere lætabatur, ſperans liberos

a Ei Dionyſi bacchici ſacris initiari cupienti, & iam iam initiationis ritũ aggreſſuro, oblat.

b Agendi bacchanalia cõſuetudinem, negantes rationi conſentaneum eſſe excogitare deum qui homines ad inſaniã adigat.

c Scyles quum ita ſe tractari videret, & cauſam ſciret. *Vel, Quũ videret ita in ſe conſuli.*

Ahenũ Arianis

d *Id eſt, Pontibus conſternerent.*

e Et non nimia petenti. *Vel, Rem non nimis magnam.*

ſuos miſſionem habere militiæ. At ille [a] præpoſitos filiis OEobazi iuſſit vt omnes eos interimerent. Ita filii OEobazi obtruncati, illic ſunt relicti. Darius Sūſis mouens, peruenit ad Boſphorum Chalcedonis, vbi pons iunctus erat. Illic conſcenſa naui, tranſmiſit in inſulas nomine Cyaneas, quas Græci prius errabundas fuiſſe aiunt. Ibi ſedens in templo ſubiiciebat oculis Pontum, rem ſpectaculo dignam. nam inter omnia maria eſt maximè admirabile. Cuius longitudo eſt vndecim millium ac centum ſtadiorum: latitudo (qua latiſſimum eſt) trium millium ducentorum. Huius pelagi os latitudinis eſt quatuor ſtadiorum: longitudo oris (quod eſt collum) quæ Boſphorus dicitur, vbi pons connectebatur, circiter centum viginti ſtadia, ad Propontidem vſque pertingens. Propontis autem quingentorum ſtadiorum eſt, mille & quadringentorum longitudinis, influens in Helleſpontum. Ipſe Helleſpontus, vbi anguſtiſſimus, ſtadiis ſeptem quadringentis longus, intrans pelagi vaſtitatem quod AEgæum vocatur. Hæc autem ita dimenſa ſunt. Nauis ferè meat omnino ſeptuaginta millia paſſuum longo die, nocte verò ſexaginta millia. Itaque è faucibus Ponti ad Phaſin (hoc eſt enim Ponti longiſſimum) nouem dierum eſt nauigatio, & octo noctium, quæ fiunt mille centum ac decem millia paſſuum, hoc eſt ſtadiorum vndecim millia ac centum. E Scythica autem ad Themiſcyram, quæ eſt ſuper flumen Thermodontem (hîc nanque Ponti latiſſimum eſt) trium dierum duarúmque noctium eſt nauigatio, quæ fiūt paſſuum trecenta ac tria millia, ſtadiorum verò tria millia & trecenta. Hunc igitur in modum Pontus ac Boſphorus & Helleſpontus à me dimenſa ſunt, & ſecundum ea quæ dixi, ſitum habent. Quinetiam Pontus hic paludem habet influentem in ſe, non multo quàm ipſe eſt minorem, quæ [b] Mæotis appellatur, & mater Ponti. Darius, vbi Pontum contemplatus eſt, renauigauit ad pontem, cuius architectus extitit Mandrocles Samius. Contemplatus item Boſphorum, duos ſuper eum cippos erexit è candido lapide, literis inciſis in vnum quidem Aſſyriis, in alterum verò Græcis, [c] omnes gentes quas ſecum ducebat. Ducebat autem omnes gentes quibus imperabat, continentes numero ſeptingenta millia hominum cum equitatu, præter claſſem, quæ conſtabat è nauibus ſexcentis. His poſtea cippis Byzantii in vrbem ſuam tranſlatis vſi ſunt ad aram Dianæ Orthoſiæ, præter vnum lapidem, qui apud Bacchi delubrum in eadē vrbe relictus eſt literis Aſſyriis oppletus. Cæterùm Boſphori locus quem rex Darius ponte commiſit, coniectanti mihi videtur medius inter Byzantium & templum quod ſupra fauces eſt. Poſt hæc Darius ponte ſublicio delectatus, authorem eius Mandroclem Samium donauit [d] decuplo. Ex cuius primitiis Mandrocles pictis animalibus commiſſionem Boſphori & regem Darium in Medico ſolio ſedentem, ac ſuas copias traducentem, effinxit, eámque picturam templo Iunonis dedicauit, cum hac inſcriptione,

Qui rate piſcoſum coniunxit Boſphoron, implens
Darii regis vota, iubentis opus,
Iunoni Mandrocles hæc monumenta dicauit,
Eſſet honor Samiis vnde, corona ſibi.

Hæc igitur monumenta extiterunt eius qui pontem compegit: quem vbi remuneratus eſt Darius, tranſmiſit in Europam, iuſſis Ionibus nauigare in Pontum vſque ad Iſtrum, atque vbi eò peruenīſſent, ſe illic præſtolari, fluuium ponte iungētes. Ducebant enim claſſem Iones & AEoles & Helleſpontii. Hi præteruecti Cyaneas, rectà ad Iſtrum nauigarunt, ſubuectíque duorum dierum itinere à mari ad fauces fluminis, vbi in diuerſa ſcinditur, illud ponte iungunt. Darius, tranſmiſſo per ratem Boſphoro, faciebat per Thraciam iter, & quum ad fontes Teari amnis peruentum eſſet, triduo hîc habuit ſtatiua. Tearus fertur ab accolis omnium amnium eſſe optimus cum ad alios morbos, tum ad ſcabiem curandam vel hominum vel equorū. Eius enim fontes duodequadraginta ſunt, ex eadem petra manantes, partim frigidi, partim calidi. Ad hos tantundem viæ eſt à Iunonis tēplo eius vrbis quæ iuxta Perinthum eſt, & Apolloniæ quæ eſt in Ponto Euxino, duorū dierum vtraq;. Fluit autem Tearus hic in flumen Contadeſdum, Cōtadeſdus in Agrianē, Agrianes in Hebrum, Hebrus in mare iuxta vrbē AEnum. Ad hūc igitur amnem quū peruenīſſet Darius, caſtráque poſuiſſet, oblectatus amne, cippum erexit, his literis inſcriptum,

TEARI AMNIS [e] CAPITA OPTIMAM AQVAM ATQVE PVLCHERRIMAM CVNCTORVM AMNIVM [f] CONTINENT, ET AD EA PERVENIT, EXERCITVM DVCENS ADVERSVS SCYTHAS, VIR OPTIMVS ATQVE PVLCHERRIMVS CVNCTORVM HOMINVM DARIVS HYSTASPIS FILIVS, PERSARVM CVN-

a *Vel*, Eos potius, quorū id officiū erat iuſſ.

b Mæetis.

c *Indicātibus* omnes g. *Hoc aut aliud huiuſmodi participium ſubaudiendum videtur.*

d *Hîc mendoſus eſt Græcus textus.*

e *Sic vocare videtur eius fontes quos eſſe dixit duodequadraginta.*

f PRAEBENT.

CTAEQVE CONTINENTIS REX. Hæc ſunt illic inſcripta. Darius hinc moués venit ad alium amnem nomine Artiſcum, qui per Odryſas fluit: quò vbi peruenit, ita agendum ſibi putauit: Oſtenſo certo loco copiis ſuis, iuſſit illic ſingulos quoſque prætereuntes ponere ſingulos lapides. Id quum omnis exercitus feciſſet, grandes acerui lapidum effecti ſunt: quibus relictis, Darius illinc mouit. Sed priuſquam ad Iſtrum peruenirent, primos ſubegit Getas, [a] qui immortales agunt. Nã Thraces qui Salmydeſſum, quíque ſupra Apolloniam & Meſambriam vrbem incolunt, & qui Cyrmianæ & Mypſæi vocantur, ſine pugna ſeſe Dario dediderunt. Getæ verò per imperitiam reſiſtentes, in ſeruitutem redacti ſunt, quum ſint fortiſſimi Thracũ atq; iuſtiſſimi. Immortales autem agunt hoc modo: Mori ſe non putãt, ſed eum qui defunctus eſt, meare ad Zamolxin *dæmonem*, quem nonnulli eorum opinãtur eũdem eſſe Gebeleizin. [b] Ad hunc mittunt aſſidiè cum naui quinque remigum nuntium quempiam, ex ſeipſis ſorte delectũ, præcipientes ea quibus ſemper indigent. cúmq; ita mittunt: Quibuſdam eorum datur negotium vt tria iacula teneant: aliis, vt comprehenſis eius qui ad Zamolxin mittitur, manibus pedibúſque, hominem agitãtes in ſublime iactent ad iacula. Qui ſi impræſentiarum extinguitur, propitium ſibi deum arbitrantur: ſin minus, ipſum nuntium inſimulant, aſſeuerantes malum illum eſſe virum. Hoc inſimulato, alium mittunt, dantes adhuc viuenti mandata. Iidem Thraces, dum tonat fulgurátque, in cælum ſagittas excutiunt, deo minitãtes quòd nullum alium præter ſuum eſſe arbitrantur. Verùm (vt ego à Græcis accepi, Helleſpontum & Pontum incolentibus) Zamolxis hic, homo fuit, Samíque ſeruitutem ſeruiuit Pythagoræ Mneſarchi filio. Illinc nactus libertatem, quum multum pecuniæ comparaſſet, in patriam rediit. qui quum animaduerteret Thraces malè viuentes & inſcitè, ipſe edoctus Ionicum viuẽdi genus & mores liberaliores quàm Thracum, vt qui conuerſatus eſſet cum Græcis, [c] cúmque Pythagora non infirmiſſimo inter Græcos ſophiſta, domicilium extruxit in quod primos quoſque popularium in conuiuium accipiebat, & inter conuiuandũ docebat, neque ſe neque ſuos conuiuas, [d] neque illos qui illic aſſiduè gignerentur, interire: ſed in eum locum ire vbi ſu perſtites omnium bonorum compotes eſſent. Dum ea quæ commemorata ſunt ageret atque diceret, interim ſubterraneum ædificium ſtruebat. Quo prorſus abſoluto, è Thracum conſpectu ſe ſubducit, deſcendens in illud ſubterraneum ædificiũ. Vbi circiter triennium egit, deſiderantibus eum Thracibus, ac deflentibus tãquam mortuum: quarto anno ſe eiſdem in conſpectum dedit. atque ita credibilia ſunt eſſe cta quæ illis expoſuerat. Hæc Zamolxin aiunt feciſſe. Cuius ſubterraneo ædificio neque fidem detraho, neque valde credo, ſed multis eum ante Pythagoram annis extitiſſe arbitror. Verùm ſiue Zamolxis fuerit homo quiſpiã, ſiue ſit dæmon Getarũ indigena, valeat. Getæ hoc ritu vtentes, vbi à Perſis ſubacti fuerunt, cæterum ſunt exercitũ ſequuti. Darius vbi ad Iſtrum peruenit, & vnà pedeſtres copiæ, cunctíq; flumen trãſmiſerunt, tũc verò iuſſit Iones, poſtquã raté ſoluiſſent, ſequi ſe pedeſtri itinere cum nauticis copiis. Qui quũ [e] ratem ſoluturi eſſent & imperata facturi, Coes Erxandri filius, Mitylenæorum dux ita apud Darium verba facit, ſciſcitatus antea nunquid ei gratum foret [f] audire ſententiam dicere volentis: Quum aduerſus eam « terram rex facias expeditionem, in qua fertur nihil arari, nullas vrbes coli, ſinito « nunc pontem hoc loci ſtare, relictis ad eius tutelam cuſtodibus iis qui eum conte- « xuerunt: per quem ſiue ex ſententia rem geremus, Scythis inuentis, ſiue illos inue- « nire nequibimus, tutus nobis ſit reditus. Neque enim vereor ne prælio commiſſo « à Scythis ſuperemur: ſed potius ne eis non inuentis aliquid patiamur errabundi. At « enim credat me quiſpiã mea ipſius cauſa hæc dicere, vt hîc ſubſiſtã: ego verò, quod « in tuam rem eſſe ſentio, rex, id in medium profero. ipſe te ſequi volo, neq; hîc relin- « qui. Delectatus admodum eo conſilio Darius, ita reſpondit, Hoſpes Leſbie, fac o- « mnino quum ſoſpes domum rediero, [g] præſtò mihi ſis, vt te ob egregium conſili- « um egregiis factis remunerem. Hæc loquutus, vbi ſexaginta nodis lorũ innodauit, « accitis ad colloquium tyrannis Ionibus, ita loquutus eſt, Viri Iones, quam prius ha- « bueram de ponte ſentẽtiam, eam miſſam facio. vos ſumpto hoc loro, hæc ita velim « agatis: [h] quo ex tẽpore videritis me raptiſſimè iter intendentẽ in Scythas, ex eo tem « pore incipientes, ſoluite ſingulis diebus ſingulos nodos: intra quod tẽpus niſi adfue « ro, ſed dies nodorũ exierit, vela facite in patriam veſtrã. interea, quoniam cõſilium « mutaui, agite cuſtodiã ratis, & omne ſtudiũ illi & conſeruãdæ & cuſtodiẽdæ adhibe- « te: quod facientes, maiorem in modum mihi gratificabimini. Hæc loquutus Da- « rius, promouet exercitum. Thracia tellus in mare tendens, Scythicæ prætenditur,

a Ἀθανατίζοντας, *id eſt ad verbum, Immortalizantes, quod ſtatim póſt ab ipſo authore exponitur.*

b Semper autem ſolent quinto quoque anno quẽpiam è ſuorum numero ſorte delectum, nuntium illi mittere, mandata ei dantes de iis quæ ſibi opus ſint.

c Et quidem cum Pythagora philoſophorum non infimo.

d Nec eos qui ex ipſis in omne tempus naſcerentur, interituros, ſed in eum locum venturos vbi, &c.

e *Pontem uocat ſtatim póſt.*

f Admittere ſentẽtiam, *uel cõſilium*, ab eo qui proponere vellet. *Id eſt, Aurem præbere conſilio.*

g Des te mihi in conſpectum.

h Simulatque videritis me in Scyth. proficiſci, ex eo temp.

qua finium faciente Scythica excipit: & illic Iſter mare ſubit, oſtio in ventum eurum conuerſo. Quod autem ab Iſtro ſoli Scythici ſecundum mare eſt id metiendo, indicare aggrediar: Ab Iſtro hæc iam vetus Scythia eſt, meridiem verſus & auſtrum poſita, vſque ad vrbem Carcinitidem. eiuſdem deinceps quod ad mare fert montoſæ regionis, & in pontum porrectum, incolit gens Taurica vſque ad Cherſoneſum dictam tracheã, *id eſt aſperã*. Hæc ad mare pertingit quod ad ventum ſubſolanum vergit. Sunt autem finium Scythicæ partes duæ, ferentes ad maria, vna ad meridianũ, altera ad orientale, quemadmodum Atticæ regionis. quòd ſic partem Scythiæ Tauri incolũt vt ſi Atticæ iugum Suniacum alia gens non Athenienſis incoleret, quod à tribu Thorica vſque ad Anaphlyſtam magis in Pontum porrigit promontorium. talis eſt (vt parua cum magnis comparem) Taurica regio. Qui autem non eſt hanc Atticæ partem præteruectus, huic alio modo planum faciam: vt ſi Iapygiæ non Iapyges ſed alia gens imperans, diuiſa terra à Brunduſio vſque Tarentum, promontorium incoleret. Quum hæc duo dico, multa alia ſimilia dico, quibus Taurica gens eſt comparanda. A gente Taurica deinceps Scythæ ſupra Tauros & orientale verſus mare incolunt, & quæ Boſphori Cimmerii ſunt ad veſperam vergentia, & quæ paludis [a] Mæotidis Tanai tenus, qui influit in huius paludis ſeceſſum. Itaque ab Iſtro iam quæ ſuperiora ſunt ferentia in mediterranea, diſcludunt Scythiam ab Agathyrſis, deinde à Neuris, deinde ab Androphagis, poſtremò à Melanchlænis. Itaque Scythiæ veluti formam quadratam habentis, duæ partes quæ ad mare pertingunt, altera ad mediterranea ferẽs, altera ad maritima, vſquequaque ſunt pares. nam ab Iſtro ad Boryſthenem, decem dierum eſt iter, tantundem à Boryſthene ad [b] Mæotidem paludem. A mari mediterranea verſus, vſque Melãchlænos qui ſupra Scythas habitant, viginti dierum iter. Supputãtur autẽ à me in ſingulos dies itineris ducena ſtadia. Ita tranſuerſa Scythiæ erunt quatuor milliũ ſtadiorum: recta quæ ad mediterranea ferunt, totidem ſtadiorũ. Tantæ eſt hæc terra magnitudinis. [c] Scythæ inter ſe colloquuti, quũ ſoli impares eſſent copiis Darii prælio repellẽdis, nuntios ad finitimos miſere. Eorum reges vbi cõuenere, cõſultabant vt ingenti exercitu inuadente. Erãt autem qui conuenerant reges, Taurorum. & Agathyrſorum, & Neurorum, & Androphagorum, & Melanchlænorum, & Gelonorum, & Budinorum, & Sauromatarũ. E quibus Tauri huiuſmodi moribus vtuntur: Virgini naufragos immolant, & quoſcunque Græcos illuc delatos: hoc modo, Poſtquã preces peregerint, hominis caput claua feriunt, truncum eius quidam aiunt deturbari è rupe. nam in rupe prærupta templum eſt eorum ſitum. cruci affigunt caput. Quidam de capite *ſuffigendo* conſentiunt, ſed truncum è præcipitio deiici negant, ſed humo contegi dicunt. Dæmonem cui immolãt, ipſi Tauri aiunt eſſe Iphigeniam, Agamemnonis filiam. In hoſtes autem quos ceperint, hoc agunt: Amputatum quiſque caput hoſtis domum reportat, & fuſti ſuffixũ admodum ſublime ſupra tecta ſtatuit, & plerũque ſupra fumarium: ideo in ſublimi locantes quòd dicant eos totius domus eſſe cuſtodes. Viuunt autẽ è rapto & ex bello. [d] At Agathyrſi exculti ſſimi viri ſunt, & aurum plerunque geſtantes. In commune cum mulieribus coeunt, vt inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes, nihil neque liuoris neque odii mutuò exercentes: in cæteris ad Thracũ conſuetudinẽ accedunt. At Neuri Scythicis quidem vtũtur moribus, qui vna ante Darii expeditionẽ ætate coacti fuerant ſolum vertere propter ſerpentes. nam ſerpentũ cum magna vis ex ipſorum ſolo eſt edita, tum maior ſuperne è locis deſertis ingruerat: quibus vſqueadeo infeſtati fuerunt, vt relicto ſuo ſolo cum Budinis habitauerint. [e] Iidem periculum faciunt ſe homines eſſe maleficos, quòd dicũtur à Scythis & ab iis qui in Scythia incolunt Græcis, ſemel quotannis ſinguli ad aliquot dies effici lupi, & rurſus in priſtinum habitum redire. quod tamen dicẽtes mihi non perſuadent: nihilominus tamen illi aiunt ita eſſe, ac deierant. Androphagi agreſtiſſimos omnium hominum mores habent, nõ iudiciis, non legibus vtentes, [f] pecuariam exercentes, veſtem Scythicæ ſimilem geſtantes, propriam linguam habentes. Melanchlæni omnes induméta nigra gerunt, vnde & cognomen habẽt, qui ſoli ex his humana carne veſcũtur, inſtitutis Scythicis vtentes. Budini, ingẽs natio atque numeroſa, vehementer cæſiis oculis omnis ac rufa: quorum vrbs nomine Gelonus è materia conſtructa eſt, muro alto è materia toto: cuius ſingula latera tricenorum ſtadiorũ ſunt magnitudinis. AEdes quoque cum priuatæ tum ſacræ ſunt è materia. Nam viſuntur ibi deorum Græcorũ templa Græcanicè extructa, ſimulachris, aris, delubris ligneis. Dionyſo trieterica, *id eſt triennália*, agũt, & bacchanalia exercent. quippe Geloni quondã Græci fuere, ſed ſummoti inter Budinos habitauerunt,

a Mæetidis. *Illa tamẽ altera appellatio frequentior eſt.*

b Mæetin.

c Porro Scythæ, quũ inita apud ſe ratione ſe ſolos impares eſſe animaduertiſſent copiis Dar.

d *Vel*, Luxui deditiſsimi ſunt.

e Videntur autem hi incantatores eſſe quòd dic.

f Sunt autem Nomades.

lingua partim Scythica, partim Græca vtentes. Budini à Gelonis & lingua & victu sunt dispares. nam quum indigenæ sint, [a] pecuariæ operam dant, solique eius regionis pedunculos edunt. at Geloni agriculturæ operam dantes frumento victitant, & hortos possidẽt, nihil illis neque aspectu neque colore similes. Vocantur autẽ à Græcis Geloni, etiam Budini istu, non rectè vocantibus. Horum regio omnis est arboribus frequens, & vbique plurimùm consita, vbi est lacus ingens & multus, & palus, ac multum circa arundinis. Ex quo lacu lutræ capiuntur, & castores, & aliæ feræ, forma oris quadrata, quorum pelles ad renones faciendos cõsuuntur, & testiculi [b] ad curãda posteriora sunt. De Sauromatis verò ita memoratur: Quum Græci præliati sunt cum Amazonibus (quas Scythæ AEorpata vocant, quod nomen potest transferri Viricidæ: æor enim virum dicũt, pata autem, occidere) ferũtur post victoriam prælii ad Thermodontem facti, abiisse, portantes tribus in nauibus quascunque potuerant ex Amazonibus viuas capere: quibus illæ in pelago insidiatæ, cunctos trucidauere. Sed quũ naues haberent incognitas, nec gubernaculo aut velis aut remis vti scirẽt, interfectis viris, ferebãtur secundum tẽpestatem & ventũ. Delatæque sunt ad paludis Mæotidis prærupta, quæ Scytharum liberorum telluris sunt. Ibi è nauibus egressæ Amazones, ad loca habitata iter facientes, quod primum nactæ sunt equorũ armentum, diripiũt, cõscendúntque: & obequitantes, è Scythis prædas agũt. Scythæ quid hoc rei esset cõiicere nequibant, quũ neq; vocem, neque vestem, neque gentẽ agnoscerẽt: admirabundi vnde venirẽt, & rati cunctos esse viros eiusdem ætatis. Sed cõmissa cum eis pugna potiti quibusdam illarũ, ita demum fœminas esse cognouerunt. Itaque consilio habito visum est eis, nullo pacto posthac quampiã illarũ esse occidendam: sed ex se qui maximè iuuenes essent, ad eas esse mittendos, eodem numero quo illas esse coniectabant, qui sua prope earũ castra haberent, & eadem quæ illæ facerent. [c] Si inuaderentur, pugnarẽt, neu subterfugerent: vbi subsisterent illæ, ipsi etiam proximè accedentes castra ponerẽt. Hoc Scythæ idcirco decreuerũt quòd prolem ex illis suscipere cupiebant. Adolescentes qui missi sunt, mãdata peregerũt. quos vbi Amazones intellexerunt neutiquã ad se lædendas venisse, valere sinebant. quotidie tamen castra castris propius admouebãtur. Cæterùm ne ipsi quidem adolescentes quicquã habebant, quemadmodũ Amazones, præter arma & equos: & eandem vitam quam illæ viuebant, venando atque prædando. Circa meridiem Amazones solebant aut singulæ aut binæ separatim à reliquis ad ventrẽ leuandũ longius vagari. ea re Scythæ cognita, & ipsi idem faciũt. [d] quorũ cuidam vna illarũ, quæ soliuaga erat, propinqua quũ fuisset, nõ se auertit, sed de colloquendo deliberabat: nec appellare poterat eum quocum non esset prius congressa, tamen manu significauit vt ad eundem locum postridie rediret, adducto secum altero, vt duo essent: se quoq; alteram adducturam. Digressus ab ea adolescens hæc enarrat cęteris: posteróque die socium secum ducens, ad locum præstò fuit, ac reperit [e] Amazonem expectantem sociam. Eius rei certiores facti reliqui adolescentes, & ipsi [f] seducunt cæteras. Post hæc commixtis castris pariter habitarunt: eam quisque vxorem cum qua primùm coierat, habentes. Earum vocem quũ ipsi discere nõ possent, ipsorum illæ discebant. Et quũ vtrique inter se conuenissent, viri ad Amazones ita dixerunt, Nobis parentes sunt pariter & facultates: proinde non agamus diutius hanc vitam, sed hinc digressi, in hominum frequentia degamus, vbi vos habebimus vxores, nequaquam alias. Ad hæc illæ responderunt, Nos verò non possumus vestris cum fœminis habitare, quibus non iidem qui nobis sunt mores. nos enim arcu tela excutimus, & iaculamur, & equitamus, muliebria opera non edoctæ: vestræ fœminæ nihil eorũ quæ recensuimus, sed opera muliebria factitant, desidentes in plaustris, non ad venationem atque alia huiusmodi prodeuntes. [g] proinde non possumus illis esse similes. Quòd si vobis cordi est habere nos coniuges, & iusti videri vultis, ite ad parentes vestros, & facultatum sortiti partem, rursus redite, vt deinde semoti ab illis habitemus. Id approbantes adolescentes ita fecere, acceptáque facultatum quæ ipsis contingebat portione, rursus ad Amazones redierunt. Ad quos illæ, [h] Duplex, inquiunt, metus nos tenet in his locis habitandi: vnus, quòd nos parentibus vestris vos priuauimus: alter, quòd terram vestram magnopere vastauimus. Sed quoniam dignamini nos habere vxores, hoc vnà nobiscum agatis, Agedum proficiscamur è regione hac, & Tanai transmisso illic habitemus. Huic quoque rei obtemperauere adolescentes. Traiectóque Tanai, & à Tanai trium dierum orientem versus, totidémque à Mæotide palude & aquilonem, itinere confecto, peruenerunt ad eum locum quem nunc incolunt, ibíque subsederunt. Ideóque prisca consuetudine viuendi fœminæ Sau-

a Nomades sunt.

b Morbis matricis auxiliãtur. *Ad verbum, Ad medelam matricum conferunt.*

c Si *illæ* ipsos inuaderent, ne pugnarẽt, sed subterfugerent:

d Quum autem quidam vni Amazoni seorsim à cæteris vaganti corpus iũgeret, illa minimè repulit, sed copiam sui fecit. manuque significauit, quum voce non posset (neq; enim se mutuò intelligebant) vt ad eund.

e Amazonem alteram ipsum expectantem.

f In matrimonium sibi cæteras conciliarunt.

g Proinde nobis conuenire non potest cum illis.

h Duo sunt quæ ab incolendo hoc loco nos deterrent: vnum, quòd, &c. alterum, quòd terr.

romatarum vtuntur. nam ad venationem vnà cum viris ac ſine viris, equis inſidẽtes, & ad prælium proficiſcuntur, eandémque quam viri ſtolam gerunt. [a] Sauromatæ putantur lingua Scythica ſoloecizare, *id eſt corruptè uti*, quòd eam ab initio non probè didicerint Amazones. Quod ad coniugia pertinet, ita ab eis eſt inſtitutum: Nulla virgo nubit priuſquam aliquem hoſtium interemerit: ideóque nonnullæ earum decedunt iam vetulæ, antequam nubant, quòd legi ſatisfacere nequeant. Ad harum igitur quas dixi gentium coactos reges nuntii Scytharum quum peruenisſent, certiores eos fecerunt, Perſam, vbi omnia quæ ſunt in interiore continente in ſuam ditionem redegit, fauctibus Boſphori ponte iunctis, in citeriorem traiecisſe cõtinentem: ſubactíſque illic Thracibus, fluuium Iſtrum ponte iunxiſſe, animo hæc
» omnia in ſuam redigendi poteſtatem. Proinde vos (inquiunt) nolite vllo pacto de
» medio cedere, ſinentes ad perniciem nos deuenire, ſed idem ſentientes, obuiã eamus
» inuadenti: quod niſi facitis, nos in vltimum diſcrimen adducti, aut regionem deſe-
» remus, aut manentes deditionem faciemus. quid enim cladem ſubeamus, nolenti-
» bus vobis auxilio nobis eſſe? Quanquam non commodius agetur vobiſcum, aduer
» ſus quos non minus venit Perſa, quàm aduerſus nos: neque, nos ſubegiſſe contẽtus,
» à vobis abſtinebit. Cuius rei magnum hinc accipite documẽtum, quòd ſi nobis ſo-
» lis inferret ille bellum, animo ſuperioris ſeruitutis vlciſcendæ, debebat à cæteris ho-
» minibus abſtinere, & ſic in noſtram tendere regionem, oſtendens omnibus ſe ad-
» uerſum alios ire: at nunc, vbi primùm traiecit in hanc continentem, vt quiſque ſibi
» occurrit, pacat: cæteros, veluti Thraces & nobis confines Getas, ſuo ſubiectos impe-
» rio habet. Hæc quum Scythæ denuntiaſſent, ii qui è nationibus venerant reges de-
liberabant, ſed diſcordes eorum erant ſententiæ. [b] Nam Geloni quidem & Budini & Sauromatæ concordi animo receperunt ſe Scythis auxilio futuros: Agathyrſus autem & Neurus & Androphagus & Taurorum Melanchlænorúmque reges ita Scy-
» this reſponderunt: Si vos in iniuria facienda ac bello inferendo priores non fuiſſe-
» tis, rectè videremini precari quæ precamini: & nos veſtris precibus morem geren-
» tes, idem quod vos ageremus: nunc vos ſine nobis illorum terram ingreſſi, imperi-
» taſtis Perſis, quoad deus vobis indulſit: illi itidem, quandoquidem eos idem deus in
» vos excitat, vicem vobis reddunt. At nos neque tunc quicquam intulimus iniuriæ
» his viris, neque nũc quicquam conabimur priores inferre. Quòd ſi hic noſtram re-
» gionem inuaſerit, & prior iniuriam fecerit, nos haudquaquam tolerabimus. id do-
» nec cernamus, apud noſmetipſos manebimus. neque enim in nos venire Perſæ vi-
» dentur, ſed in eos qui fuerunt authores iniuriæ. Scythæ, vbi hæc relata audiere, ſta-
tuerunt nullam ſibi pugnam rectà atque ex aperto conferendam, quando ipſis iſti ad ſocietatem non accedebant. [c] Itaque digreſſi clam, ac longius progreſſi, puteos quos ipſi offendunt ac fontes obſtruunt, bifariámque diuiſi herbam è regione atterunt. Et ad vnam è partibus, vbi regnabat Scopaſis, iubent Sauromatas pergere, qui ſe ſubduceret, ſi eò Perſa declinaret, fugientes rectà ad flumen Tanain, ſecundum Mæotidem: iidem Perſam abſcedentem inuadendo perſequerentur. Hæc erat vna pars regni ordinata ad hanc viam, quemadmodum dictum eſt. Reliquarum duarum vnam, cui imperabat rex Indathyrſus, quæ magna erat, & tertiã in qua regnabat Taxaeis, in vnum coeuntes, accedentibus Gelonis atque Budinis, iubẽt hos vno die prægreſſos exercitũ Perſarum [d] ſeducere, hoſtem laceſſendo, & ea quæ decreuiſſent exequendo: & ante omnia hoſtem ſeducere in agros illorum qui ſocietatem ipſorum abnuiſſent, vt eos, ſi minus volentes bellum aduerſus Perſas ſuſciperent, certè inuitos redderent iſtis hoſtes. deinde in ſuam terram reflectere, & tẽtare, ſi quid ipſis tentandum eſſe videretur ac liberet. Hæc vbi decreuere Scythæ, copiis Darii ex occulto occurrebant, præſtantiſſimis equitum præcurſoribus miſſis. Carros autem in quibus eorum filii vxoréſque omnes degunt, vnà cum pecoribus, [e] præterquam ad victum ſuppetentibus, præmiſerant, dato ſuis mandato vt ſemper aquilonem verſus tenderent. Hoc quum [f] præparaſſent Scythæ, eorum emiſſarii, poſteaquam compererunt Perſas ab Iſtro trium ferè dierum & ante ſe vnius diei itinere abeſſe, poſitis caſtris, germina terræ vaſtant. Perſæ, vbi Scytharum equitatus in conſpectum ſe dedit, eum inſequi maturant, à via ſeſe ſemper ſubducẽtem: & quum ad vnam partium ventum eſt, auroram verſus & Tanain, Scythis tendentibus, & inſequentibus Perſis, Scythæ Tanain traiiciunt: eò & Perſæ traiecto, illos inſequuntur, donec peragrata Sauromatum plaga, perueniunt in Budinicã. Cæterùm quãdiu Perſæ fuerũt in Scythica ac Sauromatide regione, nihil ei detrimenti inferre potuerunt, vtpote vaſtæ: vbi verò Budinicam ingreſſi ſunt, ibi nacti lignea mœnia à

a Voce porro Scythica vtuntur Sauromatæ, iam inde à priſco tempore ea ſoloeciſſantes, quòd: &c. *Vel, Vſitata eſt autem Sauromatis uox Scythica, ea ſoloeciſſantibus iam inde à prima origine, quòd eam, &c.*

b Nã Gelonus quidem *rex* & Budinus & Sauromata conc.

c Sed ſe ſubducẽdo obſtruendos ſibi eſſe puteos & fontes quos in itinere offenderẽt, graménque è terra exterendũ, *uel eradendũ*, & ex duabus partibus in quas ſeipſos diuiſiſſẽt, ad vnã, vbi Scopaſis regnabat, Sauromatas cõferre ſe debere: ſed ſubducere ſe, ſi illuc ſe conuerteret Perſa, fugient. 1. ad fl. T ſ. M. quum autem Perſa pedem referret, inuadere & perſequi.

d Subducere ſe, *Vel, Paulatim aut clam progredi ſe ſubducendo. Sic & paulo poſt repone pro Seducere.*

e Præterquam iis quæ ad victũ ſatis eſſe poſſent.

f Præmiſiſſent.

Budinis deſerta,& omnibus rebus vacua,incenderunt.His actis, ipſo itinere ire porrò tendunt, dum eam regionem peruagati,in vaſtam ſolitudinem deueniunt. Hæc ſolitudo à nemine hominum colitur, poſita ſupra Budinorum regionem, ſeptem dierum itineris magnitudine:vltra quam Thyſſagetæ incolũt, à quibus quatuor ingentes amnes per Mæoteos fluunt,& in paludẽ nomine Mœotin ſe inſinuant, quibus hæc ſunt indita nomina,Lycus,Oarus,Tanais, Syrges. Darius, vt ad ſolitudinem peruenit, curſu omiſſo copias ſuper fluuium Hoarũ locauit. Poſt hæc,octo vrbes cáſque ingentes condidit,pari inter ſe ſpatio diſtantes,ſexagenorum ferè ſtadiorum,quarum ad meam vſque memoriam adhuc ruinæ extabant. Dum in his Darius occupatur,interim Scythæ (quos ille inſequebatur) circumitis locis ſuperioribus,reuerterunt in Scythiam.Quibus è conſpectu omnino ſemotis, nec ſe amplius exhibentibus,ita Darius vrbibus illic relictis dimidiatis, conuertit iter ad occaſum, ratus & hos eſſe cunctos Scythas,& ad occaſum fugere. Proinde cum exercitu maturans ire Scythiam, eò deuenit vbi in duas Scytharum incidit partes. Hos nactus inſequebatur vnius diei ſpatio,nunquam intermittens ſubterfugientes. Subterfugiebant autem de induſtria in terram eorum qui ſocietatem ipſorum reſpuerant;& primùm in Melãchlænorum.Quos quum perturbaſſent tam Perſæ quàm Scythæ, eorum terram ingreſſi Scythæ in loca Androphagorum Perſas adducunt. Perturbatis autem & Androphagis, hoſtem in Neuridem ducunt. Neuris quoque conſternatis,tendunt ſubterfugiendo ire ad Agathyrſos.Sed Agathyrſi cernentes fugari finitimos à Scythis ac perturbari, priuſquam à Scythis ager ipſorum inuaderetur, miſſo caduceatore, Scythis ingreſſum ſuorum finium prohibent, prædicentes, ſi conarentur inuadere agrum ſuum,cum eis primùm ſe prælium commiſſuros.Hoc interminati Agathyrſi,in fines procurrunt,animo arcendi ingredi volentes.At Melanchlæni & Androphagi & Neuri, inuadentibus Perſis vnà cum Scythis,neque virium neque minarum memores,ſed timore perculſi,fugam capeſſerũt aquilonem verſus ac ſolitudinem.[a] Scythæ partim ad Agathyrſos,iam nõ recuſantes ſocietatẽ, ſe conferebant,partim è Neuride regione in ſuam Perſis præibant.Id quum diu factitaretur, neq; deſiſteretur,Darius ad Indathyrſum Scytharum regẽ miſſo equite, inquit, [b]Virorum dæmonie,*id eſt beate*,quid aſſiduè fugam facis,quũ liceat tibi horũ « facere alterutrum? ſi tibi videris idoneus ad reſiſtendum negotiis meis, ſiſte curſum, « ac perſtans,mecum fac prælium: ſin agnoſcis te imparem eſſe, ſic quoque ſiſte cur- « ſum,& hero tuo munera offerens terram atque aquam,in colloquium veni.Ad hęc « Scytharum rex Indathyrſus ita reſpondit,Sic res meæ habent, ô Perſa, vt neque vl- « lum mortalium ego metuens antè fugerim,neque nũc fugiam te,neque quicquam « faciam diuerſum nunc atque in pace facere conſueueram. Quòd autem non proti- « nus tecum ineo prælium,huius rei te certiorem faciam: Nobis neque oppida ſunt « neque agri culti, quos inuadi aut vaſtari metuentes,properemus vobiſcum confer- « re pugnam. ad quam ſi opus eſt cõtinuò deuenire, ſunt paterna ſepulchra, quæ vos « quum nacti fueritis,agedum tentate labefactare:& tunc intelligetis, pugnaturi vo- « biſcum ſimus pro ſepulchris,nécne:prius autem(niſi nos ratio traxerit) tecum præ- « lium non conſeremus.Hactenus, quod ad pacem pertinet, dictum ſit. quod autem « ad cætera, ego ſolos mihi heros arbitror Iouem progenitorem meum, [d] & ſolium « Scytharum regium. Tibi autẽ pro terra & aqua, quæ dono poſcis, mittam quæ de- « cet ad te venire dona:pro eo quòd herum te meum eſſe dixiſti, iubeo te flere. Hoc à « Scythis reſponſum eſt, quod caduceator reuerſus Dario renuntiauit. Scytharum reges audito nomine ſeruitutis indignatione perfuſi, partem illam quæ cum Sauromatis ordinata erat, cui præerat Scopaſis, mittunt ad colloquendũ cum Ionibus qui Iſtrum ponte iunctum aſſeruabant. [f] At Perſæ nõ amplius ſibi vagandum eſſe ſtatuerunt,vt hoſpitibus,qui ipſorum commeatum eripiebant, inſidiás tenderent, diſtributis qui aduerſus ereptores frumentariæ rei iuſſa exequerentur. Enimuero equitatus Scytharum ſemper in fugam vertebat equitatum Perſarum,ſed fugientes incidendo in peditatum, ab eo defenſabantur.Ita Scythæ ſummoto equitatu hoſtili,tamen metu peditum abſcedebant, & nihilominus noctibus quoque tales incurſiones faciebant.[f] Aduerſus quos quid Darianis auxilio fuerit referam:res in primis admirabilis,aſinorum vox ac mulorum ſpecies. Nã(vt ſuperius à me demonſtratũ eſt)nullus in terra Scythica neque aſinus neque mulus gignitur,ac ne vllus quidem viſitur,propter frigora.Itaque rudentes aſini perturbabant Scytharum equos,& quũ Scythæ ſæpenumero Perſas adorirentur, eorum equi exaudita aſinorum voce, conſternati auertebantur, arrectis auribus ſtupefacti, vtpote inſolentia tum vocis,

a At Scythæ non iã ad Agathyrſos (quippe qui *ingreſſu ſuæ regionis* interdixiſſent) tendebant,ſed ex Neuride regione in ſuã Perſis præibant. *Valla putauit* ἀπίπιτας eſſe pro ἀπίπια μόνος συμμαχίλω (*ut paulo antè loquutus erat* Herodotus) *quum referatur ad* ἀπηρόθμον *præcedens paulo antè.*

b *Budæus uertit*, O miſerrime hominum.

c Cur autem nõ pr. tecum ineam prælii, hoc quoque tibi declarabo,

d Et Veſtam Scytharum reginam.

e At Scythæ qui ibi relinquebantur, *uel remanebant*, nõ amplius cenſuerunt Perſas cogẽdos eſſe vagari, ſed adoriendos eſſe quoties cibum ſumerent. Obſeruantes igitur tẽpus quo ab illis cibus ſumebatur, faciebant quod ſtatuerãt. Enimuero,&c.

f Verùm quod Perſis auxiliabatur, Scythis verò aduerſabatur, Darii exercitum inuadentibus, id referam,maximum miraculum. *Nimirum id faciebat* aſinorum vox & mulorum ſpecies.

quam prius non audiſſent, tum formæ quam nunquam inſpexiſſent. Atque hoc quidem paululum quiddam momenti ad bellum afferebat. Cæterùm Scythæ vbi animaduerterũt Perſas tumultuantes, quò diutius in Scythia illi commorarentur, [a] & commorantes ad omnium neceſſariarum rerum inopiam redigerentur, facien dum ita ſibi putarũt, vt pecoribus ſuis vnà cum paſtoribus relictis, in alium ipſi abſcederent locum. Perſæ illuc ſe cõferentes, excipiebant pecora. quo facto quum ſæpius idem tẽtarent, ad vltimum Darius inopia rerum laborauit. Id reges Scytharum intelligentes, mittunt ad eum cum muneribus caduceatorẽ, aue, mure, rana, & quinque ſagittis. Perſę, eum qui munera ferebat, percontabantur quid illa ſignificarent. Iſte negare ſibi aliud eſſe mandatum niſi vt quum illa tradidiſſet, celerrimè rediret. iubere tamen ipſos Perſas, ſi ſolertes forent, interpretari quid ſibi dona vellent. Hoc quum audiſſent Perſæ, conſultabant. Et Darii quidem ſententia erat, Scythas ſeipſos ei donare, & terram atque aquam: hac ratione coniectans, quòd mus quidem in terra gignatur, & eodem quo homines fructu victitet, rana autẽ in aquis naſcatur, auis verò ſit equo affimilis: at ſagittis dandis, quòd [b] ſeipſos tradere viderẽtur. In hãc ſententiam Darius interpretabatur. At Gobryas vnus è ſeptem qui magos ſuſtulerunt, hoc dicere dona coniectabat, O Perſæ, niſi effecti vt aues, ſubuoletis in cælum, aut effecti vt mures, ſubeatis terram, aut effecti vt ranæ inſiliatis in paludes, non remeabitis vnde veniſtis, his ſagittis confecti. Et Perſæ quidem illa munera ſic interpretabantur. At vna pars Scytharum cui datum ante erat negotium Mæotidis paludis cuſtodiendæ, tunc autem cum Ionibus qui ad Iſtrum erant colloquendi, vbi ad pontem venit, ita verba fecit, Viri Iones, libertatem vobis afferentes venimus, ſi modò nos exaudire volueritis. Accepimus enim Darium vobis præcepiſſe vt ad ſexaginta duntaxat dies cuſtodiam pontis ageretis, &, ſi intra id tempus ipſe non afforet, domum abiretis. Itaque ſi [c] id feceritis, & apud illum & apud nos culpam deuitaueritis. proinde quum ad præſtitutam diem permanſeritis, iam abſcedite. Hæc ſe facturos recipientibus Ionibus, Scythæ [d] raptim retrò abiere. At cæteri Scythæ, poſt miſſa Dario dona, cum peditatu ac equitatu aduerſus Perſas in acie inſtructi ſteterunt tanquam confligturi. Quum interim lepus in medium proſiliit, quem vt quiſque vidit inſequebatur. Perturbatis Scythis ac vociferantibus, ſciſcitabatur Darius vnde hoſtium tumultus exiſteret, & quum audiſſet illos leporem inſectari, inquit ad eos Perſas cum quibus cætera colloqui cõſueuerat, Hi viri videntur mihi magno nos habere contemptui, & nunc Gobryas rectè dixiſſe de Scythicis donis. Quo magis, quum mihi quoque ipſi res ita ſe habere videantur, bono conſilio eſt opus, vt tutus nobis eò vnde venimus ſit receptus. Ad hæc Gobryas, Equidem, inquit, ô rex, horum ego virorum inopiam videbar mihi ferè fama habere cognitam, ſed vbi adueni, euidentius intellexi, animaduertens eos habere nos ludibrio. Proinde mihi videtur, quum primùm nox aduenerit, [e] incenſis è more ignibus, & aliis quæ conſueuerunt fieri, actis, imbecilliſſimis quibuſque militum ad hoſtem fallendum relictis, aſinísque omnibus alligatis, abeundum, priuſquam ad Iſtrum rectà pergant Scythæ ad põtem ſoluendum, [f] aut Ionibus ſolũere lubeat: quod nobis factu facile erit. Hoc Gobryas conſilium dabat. Cui aſſentiens Darius, vbi nox adfuit, reliquit in caſtris [g] viros languore præditos, & eos quorum amiſſio minimi faciẽda eſſet, necnon omnes aſinos *alligatos*: aſinos quidem, vt vocem ederent: [h] infirmos autem homines, hoc titulo, vt dum ipſe cum flore copiarũ adoriretur hoſtem, iſti interea caſtra tutarentur. Hæc perſuadens iis qui relinquebantur Darius, accenſis ignibus quammaturrimè ad Iſtrum contendit. [i] Aſini, quòd multitudine deſtituti eſſent, eo magis rudere. quos audientes Scythæ, credere omnino Perſas in eiſdem permanere caſtris. verùm vbi illuxit, ii qui relicti erant, cognito ſe proditos eſſe à Dario, [k] manus extendere ad Scythas, & quæ contigerant referre. His illi auditis, repentè retractis duabus Scytharum partibus, & vnà Sauromatarum cum Budiniſque ac Gelonis, Perſas recta ad Iſtrum via perſequuntur, vtpote pleroſque pedites & itinera neſcientes, ea præſertim quæ diuortia habebant, ipſi equites & compendia viarum ſcientes. Sed quum vtrique ab alteris aberrarent, multo priores ad pontem Scythæ peruenere quàm Perſæ. Ibi cognito ſe præuertiſſe Perſas, ita ad Ionas qui in nauibus erant verba fecerunt, Viri Iones, quum dierum numerus iam pertranſierit, iniurii eſtis qui adhuc permaneatis: ſed quoniã hactenus præ timore permãſiſtis, nunc ſoluite quãcelerrimè traiectum, atque abite ſoſpites liberíque, diis pariter ac Scythis gratiã habentes. Nam eum qui antea dominus veſter erat, ita tractabimus vt aduerſus nullum mortalium ſit facturus expeditionem. De hac re conſultãtibus Ionibus, Miltiadis quidem Athenienſiũ

a Et commorantes angerentur ob rerum omnium penuriam.

b Suam potentiã.

c Itaque ſi hoc feceritis, culpa & apud illum & apud nos vacabitis : *nimirũ ut* quũ ad pr.diem permanſeritis, iam abſcedatis.

d Primo quoque tempore redierunt.

e Accẽſis ignibus, vt & alias facere conſueuimus, & imbecill.

f Aut Iones aliquid in nos moliãtur quod efficere illis non difficile futurum ſit.

g *Eadem eſt uox pro qua reddidit paulo antè Imbecilliſſimis quibuſque : niſi quòd hîc eſt poſitiuus gradus, quum ibi eſſet ſuperlatiuus.*

h Homines verò propter imbecillitatẽ quidem relinquebantur, ſed hoctamẽ prætextu, vt dum ipſe cũ fl.cop.

i Aſini à cœtu ſegregati.

k Manus ad Scythas tẽdere, & iis quibus decebat verbis apud eos vti. Quibus illi auditis, in vnum agmen conglobatæ tũ illæ duæ Scytharũ partes, tum illa Sauroma tũm vna, necnon Budini & Geloni, Perſas recta ad Iſtr. via perſequuntur. Sed quũ Perſarum exercitus magna ex parte pedites haberet, viáſque ignoraret, vtpote *in certa diuerticula, uel in certa itinerum diuortia* non ſectas, at Scythicus equitibus conſtaret, & iis quidem itinerum cõpendia ſciẽtibus, quũ vtriquelab alt.aberr.

ducis & Cherſonenſium (qui ſunt in Helleſponto) tyranni ſentẽtia erat, Scythis obtemperandum eſſe, & Ioniam ſeruitute liberandam. At Hiſtiæi Mileſii diuerſa, quòd diceret nunc quidem eos ſuæ quenque vrbis tyrannos eſſe ob Darium: potentia verò Darii ſublata, neque ſe Mileſiis, neque alium quenquã vſquam præeſſe poſſe. Fere enim vt ſingulæ ciuitates popularem ſtatum quàm tyrannicum mallent. Hanc ſententiam quum dixiſſet Hiſtiæus, omnes confeſtim qui Miltiadi aſſenſi fuerant, in eam trãſierunt. Fuere autem qui diſceptauerunt, dũtaxat alicuius apud regem exiſtimationis, Helleſpontinorum quidem tyranni, Daphnis Abydenus, & Hippoclus Lampſacenus, & Erophantus Parienus, & Metrodorus Procõneſius, & Ariſtagoras Cyzicenus, & Ariſton Byzãtius: & iſti quidem ex Helleſponto. Ab Ionia autẽ, Stratias Chius, & AEacides Samius, & Laodamas Phocẽſis, & Hiſtiæus Mileſius: cuius ſententia prælata eſt ſententiæ Miltiadis. AEolum verò vnus affuit qui eſſet alicuius authoritatis, Ariſtagoras Cymæus. Hi, poſteaquam Hiſtiæi probauere ſententiam, hoc ſibi præterea agendum dicendúmque cenſuerunt, vt pontem [a] quidem ab vlteriore ripa eatenus ſoluerent vt extra ſagittæ iactum eſſent, ne nihil facere viderentur, quum tamen nihil facerent, néve Scythæ vim afferre tentarent, & Iſtrum ponte tranſire, [b] ſed ſoluẽtes illinc pontem, quaſi omnia ad votum Scytharum facerent. Hoc ſententiæ Hiſtiæi addẽdum quum decreuiſſent, ita pro vniuerſis ad Scythas Hiſtiæus verba fecit, Viri Scythæ, iucundam nobis rem attuliſtis, & opportunè inſtatis: atque vt vos nobis probè viam oſtendiſtis, ita nos vobis obſequenter obtemperabimus. Vt enim cernitis, traiectum reſcindimus, adhibituri omnem diligẽtiam, cupiditate aſſequendæ libertatis. Cæterùm dum nos hæc diſſoluimus, interea vos illos inquirere tempus admonet, & inuentos, tam veſtro quàm noſtro nomine ita vlciſci vt merentur. Scythæ, Ionibus iterum fidem habentes tanquam vera eloquutis, ad inquirendos Perſas reuerterunt: atque ab omni illorum itinere aberrarũt, [c] ipſi ſibi huius rei cauſa, quòd pabula equorum illis in locis corruperant, fontéſque obſtruxerant. quod niſi feciſſent, facilè ſi voluiſſent Perſas inueniſſent: nunc ita faciendo, viſi ſibi fuerant optimè conſuluiſſe, ob quæ tamen eos res fruſtrata eſt. Quippe eam ſuæ regionis partem conſectantes in qua cibaria equis atque aquæ forent, hoſtem indagabant, rati illum eadem parte fugam intendiſſe: at ille obſeruato quod prius tenuerat itinere, abierat, atque ita quoque ægrè traiectus reperit locum. Et quũ noctu peruenisſet, nactus pontem ſolutum, animo prorſus cõcidit, veritus ne ſe relicto Iones abiſſent. Erat autem apud Darium AEgyptius quidam, omnium hominum vocaliſſimus: hunc Darius ſupra ripam Iſtri poſitum iubet inclamare Hiſtiæũ Mileſium: Hiſtiæus *eum ſæpius inclamantem, tamen* ad primam inclamationem exaudiens, omnes naues admouit, & ad traiiciendum exercitum pontem iunxit. Atque hunc in modum Perſæ effugerunt, quos indagantes Scythæ, iterum aberrauerunt. [d] & ob id Iones tanquam non liberos, ſed peſſimos & ignauiſſimos omnium homi num iudicant, déque eis tanquam de ſeruis loquentes, mancipia dominos amantia eſſe aiunt, & inſectatione digniſſimos. Hæc in Iones Scythæ probra iaciũt. Darius per Thraciam iter faciens, Seſtum Cherſoneſi peruenit, atque illinc in Aſiã nauibus ipſe tranſiuit, relicto in Europa exercitus duce [e] Megabyzo, viro Perſa, cui Darius aliquando hunc honorem habuit, vt hoc verbum inter Perſas diceret: quum eſſet eſurus mala punica, ſimulac primum malum aperuit, interrogatus à fratre Artabano [f] nunquid tantum hominum ſibi optaret quantum illic eſſet acinorum, reſpondit, ſe prẽoptare tot ſibi eſſe Megabyzos quàm Græciã ſubditã. His verbis apud Perſas hominẽ honorauit: quẽ tũc prætorẽ reliquit cũ octoginta millibus militũ. Megabyzus autẽ hic immortalẽ ſui memoriã apud Helleſpõtios reliquit, hoc dicto, quòd quũ apud Byzantiũ agens audiſſet Chalcedonios decẽ & ſeptẽ annis ante Byzantios vrbem condidiſſe, inquit Chalcedonios eo tempore cæcos fuiſſe, qui, quum pulchrior adeſſet locus ad vrbem condendam, nequaquam turpiorem elegiſſent niſi cæci fuiſſent. Hic igitur Megabyzus in Helleſpontia plaga pro prætore relictus, eos qui diuerſarum à Medis partium erant, ſubigebat. & iſte quidem talia agebat. Per idem autem tempus alia ingens aduerſus Libyas extitit expeditio, ob eam quam ego commemorabo cauſam, his prius expoſitis: Argonautarum poſteri quum à Pelaſgis qui fœminas Athenienſium ex Braurone prædati ſunt, eſſent eiecti à Lemno, Lacedæmonem nauigauerunt, conſidentéſque apud Taygetum ignes accenderũt. Quos Lacedæmonii quum aſpexiſſent, nuntium miſere ſciſcitatum quínam & vnde eſſent. Illi, nuntio ſciſcitanti reſponderunt ſe Minyas eſſe, ab iis heroibus oriundos qui in Argo nauigaſſent quíque quum Lemnum appuliſſent, illic eos procreaſſent. Hanc mentionem ſtirpis Minyarum quum audiſſent Lacedæmonii, miſſo iterum nun-

a Partis pontẽ ſoluerent quæ verſus Scythas ſpectaret: ſoluerẽt autẽ nõ amplius quàm ad iactus teli ſpatiũ, ne nihil fac.

b Sed ſoluentes illam pontis partẽ quæ Scythiam verſus ſpectabat, omnia pro arbitrio Scytharũ ſe facturos dicerent.

c Cuius *mali* ſibi authores fuerant.

d Et *propterea* modò Iones, vt qui liberi ſint peſſ. & ignauiſſ. omn. hom. iudicãt: modò de illis tanquam de ſeruis loquentes, mancipia dominorum amantia & minimè fugitiua eſſe aiunt. Vel, *Et propterea aliàs Iones, &c. Sic & in altera parte Aliàs verò de illis &c. Solet tamen τὸν μὲν τὸν δὲ potius exponi, Partim qui dem, Partim, verò. ſed hic non ſatis cõuenire videtur Partim, ſenſus eſt enim, Iones (ſcytharum iudicio) ſi ut liberi conſiderentur, ſe in illa re ignauiſſimos oſtẽdiſſe: ſin ut ſerui, officio mãcipiorum dominos amantium functos fuiſſe.*

e Megabazo. *in vulg. edit. Gr. & in noſtris net. cod. Sic in ſequentibus locis.*

f Cuius rei tantam multitudinem ſibi optaret.

tio ſciſcitantur quid ſibi velit ipſorum aduentus, atque ignis accenſio. Illi verò ſe reſpondent à Pelaſgis eiectos, redire ad parentes, (æquiſſimum enim id factu eſſe) oraréque vt ſibi liceat vnà cum eis habitare, tum bonorum tum agrorum participes. Eos recipere [a] in ea quæ ipſi vellent, Lacedæmoniis placuit, cũ ob alia ad hoc faciendum inductis, tum præcipuè quòd Tyndaridæ Caſtor & Pollux in Argo nauigauerant. Receptos Minyas & agris impertierunt & in tribus cooptarunt. Ibi confeſtim ablocatis in alios quas in Lemno duxerant vxoribus, matrimonia contraxerunt. Non longo deinde interiecto tempore, ſtatim elati ſuperbia, cum alia flagitioſa perpetrarunt, tum regnum affectarunt. Quo nomine eos Lacedæmonii morte mulctãdos quum cenſuiſſent, comprehenſos in carcerem coniecerunt. Quoſcũque autem Lacedæmonii morte plectendos cenſent, eos noctu plectunt, interdiu neminẽ. Quũ igitur eſſent in illos animaduerſuri, exorati ſunt ab eorum vxoribus (quę ciues erant & primorum Spartanorum filiæ) veniam ingrediendi carcerem, & cum ſuo cuiuſq; viro colloquendi, nullum in illis dolum eſſe ſuſpicantes. Horum permiſſu, Minyarum vxores ingreſſæ carcerem, omni [a a] veſte quam geſtabãt viris tradita, illorum veſtem illæ ſumpſerunt. Ita Minyæ muliebri veſte amicti, veluti mulieres è carcere prodierunt, rurſúſque apud Taygetum conſederunt. Hac eadem tempeſtate Theres Auteſionis filius, Tiſameni nepos, Therſandri pronepos, Polynicis abnepos, miſſus eſt in coloniam Lacedæmonis, genere Cadmeo, auunculus Ariſtodemi filiorũ, Euryſthenis & Proclis: quorũ, quum pupilli eſſent, tutelam gerebat regni Spartani. Adultis mox pupillis, ac recepto imperio, Theras ita grauiter tulit ſibi ab aliis imperari, quoniam imperium deguſtaſſet, vt negaret ſe Lacedæmone moraturum, ſed ad cognatos nauigaturum. Erãt autem in inſula quæ nũc Thera vocatur, quõdam Calliſta, viri Phœnices à Membliare Pœcilis filio oriundi. Cadmus enim Agenoris filius Europam quæritãs, in inſulam quę nũc Thera vocatur quũ appulſus eſſet, ſiue regionis amore captus, ſiue qua alia volũtate, reliquit illic cum alios quoſdã Phœnices, tum Membliarem cõſanguineum ſuum. Iſti hominum ætatibus octo antequã Theras Lacedæmone veniſſet, inſulã quæ Calliſta, *id eſt pulcherrima*, vocabatur, incoluerunt. Ad quos Theras cum multitudine tribulium miſſus eſt, nequaquam ad illos eiiciendos, ſed ad vnà habitandum, & ad inſulam valde frequentandam. Poſtea verò quàm Minyas è carcere elapſos & apud Taygetum conſidentes, Lacedæmonii tamen necare ſtatuerant, Theras necem eorum deprecabatur, recipiens ſe illos ex ea regione abducturum. Et huic poſtulato Lacedæmoniis aſſentientibus, cum tribus biremibus ad poſteros Membliaris nauigauit, ducẽs ſecum non vniuerſos Minyas (plerique enim ex ipſis ad Paroreatas Cauconáſque diuerterunt) ſed paucos, [b] quos in ſex partes diſtribuerunt, & totidem illic oppida condiderunt, Lepreum, Magiſtũ, Thrixas, Pyrgum, Epiũ, Nudium. quorum pleraque Elei memoria mea deleuerunt. Inſulæ autem à conditore Thera nomen eſt inditum. [c] Hic filio, quòd negaret ſe nauigaturum cum eo, relinquam ergo, inquit, ouem lupis. ex quo dicto nomen adoleſcenti impoſitum eſt Ololycus, *id eſt* Ouilupus, & id nomẽ alteri præualuit. Ololyco natus eſt filius AEgeus, à quo vocantur AEgidæ, in Sparta ingens tribus. Ex hac tribu viri, quum ſibi non permanerent filii, ex Erinnyum oraculo delubrum Laio & OEdipodi extruxerunt: quod poſtea apud eos Theræos manſit qui ex his viris procreati fuere. Hactenus Lacedæmonii cum Theræis conſentiunt: quod deinceps extitit, ſoli Theræi factum hoc modo eſſe memorant: Grinus AEſanii filius ab hoc Thera oriundus, quum eſſet Theræ inſulæ rex, contulit ſe Delphos, [d] ducens ex vrbe ſolennes hoſtias, comitantibus eum cum aliis ciuibus, tum verò Batto [e] qui erat de genere Polymneſti, apud Minyas gratioſus. Conſulenti autem Grino Theræorum regi de aliis rebus, Pythia [f] reſpondit vt vrbem in Libya conderet. Cui viciſſim iſte, Equidem (inquit) ego, ô princeps, ſenior ſum & grauis ad moliẽdum: tu verò quempiam horum iube iſta facere. Simul hæc dicens, Battum oſtendebat: Hæc hactenus. Tunc vbi reuerſi ſunt, pro nihilo habuere reſponſum: neque vbi terrarum Libya eſſet gnari, neque ex incerto oraculo coloniam mittere audẽtes. Septem poſt hæc annos quum in Thera non pluiſſet, & omnes, præter vnam, arbores exaruiſſent, conſulentibus Theræis Pythiam, [f] reſpondit, mittendam in Libyam eſſe coloniam. Illi, quoniam nullum mali remedium erat, mittunt in Cretam nuntios inueſtigatum ſiquis aut indigenarum aut aduenarum illic eſſet qui in Libyam nauigaſſent. Nuntii, quum Cretam pererraſſent, & ad vrbem Itanum perueniſſent, in ea contraxerũt cum purpurario quodã cui nomẽ erat Corobio. is aiebat ſe ventis abreptum in Libyam applicuiſſe, & ad Platæam inſulã Libyæ. Hunc nuntii mercede inductum in

a Quibus ipſi cordi tionibus vellent.

a a Veſtitu quẽ g ſt. v. trad. illorum veſtitũ ſumpſ.

b Quum autẽ hos expuliſſent, ſeipſos in ſex partes diſtrib.

c At filius, quum ei ſe vnà nauigaturũ negaret, dixit et pater ſe itaque eum relicturũ ὅτι ἐν λύκοισι, *id eſt* ouem inter lupos, ex hoc dicto vocatus fuit Οἰόλυκος, atque adeo nomẽ hoc inualuit.

d Afferens ex vrbe Hecatomben comit.

e Qui filius erat Polymneſti, Euthymides genere ex Minyis.

f Obiecit illam coloniæ deductionẽ in Libyam.

Theram duxerunt. Verùm non multi ad rem explorãdam ex Thera initio profecti ſunt; duce ipſo Corobio: quo in ea inſula relicto cum aliquot menſium cibariis, ipſi quamcelerrimè reuerterunt ad cæteris de inſula renuntiandum. Quibus vltra præſtitutum tempus redire differẽtibus, omnia Corobio deficiebant: ſed appulſa eò naui Samia quæ ab AEgypto redibat, (cuius gubernator erat Colæus) Samii, omni re geſta à Corobio audita, in annum homini cibaria reliquerunt. Ipſi ex hac inſula quũ ſoluiſſent, AEgyptum optantes, vento ſubſolano abrepti ferebantur: nec intermittente flatu, Herculeas tranſuecti columnas, peruenerunt in Tarteſſum, [a] pompam ferẽtes ad rem diuinam. Erat ea tempeſtate id emporium intemeratum, adeo vt inde reuertẽtes iſti ex mercibus quæſtum maximum fecerint, [b] inter omnes quos nouimus Græcos, duntaxat poſt Soſtratem Laodamantis filium AEginetam, cum quo nemo poſſit contendere. Ex hoc quæſtu Samii decimã (id eſt ſex talentis) ſelecta fecerunt ahenum ad exẽplum crateris Argolici, gryphinis capitibus in circuitu altrinſecus obuerſis: & in templo Iunonis collocarunt, ſuſtinentibus illud tribus coloſſis, *id eſt humanis ſimulachris*, ſeptenũm cubitorum, genu nixis: & hoc primùm facto ingẽs amicitia Cyrenæis Theræiſque cum Samiis contracta eſt. Theræi, vbi relicto in inſula Corobio ad Theram reuerſi renuntiarunt eſſe illis inſulam regione Libyæ ſitã, placuit Theræis vt è ſingulis oppidis, quæ ſeptem erant, viri mitterentur, fratribus inter ſe ſortitis quis potius mitteretur, duce eorũ rege Batto. Ita duas biremes in Plataeam miſerunt. Hæc Theræi memorant. Cætera iam Theræis cum Cyrenæis conſtant. nam quod ad Battum pertinet, Cyrenæi nequaquã cum Theræis cõſentiunt. ſic enim narrant: Eſt in Creta oppidum Oaxus, in quo fuit Etearchus rex. hic amiſſa vxore, induxit filiæ nomine Phronimæ nouercã, quæ domum ingreſſa, vt erat, ita re ipſa ſe nouercam præſtitit, cum lædendo atque omne genus iniuriarum excogitando, tum ad extremum [c] impudicitiam impingendo: atque ita rem habere viro perſuaſit. Iſte ab vxore deceptus rem de filia nefariam commentus eſt. Erat in Oaxo negotiator quidam Theræus, nomine Themiſon: [d] hũc in familiaritatem acceptũ Etearchus adiurat vt quam rem oraretur, in ea ſe miniſtrum præberet. Vbi hominẽ iureiurando adegit, adductam ei tradidit filiam ſuam: iubens vt eam abductam in mare demergeret. Themiſon ancipiti animo inter nefas operis & hoſpitii perfidiam, ita ſibi faciendum putauit: accepta puella mare ingreſſus, quum in alto fuit, [e] vt iureiurando Etearchi ſatiſfaceret, reuinctam funibus puellã demiſit in pelagus: ea deinde retracta, Theram peruenit. Ibi Polymneſtus vir inter Theræos ſpectatus in cõcubinatum Phronimã accepit, ex qua interiecto tempore natus eſt ei filius, ſono vocis exili ac balbutienti, cui nomen impoſitum eſt Batto, vt Theræi & Cyrenæi aiũt: vt autem ego ſentio, aliud aliquod. ſed eum cognominatum Battum poſtquam in Libyam abiit, cum propter oraculum apud Delphos ſibi redditum, tum propter honorem quem aſſequutus eſt. Battũ enim Libyes regem appellant, & ob id reor [f] Pythiam lingua Libyca quam nouerat, quum oraculum reddidit, vocaſſe Battũ, quòd futurus rex eſſet in Libya. Hic, vbi in virilem adoleuit ætatem, Delphos adiit ob linguæ vitium. Cui conſulenti Pythia reſpondit,

Batte venis vocis cauſa: dux te iubet ire
Lanigeram in Libyen habitatum Phœbus Apollo.

[g] Ad hæc Battus ſic viciſſim inquit, O princeps, ego ad te veni gratia conſulendi de voce: tu de aliis mihi reſpõdes quæ nequeũt fieri, iubẽs migrare in Libyã. qua copia? [h] quáve manu? Hæc loquens non perſuaſit illi vt alia reſpõderet, ſed eadẽ quæ prius reſpondente Pythia, illinc digreſſus abiit in Theram. [i] Mox deinde quum & huic ipſi & cęteris Theræis malè contigeret, nec mali cauſa deprehenderetur, ob hæc mittunt Delphos ſciſcitatum. Quibus quum reſpondiſſet Pythia, melius cum ipſis actũ iri ſi Cyrenen in Libya conderent cum Batto, miſerunt Theræi Battum cum duabus biremibus. Iſti Libyam profecti (quãdoquidem non aliũd habebant quod agerent) retrò ad Theram ſe receperunt. Sed eos Theræi arcentes acceſſu Teræ repellebant, ac rurſus reuerti iubebant. ita neceſſitate adacti, remenſo iterum mari, condiderunt oppidum in inſula Libyæ adiacenti, nomine vt prius dictum eſt, Plataea, quæ fertur Cyrenæorum vrbi quę nunc eſt, par eſſe magnitudine. Hanc biennio incolentibus, quum nihilo melius ſecum ageretur, vno è ſuis relicto, cæteri Delphos nauigarunt ad oraculum conſulendum. Eò poſtquam venerunt, ſciſcitantibus quid ita ſecũ in Libyã profectis nihilo tamẽ melius ageretur, Pythia reſpondit his verbis,

Lanigeræ Libyes ſcis quam nec adieris vrbem,
Me melius: tuum ego ingenium mirabor euntis.

His

a Deducẽte eos numine. Erat, &c.

b Inter omnes Græcos de quibus certò nobis compertum eſt.

c Impudicitiæ crimen impingẽdo. *Vel, Impudicitiam obiiciendo.*

d Hoſpitio exceptũ adigit iureiurando, ipſum operam ſuam ei præſtiturũ quamcũque ad rem illi opus ea eſſet.

e Defungi iuriſiurãdi religione volens, demiſſã in mare puellam funiculis alligatã, ſtatim extraxit, vt promiſſo ſatiſfaceret. *Ita Budæus hunc locum uertit.*

f Pythiam in ſuo vaticinio lingua Libyca eũ ita vocaſſe, quoniam eum Libyæ regẽ futurum nouerat.

g *Ante hæc uerba adde*, Perinde acſi lingua Græca oraculum reddens dixiſſet, O rex, vocis cauſa veniſti. *Ad uerbum, Ad uocem.*

h Qua potẽtia? *Vel, Quibus copijs?*

i Ab eo tempore autem quum *illa* tum in hunc ipſum tum in cæteros Theræos irã exerceret, hi calamitates ſuas ignorantes, *id eſt, calamitatũ ſuarũ cauſam*, Delphos miſerunt, *quò de malis illis ſciſcitarentur.*

His auditis, ii qui cum Batto erant, rursus redierunt. neque enim sinebat eos deus aliò migrare priusquam in Libyam cōcessissent. Reuersi ad insulam, recepto quem reliquerant, incoluerunt locum in Libya, e regione insulæ, nomine Aziristū, amœnissimis collibus vtrinque conclusum, & vtrinque flumine præterlabente. Hunc locum sex annis quum incoluissent, septimo deserendū putauerūt, admonitu Libyū, vt in meliorem transirent. Ita illinc eos Libyes vesperum versus & ad locorum speciosissimum abduxerunt, & quidem noctu, ne Græci interdiu facientes iter, diurnū spatium metiendo animaduerterent. Est autem huic loco nomen Irasa. Eos, vbi ad fontem qui Apollinis esse fertur, duxerunt, inquiunt, Viri Græci, hîc vobis incolere commodum est vbi cælum [a] vocaliter sonat. Sub Batto igitur, qui cōdidit [b] Zoam, & annos quadraginta regnauit, & sub eius filio Arcesilao, qui regnauit annos sexdecim, Cyrenæi habitauerunt tot omnino quot in coloniam initio missi fuerant. Sub tertio autem Batto, qui felix est appellatus, cunctos Græcos ad nauigandum in Libyam cum Cyrenæis habitatum induxit suo oraculo Pythia. Nam accersebant eos Cyrenæi ad agri partitionem. Induxit autem hæc verba respondens,

« Serior in Libyen quisquis peruenerit almam,
« Discernendi agri, mox hunc, affirmo, pigebit.

Quum ergo ingens multitudo Cyrenam se cōtulisset, finitimorum Libyum agros vastabāt, atq; inter se partiebātur. At illi eorúmque rex nomine Adicran, agris exuti à Cyrenæis, missis in AEgyptum quibusdam, sese dediderunt Apriæ AEgyptiorum regi. Iste comparatum grandem AEgyptiorum exercitum misit aduersus Cyrenas. Cyrenæi, instructa apud Irasa locum & ad fontem Thestin acie, cum AEgyptiis conflixerunt, eósque superauerunt, vtpote inexpertos antea atque contemptores Græcorum: adeóque profligarunt vt pauci ex eis in AEgyptum redirent. Qua de re AEgyptii succensentes Apriæ, ab eo desciuerunt. Huius autem Batti filius extitit Arcesilaus, qui regnum adeptus, inter initia cum fratribus suis seditiones exercuit, donec illi relicto eo in alium Libyæ locum migrauerunt, vbi contracti vrbem hanc condiderunt quæ, vt tunc, Barce nunc appellatur. Et inter condendum Libyas [c] solicitabant ad deficiendum à Cyrenæis. Arcesilaus tam suis defectoribus quàm eorum receptoribus bellum intulit: quem reformidantes Libyes, fugam ad orientales Libyes intenderunt. Sed fugientibus Arcesilaus vsque institit insequendo, dum ad Leuconem Libyæ peruenirent, [d] & Libybus videretur opportunus ad inuadendum. Itaque congressi eum eo Libyes, adeò superauere Cyrenæos, vt ex illis septem millia ceciderint. Post hanc cladem, Arcesilaum ægrotantem epoto medicamento frater suus Aliarchus strangulauit: sed hunc dolo vxor Arcesilai interfecit, nomine Eryxo. Arcesilao successit in regno Battus, pedibus non valens, sed claudus. Cyrenæi ob acceptam calamitatem, Delphos miserunt per quosdam interrogatum, quam rationem ineuntes præclarissimè habitarent. His Pythia respondens, iussit ex Mantinea Arcadum adducerent moderatorem. Itaque petentibus Cyrenæis Mantinei dederunt quendam nomine Demonacem, virum inter populares probatissimum. Hic igitur vir Cyrenen profectus, vbi singula quæque edoctus est, in tres tribus distribuens illos, ita digessit vt vnam quidem partem faceret Theræorum atque confinium: alteram autem, Peloponnensium atque Cretensium: tertiam verò, cunctorum insulanorum. Qui etiam [e] huic Batto regi cum alia omnia quæ superiores reges obtinuerant contulit, tum verò peculiaria fana ac ceremonias in media ciuitate instituit. Quæ instituta sub hoc quidem Batto sincera permanserunt: verùm sub eius filio Arcesilao vehementer sunt perturbata, negante Arcesilao Batti illius claudi & Pheretimæ filio se laturum quæ Mantineus Demonax constituisset, ac reposcente honores suorum maiorum. Hinc seditione orta, eiectus profugit in Samum, mater eius in Salaminem Cypri. Obtinebat ea tempestate Salaminis imperium EVelthon, qui Delphis dedicauit thuribulum spectaculo dignum, quod in thesauro Corinthiorum situm est. Ad hunc profecta Pheretima precabatur vt se filiúmque Cyrenen cum exercitu reduceret. Ille omnia potius quàm exercitum huic dabat. Pheretima id quod dabatur accipiens, dicere bonum id quidem esse, sed melius facturum eum si ei petenti daret exercitum. Quúmque identidem ad omnia quæ dabantur, hoc diceret, tandem misit ad eam EVelthon dono fusum aureum, atque colum penso circundatam. [f] dicentíque quæ consueuerat verba Pheretimæ, inquit talibus rebus donari fœminas, non exercitu. Arcesilaus interea Sami agens, vnumquenque solicitabat ad spem rei agrariæ: coactóque ingenti exercitu, missus est Delphos ad consulendum de reditu

a Cælum perforatum est.

b *Suspecta hic sunt Græca exempl. quorum alia ζάης, alia ζαὴς habent.*

c Impulerunt ad defic.

d Et inuadendum esse eum Libyes censerent.

e Quum Batto regi peculiaria fana & ceremonias secreuisset, cætera omnia quæ antea regum erant, populo in commune dedit. Quæ instit.

f Eadem autē verba ad *hoc munus* dicēti, *id est, inter accipiendū hoc munus*, se talibus muneribus, non autem exercit. fœminas donare respondit.

in patriam. Cui Pythia ita respondit, Ad quatuor Battos, ac totidem Arcesilaos, octo « hominum ætates dat vobis Apollo Cyrene regnare: vlterius vos conari dehorta- « tur. Tibi verò suadet vt ingressus in domum tuam, quietem agas. Quòd si forna- « cem inueneris plenam amphorarum, ne eas excoquas, sed ad auram emittas. Sin « fornacem incenderis, ne committas vt circunfluam introeas: alioqui peribis tu pa- « riter & taurus optimè opus faciens. Hæc Arcesilao Pythia respondit. Iste sumptis iis « quos cõtraxerat è Samo, rediit Cyrenen: recuperatóque rerum statu, immemor o- raculi factus, vocatis ad dicendam causam iis qui contra ipsum in partibus fuerant, obiecit culpam fugæ suæ. At illorum alii exilio solum vertebant, alii ab eo comprehensi, in Cyprum ad necem mittebantur: quos Cnidii ad suam terram appulsos liberauerunt, ad Therámque dimiserunt. Quosdam, qui in grandem quandam & priuatam Aglomachi turrim refugerant, circundata materia Arcesilaus igni cremauit. Hoc perpetrato, agnoscens id esse oraculum quo Pythia non sinebat eum inuentas in fornace amphoras excoquere, excessit vltrò ex vrbe Cyrene, extimescens necem oraculo prædictam,[a] & quòd Cyrenen existimaret circũfluam. [b]Contulítque se ad regem Barcæorum nomine Alazerin, cuius filius in matrimonio habebat cognatam suam. Et quidam tum Barcæi, tum exules Cyrenæi quum in foro agentem animaduertissent, obtruncarunt; & insuper eius socerum Alazerin. Ita Arcesilaus, siue volens siue inuitus oraculo non obsequutus, fatum suum impleuit. Mater eius Pheretima, dum filius suus mali sui sibi author Barcæ agit, ipsa interea honoribus filii Cyrene fungebatur, ac munera obibat cum alia, tum in senatu præsidendo. Vbi autem cognouit filium in vrbe Barca oppetisse mortem, fuga se propipuit in AEgyptum. nam Arcesilaus fuerat de Cambyse Cyri bene meritus: quòd is extitisset qui Cyrenen Cambysi tradiderat, ac tributum instituerat. Hæc in AEgyptum quum peruenisset, supplex Aryãdi assedit: hortánsque eum ad se vlciscendam, & prætendẽs titulum quòd ideo filius suus, quia cum Medis sentiret, interemptus esset. Erat hic Aryandes AEgypti prætor à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Siquidem audiens atque animaduertens Dario cordi esse memoriam sui relinquere opere quod à nullo alio regum factum esset, id sibi imitandum putauit: donec mercedem accepit. Etenim Darius ex auro quàm potuit purgatissimo monetam percussit: Aryandes autem AEgypti prætor idẽ ex argento fecit, & nunc quoque extat purissimum argentum Aryandicum. Ea re comperta Darius insimulatum quasi rebellaret, morte affecit. Tunc autem Aryandes hic misertus Pheretimæ, omnes ei copias AEgypti tradidit, pedestres simul & nauticas, præposito quidem pedestribus Amasi viro Maraphio, nauticis autem Badre, qui genere Pasargades erat. Sed priusquam copias mitteret, caduceatore Barcam misso percontabatur quísnam percussor Arcesilai extitisset: Barcæi se omnes extitisse respondent: multa enim se ab illo mala esse perpessos. His auditis Aryandes ita exercitum vnà cum Pheretima mittit. Atque hic quidem 'titulus inferendi belli extitit. Verùm (vt mea fert opinio) exercitus mittebatur ad Libyas subigendos. Libyum enim multæ sunt & variæ nationes, quarum paucæ regi obtemperabant, pleræque Darium contemnebant. Colũt autem AEgyptum versus (vt hinc incipiamus.) Libyum primi Adyrmachidæ, qui eisdem fere quibus AEgyptii moribus vtuntur. Vestem gestant qualem & alii Libyes, vxores eorum in vtroque crure armillã æream. Eædem capitis comã alunt: quarũ quæque suos quos capit pedunculos[d] præmordet, atque ita abiicit. Hoc isti ex omnibus Libybus soli factitant, solíq; virgines nupturas regi exhibẽt, & quæ illi placuerit, eã deuirginat. Pertingunt hi Adyrmachidæ ab AEgypto ad portũ vsque nomine [e]Plynum. His confines sunt Gigamæ, locum qui occasum spectat incolentes, Aphrodisiade tenus insula. In huius loci medio est insula Platæa, vbi vrbem condidere Cyrenæi. Atque in cõtinente est portus Menelaius & Aziris, quam Cyrenæi incoluere. Et dehinc Silphium incipit, ab insula Platæa pertingens vsque ad fauces Syrtis. Apud hos iidem pene ritus qui apud alios sunt. Gigamas ab occasu contingunt Asbystæ, qui supra Cyrenen incolentes non pertingunt ad mare. nam maritima Cyrenæi incolunt. Iidem non postremi sed præcipui Libyum sunt qui quadrigis vehantur, studiosi in Cyrenæorum moribus maxima ex parte imitandis. Horum sunt occasum versus confines AVschisæ, qui supra Barcam incolentes ad mare pertingũt ad EVesperidas. Circa mediam AVschisarum plagam habitant Cabales, exigua natio, ad mare pertingentes, ad Tauchiram oppidum agri Barcæi, eisdem quibus ii qui supra Cyrenen sunt, moribus vtentes. AVschisarum quod ad occasum vergit, con-

a Et quòd existimaret circunfluam esse Cyrenen. *Id est, appellatione circunfluæ Cyrenen significatam fuisse.*

b Vxor autem ei erat genere propinqua, Barcæorum regis filia, qui Alazer vocabatur: ad hunc se contulit. At quidam Bar.

c Prætextus.

d Vicissim mordet.

e *Sic in aet. cod. Gr.* πλυνὸς *legitur, non* πλῶτος.

tingunt Naſamones, grandis natiò, qui ſub æſtatem relictis ad mare pecoribus, conſcendunt ad locum AEgilen, decerpturi palmulas. nam palmæ illic & permultæ ſunt, & ſpatioſæ, & fructiferæ omnes. ex quibus vbi palmulas præmaturas decerpſerunt, ad ſolem ſiccantes maturefaciunt, deinde lacte maceratas ſorbillant. Vxores plures ſinguli è conſuetudine habent, & cum eis in propatulo coeunt, eodē pene quo Maſſagetæ modo, prius ſcipione prætento. Naſamonibus mos eſt, quū quis primùm ducit vxorem, prima nocte vt ſponſa ſingulos conuiuas obeat concubitus gratia, & vt quiſque cum ea concubuit, donum det illi quod ſecum habet domo allatum. Iureiurando ac diuinatione tali vtuntur: Per eos viros qui iuſtiſſimi atque optimi apud illos fuiſſe dicuntur, iurant, illorum ſepulchra tangentes. Diuinant ad ſuorum accedentes monumenta, & illis, vbi preces peregerunt, indormiunt: vbi quodcunque per quietem inſomnium viderunt, eo vtuntur. Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt: De manu alterius vterque ſumpto inuicem poculo bibit. quòd ſi nihil humoris habuerint, ſumptum è terra cinerem lingunt. Naſamonibus confines ſunt Pſylli, qui hunc in modum interciderunt: Auſter eis omnia receptacula aquarum arefecerat: erat autem omnis eorum regio quæ intra Syrtin eſt, aquarum inops. Ob id iſti publico colloquio atque conſilio expeditionem fecere aduerſus auſtrum. (quæ Libyes memorant refero) hos, quum ad arenas veniſſent, auſter ſpirans illic obruit. Pſyllis extinctis, eorum terram Naſamones obtinent. Super hos auſtrum verſus, in loco feris frequenti, Garamantes habitant, qui omnium hominum commercium aſpectúmque refugiunt, nihil bellicæ armaturæ habentes, ac ne defendere quidem ſeſe audentes. hi ſupra Naſamones incolunt. Circa maritima verò, occaſum verſus, confines ſunt Macæ, qui ſummum capitis verticem radūt, in medio capillos creſcere ſinentes, hinc atque hinc in orbem tondētes. In bellum pelles ſubterraneorum ſtruthionum ferunt pro tegumento. Per eos flumen Cinyps è colle qui vocatur Gratiarum fluens, in mare influit. Hic collis Gratiarum nemoribus frequēs eſt, quum cætera cuius memini Libya ſit arboribus nuda. ducētorum ab eo ad mare ſtadiorū eſt intercapedo. Horū Macarum finitimi ſunt Gindanes, quorum vxores ferunt fimbrias pelliceas ſingulæ multas, ob hoc (vt memoratur) quòd vt à quoque viro venerem paſſa eſt, fimbriam nodat, & vt quæque plurimas habet, ita præclariſſima cenſetur, tanquam à pluribus viris adamata. Horū Gindanorum oram in mare porrectam incolunt Lotophagi, qui è ſolo loti fructu victitant: qui fructus eſt inſtar fructus lentiſci, ſuauitate aſſimilis fructui palmarum. Ex hoc fructu Lotophagi vinum conficiunt. Lotophagis ſecūdum mare vicini ſunt Machlyes, loto & ipſi veſcentes, ſed minus quàm ſuperiores. Pertingunt autem vſq; ad ingentem amnem nomine Tritonem, qui in grādem paludem Tritonidem influit, in qua eſt inſula quæ dicitur Phla. [a] Hanc inſulam aiunt dici à Lacedæmoniis habitari debere. Aiunt autem & hæc: Iaſonem, poſteaquam ſub Pelio Argo exædificauit, impoſitis in ea [b] cum aliis ſolennibus hoſtiis, tum verò tripode æreo, circuiſſe Peloponeſum, animo Delphos eundi, eúmque, quum tenēret curſum circa Maleam, abreptum à vento aquilone, & abductum in Libyam, & priuſquam tellurem cerneret, in aſpretis paludis Tritonidis aſtitiſſe: eíque hæſitanti de egreſſu apparuiſſe Tritonem, ac iuſſiſſe dari ſibi tripodem, quòd diceret oſtenſurum ſe illis exitum, atque incolumes remiſſurum. Aſſentiente Iaſone, ita demum Tritonem oſtendiſſe qua ratione è breuibus enauigarent, & tripodem in ſuo templo poſuiſſe, in eóque tripode oraculum reddidiſſe, & iis qui cum Iaſone erant, omnem rationem indicaſſe. Fore enim vt quum quis tripodem accepiſſet [d] ex omnibus qui in Argo nauigarent, neceſſariò centum Græcæ ciuitates accolerent paludem Tritonidem. Hæc quum audiſſent Libyes qui montem Gratiarum colunt, tripodem occultaſſe. Iuxta hos Machlyes, habitāt AVſes: & circum paludem Tritonidem vtrique habitāt, ita vt medio Tritone dirimantur. Quorum Machlyes quidem occiput crinitum geſtant, AVſes verò ſinciput. Horum virgines, anniuerſario Mineruæ feſto, in honorem ipſius deæ inter ſe bifariam diuiſæ, præliantur lapidibus fuſtibúſque, dicentes ſe [c] morem patrium ſeruare ei quam Mineruam nominauimus: & quæ virgines è vulneribus decedunt, eas falſas virgines appellant. Sed priuſquam à pugnando deſiſtant, hoc faciunt: Quæ virgo in pugnam optimam operam nauauit, eam ſemper communi conſenſu cæteræ virgines exornant cum cætera armatura Græca, tum criſta Corinthia, & currui impoſitam circa paludem circumferunt. Quibus autem rebus ornarentur olim hæ virgines antequā accolerent Græci, non habeo dicere. arbitror autem ornari ſuetas armis AEgyptiis. nam ab AEgypto

a Aiūt autē editū eſſe Lacedæmoniis oraculum de deducenda in hanc inſulam colonia.

b Cum reliqua hecatombe, tum &c.

c *Statim poſt eandem uocem uertit Brenia, Lego autem* βοᾶχαι *&* βοᾶχων *cum uet. cod.*

d *Ex poſteris eorum qui, &c. Fortaſſe* Vulg. *ſcripſerat ex nepotibus.*

e Ritus patrios eſt peragere.

affirmarim & ſcutum & galeam Græcis eſſe tradita. Aiunt autem Mineruam Neptuni eſſe filiam ac paludis Tritonidis, eámque [a] neſcio quid à patre reprehenſam donaſſe ſeipſam Ioui,& Iouem ſibi illam aſciuiſſe filiam: Hæc illi aiunt. Iidem promiſcuè cum mulieribus,non vnà habitantes, ſed pecudum more concumbũt. Vbi apud mulierem puer robuſtus eſt factus, apud quem virũ habitare ſuſtinet,(nã tertio quoque menſe viri conueniũt)eius filius cenſetur.Iſti quidem maritimi Libyum Nomadum dicti ſunt. Supra hos autem ad partem mediterraneam Libya eſt theriodes dicta, *id eſt feris abundans*. Supra hãc therioden ſupercilium ſoli ſabuloſum eſt, porrectum à Thebis AEgyptiis ad columnas Herculis. In hoc ſupercilio ferme decẽ dierum itinere [b] ſunt grumi grandes ſalis iucũdi in collibus,& ſingulorum collium vertices è medio ſale eiaculantur aquam dulcem pariter & gelidam.Circa quam homines habitant vltimi,ſolitudinem verſus, & ſupra *plagam* therioden *dictam*, à Thebis itinere dierum decem, primi Ammonii, habentes templum ad Thebani Iouis effigiem.etenim Thebis (quemadmodum à me memoratum eſt) aſpectu arietino Iouis ſimulachrum eſt. Apud hos eſt alia quoque aqua fontana, quæ ſub matutinum quidem tepet,ſub horam autem qua forum frequentiſſimum eſt,frigeſcit:ſub meridiẽ multo frigidior eſt.eáque hora hortos irrigant.Declinato iam die remittitur frigus,donec ſol occidit:tunc tepeſcit,magis ac magis caleſcens, ad mediã vſque noctem,quo tempore feruens exæſtuat:præterita nocte media,ad auroram vſque refrigeſcit. cognominatur autem fons iſte,ſolis. Poſt Ammonios autẽ per ſupercilium ſabuli,decem rurſus dierum itinere eſt collis ſalis,& aqua illi Ammoniæ par, hominibus circumhabitantibus,cui loco nomen eſt AEgila,ad quem locum Naſamones veniunt palmulas decerptum. Rurſus decem dierum ſpatio ab AEgilæis alius [c] collis eſt ſalis,& aqua,& palmularum fructiferarum magna vis,quemadmodum apud alios:incolẽtibus illic hominibus quibus nomen eſt Garamãtibus,natione ſanè magna,qui inducta ſuper ſalem humo,ita ſerunt. Ab his ad Lotophagos breuiſſimum iter.A quibus triginta dierum ſpatium eſt ad eos apud quos gignuntur boues præpoſterè paſcentes.Ideo autem præpoſterè paſcuntur quòd cornua inflexa anterius habent,& ob id ceſſim,euntes paſcuntur.nam offenſantibus in terra cornibus,progrediendo paſci nequeunt:alioqui nihil differentes à cæteris bobus, præter craſſitudinem pellis atque duritiam.Garamantes hi Troglodytas AEthiopes quadrigis venantur.nam Troglodytæ AEthiopes,omnium quos fando cognouimus,perniciſſimis pedibus ſunt,ſerpentibus,lacertíſque & aliis id genus reptilibus veſcentes, lingua nulli alteri ſimili vtentes,ſed veſpertilionũ more ſtridentes. A Garamantibus decem quoque dierum itinere alius collis eſt ſalis, & aqua:accolentibus hominibus quibus nomen eſt Atlantibus,ſolis omnium hominum,quos ipſi nouimus,innominatis.[d] nam ſales quidem apud eos vocãtur Atlantes, ſingulis autem eorum nullum nomen imponitur.Hi ſolem tranſcendentem execrãtur,eíque præterea omnia conuicia ingerunt,quòd torridus & ipſos & regionem perdat. Poſt totidem dierum iter alius tumulus ſalis eſt,cum aqua,& hominibus accolentibus.Cui confinis eſt mons nomine Atlas,anguſtus,& vndique teres:&(vt fertur)adeo celſus vt eius cacumen nequeat cerni,quòd à nubibus nunquam relinquatur, neque hyeme neque æſtate: quem eſſe columnam cæli indigenæ aiunt.Ab hoc mõte cognominantur hi homines:nam Atlantes vocãtur. dicuntúrque nec vlla animãte veſci,nec vlla ſomnia cernere.Ad hos vſque Atlantes poſſum recenſere nomina eorum qui in ſupercilio *Libyæ* habitant,poſt hos non amplius. Porrigitur autem id ſupercilium ad columnas vſque Hercules, atque vlterius. Intra quod eſt ſalis metallum,*id eſt* [e] *effoſſio*, decem dierum itinere,& homines incolentes,qui domicilia ſua faciunt ex [f] micis ſalis.iſti enim iam tractus Libyæ vacant imbribus. nam ſi plueret illic, non poſſent manere parietes [g] ſalis.Supra autem hoc ſupercilium,auſtrum verſus ac mediterranea Libyæ,deſerta iam plaga eſt, & ſine aqua feriſque, ſine pluuia ac lignis, omni prorſus humore vacãs.Ita ab AEgypto ad Tritonidẽ paludẽ,[h] paſtoritii Libyes ſunt, carne victitantes ac lacte,nihil vaccinum guſtantes,quia nec AEgyptii guſtãt ſuem, nec alentes quidem vaccam.Sed nec Cyrenææ fœminæ [i] ferire ſibi fas putant, ob Iſidem quæ eſt in AEgypto,cui etiam icuniia & dies feſtos ſtudioſè agunt.At mulieres Barcææ non modò guſtu vaccinæ carnis,ſed etiam ſuillæ abſtinent. Atque hæc quidem ita habent. Ad occaſum verò Tritonidis paludis iam nõ ſunt [k] paſcuales Libyes,neq ue eiſdẽ moribus vtentes,neque idem circa infantes quod paſcuales ſolent,factitantes.Nã Libyum qui paſtorales ſunt plerique hoc faciũt,an omnes,non queo pro certo dicere.Vbi filii ipſorum quadrimi effecti ſunt,venas verticis illorum

a Neſcio quid de patre conqueſtam.

b Sunt fruſta ſalis veluti grumi magni in tumulis:& in ſingulorum tumulorũ verticibus è medio ſale aqua frigida & dulcis erumpit.

c Agger. *Paulo pòſt ipſe tumulum uertit.*

d Nã omnibus quidem ſimul nomẽ eſt Atlantes. *Id eſt, cõmune quidem uniuerſæ genti nomen eſt* Atl.

e Fodina.

f Grumis.

g *Poſt* Salis, *adde*, Ibi autem & altus & purpureus ſal effoditur.

h Nomades Libyes ſunt, qui carne & lacte veſcũtur, ſed ab eſu vaccarũ abſtinẽt ſicut & AEgyptii, ſuéſque non alunt.

i *Suſpecta eſt hîc nox Græca.*

k Nomades Libyes.

lana ſuccida inurunt, nonnulli venas temporum: eam videlicet ob cauſam ne vllo vnquam tempore phlegma, *id eſt pituita*, defluens è capite, officiat. eáque de re ſe aiunt eſſe optima valetudine. Et ſunt re vera Libyes inter omnes quos nos nouimus homines ſaluberrimo corpore: incertum mihi an ob hanc cauſam, certè optima valetudine ſunt. Quòd ſi pueris inurendis ſpaſmus exiſtat, inuẽta eſt ab eis medicina. Vrina enim hirci aſperſa eos liberant. Ea autem refero quæ ipſi Libyes narrant. Porro ſacrificia apud [a] paſtoritios Libyes talia ſunt: Vbi pro primitiis aurem pecudis præciderũt, eam ſupra domũ abiiciunt: hoc acto, ceruicem eius auertũt. Solis autem omniũ deorum immolant Soli & Lunæ. & his quidem vniuerſi Libyes ſacrificant: at qui circa Tritonidem paludem incolunt, etiam Mineruæ Tritonique ac Neptuno: ſed Mineruæ præcipuè. A quibus Libybus Græci veſtẽ & ægidas ſimulachrorũ Mineruæ mutuati ſunt, præterquam quòd ægides apud Libyes, & pendẽtes ex eis fimbriæ non ſunt ſerpentes, ſed è loris factæ: cætera verò omnia ad idem exemplar efficta ſunt: nomine quoque ipſo teſtificante veniſſe ex Libya [b] Palladiorũ ſtolam. Quippe Libyſſæ mulieres ſuper veſtem amiciũtur nudis ægeis, *id eſt caprinis pellibus non uilloſis*, fimbriatis, ac rubrica delibutis, à quibus ægeis, *id eſt caprinis pellibus*, ægidas denominauere Græci. Quinetiam hinc primùm mihi videtur eiulatus in tẽplis extitiſſe, quòd eo Libyſſæ mulieres vehementer vtuntur ac bellè. Et à Libybus quadriiugos equos iungere Græci didicere. Sepeliunt autem paſtorales Libyes defunctos vt Græci, præter Naſamones, qui illos ſedentes ſepeliunt, obſeruantes vt dum quis cœpit agere animam, eum ſedentem conſtituant, ne ſupinus expiret. Domicilia eorum ſunt virgultis compacta, ſuſpenſis circa lentiſcos, & ea quoquouerſus verſatilia. Et iſti quidem talibus vtuntur moribus: Contingunt autem hos ab [c] orientali parte Tritonis fluminis ii Auſes qui ſunt aratores: [d] qui verò Libyes domos poſſidere conſueuerunt, iis nomen impoſitum eſt Maxyes, qui dextram capitis partem comatam geſtant, ſiniſtram radunt, corpus minio tingunt, aſſerentes ſe à Troianis eſſe oriundos. Regio autem hæc & reliqua ad occidentem vergens, multo frequentior eſt feris ſyluiſque quàm regio paſtoralium. Nam quæ ad auroram reſpicit, quam paſtorales incolunt, Tritone flumine tenus & depreſſa eſt & arenoſa: hinc deinceps quæ aratorum eſt, veſperam ſpectans, montana valde eſt ac nemoroſa, feriſque frequens. Siquidem apud hos & ſerpentes ſunt ſupramodum grandes ac leones, elephantes quoque & vrſi, & aſpides, & aſini cornibus præditi. Et [e] cynocephali, *id eſt capita canina habentes*, & acephali, *id eſt non habentes capita*, qui in pectoribus oculos habent, vt Libyes: memorant necnõ viri fœminæque agreſtes, & aliæ permultæ feræ haud ementitæ. Quorum nihil apud paſtorales eſt, ſed alia, veluti pygargi, & capreæ, & bubali, & aſini, non illi quidem cornua habentes, ſed alii impoti: nunquam enim bibunt. & oryes, [f] quibus vlnales palmæ pro cornibus fiunt. (huius feræ magnitudo eſt ad æquiparationem bouis) & baſſaria, & hyænæ. & hyſtriches, & arietes agreſtes, & dictyes, & thoes, *id eſt ex hyæna & lupo geniti*, & pantheræ, & boryes, & crocodili tricubitali ad ſummum magnitudine, terreſtres, lacertis aſſimiles, & ſtruthi ſubterranei, & ſerpentes puſilli cum ſingulis cornibus. Hæ ſunt illic feræ, & item cæteræ quæ alibi, præter ceruum & aprum. ceruus enim & aper prorſus in Libya nullus eſt. Sunt ibidem quoque tria murium genera, quorum alii bipedes vocantur, alii zegeries Libyca lingua (quod in Græca pollet idem quod Κωλωνοί, *id eſt colles*: alii, echines. Sunt præterea muſtelæ quæ in ſilphio naſcuntur, [g] murænis ſimillimæ. Tot habet feras Libyum paſtoralium regio, quantum nos maximè ſcrutando longiſſimè inueſtigare potuimus. Maxyum autem Libyum confines ſunt [h] Zabeces, vbi fœminæ aurigãtur currus in bellum. His finitimi ſunt Zygantes, vbi magnam vim mellis apes conficiunt, ſed multo plus opifices viri facere dicũtur. omnes autem minio inficiuntur, ac ſimiis veſcuntur, quarum affatim gignitur iis qui in montibus degunt. Iuxta hos aiunt Carthaginenſes ſitam eſſe inſulam nomine Cyranin, ducẽtorum ſtadiorũ longitudine, arctam latitudine, in quam tranſiri è continente poteſt, oleis refertam ac vitibus. Et in ea eſſe lacuum vnde virgines indigenarum pennis volucrum pice illitis ramenta auri referunt è limo. Hæc an vera ſint haud equidem ſcio, ſed quæ narrãtur ſcribo. [i] Fuerit autem totum, vt ipſe ego in Zacyntho vidi picem è lacu referri. Sunt eo loci complures lacus, quorum qui maximus, ſeptuaginta quoquouerſus pedum eſt, altitudinis duũm paſſuum: in hunc *uirgines* contum, cuius in ſummitate myrtus alligata eſt, demittunt, deinde referunt myrto picem, odorem quidem aſphalti habentem, ſed cætera præſtantiorem pice Picria: eámque in ſcrobem quam iuxta lacum foderunt, effundunt, & vbi multum

a Nomades. *Sic & in ſequent. pro paſtorales.*

b *Id eſt ſimulachrorum Mineruæ, dicit enim Herodot.* παλλαδίων *quod dixerat* τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθωνίης.

c Occidentali.

d *Lectionem ſequutus uidetur diuerſum ab ea quæ eſt in uulg. edit.*

e *In uulg. Græc. edit. Cynocephalorum tantum fit mentio, ſed quidam uer. cõdices pro* κυνοκέφαλοι *habent* ἀκέφαλοι, *hoc modo,* καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τῇσι στήθεσι, *&c.*

f Ad quarum cornua Phœnices cubitos *menſuras* faciunt. *Id eſt, Phœnices ſuas menſuras dictas cubitos illarum cornibus magnitudine faciunt pares. Fortaſſe tamen & alius ſit ſenſus.*

g Tarteſſiacis ſimiles.

h Zaveces.

i Fieri autem poſſit vt id omnino ita ſe habeat, quum ipſe viderim, &c.

illius aggeſſerunt, ita è ſcrobe in amphoras tranſfundunt. Quicquid autem in lacum decidit, id ſub terram means [a] redditur in mari, quod à lacu quatuor ſtadiis abeſt. Ita quæ de inſula adiacenti Libyæ dicuntur, conſentanea ſunt veritati. Aiunt præterea Carthaginenſes, locum eſſe Libyæ extra columnas Herculis habitatum hominibus: eò quoties ipſi applicuere ſe, merces è nauibus exponere, eáſque in crepidine terræ deinceps collocare: tum conſcenſis nauibus fumum excitare: fumo autem conſpecto, indigenas ad mare contendere: dehinc auro pro mercibus depoſito, [b] rurſus illinc abſcedere, ſed non extra conſpectum: tum ſe illinc è nauibus egreſſos *pretium* conſiderare, & ſi dignum mercibus [c] videatur, eo ſumpto abire: ſinminus, conſcenſis iterum nauibus conſidere. illos verò accedentes, plus auri ad id quod depoſuerunt addere, donec [d] perſuadeant. Neutros autem alteris iniuriam inferre: [e] neque aut ſe contingere merces priuſquam ipſi ſumpſerint aurum. Atque hi ſunt Libyum quos nominare poſſum: quorum plerique neque tunc de rege Medorum curabant quicquam, neque nunc curant. De qua regione eatenus queo dicere, à quatuor eam nationibus (quantum nos ſcimus) & non à pluribus incoli: quarum duæ ſunt indigenæ, totidem nõ indigenæ. Indigenæ quidem, Libyes atque Aethiopes, quorum alteri ad aquilonem Libyæ, alteri ad auſtrum incolunt: aduenæ verò, Phœnices & Græci. Neque verò videtur mihi bonitas Libycæ terræ cum bonitate Aſiæ atque Europæ comparanda, præter vnam Cinypem, quæ tellus fluuio cognominis eſt. Hæc autem optimæ cuique telluri par eſt prouentu fructus cerealis [f] omnino cæteræ Libyæ. Eſt enim pulla & vda fontibus, ac ſecura ſiccitatis aeris: ac ne imbre quidem, qui ſit vehementior, læditur. nam in eo tractu Libyæ pluit. Ex prouentibus autem fructuum terræ, totidem menſuræ illic quot è Babylonica tellure percipiuntur. Bonum ſolum & illud eſt quod EVeſperitæ colunt. nam quoties id eximiè ſeipſum vbertate ſuperat, centuplum reddit: at illud Cinypum, circiter trecenta. Porro Cyrenaica regio quæ huius Libyæ editiſſima eſt, quam paſtorales incolunt, tres in ſe [g] plagas continet admiratione dignas. Primam, quæ maritima eſt, quòd in ea iam fructus maturi metuntur vindemiantúrque: his compoſitis, in plaga quæ ſupra maritimam eſt, medios fructus legunt, quos bunos appellãt: dum hi fructus adornantur, ii qui ſunt in editiſſima plaga, coquuntur atque matureſcũt. Itaque dum primi fructus bibuntur atque eduntur, vltimi aduentant. Atque hunc in modum ad octo menſes perceptio fructuum Cyrenæos occupat. Hæc hactenus de his dicta ſint. Perſæ autem ad vlciſcendam Pheretimã ab Aryande miſſi ex AEgypto Barcen peruenerunt, oppidum obſederunt, miſſis illico qui denuntiarent dedi authores necis Arceſilai. [h] Eos oppidani, vt qui cædis omnes participes eſſent, in colloquium non admiſerunt. Ita octo menſes Barcen quum obſediſſent Perſæ, nono menſe cuniculos ſuffoderunt ad murum ferentes, & valida tormenta admouerunt. ſed cuniculos quidem faber quidam ærarius deprehendit æreo ſcuto, hunc in modum: Circumferens illud intra murum, admouebat pauimento vrbis: quod vbicunque admouebatur alibi, illinc è ſolo nihil ſoni reddebatur: ad locum autem qui ſuffodiebatur, æs clypei reſonabat. vbi è diuerſo fodientes Barcæi, Perſas ſuffoſſores interemerunt. Tormenta autem Barcæi ipſi repulſabant. Verùm quum multum temporis contriuiſſent, & multi vtrinque caderent, nec pauciores ex Perſis, Amaſis dux peditatus talem rem commentus eſt: Animaduertens Barcæos vi non poſſe ſuperari, ſed dolo, latam foſſam per noctem depreſſit, eíque fragilia ſuperſtrauit ligna, & ſuper ea humum induxit, reddens ſolum cætero æquabile. ſimulatque illuxit, Barcæos in colloquium euocat. Illi libenter obtemperauere, quòd eis cordi erat ad pactionem deuenire. Pactionem autem in hanc formulam inierunt, ferientes fœdus ſuper illam occultam foſſam: vt quoad humus ea ita ſe haberet, tandiu fœdus in ea regione ratum foret, Barcæis quod æquum foret ſe penſuros regi, & Perſis, ſe nihil rerum nouarum aduerſus Barcæos eſſe molituros promittentibus. Barcæi dehinc fœderibus freti, & ipſi ex vrbe prodibant, & ex hoſtibus cuicunque libebat intrandi vrbem faciebant poteſtatem, patefactis omnibus portis. At Perſæ reſciſſo põte occulto in vrbem proruperunt: ideo autem pontem quem fecerant reſciderunt, vt fœdus ſoluerent quod cum Barcæis percuſſerant, tandiu ratum fore fœdus quandiu maneret terra vt tunc manebat. refracto enim ponte, non manere fœdus in ea regione amplius. Pheretima traditos ſibi à Perſis Barcæos qui faciendæ cædis principes fuerant, ſudibus ſuffixit per ambitum murorum. Fœminarum quoque deciſas mamillas circa muros appendit. Cæteros Barcæos Perſis vt diriperent imperauit, præter Battiadas, & qui cædis affines non extiterant. His

[a] Conſpicitur. *Vel, apparet.*

[b] Procul à mercibus retrocedere. *Hic autem interpres aliter legiſſe videtur. ſed hanc lectionem τὰ ἔξω χωρέειν ποιέσω ἀπὸ τῶν φορτίων ſequentia confirmant.*

[c] Videatur aurum.

[d] Faciant illos acquieſcere. *Gal. Iuſques à ce qu'ils les rendent contens.*

[e] Neque enim illos aurum attingere priuſquam mercium pretio id æquauerint, *id eſt priuſquam tam multum exhibuerint quantum mercium pretio reſpõdeat,* neque illos merces attingere, *vel contingere* priuſquam, &c.

[f] Nec quicquam omnino ſimilis eſt reliquæ Libyæ.

[g] *Sunt qui in Græco cõ textu pro χώρας legendũ cenſeant ὥρας. quam lectionem ſequendo, aliter fuerit interpretandus hic locus.*

[h] Eorum oppidani, vt qui &c. orationem nõ admiſerunt. *id eſt, eorum petitioni nõ acquieuerunt, vel, aſſenſi non ſunt.*

vrbem permiſit: reliquis in ſeruitutem abreptis Perſæ redierũt. qui quum ad vrbem Cyrenen rediſſent, Cyrenæi eos, oraculi cuiuſdam ſeruandi gratia, per vrbem deduxerunt. ſed inter tranſeundum præfectus naualis exercitus Bares illis præcepit vt vrbem diriperent: recuſante Amaſi peditũ duce. ſe enim aduerſus vnam Barcen Græcam ciuitatem eſſe miſſos. Verùm poſtquam tranſierunt, & ad ripam Lycæi Iouis ſubſederunt, pœnitentia eos ſubiit quòd Cyrenen nõ occupaſſent: eámque iterum adoriri conati ſunt, Cyrenæis non permittentibus. Et licet nemo contrà ferret arma, tamen inceſſit eis metus: illincque curſu ſe proripientes, ſexaginta circiter ſtadia conſederunt. vbi ſtatiua habentibus, ab Aryande nuntius aduenit ad eos reuocãdos. Quum igitur à Cyrenæis commeatum ſibi præberi precati eſſent & eum accepiſſent, in Aegyptum reuertebantur. Quos deinde Libyes excipientes, veſtitus atque vtenſilium gratia, vt quiſque relinquebatur trahebatúrque, interficiebant, donec in AEgyptum peruentum eſt. Hic Perſarum exercitus in Libyam longiſſimè ad EVeſperidas proceſſit. Quos autem Barcæorum cepere, [a] quóſque ex AEgypto eiecere ad regem, iis Darius rex ad incolendum dedit vicum Bactrianæ regionis, (cui vico nomen impoſuere Barcæ) ad meã vſque memoriam etiã incolis frequentem. Verùm ne ipſa quidem Pheretima [b] probè vita exceſſit. nã poſteaquã vlta Barcæos celerrimè in AEgyptum rediit, malè periit. [c] vt enim exiſtunt acres admodum & inuidioſæ vltiones deorum in homines, viuens vermibus computruit. Talis ac tanta Pheretimæ Batti filiæ in Barcæos vindicta extitit.

a Hos ex Ægypto ad regem tranſportarũt: rex autem Darius iis ad incol. *Legendo αἰκασμένους pro αἰκισμένους.*

b Feliciter vitam finiuit. quumprimum enim vlta Barc. in Ægypt. rediit, miſerè periit.

c Vt enim diis odioſæ ſunt nimium acres hominum vltiones. *Perinde acſi dicat, deos illi tam miſerabilem vitæ exitum immiſiſſe, odio proſequentes eam quæ uſa fuerat in vltione ſumẽda crudelitatem, ut & alias adeò atroces vltiones odio proſequi ſolent. Valla autem ſenſum inuertit.*

HERODOTI HALICARNASSEI hiſtoriarum liber quintus, qui inſcribitur Terpſichore.

AT Perſæ qui in Europa ſub Megabyzo relicti à Dario erant, primos ex Helleſpõtiis Perinthios Dario ſubeſſe recuſantes, ſubegerũt, antea quoq; à Pæonibus malè affectos. Siquidem Pæones qui ſunt à Strymone, admoniti diuino reſponſo vt bellũ Perinthiis inferrẽt: & ſi quidem à Perinthiis ex aduerſo conſidentibus prouocarentur, nominatim cõpellantibus, eos inuaderẽt: ſinminus, ab inuadendo abſtinerẽt: ita fecerunt. Enimuero cõſidentibus Perinthiis eregione Pæonũ in ſuburbanis, ibi ſingulare certamen triplex ex prouocatione cõmiſſum eſt, viri cum viro, equi cum equo, canis cũ cane. Et quũ victores duobus certaminibus Perinthii præ gaudio carmen Pæana cãtarent, tunc Pæones hoc ipſum eſſe reſpõſum dei coniectantes, inter ſe dixere, Nunc oraculũ dei perfectũ eſt, nunc noſtrum eſt opus. Atq; ita in Perinthios canentes impetũ fecere, egregiéq; vincentes ex illis paucos reliquere. [d] Quæ quõdam à Pæonibus geſta fuerant, hunc in modũ geſta ſunt. Tũc autẽ Perinthii pro libertate ſtrenuè pugnãtes, tamen multitudine à Megabyzo ſuperati ſunt. Perintho capta, Megabyzus per Thraciã arma circumferens, omnes eius vrbes atque omnes nationes pacatas regi reddebat. Hoc enim illi à Dario fuerat imperatũ, vt omnem Thraciam ſubigeret. Gens Thracũ, ſecundum Indos, omnium maxima eſt: quæ ſi aut vnius imperio regeretur, aut idẽ ſentiret, vt mea fert opinio, inexpugnabilis foret, & omniũ gentium multo validiſſima: ſed quia id nimis arduũ illis eſt, & nulla ratione cõtingere poteſt, ideo imbecilles ſunt. Habent autẽ multa nomina ſingularũ regionum ſinguli. Moribus tamen ac opinionibus conſimilibus imbuti ſunt, præter Getas & Trauſos, [e] & qui ſupra Creſtonæos incolũt. Ex quibus quæ à Getis fiant qui [f] ſe pro immortalibus gerunt, à me cõmemoratũ eſt. Trauſi verò in cæteris quidem omnibus idem quod Thraces, verùm circa natalia ſuorũ atq; obitus hoc factitant: Edito puero, propinqui eum circũſidẽtes cum ploratione proſequũtur, ob ea mala quæ neceſſe eſt illi, quòd vitã ingreſſus ſit, perpeti: humanas omnes calamitates recẽſentes. Hominem autẽ fato functum, per luſum atq; lætitiã terræ demandant, referentes quot malis liberatus in omni ſit felicitate. At qui ſupra Creſtonæos incolunt, iſta agunt: Singuli plures vxores habẽt: quorum vbi quis deceſſit, diſceptatio magna fit inter vxores, acri amicorũ circa hanc rem ſtudio, quænam dilecta fuerit à marito præcipuè. Quæ talis iudicata eſt & hunc honorẽ adepta, ea à viris ac mulieribus ex-

d Quæ quondam à Pæonibus acciderãt *Perinthiis*, ita ſe habuerant. *Vel*, Talem quidam olim cladem *Perinthii* à Pæonibus acceperant. Tunc tamen pro libertate ſtren.

e *Vel*, Et Creſtonæos qui ſuperiorẽ regionẽ incolũt. *ſic & paulo pòſt.*

f *De his uide lib. præcedente locum Herodoti, ſimúlque annotationem in eum.*

ornata,ad tumulũ à ſuo ꝓpinquiſſimo mactatur,vnáq; cum viro humatur,cæteris vxoribus id ſibi pro ingenti calamitate ducẽtibus. nã id eis ſummo dedecori datur. Reliquis Thracibus hic mos eſt: Liberos in mercato venundant. Virgines autẽ non aſſeruãt,ſed quibus libuerit cum viris concũbere ſinunt. at vxores aſſeruãt vehementer,eáſque magno ære à parentibus coemunt. Punctas [a] notis eſſe frõtes,nobile iudicatur: non eſſe notatas punctis,ignobile. Otioſum eſſe,pro honeſtiſſimo habetur: agricolatorẽ verò, pro contẽptiſſimo. E bello atq; rapto viuere,pulcherrimũ. Atque hi quidem ſunt eorũ inſigniſſimi mores. Deos autẽ hos ſolos colunt, Martẽ, Liberũ, Dianam: ſed reges, præter populares, etiam Mercurium, eúmque è diis præcipuè: per quem ſolum iurant, à quo progenitos quoque ſe aiunt. Optimatibus eorũ tales ſunt ſepulturæ: Prolato triduum cadauere, mactatíſque omnifariis hoſtiis, conuiuantur. Illúdque defletum prius, deinde cõbuſtum ſepeliunt, aut aliter humo cõtegunt. Aggeſtóque deſuper tumulo, cum alia omnis generis certamina proponũt, tum præcipuè certa cum ratione monomachiã, *id eſt ſingulare certamen*. Et ſepulturæ quidem Thracũ huiuſmodi ſunt. Quod autẽ huius regionis ad aquilonẽ vergit, nemo poteſt pro cõperto referre quínam homines eam incolant: ſed illam quæ trans Iſtrum plaga eſt, conſtat vaſtã eſſe atq; ignotam: [b] vbi ſolos audio habitare homines nomine Sigynas, veſte Medica vtentes, eorúmq; equos toto corpore hirſutos eſſe, ad quinque digitos altitudine pilorum, eoſdémque puſillos ac ſimos, inualidóſque ad viros geſtandos, ſed currui iunctos eſſe perniciſſimos: atque his curribus indigenas inuehi. Horum fines proximè accedere ad Enetos, qui ſunt in Adria. Eos quoq; ſe colonos Medorum dicere: qui quo pacto coloni Medorũ fuerint, equidem nõ queo dicere: ſed [c] fiat quidlibet intra longum tẽpus. [d] Sigynas Libyes qui ſupra Maſſiliã incolũt, inſtitores appellãt: Cyprii lãcula. Verùm, vt Thracẽs aiunt, ápes loca quæ ſunt trans Iſtrum, obtinent, & ob illas vlterius pergi non poteſt. Quæ quũ dicunt, haud credibilia apud me dicunt, quoniam hoc animal cõſtat frigoris intolerans eſſe. Sed mihi vidẽtur loca quæ ſeptentrionibus ſubſunt, ob gelu inhabitabilia eſſe. Hactenus de hac regione: cuius orã maritimã Megabyzus Perſis obedientem reddidit. Darius, [e] trãſmiſſo rapidiſſimè Helleſponto, poſtquã Sardis venit, recordatus eſt benẽficii in ſe ab Hiſtiæo collati, & cõſilii Cois Mitylenæi. Quibus accerſitis Sardis obtulit electionem. Hiſtiæus, vt qui eſſet Mileti tyrannus, nullã ſibi tyrannidẽ popoſcit: ſed Myrcinũ Edonidem, animo vrbis in ea condendæ. Et iſte quidem hanc elegit. Coes autẽ, vt qui nõ tyrannus ſed priuatus eſſet, optauit Mitylenes tyrannidẽ. Impetrato vterq; quod optauerat, eò ſe cõtulit. At Dario res huiuſcemodi oblata eſt, vt illam videnti inceſſerit cupido iubendi Megabyzo vt Pæonas ex Europæ ſedibus in Aſiam trãſportaret. Erant Pigres & Maſtyes viri Pæones, qui poſtquã Darius tranſmiſit in Aſiam, & ipſi Sardis venere, cupidi tyrãnidis apud Pæonas potiundæ, ducẽtes vnà ſororem procera ſtatura atque ſpecioſam: obſeruato tempore dum in ſuburbanis Lydorũ Darius præſideret, talẽ rem ſibi agendã putarunt: Sororem quam optimè poterant quũ exornaſſent, ad aquã mittunt, vas capite tenentem, equúmq; è brachio trahentẽ, linúmq; nentem. Eam prætereuntẽ Darius attentè cõſiderabat, quòd neq; Perſica erant illa quæ ageret mulier, neq; Lydica, neque vllarũ ex Aſia fœminarũ. Hæc cõſiderans, miſit quoſdam ſuorũ ſatellitum, iuſſos obſeruare in quam rem vteretur mulier equo. Iſtis obſequẽtibus, fœmina vbi peruenit ad flumẽ, [f] equo ſatiſfecit, vas aqua impleuit. His actis, eadem via regreditur, aquam capite ſuſtinens, equum è brachio trahens, ac fuſum verſans. Admiratus Darius tum iis quæ ab exploratoribus audiſſet, tum iis quæ ipſe vidiſſet, adduci coràm fœminã iubet. Ea adducta, adoleſcentes fratres qui aderãt, non procul rem ipſam ſpeculãtes, interrogãti Dario cuias illa eſſet, aiunt ſe Pæones eſſe, & illam ſuã ſororẽ. Ad quos Darius, quínam homines eſſent Pæones, & vbi locorũ habitarẽt, & cuius rei gratia illi veniſſent Sardis, percõtari. Adoleſcentes, ſe verò veniſſe dicere vt ſeſe ei donarent. Pæoniã autem eſſe ad flumen Strymonẽ ſitam, qui Strymon nõ procul abeſſet ab Helleſponto. Eſſe verò Pæones coloniam Teucrorum qui è Troia fuerunt. Hæc ſingulatim illi referebant. Interrogantíque Dario nunquid omnes illic fœminæ tam laborioſæ eſſent, affirmare prõptè id ita ſe habere. huius enim rei gratia illud fiebat. Ibi Darius literas ad Megabyzum dat, quem in Thracia præfectum reliquerat, iubens è ſedibus ſuis Pæones ad ipſum tranſferri cum liberis pariter & vxoribus. Eques cum hoc nuntio confeſtim ad Helleſpontum cucurrit, Helleſpontóque trãſmiſſo literas Megabyzo reddidit. Quibus ille lectis, ſumpto è Thracia duce, aduerſus Pæoniam exercitum ducit. Pæones, cognito Perſarum in ſe aduentu, contractis copiis proceſſere

a Stigmatis. Cicero στιγμὴν interpretatur compunctum notis.

b De nullis autem poſſum quicquam accipere qui trans Iſtrũ habitent præterquam de Sigynis.

c Nihil eſt quod non cõtingere poſſit intra long.

d Sigynas quidem certè Ligures qui ſupra Maſſ. &c. At hîc legit λίγυες pro λίγυας.

e Quumprimum Sardis tranſmiſſo Helleſponto peruenit.

f Equum aquauit. vel, adaquauit.

ad mare, rati illac Persas ingressuros ad dimicandum. Et Pæones quidem ad arcendum exercitus Megabyzi ingressum parati erant: Persæ autē certiores facti Pæonas conuenisse ad intercludendum ab ora maritima ingressum, sumptis ducibus iter ad superiora conuertunt, hostémque latentes in eius oppida irrumpunt, & illa vtpote vacua, facilè occupant. Quod vbi resciuere Pæones, protinus dispersi, ad sua quisque dilabuntur, séque Persis dedunt. Ita è Pæonibus Syropæones & Pæoplæ, & qui ad Prasiadem vsque paludem incolūt, è suis sedibus emoti, in Asiam sunt abducti. Qui verò circa Pangæum montem incolunt, Doberásque & Agrianas & Odomantos, & ipsam Prasiadem paludem, à principio non cepit Megabyzus. Tentauit tamen eos etiam expugnare qui paludem incolunt: incolunt autem hunc in modum: In media palude compactæ stant sublicæ, angustum à continente ingressum vno ponte habentes. Has sublicas tabulata sustinentes, olim communiter omnes ciues statuebant: mox è lege hunc in modum statuendas censuerunt, vt pro singulis vxoribus quas quisque duceret (ducunt autem singuli multas vxores) ternas defigeret sublicas, è monte sumptas cui nomen est Orbelus. Hoc habitantes modo, obtinent singuli super ea tabulata tugurium in quo degunt, & fores inter tabulata compactas, deorsum ad paludē ferētes. Paruulos autē liberos per pedem reste illigant, metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Equis autem & subiugalibus pisces pro pabulo præbent. Porro piscium tanta est copia vt quoties quis ianuam compactam reclinauerit, demissam fune sportam vacuam; aliquanto post retrahat piscium plenam. quorum duo sunt genera, vnum quod vocant Papraces, alterum Tilones. Cæterùm è Pæonibus ii qui capti fuere, in Asiam sunt abducti. Pæonibus captis, Megabyzus nuntios in Macedoniam septem Persas, qui post eum erant in exercitu spectatissimi, misit ad Amyntam petituros regi Dario terram & aquam. Est autem è palude Prasiade breuis admodum in Macedoniam via. nam in primis paludi confine est metallum, *id est* [a] *fossa æris*, vnde post ea tempora Alexādro in singulos dies singula talenta proueniebant. Post metallum, superato monte quem vocant Dysorum, Macedonia intratur. Eò Persæ vbi peruenere, & in conspectum Amyntæ, ad quem mittebantur, regi Dario terram & aquam petiere, Amyntas & ea dedit, & homines in hospitium vocauit. instructáque splendidè cœna, percomiter
» accepit. Persæ postquam à cœna ad potum peruenere, Hospes, inquiunt, Macedo,
» nobis Persis consuetudinis est, quoties magnam exhibuimus cœnam, tunc etiam
» concubinas [aa] & adolescētulas vxores ad assidēdum introducere. Proinde tu nunc,
» quoniam libenter excepisti nos, & liberali hospitio prosequutus es, regíque Dario &
» terram das & aquam, sectare consuetudinem nostram. Ad hæc Amyntas, Nobis,
» inquit, Persæ ista consuetudo non est, sed viros à fœminis semouendi: verùm quan-
» doquidem vos exigitis qui domini estis, hoc quoque vobis præstabitur. Hæc loquutus Amyntas fœminas accersit. Illæ, vt iussæ, præstò fuerunt, & eregione Persarum deinde consederunt. Quas Persæ conspicati formosas, Amyntam alloquuntur, negantes omnino id factum esse sapienter. satius enim futurum fuisse, ab initio non venire fœminas, quàm, postquam venerant, non assidere, sed ex aduerso sedere in oculorum dolorem. Ita coactus Amyntas illas assidere iussit. Quæ quum obtemperassent, illico Persæ mamillas illarum tractare, vtpote plusculo vino temulenti: nonnulli etiam tentare suauiari. Hæc Amyntas intuens etsi iniquo ferebat animo, tamen præ metu Persici nominis quiescere. Verùm eius filius Alexander quum adesset, atque hæc aspiceret, vtpote adolescens, & malorum inexpertus, nequaquam
» amplius tolerare posse. itaque grauiter ferens, ad Amyntam inquit, Tu quidem pa-
» ter [b] cede ætati, abíque hinc ad requiescendum, [c] neque indulgeas nimium pota-
» tioni: ego verò hîc remanens, omnia hospitibus quæ oportet exhibebo. Amyntas
» eum rei nouæ aliquid facturum animaduertens, ad hæc respondit, Fili, inquiens,
» [d] verba tua hinc me summouentis penè intelligo. ideo enim me dimittis quòd ali-
» quid noui agere in animo habes. Quare nolo te quicquam noui in hos viros perpe-
» trare, futurum in perniciem nostram: sed tolera expectans quæ geruntur. nam
» quod ad discessum meum pertinet, parebo. His responsis Amyntas abiit. Tum Ale-
» xander ad Persas, [e] Vobis, inquit, hospites, cum his fœminis vel omnibus, si libet, fa-
» cillimè licet concumbatis: sed cum qua earum concumbere libeat indicate. Nunc
» enim fere tempus cubandi aduentat, & vos bene potos esse temulentósque video.
» Proinde has fœminas, si vobis cordi est, finite ire ad se lauandum, quas, quum lotæ
» fuerint, accipiatis. Hæc loquutus Alexāder, approbantibus Persis, egressas fœminas in muliebre remittit conclaue: ac totidem [f] viros lęues malas habentes, muliebribus

a Fodina, vndè &c.

aa Et legitimo virginitatis iure nuptas.

b Morem gere ætati.

c Neque per totum potationis tēpus hic maneas.

d Ex tuis verbis te ira propemodum ardere intelligo. *Potest etiam* ὀξέδρᾳ *cum* συνίημι *iungi.*

e Vobis, hospites, his fœminis potiri *uel frui* facile est, siue cū omnibus, siue cum aliquot earum, *uel, cum quantacunque earum parte* cōcumbere libeat. Verùm id *postea* nobis significabitis: at nunc quū & tempus petendi lecti instet, & vos, vt video, egregiè poti sitis, has (si graue non est) lotum ire sinite: & lotarum reditum expectate.

f Id *est*, imberbes iuuenes, *queis leuia fulgēt ora, ut loquitur Tib.*

veſtibus exornat: traditíſque pugionibus introducit, admonétque Perſas, inquiens, Vos verò Perſæ, à nobis in conuiuium eſtis omni munificentia accepti: quippe qui- « bus & quæ habemus, & quæ inuenire potuimus, ea omnia repræſentauimus: &, « quod omnium maximũ eſt, etiam noſtras ipſorũ matres & ſorores liberaliter exhi- « bemus: [a]vt omni honore affecti à nobis, intelligatis quibus rebus digni eſtis: vtque « regi qui vos miſit, à Græco quodam Macedonum principe vos & menſa & lecto be « ne acceptos eſſe, renũtietis. Hæc loquutus Alexander, ſingulos Macedonas quos fœ- « minas eſſe aiebant, aſſidere iuſſit ſingulis Perſis. qui poſteaquã à Perſis attrectari cœ- pere, illos obtruncauere. Et hac quidẽ morte affecti ſunt Perſæ ipſi pariter & eorum comitatus. Comitabantur enim eos & vehicula, & famulitia, & omnis generis appa ratus, quæ cuncta cum illis omnibus pariter intercepta ſunt. Non multo deinde in- teriecto tempore, quum magna horũ virorũ à Perſis inquiſitio fieret, Alexander il- los [b]prudenter occupauit, tũ multa pecunia, tum ſorore ſua nomine Gygæa Buba- ri data, viro Perſæ, vni ex inquiſitoribus interfectorum. Ita horũ Perſarũ cædes [c]de- prehenſa, ſed ſilentio ſuppreſſa eſt. Eſſe autem Græcos hos qui à Perdica progeniti ſunt, quemadmodũ ipſi aiunt, & ego ſcio, & oſtendam in iis quæ poſtea dicã. Quin- etiam & ii qui in Olympia certaminibus Græcorũ præſunt, *Græcos eſſe eos* ita cogno- uerunt. Nam quum Alexander certandi gratia ad hoc ipſum deſcendiſſet, à concur- ſoribus prohibebatur, quòd negaret barbarorum id eſſe certamen, ſed Græcorum. at vbi palàm fecit ſeſe Argiuum, Græcus eſſe iudicatus eſt: & ſtadium currens, proximus primo extitit. Et hæc quidem ita geſta ſunt. Megabyzus autẽ Pæones ducens, abiit in Helleſpontum: & illo tranſmiſſo, peruenit Sardis. quum interim Hi ſtiæus Mileſius iam muris cingeret locum, quo à ſe petito donatus à Dario fuerat in pretium ſeruatæ ratis, qui locus eſt ad flumen Strymonem nomine Myrcinus. At Megabyzus, cognito quod fiebat ab Hiſtiæo, quum primũ venit Sardis, ducẽs Pæo- nes, ita eſt Darium alloquutus, Rex, quídnam tu rei feciſti, dato loco ad vrbem con « dendam in Thracia viro Græco, eidémque ſolerti atque induſtrio? vbi affatim ma- « teriæ eſt ad naues ædificãdas, multúmque remigũ atque pecuniæ? multis etiam cum « barbaris tum Græcis incolentibus? qui nacti ducem, facient quicquid ille vel die vel « nocte præceperit. Nunc igitur tu virũ hunc ita facientem inhibe, ne domeſtico bel- « lo afflicteris. Inhibe autem miti modo accerſitum: quem quum acceperis, da ope- « ram nequando in Græciam reuertatur. Hæc loquutus Megabyzus, perfacilè Dario « perſuaſit, tanquam probè proſpiciens quod eſſet euenturũ. Darius miſſo in Myrci- num nuntio ad Hiſtiæum, hæc inquit, Hiſtiæe, rex Darius hæc dicit, Mihi rebúſque « meis melius conſulentẽ quàm te inuenio neminẽ: quod non verbis, ſed factis com- « pertum habeo. proinde quum res magnas agere deſtinem, præſtò mihi ſis vt eas tibi « aperiam. His verbis fidẽ habens Hiſtiæus, & ſimul magni faciens conſiliarium regis fieri, Sardis profectus eſt. Cui aduenienti Darius, Hiſtiæe, ego (inquit) ea de cauſa te « accerſiui, quòd [d]poſteaquam à Scythis redire maturaui, & tu ab oculis meis abfuiſti, « nullius rei deſiderium tam me tenuit breui, quàm vt tu in aſpectum & colloquium « meum venires: quum ſciam omnium poſſeſſionum pretioſiſſimam eſſe virum a- « micum, ſolertem, bene ſentientẽ: quæ tibi ambo adeſſe ego teſtimonio eſſe poſſum « è rebus meis. Quare tibi ego, qui feciſti probè quòd veneris, [e]hoc gratificandum pu- « taui, vt omiſſa Mileto, & recèns condita in Thracia vrbe, me ſequaris Suſa, eadem « quæ ego habiturus, meúſque cõuictor ac conſiliarius futurus. Hæc loquutus Darius, « vnà ſecum Hiſtiæum ducens, Suſa verſus iter intendit, præfecto Sardibus Artapher- ne, fatre ſuo ex eodem patre. Item præfecto Otane oræ maritimæ: cuius patrem Si- ſamnem, vnum è regiis iudicibus, quòd iniuſtè ob pecuniam iudicaſſet, rex Cam- byſes interemerat: interemptóque detractum corium in lora concidit, quibus tribu nal in quo ille ſedens iudicarat, intendit: ibidémque eius filium Otanem ſedere iudi cẽ præcepit, atque in memoria habere in quo tribunali iudicaret. Hic igitur Otanes in eo tribunali ſedens, tunc Megabyzi ſucceſſor exercitus, Byzantios ac Chalcedo- nios cepit: cepit item Antãdrum, quæ eſt in terra Troade, cepit quoque Lamponiũ. Sumpta etiam à Leſbiis claſſe, cepit Lemnum & Imbrũ, à Pelaſgis tunc quoque vtranque habitatam. Sed Lemnii quoniam prælio contenderant, & aliquandiu repu- gnauerant, mala perpeſſi ſunt: quorum qui ſuperfuere, iis præfectum Perſæ impo- ſuere Lycaretũ, Mæãdrii eius qui Sami regnauit, germanum. Hic Lycaretus quum Lemno præeſſet, hac de cauſa mortẽ oppetiit, quòd omnes in captiuitatẽ redigebat, atque euertebat, alios inſimulans deſertores Scythicæ expeditionis, alios vexatores copiarum Darii à Scythis reuertentium. Hæc iſte in ſua præfectura perpetrabat:

[a] Vt nos vobis omnemquo digni eſtis honorẽ exhibere intelligatis.

[b] Aſtutia circumuenit.

[c] Inquiſitoribus aſtu circumuentis, ſil. ſuppr. eſt. *Ad verbum, Ita circumuenta eſt. Voluit enim author retinere idem vocabulũ, etſi minus poſteriori loco conuenieus.*

[d] Quàm primùm à Scythis redii.

[e] Hæc propono. *uel, offero.*

ſed non diu[a] in malis faciendis delituit: & cœperunt iterum è Naxo atque Mileto calamitates Ionibus fieri. [b]è Naxo quidem, quòd inter inſulas felicitate præſtabat: è Mileto autem, quòd ea tempeſtate propè ſeipſa ſuperata maximè florebat, erátque Ioniæ prætextum: quum laboraſſet duabus ſuperioribus ætatibus morbo ſeditionis, donec eam ſeditionem Parii [c]ſedauerunt, ex omnibus Græcis correctores à Mileſiis delecti. Hunc autem in modum eos Parii correxere. Quum Miletum veniſſent viri inter Parios præſtantiſſimi, cernerétque [d]domos vehementer labefactatas, dixerunt velle ſe regionem ipſorum peragrare. Id facientes, & omnem agrum Mileſium luſtrantes, vt quenque fundum animaduertebant bene cultum *fructúmque emittentem*, conſcribebant domini nomen. Peragrata omni regione, quum paucos huiuſmodi fundos comperiſſent, quammaturrimè ad vrbem deſcenderunt: coactóque cœtu, decreuerunt vrbem ab iis eſſe incolendam quorum fundos bene cultos inueniſſent. videri enim illos ita curaturos publica vt ſua ipſorum curauiſſent. Cæteros Mileſios, qui prius ſeditionem mouiſſent, iuſſerunt horum dicto audientes eſſe. Ita [e]Mileſios Parii correxerunt. Ex his tunc vrbibus hoc modo cœperunt Ioniæ mala contingere: Ex Naxo quidam locupletes è plebe in exilium miſſi, Miletum ſe contulerunt. Miletum autem procurabat Ariſtagoras Molpagoræ filius, idémque gener ac conſobrinus Hiſtiæi Lyſagoræ filii, quē Darius Suſis diſtinebat. nam Hiſtiæus Mileti erat tyrānus, & per id tempus Suſis degebat quum Naxii venere iampridem Hiſtiæi hoſpites. Quum autem Miletū Naxii aduenere, obſecrarunt Ariſtagoram vt aliquantulum copiarum ipſis præſtaret ad redeundum in patriam. Ille colligens, ſi per eum iſti in patriam redirent, fore vt Naxo imperaret, » tamen prætendens Hiſtiæi [f]hoſpitium, ita eos eſt alloquutus, Meæ quidem vires ad » tantum copiarum præbendum non ſuppetunt, vt inuitis iis qui Naxum tenēt, vos » poſſim reducere: quum audiam octo millia ſcutatorum Naxiis ac multum longa- » rum nauium eſſe: tamen omne ſtudium ad iſtud efficiendum adhibebo, hoc ſcili- » cet in animo verſans: Eſt mihi amicus Artaphernes Hyſtaſpis filius, Darii regis fra- » ter, qui præſes eſt omnium in Aſia maritimorum, multo exercitu præditus ac mul- » ta claſſe: hunc ego virum opinor facturum omnia ex animi noſtri ſententia. His auditis Naxii [g]inſtare Ariſtagoræ vt rem quāoptimè poſſet conficeret: vtque munera homini polliceretur, dicere, & ſe exercitui ſumptū ſuppeditaturos, vt ipſi paciſcerentur. magnam videlicet ſpem habentes, quum ipſi in Naxo apparuiſſent, Naxios omnia quæ ipſi iuberent eſſe facturos, atque adeo cæteros inſulanos. nulla dum enim Cycladum inſularū ſub Dario erat. Profectus Sardis Ariſtagoras ait Artapherni eſſe inſulam Naxum, non ſpatioſam illam quidem, ſed pulchram alioqui & bo- » nam, Ioniæque vicinam, multis præterea & pecuniis & mancipiis refertam. proinde » tu aduerſus hanc regionem ducito exercitum exules illuc reducens. [h]Quod facienti » tibi magnæ ſunt penes me in expedito pecuniæ, præter illas quæ in exercitum ero- » gabūtur. has enim æquum eſt nos præbere, qui aduentus veſtri authores ſumus: & » te inſulas regi acquirere, ipſam Naxum, & quæ ex hac pendent, Parum & Andrum, » cæteráſque quæ Cyclades nominātur. Vnde proficiſcens, haud difficilè inuades Eu- » bœam, inſulam magnam ac beatam, nec inferiorem Cypro, ac facilem ſanè ad ca- » piendū, centum omnino nauibus ad has omnes occupādas ſuffecturis. Huic reſpō- » dens Artaphernes, Tu verò, inquit, quæ ſunt ex vtilitate regiæ domus exponis, & » probè iſta ſuades omnia, præterquam de numero nauium. nam pro centum naui- » bus, ducentæ tibi ineunte ſtatim vere in promptu erunt. Oportet tamen in his re- » bus authoritatem quoque regis accedere. His auditis Ariſtagoras lætus Miletum rediit. Artaphernes autem miſſo Suſa ad Darium nuntio, per quem de rebus ab Ariſtagora dictis eum certiorem faceret, vbi ille rem approbauit, ducentas naues inſtruxit tum Perſarum tum aliorum ſociorum magna ſanè multitudine, præfecto eis duce Megabate, viro Perſa, familia Achæmenidarum, ſuo ac Darii conſanguineo: [i]qui (ſi vera ſunt quæ poſt hoc tempus geſta) filiam deſponderat Pauſaniæ Lacedæmonio, Cleombroti filio, Græciæ tyrannidem affectanti. Delecto itaque duce Megabate, exercitum Artaphernes ad Ariſtagoram miſit è Mileto. Megabates Ariſtagora aſſumpto atque Ionum exercitu cum Naxiis, profectus eſt per ſimulationem eundi in Helleſpontum. Atque vbi Chium peruenit, claſſem continuit apud Caucaſum, vt illinc vēto aquilone traiiceret in Naxum. Sed quoniam non erat fatale Naxios ea claſſe deleri, hoc contigit: Megabates in circumeundis nauium excubiis offendit nauem Myndiam à nemine cuſtodiri. quam rem indignè ferens, iuſſit ſatellites inuentū eius nauis principē, nomine Scylacē, vincire traiectū per thalamiā,

a *Sunt qui αὐτως hic ſuſpectum habeant, nec im meritò fortaſſe.*

b Etenim Naxus quidē inter inſ. felic. præſtabat, Miletus verò eodem tēpore magis quàm vnquam antea florens, Ioniæ ornamētum erat: quum laboraſſ.

c *Vel, Compoſuerunt; ex omnibus Gr. compoſitores à Mil. delecti. Hunc autem in modum eos ad concordiam Parij reuocarunt.*

d Eos planè fortunis euerſos.

e Res Mileſiorum Parii compoſuerunt. At tunc ex his vrbib

f *Id eſt, Hoſpitij conſuetudinem. Vel, Hoſpitalem amicitiam quæ illis cū Hiſtiæo intercedebat. Intelligit autē hunc prætextu huius amicitiæ voluiſſe Naxiis operam nauare, quum potius id ea ſpe quā declarat, faceret.*

g Rem Ariſtagoræ commendarunt vt eam quàm poſſet optimè adminiſtraret. *vel, Negotium Ariſtagoræ dederunt rem quàm poſſet commodiſſimè gerendi.*

quinetiam munera eū polliceri iubebāt, & ſumptus in exercitum, vt qui eos reddituri eſſent. quòd magna ſpe tenerentur fore vt, quum in Naxiorum conſpectum veniſſent, illi omnia quæ ab ipſis iuberentur facerent.

h Quod tu quum feceris, nō ſolùm magnam pecuniarū vim, quæ tibi paratæ apud me erunt, cōſequeris, præter ſumptus exercitus: (hos enim à nobis qui ducimus, ſuppeditari par eſt) verūetiam ditioni regis adiicies inſulas, & ipſam Nax.

i Cuius filiam poſtea (ſi vera fama eſt) ſibi deſponſatam habuit Pauſ. Lacedæmonius Cl. filius, Gr. tyrānus euadere cupiēs.

id eſt, foramen per quod remus extat: ita vt caput extaret, corpus intus eſſet. Ariſtagoras autem à quodam factus certior, hoſpitem ſuũ Myndiũ à Megabate vinctũ afflictari, Perſam adit & hominem excuſans repoſcit: quũ nihil exoraret, ipſe accedens Scylacem ſoluit. Id vbi reſciuit Megabates, [a]grauiter admodum ferẽs, Ariſtagorã inuaſit, Cui Ariſtagoras, Quid tibi, inquit, eſt cum iſtis negotiis? nónne te miſit Artaphernes „ vt me ſequereris, atque eò nauigares quocunque ego iuberem? quid multa agis? His „ verbis indignatus Megabates, vbi nox adfuit, miſit Naxũ quoſdã cum naui, ad rem Naxiis quæ impenderet exponendam. Naxii, vt qui nihil minus quàm hanc aduerſus ſe claſſem venturam expectabant, vbi id audierunt, omnia confeſtim ex agris in vrbem cõportare: & ſe, vt qui obſidendi eſſent, inſtruere cibariis, potu, murorum refectione. Et iſti quidem tanquã inſtante ſibi bello ſeſe apparabant: illi verò, poſteaquam è Chio in Naxum traiecerunt, iam præmunitos aggreſſi ſunt. Cõſumptúſque quatuor in obſidione menſibus, aſſumptáque à Perſis quam ſecũ attulerãt pecunia, & maxima etiam ab Ariſtagora, quũ plura deſideraret obſidio, vbi mœnia Naxiis exulibus ædificauerunt, in continentẽ reuerterunt malè affecti. Ariſtagoras, quando quod Artapherni receperat præſtare non poterat, nec exercitui ſtipendiũ exigentũ dare, præſertim Megabate inſimulãte apud milites malè affectos, verebatúrque præterea ne regno Mileti fraudaretur, his de cauſis trepidus, de defectione cogitabat. Cõtigit enim è Suſis ab Hiſtiæo venire quendã cõpuncto notis capite, quibus Hiſtiæus Ariſtagoram cõmonefaciebat vt ab rege deficeret. Id nanque volens Hiſtiæus Ariſtagoræ indicare, quia alia ratione facere non poterat, vtpote itineribus cuſtoditis, fideliſſimo è ſeruis caput erafit, literáſque impreſſit, & hominẽ retinens quoad capilli renaſcerentur, vbi illi renati ſunt, raptiſſimè dimiſit Miletum, nihil aliud mandãs niſi vt quum Miletũ peruenifſet, iuberet Ariſtagoram eraſo ſuo capite inſpicere. Ea autẽ ſtigmata ſignificabant (vt à me ſuperius dictum eſt) defectionem. Hoc ideo Hiſtiæus faciebat quòd magnam ſibi iacturam ducebat ſe Suſis diſtineri: etiã atque etiã ſperans fore vt ſi ab Ariſtagora rebellaretur, ad mare proficiſceretur: ſin Miletus nil noui moliretur, nullam ſibi viam amplius eſſe ad eam reuertendi intelligebat. Eũ quidem nuntiũ Hiſtiæus hæc conſiderans mittebat. Ariſtagoras autem, quum ei hæc omnia conſentanea per idem tempus cõtigiſſent, retulit [b]ad ſeditioſos tam de ſua ſententia quàm de Hiſtiæi mandatis. Cui quum cæteri omnes aſſenſiſſent, iubentes vt rebellaret, Hecatæus tamẽ hiſtoriographus initio diſſuadere bellum ſumi aduerſus regem Perſarum, enumerans cunctas nationes quibus Darius imperaret, omnémque illius potentiam: ſed quum hoc perſuadere non poſſet, ſecundo loco ſuadere vt claſſe mare occuparent, negans ſe videre qua alia ratione id eſſet euenturum. ſciré enim ſe Mileſiorum vires eſſe imbecillas: ſi tamen pecuniæ è templo quod eſt in Branchidis tollerentur, quas Cræſus Lydus repoſuiſſet; multum ſpei recipere maris potiundi, atque ita pecuniam & ipſos habituros ad vtendum, nec hoſtes eam ſpoliaturos. Erant autem hæ ingentes pecuniæ, quemadmodum à me in primo libro declaratum eſt. Verùm ne hæc quidem ſententia obtinuit, ſed illa, vt omnino rebellaretur: vtque vnus eorum Myuntem nauigaret ad exercitum qui è Naxo reuerſus illic agebat, vt conaretur duces claſſiariorum comprehendere. Miſſus autem ad hoc ipſum Iatragoras, dolo cepit Oliatum Ibanolis filium Mylaſſenſem, & Hiſtiæum Tymnis Termenenſem, & Coem Erxandri filium, quem Darius Mitylene donauerat, & Ariſtagoram Heraclidis filium Cymæum, compluréſque alios. Ita ex profeſſo Ariſtagoras defecit, omnia in Darium comminiſcẽs: & primùm quidẽ, verbo duntaxat tyrannidem [bb]immutans, ſtatum reipublicæ Mileti cõſtituit, vt ſecum libenter Mileſii rebellarent. Idem dehinc in reliqua Ionia fecit, tyrannorum alios eiiciẽs, ex aliis autẽ quos ceperat è nauibus iis quæ aduerſus Naxum vnà ierant, vt ciuitatibus gratificaretur, [c]alium in alia vrbe diuendens, ex qua quiſque illorum erat. Quorum Coem Mitylenæi vt acceperunt, ſine mora productũ lapidibus interemerunt: Cymæi ſuum dimiſerunt. Poſteaquam autem & alii complures tyránni fuga ſolum vertere, paſſim per ciuitates tyrannorũ abdicatio facta eſt. Tyrannis ſummotis, Ariſtagoras Mileſius ſecundo loco iuſſit in ſingulis ciuitatibus conſtitui ſingulos magiſtratus: móxque ipſe Lacedæmonem triremi pro legato miſſus eſt. opus enim erat magnam aliquam comparare ſocietatem. Spartæ regnum iam non tenebat Anaxandrides, Leõtis filius, quia non ſuperſtes erat, ſed eius obitu filius Cleomenes regnabat: non ille quidem propter virtutis ſpecimen, ſed propter genus. Etenim Anaxandrides duxerat in matrimonium ſororis filiam, quæ etſi cordi erat, tamen ex ea liberos non ſuſcipiebat. Id quum ita eſſet, [d]ephori his eum verbis incuſauerunt:

Si tu

a Id magnæ iniuriæ loco ducens, Ariſtagoræ ſuccenſuit.

b Ad ſuæ factionis homines.

bb *Aut aliud legit quàm nos, aut malè uertit.*

c Alium alii vrbi tradens.

d Ephori ei accerſito dixerunt.

» Si tu tibi non proſpicis, at certè nobis hoc non eſt deſpiciendum, EVryſtei gẽnus » labefieri. Tu igitur quandoquidem vxorem habes quę non concipit, ea repudiata a- » liã ducito, gratiſſimã rem in hoc Spartiatis facturus. His ille reſpõdens, negat ſe earũ rerũ alterutrã eſſe facturũ: & hos non rectè conſulere ait, qui ipſum hortentur repudiata quam habeat vxore innoxia, alteram ducere: eóque ſe nõ eſſe pariturum. Cui » ephori atque optimates cõſilio inter ſe habito retulerunt, Quoniam te cernimus a- » more coniugis quã habes implicitũ, facito quod dicemus, ac noli repugnare, nequid » de te Spartiatæ grauius conſulant. Coniugẽ quã habes vt repudies nõ poſtulamus: » quæcunque ei præſtas nunc, ea omnino præſtato: alteram tamen ducito præter » hanc vxorem, quæ ſit fœcunda. Hæc dicentibus aſſenſus eſt Anaxãdrides: qui duas dehinc vxores habẽs, binis ædibus habitabat, haudquaquã Spartiaticè faciens. Nõ lõgo interiecto tempore vxor quæ poſterius ducta eſt parit hunc Cleomenem, [a]quẽ mater ſucceſſorem regni Spartiatarũ nuncupabat. At vxor prior quæ hactenus ſterilis fuerat, & ipſa concepit, hoc fato vſa: quæ quum reuera prægnans eſſet, domeſtici tamen poſterioris vxoris id audientes, ac moleſtè ferentes, dicere, iactari hoc ab illa animo ſubiiciendi ſibi partum. Itaque his indignè ferentibus, exacto tempore pariendi, ephori increduli fœminæ parturienti cuſtodes appoſuerunt: quæ Dorieũ peperit, móxque Leonidem, & poſt hunc gradatim Cleombrotum. Sunt etiam qui dicant Cleombrotum atque Leonidem fuiſſe geminos. At quæ Cleomenem peperit, ſecũdo loco in matrimoniũ ducta, filia Perinetadæ, filii Demarmeni, aliũ filium amplius non genuit. Et Cleomenes quidem non compos (vt fertur) ſed inops mentis, Dorieus autẽ inter æquales omnes primus erat, meritóque putans ſe ob virilitatem regno potiturum. hoc ita opinione præſumens, defuncto Anaxandrida quum Lacedæmonii Cleomenem ex lege, quòd maximus natu eſſet, creaſſent, indignè id tulit, ſibi à Cleomene imperari. Igitur petita à Spartiatis plebe, coloniam duxit, neque Delphico vſus oraculo, in quam terram ad vrbem condendam tenderet, neque quippiam cõſuetorum exequutus: adeo rem indignè ferebat. In Libyam autem nauigans ducibus Thebanis ad Cinypen delatus, locum incoluit totius Libyæ pulcherrimum, iuxta flumen. Sed illinc tertio eiectus anno à Macis & Libybus & Carthaginenſibus, in Peloponneſum abiit. Vbi Antichares vir Eleonius ei cõſilium dedit ex Laii oraculis, vt Heracleam in Sicilia conderet, affirmans Erycis regionem eſſe Heraclidarum, ab ipſo Heracle, *id eſt Hercule*, conditore. Hoc ille audito Delphos ſe contulit ad oraculum conſulendũ nunquid regione ad quam mittebatur potiturus eſſet. Pythia eum potiturum reſpondit. Sumptáque Dorieus claſſe quam & in Libyam duxerat, Italiam præteruehebatur. Ea tempeſtate (vt ferunt) Sybaritæ cum Tely rege ſuo bellum Crotoniatis erant illaturi: id metuẽtes Crotoniatæ Dorieum vt ſibi opem ferret orauere. Hic precibus inductus, vnà cum illis aduerſus Sybarin contendit, eámque cepit. Hæc Sybaritæ Dorieum & qui cum illo erant feciſſe aiunt. at Crotoniatæ negant quempiam ſe peregrinum in bello aduerſus Sybaritas aſciuiſſe, præter vnum Calliam Eleum Iamideorum vaticinũ: & hunc à Tęly Sybaritarũ tyranno ad ipſos tranſfugiſſe, hoc modo, quòd ſacrificans de eundo aduerſus Crotonem, non litaret. Hæc iſti aiunt. quarum rerum vtrique teſtimonia hæc adferunt: Sybaritæ quidem partim fanum ac templum prope Craſtin, quod Dorieum capta vrbe aiunt extruxiſſe Mineruæ cognomine Craſtiæ: partim ipſius Doriei necem, quam volunt eſſe maximum teſtimonium, quoniam contra vaticinia agens interemptus fuit. Si enim nihil niſi id ad quod mittebatur feciſſet, nec tranſgreſſus eſſet, Erycinam regionem obtinuiſſet, & obtentam poſſediſſet, non ipſe cum exercitu abſumptus eſſet. At Crotoniatę multa monſtrant peculiariter donata Calliæ Eleo in agro Crotonienſi, quæ etiam ad meam vſque memoriam prognati Calliæ colebant: Dorieo autem & eius poſteris nihil omnino fuiſſe donatum. cui tamẽ, ſi in bello Sybaritano fuiſſet Crotoniatis auxilio, multo plura quàm Calliæ fuiſſent donata. hæc pro ſe vtrique eorum teſtimonia referunt: quorum vtris accedere quiſque mauult, his accedat licet. Nauigarunt autem cum Dorieo & alii Spartiatarum, deducendæ coloniæ ſocii, Theſſalus, & Parębates & Celees & EVryleon, qui quum omni claſſe Siciliam tenuerunt, ſuperati à Phœnicibus atque AEgeſtanis, in prælio occubuerunt, vno tantùm ex hac aduerſa pugna ſuperſtite EVryleonte: qui collectis eorum reliquiis occupauit Minoam Selinuſiorum coloniam, Selinuſióſque liberauit monarchia Pythagoræ. Hunc quum ſuſtuliſſet, ipſe tyrannidem Selinuntis inuaſit. Sed ad breue tempus eam obtinuit. nam Selinuſii impetu in eum facto, quum ad Iouis forenſis aram confugiſſet, obtrũcarunt. Dorieo & viæ &

[a] Atque ipſa quidẽ produxit eum, qui deinceps regni adminiſtrationem ſuſciperet. *Ita Camerar.*

mortis ſocius fuit Philippus Butacides, vir Crotoniata, qui deſponſa ſibi filia Telys Sybaritæ, Crotone [a] profugerat, abnegatóque matrimonio tranſmiſit Cyrenen. Ex hac diſcedēs, ſectatus eſt familiarem triremem, ac familiarium virorum ſumptum, quòd eſſet olympionices, *id eſt uictor certaminis ad Olympia*, & [b] omnium illinc Græcorum ſpecioſiſſimus. Ob quam corporis ſpeciem ab AEgeſtanis ea quæ nemo alius reportauit. nam ſepulturæ eius heroico monumento extructo, AEgeſtani hoſtias offerunt. Hunc in modum Dorieus vita functus eſt. qui ſi in animum induxiſſet ferre Cleomenis regnum, & in Sparta permanſiſſet, regno fuiſſet Lacedæmoniorum potitus. Neque enim diu Cleomenes imperauit, ac ſine liberis deceſſit, vna duntaxat relicta filia, cui nomen Gorgo. Cleomene igitur imperium tenente, Spartam venit Ariſtagoras Mileti tyrannus, Cleomenémque alloquuturus conuenit, habens (vt Lacedæmonii aiunt) æream tabellam, in qua totius terræ ambitus erat inciſus, cunctúmque mare, atque omnia flumina. Huius in colloquium vbi venit, ita ad eum inquit, [c] Studium meum Cleomenes qui huc aduenerim, ne mireris. non enim ab re hoc fit. Prolem Ioniam pro libera ſeruam eſſe, cum nobis ipſis dedecus » dolórque maximus eſt, tum verò vobis, & eo maior, quo magis cæteros in Græcia » antecellitis. proinde nunc per deos Græcos eripite Iones à ſeruitute, conſanguineos » veſtros. quod facile eſt ad præſtandum: nam neque barbari ſunt viri ſtrenui, & vos » in ſummum rei bellicæ per virtutem euaſiſtis, [d] & genus pugnandi eorum huiuſce- » modi eſt: breues arcus ac breuia ſpicula, longáſque in capitibus criſtas, (vnde faciles » captu ſunt) gerentes, in pugnam eunt. Ad hæc, tantum bonorum eſt iis qui eam in- » colunt continentem, quantum non eſt cæteris vniuerſis, tum auri (vt ab hoc incipia » mus) tum argenti, tum æris, tum variæ veſtis, tum iumentorum, tum mancipiorū » quibus vos, ſi potiri libuerit, potiemini. Sunt quoque inter ſe confines, vt ego diſſe- » ram. His Ionibus confines ſunt Lydi, qui terram incolunt tum aliarum rerum tum » verò argenti feraciſſimam. Hæc autem dicebat, oſtendens in ambitu terræ in tabel- » la quā attulerat deſcripto. Lydis verò (dicebat Ariſtagoras) cōfines ſunt hi Phryges, » auroram verſus, pecorum copia & terræ vbertate, omnium quos ego noui longè » beatiſſimi. Phrygibus cōfines ſunt Cappadoces, quos nos Syros appellamus. His cō- » fines ſunt Cilices, huius maris accolæ, vbi hæc Cyprus inſula eſt ſita, qui tributum » annuum regi pendunt quingena talenta. His Cilicibus confines ſunt hi Armenii, & » ipſi re pecuaria abundantes. Armeniorum hanc regionem contingunt Matieni, » quorum terræ Ciſſia hæc cōfinis eſt: in qua iuxta fluuium hunc Choaſpem ſita ſunt » hæc Suſa, vbi rex magnus domicilium habet, atque hîc pecuniarum theſauri ſunt. » [e] Hanc vos vrbem ſi animoſè ceperitis, iam cum Ioue de diuitiis licet certetis. Ne- » que verò operæ pretium eſt vos ſuſcipere prælia pro terra neque multa neque ita fe- » raci, & pro exiguis finibus, aduerſus Meſſenios [f] veſtros conſortes, & Arcades & Ar- » giuos, quibus nihil eſt neque auri neque argenti, quarum rerum cupiditate quis in- » ducitur ad mortem periclitandam: at quum offeratur occaſio totius Aſiæ facilè po- » tiundæ, aliud quippiam præoptabitis? Hæc Ariſtagoras dicebat. Cui reſpondens » Cleomenes, Mileſie, inquit, hoſpes, in triduū tibi differo reſpōdere. Tunc quidē ha- » ctenus proceſſum eſt. vbi verò dies reſpōſioni præſtituta adfuit, & ad locum de quo conuenerant, ventum eſt, interrogauit Ariſtagoram Cleomenes quot dierum ab Ionio mari ad regem eſſet iter. Ariſtagoras, alioqui ſolers, & valde illum antecellens prudentia, in hoc tamen lapſus eſt: qui quum non deberet rem vt ſe habebat illi aperire, volens Spartiatas in Aſiam educere, dixit trium menſium eſſe iter. Cleomenes, interpellata huius quam ordiri inſtituerat oratione de itineris ſpatio, inquit, Hoſpes Mileſie abſcede è Sparta ante ſolem occidentem. nihil enim » rationis dicis, quum iſtud facile non ſit Lacedæmoniis, qui vis eos trimeſtri itinere » abducere à mari. Hæc loquutus Cleomenes, domum abiit. Ariſtagoras, ſumpto » [g] oleæ ramo ad domum Cleomenis ſe contulit, [h] eámque ingreſſus, iubebat precabundus ad ſe audiendum mitti illius filiam. Aſſiſtebat enim Cleomeni filia cui nomen erat Gorgo, vnica proles, eáque octo aut nouem annos nata. Cleomene iubente eum dicere quæ vellet: filiolæ enim gratia nolle prohibere: tunc Ariſtagoras incepit pollicēri illi [i] vndecim talenta, ſi precibus ſuis annueret. Abnuente Cleomene, ſubinde adiiciendo eò peruenit vt quinquaginta talenta polliceretur. Ad quod puella, Pater, inquit, hoſpes te corrumpet, niſi hinc abis. Conſilio puellæ delectatus Cleomenes, in aliud conclaue abiit: & Ariſtagoras è Sparta prorſus abſceſſit, non facta ei amplius poteſtate indicandi itineris quod erat vſque ad regem. Ea nāque itineris ratio ita habet. Vbique ſunt regii ſtathmi, *id eſt manſiones*, ac diuerſoria

a Crotone exulauit. fruſtratúſq; matrimonio Cyrenē trāſmiſit. ex qua profectus *Doricum* propria triremi propriiſque in ſuos milites ſumptibus, ſequutus eſt, quum eſſet ol.

b Omnium ſui tēporis Græcorum.

c Ne meum in conficiendo hoc ad vos itinere ſtudium admireris Cleomenes. de eo enim nunc agitur, vt Iones ex liberis ſerui fiant. quod cum nobis ipſ. d. dol. max. eſt, tum inter cæteros vobis, eo præſertim nomine quòd Græciæ præeſtis. *uel præſides eſtis.*

d Eorúmque pugnatalis eſt, Arcus & breue ſpiculum. Quinetiā bracas induti & pileis capita operti in pugnā prodeunt. Adeo eos ſuperare facile eſt. *Alij κυρτὰ ἀσπίδια aliter exponunt.*

e Hanc vos vrb. ſi ceperitis, iam cum Ioue audacter de diuitiis certetis.

f Viribus vobis pares.

g *Oleæ ramo lana obuoluto, quo ſupplicantes utebantur. unde deducta eſt nox Græca quaſi ſupplicatoriam dicas.*

h Eámq; ingreſſus, à Cleomene cōtendebat vt filiā amitteret, quippe qui ab eo vt aurem ſibi commodaret, ſuppliciter peteret. Aſſiſtebat enim &c. (*uel aſſtabat. legendo potius παρεστήκει· quàm παρεστήκεε*) Cleomene eum iub. dicere quæ vellet, neque differre propter filiolam, tunc Ariſtag. *Ἐγὼ δὲ τὸν ἰητρὸν ἐπαινέω ἐπακούσαντα, ex uet. cod.*

i Decem. *Sed Valla ex ὦ δέκα fecit ἐνδέκα, quum οὐ regatur ab ὑπο-σχόμενος.*

pulcherrima. Iter omne per loca culta, ac tutum. id nunquam intermiſſum per Lydiam & Phrygiã, viginti eſt mãſionum, *hoc eſt uicenorum caſtrorum*, paraſangarũ nonagintaquatuor & dimidiati. E Phrygia excipit fluuius Halys, cui imminent portæ, quas tranſire omnino neceſſe, atque ita fluuium tranſmittere. eſt & [a] præſidium magnum ſupra illum. Tranſgreſſo in Cappadociam, & eam permetienti vſque ad fines Cilices, duodetriginta ſtathmi ſunt, paraſangæ cẽtum quatuor. In horũ [b] montibus poſitas duplices portas ac totidem præſidia pertranſis. Hæc tibi tranſgreſſo, & per Ciliciam iter facienti, tres ſtathmi ſunt, paraſangæ quindecim ac dimidiatus. Ciliciam autem ab Armenia diſterminat flumen quod nauibus trãſitur, nomine Euphrates. In Armenia ſtathmi ſunt diuerſoriorum quindecim, paraſangæ quinquaginta ſex & dimidiatus. in quibus & præſidium eſt. Eam fluuii qui nauibus trãſeuntur quatuor influunt, quos tranſmittere prorſus neceſſarium eſt: primus, Tigris, ſecundus dehinc ac tertius eiuſdem nominis, etſi non idem fluuius, nec ex eodem fluens loco. nam horũ quos enumeraui primus Tigris ex Armeniis fluit, alter ex [c] Mãtienis. quartus fluuius nominatur Gyndes, quem Cyrus aliquando in trecẽtos ac ſexaginta diduxit alueos. Ex hac Armenia in terrã Mantienam tendenti ſtathmi ſunt quatuor: vnde in regionem Ciſſiam tranſeunti ſunt vndecim ſtathmi, paraſangæ verò quadragintaduo & dimidiatus, ad fluuium Choaſpem, qui & ipſe nauibus trãſmittitur. ſupra quem vrbs Suſa eſt ſita. Omnes autem hi ſtathmi, ſunt centum vndecim. Tot diuerſoria ſtathmorum ſunt aſcẽdẽti Sardibus Suſa. Quòd ſi iter regium rectè metiamur paraſangis, & paraſanga valet triginta ſtadia, (vt valet) ſunt è Sardibus ad regiam quæ dicitur Memnonia, tredecim millia ſtadiorum & quingenta: quũ ſint paraſangæ quadringentæ quinquaginta. Itaque peragrando ſingulis diebus centena & quinquagena ſtadia, conſumuntur ſolidi nonaginta dies. Hunc in modũ ab Ariſtagora Mileſio apud Cleomenem Lacedæmonium dicente trium menſium iter eſſe, rectè dicebatur. Quòd ſiquis explorãtius iſta inquirat, hoc quoque ego indicabo. nã iter ab Epheſo ad Sardis [d] hac ratione decet cõputari. A Græco igitur mari ad Suſa (hæc enim vrbs Memnonis vocatur) dico eſſe [e] tredecim millia ſtadiorum & quadraginta. Ex Epheſo enim ad Sardis, quingenta & quadraginta ſtadia: atque ita tribus omnino diebus producitur iter trimeſtre. [f] Digreſſus è Sparta Ariſtagoras Athenas cõtendit, tyrannis liberatas, hoc modo: Poſtquam Hipparchum Piſiſtrati filium, Hippiæque tyranni fratrem, qui in ſomnis viſionẽ cladis ſuæ euidentiſſimam vidiſſet, interfecere Ariſtogiton & Harmodius, priſco genere Gephyræi, poſt hæc nihilominus Athenienſes, imò magis quàm prius, tyrannidem quadriẽnio pertulerunt. Viſio autem inſomnii Hipparchi hęc erat: Pridie Panathenæorum videbatur Hipparchus cernere virum aſſiſtẽtem ſibi procerum atque ſpecioſum, hos verſus per ænigma dicentem,

Intoleranda leo tolera, tolerans animo ægro.
[g] Nemo viris pœnas iniuſtis iure rependet.

[h] Vbi dies illuxit, cõfeſtim præ ſe ferebat referre hæc velle ad ſomniorũ cõiectores: ſed mox ſpreta viſione, miſit põpã, vbi mortẽ oppetiit. Gephyræi autẽ è quibus erãt percuſſores Hipparchi, fuere à principio ex Eretria oriũdi, vt ipſi aiũt: verùm, vt ego interrogãdo cõperio, fuere Phœnices, ex iis qui cũ Cadmo in terrã quæ nũc vocatur Bœotia venere, atque eã incoluere, ſortiti Tanagricũ tractũ. vnde Cadmeis primùm per Argiuos exactis, iterũ per Bœotos hi Gephyræi expulſi, Athenas diuerterunt. Ab Atheniẽſibus autẽ recepti ſub cõditionibus ſunt vt ciues inter eos eſſent, multis [i] nec memoratu dignis quas agerent rebus impoſitis. Phœnices iſti qui cũ Cadmo aduenerunt, quorũ Gephyræi fuere, dũ hanc regionẽ incolũt, cum alias multas doctrinas in Græciam introduxere, tũ verò literas, quæ apud Græcos, vt mihi videtur, antea nõ fuerant. Et primæ quidem illæ extiterũt quibus omnes Phœnices vtũtur: progreſſu verò tẽporis, vnà cũ ſono mutauerũt & modulũ priſtinũ. Et quum ea tempeſtate in pleriſque circa locis eorum accolæ Iones eſſent, [k] qui literas à Phœnicibus diſcẽdo acceperant, eas illi cum ſuis pauculis collocantes, in vſu habuerunt, & in vtendo cõfeſſi ſunt, vt ratio ferebat, vocari Phœnices, quòd eſſent à Phœnicibus in Græciã illatæ. Priſcáque conſuetudine biblos Iones appellant pelles, quòd aliquando penuria bibloru̇, *hoc eſt* [l] *ſirporum*, pellibus caprinis ouilliſque vtebãtur, adhuc quoque ad meã vſque memoriam multi barbarorum talibus in pellibus ſcribunt. Quin ipſe vidi apud Thebas Bœotias in Iſmenii Apollinis templo, literas Cadmeas in tripodibus quibuſdam inciſas, magna ex parte conſimiles Ionicis. quorum tripodum vnus habet hoc epigramma,

a Vel, arx. aut caſtellum. uel, propugnaculum. Sic & in ſeq.

b Finibus.

c Matienis. & paulo poſt, Matienam.

d Huic oportet annumerare.

e Quatuordecim.

f Exactus autem Sparta.

g Iniuſtus nemo eſt quem non ſua pœna ſequetur.

h Quumprimũ autẽ dies illuxit, hæc ad ſomniorum coniectores apertè retulit. *Vel, Hæc ſomn. coniectoribus palàm communicauit.* ſed poſtea repudiata viſione, *uel, quum uiſioni illi renũtiaſſet*, pompam ſolennem celebrauit.

i Nec memoratu dignis rebus illis interdicentes.

k Qui quũ à Phœnicibus literas didiciſſent, forma paucarum quarundam immutata, vtebantur, & vtentes famam ſparſerunt, (vt æquitas etiam poſtulabat) quum Phœnices in Græciam eas introduxiſſent, Phœnicias eſſe nominandas.

l *Per biblum uidetur intelligenda potius papyrus AEgyptia.*

Obtulit Amphitryon me gentis Teleboarum.

Hæc fuere circa ætatem Laii, qui fuit filius Labdaci, nepos Polydori, pronepos Cadmi. Alter tripus hexametro carmine ait,

Scæus in aſſueto pugilum certamine victor,
Me tibi ſacrauit ſpecioſum munus, Apollo.

Scæus autem hic Hippocoontis filius fuerit: ſi quidem hic eſt qui tripodem dicauit, & non alius idem Hippocoontis *filii* nomen habens, circa ætatem OEdipodis Laio geniti. Tertius tripus, & is hexametro carmine ait,

Laodamas ipſum tripodem ſua in vrbe monarchus,
Hoc inſigne decus tibi magne dicauit Apollo.

Sub hoc Laodamante Eteoclis filio qui monarchus fuit, *id eſt, ſolus principatu eſt potitus*, eiecti ſunt Cadmei ab Argiuis, & ſe ad Encheleas contulerunt. Gephyræi autem poſtea [a] in ſuſpicionem Bœotiorum quum veniſſent, Athenas commigrarunt: vbi ſunt ab eis templa extructa ſeorſum à cæteris, cum alia quædam, tum Cereris Achæię & templum & orgia. Quod igitur fuerit viſum Hipparchi in ſomnis, & vnde fuerint oriundi Gephyræi, ex quibus fuere percuſſores Hipparchi, à me cõme moratum eſt. Vnde oportet ad eum redire ſermonem quem à principio inſtitueram, qua ratione ſint Athenienſes liberati tyrannis. Hippia tyrannidem obtinente, [b] & infenſo eis propter cædem Hipparchi, Alcmæonidæ, qui genere ſunt Athenienſes, profugi patria propter Piſiſtratidas, quoniam ipſis vnà cum cæteris exulibus res de redeundo tentata omni ope, fruſtrata fuit, conatique Athenas reuertendo liberare, vehementer ſpe deciderunt, Lipſydrium ſuper Pæoniam communierunt: dehinc omnia aduerſus Piſiſtratidas comminiſcendo, mercede conduxerunt ab Amphictyonibus templum Delphis ædificandum, id quod nunc eſt, tunc autem non erat. Enimuero quum bene nummati eſſent, ac viri ſpectati iam inde à ſuis maioribus, extruxerunt templum exemplari pulchrius, [c] ac cætera omnia. nã quum ex lapide Porino conuentũ eſſet vt illud facerent, tamen anteriora eius Pario lapide effecerunt. Vt igitur Athenienſes aiunt, hi viri Delphis ſedentes Pythiam pecunia perſuaſerunt vt & quoties viri Spartiatæ venirent, ſiue priuato ſiue publico agmine, petẽtes oraculum, proponeret ipſis liberare Athenas. Lacedæmonii autem, quum ſibi idem ſemper diceretur, mittunt Anchimolium Aſteris filium inter populares eximium, cum exercitu ad expellendos Athenis Piſiſtratidas, tametſi hoſpites ſuos & in primis amicos. antiquiora enim duxerũt quæ ad deum quàm quæ ad homines pertinent. Hos itaque mari nauibus miſerunt: cum quibus Anchimolius ad Phalerum appulſus, copias eduxit. Id præſciſcentes Piſiſtratidæ auxilia Theſſalia euocauerunt. ſocietatem enim cum Theſſalis fecerant. quibus rogantibus, communi decreto Theſſali miſerunt mille equites cum ſuo rege Cinea, viro Coniæo. Hos ſocios vbi habuere Piſiſtratidæ, hoc excogitauere: planitiem Phalereorum detergunt, eúmque locum equitabilem reddunt, atque illac equitatum in caſtra hoſtium immittunt. Equitatus in Lacedæmonios irruens, cum alios multos, tum verò Anchimolium interemit: cæteros qui ſuperfuere, ad naues repulit. [d] Hunc in modum primus Lacedæmoniorũ exercitus abſceſſit. Extátque in Alopecis Atticæ buſtum Anchimolii, iuxta Herculis templum quod eſt in Cynoſargi. Poſtea verò Lacedæmonii maiores copias contra Athenas miſerunt, non mari, ſed terra, prẽfecto illis duce Cleomene Anaxandridæ filio: cum quibus oram Atticã inuadentibus congreſſus primùm Theſſalorum equitatus, nõ diu pòſt in fugam verſus eſt, cæſis ſupra quadraginta è ſuis. qui ſuperfuere, qua quiſque potuit, rectà in Theſſaliam rediere. Cleomenes ad vrbem pergens, vnà cum iis Athenienſibus qui liberi eſſe cupiebant, obſedit tyrannos intra murum Pelaſgicum redactos. [e] Neque tamen omnino Piſiſtratidas eiecere Lacedæmonii, quippe qui de faciẽda obſidione non cogitabant, & Piſiſtratidæ cibo potúque bene inſtructi erãt. Itaq; quũ aliquot dies Lacedæmonii tyrãnos obſediſſent, Spartã abiere. Hic tamẽ caſus qui aliis infauſtus, idẽ aliis fauſtus extitit. nam filii Piſiſtratidarũ qui clàm extra regionẽ ſupponebantur, intercepti ſunt. Quo ex facto omnes eorum res perturbatæ ſunt, & pro redimẽdis filiis ad voluntatẽ Athenienſiũ tranſegerunt vt intra quinque dies ex Attica excederẽt. Móxq; in Sigeũ quod eſt ſupra Scamandrũ cõceſſerunt, quũ ſex & triginta annos regnaſſent, oriũdi è Pylo atque à Neleo, ex eiſdẽ prognati [f] ex quibus ii qui fuere cũ Codro ac Melãtho, qui prius aduẽtitii, tamẽ Atheniẽſiũ reges euaſere. Eáque de re Hippocrates Piſiſtrati pater, repetita memoria Piſiſtrati filii Neſtoris, idẽ nomen filio ſuo impoſuit.

Hoc Athenienſes modo tyrannis liberati ſunt. qui recepta libertate, quæcunque

a *Legit* ὑποπλευσάν-τες *pro* ὑπολειφθέντες.

b Qui exacerbatus in Athenienſes erat ob cædem Hipp.

c Atque inter cætera, quũ ex lapide Por.

d Hic fuit primæ expeditionis Laced. exitus.

e Nec verò Piſiſtratidas vlla ratione eieciſſent, *nel profligaſſent* Lacedæmonii, quippe qui de trahẽda inlõgũ obſidione non cogit. & Piſiſtr. cõmeatu bene inſtructi erãt: ideóq; vbi per aliquot dies obſediſſent, Spartam reuerſi fuiſſent. Sed res contigit quæ vt illis pernicioſa, ita his adiumento fuit. Piſiſtratidarum enim liberi dum clam è regione ſubducerentur, deprehenſi fuerunt. Quo ex facto omn. &c.

f Ex quibus Codrus & Melãthus, qui prius aduenæ.

aut fecere aut paſſi ſunt memoratu digna, antequam Ionia defecerit à Dario, & Ariſtagoras Mileſius Athenas oratum auxilia venerit, hæc prius ediſſeram. Athenæ, quũ magnæ fuiſſent antea, tunc tamẽ tyrannis liberatæ, extitere maiores. in quibus duo viri præpollebãt, Cliſthenes vir Alcmæonides, qui (vt fama fert) [a] Pythiã perſuaſerat, & Iſagoras Tiſãdri filius, illuſtri quidẽ familia, ſed quàm vetuſta nõ queo affirmare: eius tamen cognati Ioui Cario immolant. Hi viri per factiones de potẽtatu contẽdebant. Cliſthenes, quum vinceretur, populũ amplectendo, ex quatuor tribubus mox decẽ effecit, cognominibus Ionis filiorũ, [b] Peleontis & AEgicoris & Argadei & Hopletis, in alia commutatis quæ ipſe inuenit, aliorũ heroum indigenarum, præterquam Aiacis, quem etſi hoſpitem, tamẽ adiecit, vtpote finitimum ac ſocium. Qua in re videtur mihi Cliſthenes hic auum ſuum maternum. Cliſthenem Sicyonis tyrannum fuiſſe imitatus. ille enim, quum bellũ geſſiſſet cum Argiuis, ſummouit è Sicyone certamina canentium poemata, ob Homeri carmina, in quibus Argos atque Argiui tantopere celebrantur. Neque hæc modò ſubmouit, ſed etiam optauit monumentum Adraſti Talai filii, quod erat in ipſo Sicyoniorum foro, quia fuerat Argiuus, exterminare: ideóque Delphos adiit ad oraculum conſulendum nunquid Adraſtum eiiceret. Cui Pythia reſpondens, inquit Adraſtum quidem Sicyonium regem eſſe, ipſum verò, lapidatorem. Id non concedente ſibi deo, Cliſthenes reuerſus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret. Quod vbi excogitaſſe ſibi viſus eſt, miſit ad Bœotias Thebas nũtiatum, velle ſe afferre Sicyonem Melanippum Aſtaci filium. Eúmque tribuentibus Thebanis, in vrbem intulit: atque ei fanum in ipſa curia deſignatum exædificauit munitiſſimo in loco, in quem intulit Melanippum. [d] Quod factum deberet exiſtimari inimiciſſimum Adraſto, quòd & Meceſtem fratrem eius & Tydeum generum Melanippus interfeciſſet. Cliſthenes vbi fanum extruxit, hoſtias & dies feſtos Melanippo dedit ab Adraſto ereptos, quibus illũ Sicyonii magno cum honore proſequi conſueuerant. Etenim regio Polybi fuerat, qui, quum ſine liberis decederet, imperium Adraſto legauit nepoti ſuo ex filia. eum igitur Sicyonii cum aliis honoribus proſequebantur, tum verò [e] tragicis choris, ita vt non Dionyſum, ſed Adraſtum venerarentur. at Cliſthenes choros quidem Libero, cæteras verò ceremonias Melanippo dicauit. Hæc ille in Adraſtum egit. Tribus autem Dorienſium ne forent eædem Sicyoniis quæ Argiuis, in alia nomina commutauit: ex quibus Sicyonios plurimùm ridiculos reddidit. quippe hyos & ονος, *id eſt ſuis & aſini*, [f] vltima nomina pro priſtinis impoſuit, præterquam tribui ſuæ, cui à ſua arche, *id eſt à ſuo imperio*, nomen indidit. itaque hi tribules Archelai vocabantur: cæterorum autem alii, Hyatæ, *id eſt ſuales*: alii, Oneatæ, *id eſt aſinales*: alii, Chœreatæ, *id eſt porcales*. His tribuum nominibus Sicyonii & Cliſthene imperante, & eo defuncto ad ſexaginta annos vſi ſunt, quæ poſtea [g] inter ſe reputantes, in alia tranſtulerunt, Hylleas, Pamphylos, Dymanates: quartæ tribui quam adiecerunt, impoſito cognomine AEgiales, ab AEgialo Adraſti filio. Hæc Sicyonius Cliſthenes [h] & ipſe (vt mihi videtur) præ contemptu Ionum, ne forent eædem ipſis & Ionibus tribus, Cliſthenem ſibi cognominem imitatus eſt. Quum enim populus Athenienſis fuiſſet antea exagitatus, poſteaquam omnium authoritatem ad ſuam vnius redegit, tum tribuum nomina cenſuit immutanda, & plures ex paucioribus faciendas, decem pro quatuor, & totidem phylarchos, *id eſt tribuum præfectos*. Ita populo in tribus diſtributo atque compoſito, erat multo ſuperior iis qui erant cõtrariæ factionis. [i] Superatus in partibus Iſagoras, hoc inuicem excogitauit, vt Cleomenem Lacedæmonium aduocaret, iam inde ab obſidione Piſiſtratidarũ ſibi hoſpitẽ factum: qui quidem culpabatur quòd ad vxorem Iſagoræ ventitaret. is miſſo primùm Athenas caduceatore Cliſthenem eiecit, & cum eo alios complures Athenienſes, eos enageas vocans, *q. d. piaculares*, videlicet admonitu Iſagorę hæc dicens. nam Iſagoras atque amici eius non erant affines cædis cuius inſimulabãtur [k] Alcmæonidæ, & qui Athenienſiũ erant enagees, ita nominabantur, *qui piaculo obſtricti erant*. Cylon quidam Athenienſis vir olympionices, affectatæ tyrannidis compertus eſt. Simulato nanque æqualium ſodalitio arcem occupare conatus eſt. Id quum efficere non potuiſſet, aſſedit ſimulachro dei ſupplex, ipſe ac ſocii. hos illinc ſubmouerunt quidem magiſtratus Naucratiorũ, qui tunc Athenas incolebãt, data fide puniendi eos citra mortem: ſed culpa horum mox interfectorũ fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Piſiſtrati ætatem geſta ſunt. Vbi autem Cleomenes per nuntium eiecit Cliſthenem atque piaculares, quãuis Cliſthenes ipſe profugiſſet, nihilo ſecius Athenas venit, non magna cum manu, atque illinc ſeptingentas familias *militares* Athenienſium, tanquam piaculo contaminatas, relega-

a *Pythia perſuaſerat ut id faceret quod paulo antè narratum eſt.*

b Geleontis.

c *Reducere. Sic in ſeq.*

d Reduxit autem Melanippum Cliſthenes (hoc enim narrandum eſt) vt Adraſto inimiciſſimum, quòd & Meceſt.

e Eius infortunia chœris tragicis decorabant.

f Cognomina enim eorum mutans in alia quibus ὑὸς & ὄνος, *id eſt ſus & aſinus*, appellationes præfixæ eſſent, vltimas ſyllabas addebat.

g Quum apud ſe expendiſſent.

h *Poſt* Cliſthenes, *adde*, fecerit. Atheniẽſis autem Cliſthenes, quum huius Sicyonii eſſet ex filia nepos, & ab eo nomen haberet,

i Superatus autem viciſſim Iſagoras, hoc contrà excogit.

k Alcmæonidæ enim & qui earundem partium erant, cædis huius inuidiam ſuſtinebant, at ipſe *Iſagoras* nequaquam, nec eius amici. Enagees autem inter Atheniẽſes ita nominati fuerunt.

uit,quas ei ſuggerebat Iſagoras. Hoc acto conabatur ſecundo loco ſenatum diſſoluere,& magiſtratus trecentis Iſagoræ militibus mandare: verùm reluctante ſenatu, atque obtemperare nolente,Cleomenes Iſagoráſque cum ſuæ factionis hominibus arcem occuparunt. quos cæteri Athenienſes cum ſenatu ſentientes, biduo obſederunt:tertio die quicunque Lacedæmonii ibi erant,accepta fide,regione diſceſſerunt, [a] rato effecto quod Cleomeni dictum eſt.nam ei ad occupandam arcem aſcendenti,& ad dei penetrale conſulendi gratia eunti,exurgens è ſella ſacerdos, antequam ille valuas reſeraret, Lacedæmonie, inquit, hoſpes retrò redeas, néve templum introeas. non enim Doribus huc introire fas eſt.Cui Cleomenes,Ego,inquit,mulier, Dores non ſum, ſed Achæus.Itaque admonitu vti nolens, atque in conatu pergens, tunc quoque iterum à propoſito cum Lacedæmoniis decidit. Cæteros autem ad necem vinxere Athenienſes, & in iis Timeſitheum fratrem eius cuius manualia opera atque ſtrenuitatem maximam referre poſſem. Atque hi quidem in vincula conjecti mortem oppetiere.Athenienſées autem poſt hæc reuocatis cum Cliſthene ſeptingentis *militum* familiis,quas Cleomenes exegerat, Sardis mittunt ad contrahendam cum Perſis ſocietatem. Intelligebant enim ſibi cum Cleomene atque Lacedæmoniis eſſe bellandum. Vt Sardis venere nuntii mandatáque expoſuere, percontatus eſt eos Artaphernes Hyſtaſpis filius, Sardium prætor, quinam homines eſſent Athenienſes,& vbi terrarum incolentes,qui ſocii Perſarum fieri orarent. Vbi id ex nuntiis audiuit, ita eis ingenuè reſpondit, ſi regi Dario terram darent & aquam, ſe contracturum cum eis ſocietatem: ſinminus, illos abſcedere præcepit. Nuntii inter ſe colloquuti,quòd ſocietatem facere cuperent,daturos ſe eſſe dixerunt. quo nomine, vbi reuerſi ſunt domum, vehementer accuſati ſunt.Cleomenes,intelligens ab Athenienſibus ſe & verbis & factis lædi,ex omni Peloponneſo copias coegit,diſſimulans quem ad finem, quum haberet in animo tum populum Athenienſem vlciſci, tum Iſagoram conſtituere tyrannum,qui vnà cum eo ex arce deceſſerat.Comparato exercitu ingenti,ipſe Eleuſina inuaſit, & ex compoſito Bœotii OEnoem occuparunt & Hyſias,vltimos Atticæ populos:& ab altera parte Chalcidéſes oræ Atticæ loca populabantur. Athenienſes etſi ancipiti bello diſtricti, Bœotiorum & Chalcidenſium vltione dilata,arma contra Peloponnenſes in Eleuſine agentes ferunt.Dúmque ambo exercitus conſerturi prælium eſſent, Corinthii, primi omnium ſecum reputantes iniuſtè à ſe agi, [b] auerterunt ſe,atque abſceſſerunt.Secundum hos idem fecit Demaratus Ariſtonis filius, qui & ipſe erat rex Spartiatarum, & è Lacedæmone copias contraxerat,nec à Cleomene ſuperiori tempore diſſẽſerat.Ob quam regum diſſenſionem lex apud Spartam lata eſt, non licere vtrique regi cum exercitu prodire.(ná prius prodibant) & his ſeiunctis, alterum quoque è Tyndaridis relinqui: qui & iſti antehac ab eis euocati,exercitú ambo comitabantur. Porro tũc cæteri ſocii qui erãt in Eleuſine, cernentes non conuenire inter reges, & Corinthios aciem deſeruiſſe, & ipſi dilapſi abierunt. Quartò tunc Dores in Atticam profecti ſunt, bis ad bellandum ingreſſi,bis ob Athenienſium multitudinis commodum. Primò, quum Megaram coloniam deduxerunt,hæc expeditio rectè vocetur,ſub Codro Athenienſium rege:iterum ac tertiò,quum ad expellendos Piſiſtratidas ex Sparta ventum eſt: quartò, quum Cleomenes Peloponnenſes ducens, Eleuſinen inuaſit. Ita quartò tunc Dores aduerſus Athenas expeditionem ſumpſerunt. Dilapſo igitur indecorè hoc exercitu,ibi Athenienſes volentes vltum ire iniurias,primam expeditionem fecerunt aduerſus Chalcidenſes: quibus Bœotii ad Euripum iere ſuppetias. His conſpectis Athenienſes putarunt ſibi cum eis prius quàm cũ Chalcidẽſibus pugnã cõſerendam. itaque cõgreſſi cum illis egregiè ſuperant, permultíſque eorũ cæſis, ſeptingentos capiunt.Eodẽ die tranſgreſſi Euboeam, cum Chalcidenſibus conflixere:quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in prædiis hippobatarum, *q.d. equitum*, reliquerunt. hippobatæ autem apud Chalcidenſes vocabantur locupletes. Horum quoſcunque ceperunt,vnà cum Bœotiorum captiuis vinctos in carcerem conjecerunt: quos aliquãto pòſt binis mulctatos minis ſoluerunt: eorúmque vincula quibus alligati fuerant, in arce ſuſpenderunt, quæ ad meam vſque memoriam extabant, pendentia è muris à Medo ambuſtis, eregione cœnaculi ad occaſum ſpectantis. Decimam quoque [c] redemptionis conſecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad ſiniſtram manum intrantium ſtatim in propylæa arcis ſtabat, cum hac inſcriptione,

Attica perdomitis acri ſub marte iuuentus
Bœotũm populis Chalcidicáque manu,

[a] Omine Cleomeni rato effecto. *Id eſt, Rato effecto eo quod omine portendebatur Cleomeni. Vel, Exitu omen approbante Cleomeni. Quod autẽ hic φήμιλω, ſtatim pòſt χαλκδόνα nocat*, quod Valla interpret. *admonitum.*

[b] Sententiam mutauerunt.

[c] Pecuniarum à ſingulis in pretium redẽptionis perſolutarũm.

Damna rependerunt vinclis & carcere cæco,
Quorum hæ de decima ſtant tibi Pallas equæ.

Et Athenienſes quidem augeſcebãt. Iuris autem æquabilitatem eſſe rem bonam, non ex vno tantùm, ſed vndique datur intelligi: ſi Athenienſes etiã quandiu tyrannis ſubiecti fuerunt, nullis finitimorum in bello præſtantiores erant: liberati verò tyrannis, multo omnium primi extitere. Vnde liquet eos, dum tyrannis parebant, [a] de induſtria peccaſſe, tanquam domino laborantes: at libertate parta, ſibiipſi quiſque rem gerere properabat. [b] Athenienſes ita agebant. Thebani autem poſt hæc vlciſcendi illos cupidi, ſciſcitatum ad deum miſerunt. Quibus reſpondens Pythia, negabat per ſeſe eos poſſe illos vlciſci, iubebátque vt [c] ad famæ celebritatem referentes rogarent ſibi proximos. [d] Reuerſis qui miſſi ad oraculum erant, ac reſponſum exponentibus, Thebani illud nihili facientes quod referebatur, vt rogarent proximos, dicebant, Nunquid non proximè nos incolunt Tanagræi Coronæíque & Theſpienſes, qui noſtri aſſiduè commilitones, alacri atque concordi in partes animo bella nobiſcum tolerant? quid hos rogari oportet? [e] Nunquid potius hoc non habendum pro oraculo? Hæc illis ratiocinantibus, quidam re audita, inquit, Ego quid nobis ſignificare velit oraculum videor mihi intelligere. Aſopi duæ filiæ fuiſſe traduntur, Thebe & AEgina, quæ quoniam ſorores ſunt, opinor deum reſpondere nobis vt AEginetas rogemus vicem noſtram vlciſci. Thebani, quoniã nulla quàm hæc viſa eſt dici potior ſententia, protinus miſere ad AEginetas orandos auxilia, tãquam proximos, ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia dixere ſe mittere cum eis AEacidas. Societate AEacidarum freti Thebani, quum laceſſiſſent Athenienſes, accepta offenſione aduerſæ pugnæ, iterum auxilia virorum remiſſis AEacidis orauerunt. Quorum prece moti AEginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum priſtinæ inimicitiæ quam geſſere cum Athenienſibus memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam quum Athenienſes [f] Bœotiis incumberent, ipſi longis nauibus in Atticam traiicientes, cum alios multos populos in cætera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatem Athenienſibus afferentes. Inimicitia autem quam AEginetæ aduerſus Athenienſes habebant, ex hoc initio extitit: Epidaurii, quum ſua ipſis terra nihil redderet, de hac calamitate Delphicum conſuluere oraculum. Quibus Pythia iuſſit vt Damiæ & Auxeſiæ ſimulachra erigerẽt: & poſtquam erexiſſent, melius ſecum actum iri. Sciſcitãtibúſque Epidauriis vtrum ex ære facerent illa an ex lapide, reſpondit ſe è neutro fieri ſinere, ſed è ligno oleagino, oleæ tamẽ, non oleaſtri. Rogabãt igitur Epidaurii Athenienſes vt ſibi permitterent oleam incidere, qui ſcilicet oleas illas ſacratiſſimas eſſe exiſtimarent. (fertur etiam nuſquam gentium niſi Athenis illa tempeſtate oleas fuiſſe.) Athenienſes ſe verò dixerunt, conceſſuros, hac tamen lege, ſi quotannis illi ſacra Mineruę vrbanæ & Erechtheo afferrent. Accepta conditione Epidaurii quæ rogabant impetrauerunt, & ſimulachra ex his oleis fabricata ſtatuerunt: terráque ſua fructum eis ferẽte, quod conuenerat Athenienſibus perſoluebant. Eo tempore atque ſuperiori AEginetæ Epidauriis parebant tum in aliis, tum verò in litibus, quas AEginetæ inter ſe vel actores, vel rei, illuc ſe conferentes agebant: verùm ex eo tempore fabricatis nauibus, nullo conſilio vſi, ab Epidauriis deſciuerũt. Factíque hoſtes, ac mari potiti, cum alias clades inferebant, tum ſimulachra Damiæ & Auxeſiæ ſurripuerunt: eáque aſportata, in regionis ſuæ mediterraneo loco ſtatuerunt, cui nomen eſt OEæ, viginti ferme procul ab vrbe ſtadiis. Hoc in loco illis erectis, ſupplicabant ſacrificiis atque iocabũdis choris mulierum, denis viris vtrique dæmonum aſſignatis, qui choris præeſſent. Chori autem neminem virum [g] nuncupabant, ſed indigenas fœminas: quæ ceremoniæ apud ipſos quoque Epidaurios fuerant. Surreptis ſtatuis, Epidaurii quod fuerant pacti Athenienſibus non ſoluebant: cuius rei quum à nuntiis Athenienſium admonerentur, reddere rationem cur iniurii non eſſent: ſe enim quandiu apud ſe ſtatuas habuiſſent, quod conuentum erat exoluiſſe: eiſdem iam viduatos, non debere exoluere, ſed AEginetas, qui illas haberent: à quibus id exigi iubebant. Ad eas repetendas AEginam Athenienſes miſere. AEginetæ negare quicquam negotii eſſe ſibi cum Athenienſibus. Athenienſes autem aiunt, poſt repetita ſimulachra, triremem miſſam publicè cum ciuibus quibuſdam: qui AEginam quum venerunt, ſimulachra, tanquam è ſuis lignis facta, conati ſint ſuis ſedibus emoliri vt aſportarent: quúmque eo pacto auferre nequirent, circumdatis funibus trahere tentaſſe. Sed dum trahunt, tonitrum & cum tonitruo terræmotum exutiſſe: eáque de re illos remiges qui trahebant ſimulachra, ab his in amentiam eſſe

a Remiſsè agere voluiſſe. *Vel, Operam ſedulò non nauaſſe.*

b Horum igitur res ita ſe habebãt. *Vel, Hic igitur erat rerum Athenienſium ſtatus.*

c Ad Polyphemũ.

d Reuerſi conſultores oraculi, quod ab eo reſponſum erat expoſuerunt, conuocata concione. Thebani, quum audirent quod illi dicebant, *nimirum* vt proximos rogarẽt, Nónne, inquiũt, proximè nos habitãt Tanagr.

e Imò *uidendum* ne aliud potius ſibi velit oraculum.

f Bœotos bello premerent.

g Probris inſectabantur.

conuerſos: & ex hoc morbo ſeſe tanquã hoſtes mutuò trucidaſſe, donec vnus ex omnibus relictus eſt, qui ad Phalerum ſe recepit. Athenienſes quidem ita rem geſtam eſſe memorãt. AEginetæ verò negant illos vna cum naui veniſſe, (facilè enim ſe vnam nauim, atque adeo compluſculas, etiamſi ſibi nullæ fuiſſent naues, fuiſſe propulſaturos) ſed cum compluribus in ipſorum terram inuaſiſſe, ſe verò ceſſiſſe, nec pugna nauali contendere voluiſſe. Qui tamen planum facere nequeunt, an quia impares ſe eſſe ad pugnandum agnoſcerent, ceſſerint: an volentes permiſerint illos facere quod fecerunt. Athenienſes certè, quòd nulli propugnatores obſtarent, egreſſos è nauibus ad ſimulachra ſe conuertiſſe: & quum ea è ſuis veſtigiis amoliri nequirent, circumdatis reſtibus trahere ita conatos, donec illic ambo ſimulachra, dum traherẽtur, fecere rẽ apud me fide carentẽ, alicui alteri credibilem. aiunt enim illa procubuiſſe ſibi in genua, atque ex eo tempore ſemper genu nixa permanſiſſe. Et hæc quidem Athenienſes feciſſe: ſe verò, quòd audirent ſibi bellum ab Athenienſibus illatum iri, præparaſſe Argiuos vt ſibi aduerſus Athenienſes in AEginam deſcendentes adeſſent auxilio. Eóſque, quum latuiſſent hoſtem in traiiciendo ex Epidauro in inſulam, in Athenienſes, qui nihil præſciſſent, à nauibus diſcluſos irruiſſe: & interea tonitrum ipſis terræmotúmque extitiſſe. Hæc ab Argiuis AEginetíſque commemorantur. Athenienſes quoque confitentur vnum omnino è ſuis incolumem in Atticam reuertiſſe, quem tamen Argiui aiunt ſuperſtitem fuiſſe ex Attico exercitu quem ipſi profligaſſent. Eundem Athenienſes, dæmonio incolumem, nihilo ſecius periiſſe referunt, hunc in modum: Quum Athenas ſe recepiſſet, cladémque renuntiaſſet, vxores eorum qui aduerſus AEginam profecti fuerant, indignè ferentes vnum ex omnibus eſſe reducem, circumfuſas hominem prehendiſſe, ac fibulis veſtimentorum pupugiſſe, percontantes ſingulas vbi ſuus vir eſſet, atque hoc modo hunc fuiſſe confectum. Idque factum mulierum viſum eſſe Athenienſibus ipſa clade triſtius. in quas quum alia ratione animaduertere nó poſſent, veſtem illarum in ladem mutauerunt. nam antea Doridem veſtem gerebant Atticæ fœminæ, ſimillimam Corinthiæ. eam itaque mutauerunt in lineam, ne fibulis vterentur. [a] Quanquam reuera ſi ratione vtamúr, non las olim veſtis fuit, ſed Caira. quoniam omnis priſca veſtis fœminarum Græcarum eadem erat quæ nunc, quam Doridem appellamus. Præterea Argiui & AEginetæ idem adhuc factitant, apud quorum vtroſque mos eſt fibulas faciendi ſeſcuplas menſura quàm tunc conſueuerat: quas præcipuæ fœminæ eorum templis deorum conſecrare ſolent, neque aliud quicquam Atticum illic offerre, ne vrceum quidem, ſed ex ollis gentilibus in poſterum ibidem potare. Eóque contentionis proceſſere Argiuæ atque AEginææ mulieres cum Atticis, vt ad meam vſque ætatem fibulas geſtauerint quàm antea grandiores. Odiorum principium AEginetarum in Athenienſes hoc, quemadmodum commemoratum eſt, extitit. Cuius rei circa ſtatuas geſtæ memoriam retinentes, libenter Thebanorum rogatu auxilium tulere Bœotiis AEginetæ. Qui quum maritima Atticæ vaſtarent, Athenienſéſque aduerſus AEginam expeditionem inirent, aduenit è Delphis oraculum, vt ab AEginetis lædendis triginta annos abſtinerent, triceſimo anno, quum fanum AEaco dicaſſent, bellum cum AEginetis inchoarẽt, ad votum eis re ſucceſſura. Sin bellum continuò inferrent, fore vt interea multa detrimenta acciperent & inferrent, ſed ad extremum illos [b] ſubigerent. Hoc oraculum ad ſe Athenienſes allatum vbi audiere, eatenus ei obtemperandum cenſuerũt vt AEaco fanum dicarent, quod nunc in foro extructum viſitur: [c] ſed triginta annis non eſſe abſtinẽdum, quòd videlicet audiſſent eſſe fatale, multa ſe paſſuros indigna ab AEginetis, ſi bello abſtinerent. His tamen ad vlciſcendum ſe parantibus, Lacedæmonium factum extitit impedimento. ſiquidem Lacedæmonii, audito cõmento Alcmæonidarum erga Pythiam, & quæ egiſſet Pythia in ipſos atque Piſiſtratidas, duplicem ſe iacturam feciſſe animaduertebant: quòd & ſuos hoſpites è patria eieciſſent, & nulla ſibi ex hoc facto gratia ab Athenienſibus haberetur. Præterea oraculis vrgebantur, denuntiantibus multa ipſis & [d] indigna ex Athenienſibus futura, quorum antehac ſecuri fuiſſent, præſertim ex eo quod à Cleomene Spartam reuerſo didicerant. Etenim Cleomenes potitus eſt ex arce Athenienſium oraculis, quæ à Piſiſtratidis prius poſſeſſa, quum illi expellerentur, [e] relicta fuerant in templo. Ea Lacedæmonii vbi per Cleomenem accepere, & animaduertebãt Athenienſes augeſcentes, nec ad ipſis obtemperandum vllo modo eſſe animatos: præterea genus Atticum quod ſub tyrannis fuiſſet infirmum, & ad parendum promptum, nunc parta libertate ipſis par exiſtere: hæc omnia conſiderantes, accerſierunt

a Vt tamen verum fateamur, non Ionica eſt hæc veſtis ab antiqua origine, ſed Caira. omnis enim priſca veſtis Græcarum mulierũ eadẽ erat, cũ illa quam nunc Doricam appellamus. At verò Argiuis & AEginetis hac de cauſa conſuetudinem iſtam inualuiſſe *aiunt*, vt fibulæ fiant menſuræ ſeſcuplo maioris quàm quæ tum recepta erat. quinetiam mulieres apud eos tẽplo deorum fibulas præcipuè conſecrare, *uel fibulas pro donariis offerre*: Atticũ verò nihil, ac ne laterem quidẽ, tẽplo offerre: atq; adeo vt ibi ex vrceis ſuæ patriæ potarent, more poſtea receptũ fuiſſe. *Animad uertendum eſt autem, in Græco textu interpunctionem quæ eſt poſt* ποιῆται, *inde tranſlatam ponẽdam eſſe poſt* εἶναι, *ut ſit*, ἔτι πρὸ ποιῆσαι νόμων εἶναι.

b *Vel potius*, Ipſi ſubigerentur.

c Sed annos triginta non abſtinuerunt, *uel ſuperſederunt*, quum audiſſent ſibi eſſe abſtinendum, paſſis hoſtilia ab AEginetis. His tamen ad vlc.

d Hoſtilia, *uel atrocia*, ab Athen. fut. quorum *oraculorum* antea quidem ignari fuerant, tum verò cognita habuerant, quum Cleomenes ea Spartã attuliſſet. iis enim potitus eſt ex Athenienſiũ arce oraculis quæ, &c. Vt πρὸς τοῦ πρότερον refo rat χρησμῶν.

e In templo reliquerant: relicta autem Piſiſtratus acceperat. Lacedæmonii igitur, quum hæc oracula in eorum manus perueniſſent, Athenienſium potentiam creſcere & ad parendum ipſorũ imperio nullo modo animatos eſſe videntes, quum apud ſe conſideraſſent, gẽtem Atticam tantiſper dum libertate potiretur, *uel ſui iuris eſſet*, viribus parem ſuæ eſſe futurã, at ſi tyrannide coerceretur, infirmam & ad imperata faciendum fore promptam: hæc, *inquam*, omnia quum

Hippiam Piſiſtrati à Sigeo Helleſponti, quò Piſiſtratidæ confugerant. Poſtquam Hippias accerſitus adfuit, accitis etiam aliorum ſociorum nuntiis, ita Spartiatæ apud eos verba fecere, [a] Agnoſcimus viri ſocii nos haud rectè egiſſe, qui mentitis oraculis inducti, viros qui erant noſtri imprimis hoſpites, [b] quique in animum inducebant præbere nobis Athenas obnoxias, è patria eiecimus. & quum hæc fecerimus, tamen ingrato populo vrbem tradidimus: qui poſteaquam per nos [c] liberatus, deſpexit nos, pariter ac regem noſtrum per dedecus detrimentúmque eiecit: inflatúſque ſuperbè, famam auget, præcipuè quidem Bœotos ſuos finitimos atque Chalcidenſes didiciſſe qui ipſi ſint: ſed fore fortaſſis vt alius quis, ſi peccauerit, idem diſcat. Quare, quoniam in illis agendis peccauimus, nunc demus operam vt illuc vnà vobiſcum euntes, ſupplicium de illis ſumamus. Hac enim de cauſa Hippiam & vos è ſua quoſque vrbe accerſiuimus, vt publico conſenſu & cómuni exercitu reducentes hunc Athenas, reddamus ei quæ abſtulimus. Hæc Spartiatæ. Quæ quum alii ſocii non probarent, quúmque ſilentium tenerent, Corinthius Soſicles ita locutus eſt, [d] Eo tempore cælum ſub terra, ac terra ſuperior cælo erit, hominéſque domicilium in mari habebunt, quo tempore vos Lacedæmonii rebus publicis euerſis, tyrannides in vrbes introducere conabimini. quibus nihil eſt in rebus humanis neque iniuſtius, neque magis mortiferum. Quòd ſi bonum vobis videtur ciuitates ſubeſſe tyrannidi, ipſi vobis primi tyrannum conſtituite, atque ita vt aliis conſtituatis operam date. At nunc ipſi tyrannorum expertes, & ne id in Sparta contingat vehementiſſimè cauentes, hoc in ſocios ſtudetis efficere, qui ſi eſſetis, vt nos ſumus, experti, meliorem quàm nunc facitis, de hac re [e] ſententiam diceretis. Nam iſta res apud Corinthios ciuitatis perturbatio fuit. quum eſſet apud eos paucorum regimen, & ii qui Bacchiadæ vocabantur, vrbẽ incolerent, vltro citróque inter eos matrimonia contrahebantur. Horum vni nomine Amphioni nata eſt filia clauda, cui nomẽ erat Labda: quam quoniam nemo Bacchiadarum ducere volebat, duxit Eetiõ Echecratis filius, è Petra quidẽ tribu, ſed oriũdus à Lapithe ac Cæneo. Qui quũ neque ex hac muliere, neque ex alia tolleret liberos, miſſus eſt Delphos ad cõſulendum de prole. eum introeuntem ſtatim Pythia his verſibus compellauit,

Eetion, te nemo (licet ſis tantus) honorat.
Conceptum pariet ſaxum graue Labda, monarchos
[f] Qui cadet in ciues, emendabítque Corinthum.

[g] Hoc oraculum quod Eetioni redditum eſt, eodem tendebat quò alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum quàm hoc renuntiatum eſt in hæc verba,

Concipit in petris aquila, enixura leonem
Robuſtum, ſæuum, genua & qui multa reſoluet.
Hæc bene nunc animis verſate Corinthia proles,
Qui colitis pulchram [h] Pallenem, altámque Corinthum.

[i] Id oraculum quum ad eam diem fuiſſet indeprehẽſum, ſimulatque ex hoc Eetionis patuit eodem vtrumque pertinere, ſilentio ſuppreſſere, animo futurum Eetionis filium extinguendi. Et vt primùm mulier enixa eſt, miſerunt è ſuo numero decem viros ad tribum in qua habitabat Eetion, qui puerum extinguerent. Iſti, poſtquam ad Petram peruenere, & ad Eetionis atrium acceſſere, puerum petunt. Labda cur veniſſent ignara, [k] paternæque beneuolentiæ cauſa veniſſe eos rata, affert filium, & in vnius eorum manum porrigit. erat autem inter viam conſtitutum, vt qui primus eorum puerum cepiſſet, is humi illum allideret. Verùm diuina quadam fortuna puer ei viro cui à Labda traditus erat, arriſit. quam rem illi conſideranti miſeratio ſubiit pueri occidendi. Sic miſertus alteri tradidit, & ille tertio, atque ita deinceps per manus traditus infans, per omnes decem tranſiit: ac nemine interimere volente, rurſus matri eſt redditus. Illi egreſſi atque ante ianuam ſtantes, alius alium incuſabant caſtigabántque, ſed primum præcipuè, qui ex conuento non feciſſet: dono nec interiecto temporis ſpatio placitum eſt vt rurſus introgreſſi, omnes fierent participes cædis. Sed neceſſe erat ex Eetionis ſtirpe germinari Corintho perniciem. nam Labda ſtans pro foribus, hæc omnia exaudiebat: eóque metuens ne illi immutata voluntate acceptum rurſus puerum interimerent, aſportauit, & in mẽſura frumen-

animaduertiſſent, accerſiuerunt Hipp.

a Conſcii nobis ſumus nos haud rectè.

b Quique ſe Athenas in poteſtatem noſtram redacturos rece perant.

c Liberatus, animo erigi cœpit, nos regémque noſtrum per contumeliam eiecit: atque adeo ſuperbè inflatus, ſuam potentiã auget: vt & iam didicerunt potiſſimũ quidem finitimi eorum Bœoti & Chalcid. diſcet verò fortaſſe & alius quem peccare cõtigerit. *i. non cautè ſe erga illos gerere. Quod tamẽ poteſt aliter etiam exponi, ſicut & illud δόξαν φύσας.*

d Nunc profectò cælum ſub terra erit, terráque cælo ſupereminebit, homines mare incolent, piſces domiciliũ prius hominum accipient, quum vos Laced. reb. p. euerſ. t. in vrbes reducere conemini. quibus nihil in reb. hum. nec magis iniuſtum eſt, nec magis ſanguinarium. *Perinde ac ſi diceret, cum poeta, Omnia naturæ præpoſtera legibus iubunt, Párſque ſuum mundi nulla tenebit iter, Omnia iam fient fieri quæ poſſe negabam, quum nos Laced. adeo mutati ſitis ut, &c. Sed legendum ἢ δὲ ὅ, τι οὐρανὸς, &c.*

e Sententiam proponeretis. Talis erat Corinthiis vrbis ſtatus, vt penes paucos imperium eſſet. Quũ igitur ii qui Bacchiadæ cognominabantur, ciuitatis gubernacula tenerent, & vltro citróque matrimonia inter ſe contraherẽt, contigit vt vni ex his, qui Amphion vocabatur, filia naſceretur quæ clauda eſſet, nomine Labda. Eã quòd nullus Bacchiadarum ducere vellet, duxit Eetion, &c.

f Quod cadet. *neque enim videtur poſſe aliò referri πεσεῖται quàm ad ἁλοὺς πέσοι.*

g Hæc oraculum Eetioni reſpondiſſe, Bacchiadis renuntiatur, qui quod prius editũ de Corintho fuerat oraculum nõ intelligebant, quum eodem quo & illud Eetioni redditum, pertineret. h Pirenen. i Quum igitur Bacchiadæ huius oraculi ſibi prius redditi mentem aſſequi non poſſent, quum audiuerunt id quod Eetioni erat editum, tunc illud etiam prius intellexerunt, cum illo Eetionis congruens. Quum autem & hoc intellexiſſent, ſilentio ſuppreſſerunt, naſcituram Eetioni prolem interficere in animo habentes. k Ad gratulandum patri ven.

taria occuluit: qui locus viſus eſt minimè inueſtigabilis, quum ſciret illos, ſi rediret « ad inueſtigādum puerum, omnia ſcrutaturos: vt & cōtigit. nam introgreſſis & ſcru- « tantibus vbi non apparuit, viſum eſt eis abeundum, atque iis à quibus miſſi eſſent, « dicendum ſe cuncta quæ illi mandaſſent perpetraſſe, atque ita reuerſi dixerūt. Poſt « hæc Eetionis filio creſcēti impoſitum eſt nomen Cypſelo, ob periculūm hoc quod « deuitauerat in cypſela, *id eſt menſura frumentaria*. Vbi autem in virilē adoleuit ætatem, « conſulenti oracului Delphis, anceps eſt redditum, quo fretus, Corinthum aggreſ- « ſus occupauit. oraculum autem hoc erat, «

Vir locuples noſtras hic qui deſcendit ad ædes «
Cypſelus Eetides, claræ rex *eſto* Corinthi, «
Ipſe, & eo nati, ſed nulli deinde nepotes. «

Et oraculum quidem, hoc erat. Cypſelus verò tyrannide potitus, talis extitit vt Co- « rinthiorum multos inſequutus ſit, multos pecunia, longè plurimos anima priuaue « rit. Cui, quum triginta regnaſſet annos, bene vita defuncto ſucceſſit in tyrannide fi- « lius Periander, qui inter initia mitius agebat quàm pater: ſed vbi per nuntios cōſue- « tudinem habuit cum Thraſybulo Mileti tyrāno, multo magis quàm pater cruen- « tus effectus eſt. Miſſo enim præcone, Thraſybulum interrogauit qua ratione ipſe « rebus tutius conſtitutis, ciuitatem pulcherrimè gubernaret. Thraſybulus, eo qui à « Periandro miſſus erat, extra oppidum educto, ingreſſus eſt rus quoddam ſatum, & « vnà cum eo ſegetem interambulans, ſciſcitabatur hominem de ſuo aduentu è Co- « rintho, detruncans atque abiiciens vt quanque videbat ſpicam inter alias extātem, « donec ſegetem formoſiſſimam atque denſiſſimam hūc in modum corrupit: præ- « diúmque illud peruagatus, nullo verbo reddito præconem remiſit. Reuerſus Co- « rinthum præco, auido præceptionis audiendæ Periandro negauit ſibi quippiam re- « ſpondiſſe Thraſybulum, & mirari quòd ſe ad virum veſanum Periander miſiſſet, « & ſua ipſius deſtruentem: exponítque quæ ex Thraſybulo vidiſſet. Periāder id quod « à Thraſybulo actum erat intelligens, atque interpretans ſibi ab illo præceptum vt « eminentiſſimos quoſque popularium interimeret, tunc verò omnem in ciues ſæ- « uitiam exercuit, interficiendo ac perſequendo conſummans id quod à Cypſelo fue « rat omiſſum. Atque adeo die vno vniuerſas mulieres Corinthias exuit, propter « Meliſſam vxorem ſuam. nam quum ad Theſprotos, qui ſunt ad flumen Acherō- « tem, miſiſſet nuntios ſciſcitatum necyomanteon, *id eſt mortuorum oraculum*, de hoſpitis « depoſito, Meliſſa apparēs negauit ſe indicaturam aut dicturam vbinam depoſitum « eſſet collocatum, quoniam ipſa algeret, quia nuda eſſet. nihil enim ſibi prodeſſe ve- « ſtes cum quibus ſepulta fuiſſet, vtpote non concrematas. Cuius rei, quòd vera lo- « queretur, teſtimonio foret quòd Periāder in frigidū furnum panes ingeſſiſſet. Hæc « Periandro renuntiata, ob illud argumentum fidem fecere, quòd ipſe cum Meliſſa « quanuis defuncta coierat. Itaque ſtatim poſt eum nuntium per præconem edixit « vt omnes Corinthiæ mulieres ad Iunonis templum prodirent. Eò, tanquam ad « diem feſtum, quamornatiſſimè poterant quum iſſent mulieres iſtæ, diſpoſitis clàm « ſatellitib⁹, eas omnes ſine diſcrimine exuit, ingenuas pariter & ancillas, atq; *eas ueſtes* « ad foueam comportatas Meliſſam precando cremauit. Hæc vbi fecit, & nuntios i- « terum eoſdem miſit, tūc ei Meliſſæ idolum, *hoc eſt inanis imago*, expoſuit vbinam de- « poſitum hoſpitis collocaſſet. Huiuſmodi eſt tyrānis, Lacedæmonii, vobis, & talium « operum. Eóque nos Corinthios cum magna admiratio cepit ſimulatque vidimus « vos accerſiſſe Hippiam, tùm verò maior nunc dum iſta dicitis. Propterea deos Græ « corum inuocantes [a] teſtamur apud vos, ne velitis tyrannides in ciuitatibus conſti- « tuere, quas non extinguitis, ſed excitatis præter æquitatem, dum Hippiam reduci- « tis: in quo ſcitote Corinthios vobis non aſſenſuros. Hæc Soſicles Corinthiorum le « gatus. Quem excipiens Hippias, eoſdem quos ille deos inuocando dixit, cum cæte- ros, tum præcipuè Corinthios deſideraturos. Piſiſtratidas, [b] quum veniſſent dies quibus expiare ſe ab Athenienſibus nequirent. Hactenus reſpondit Hippias, quoni- am oracula illa ipſe præ cæteris nota haberet. Cæteri ſocii, qui antea ſilentium tenu- erant, audito Soſiclē, liberius pro ſe quiſque in vocem erumpentes, accedere ſenten tiæ Corinthiorum, obteſtaríque Lacedæmonios nequid agerēt noui aduerſus Græ- cam ciuitatem. Ita ab ea re ceſſatum eſt. Hippias illinc profectus, offerente ſibi Amynta Macedone Anthemuntem, & Theſſalis Iolcon, neutrum accipere voluit, ſed rurſus ad Sigeum conceſſit, quod armis Piſiſtratus à Mitylenæis eripuerat. Eó- que capto, tyrannum ibi conſtituerat Hegeſiſtratum, filium nothum ex muliere Argiua, qui tamen, quæ à Piſiſtrato acceperat, non tenuit ſine prælio. nam diu inter

a Obteſtamur vos ne tyrannides in ciui tatibus conſtituatis. Atque adeo, niſi ab in eepto deſiſtatis, ſed Hippiam contra ius & æquum reducere co- nemini, ſcitote non approbaturos veſtrū hoc factum Corin- thios.

b Vbi veniſſēt ſtati dies quibus futurū eſ ſet vt illos angerēt A- theniēſes. *Sed ἀτιᾶ. ſuſpectum reddit uel ipſa Valle interpretatio.*

Mitylenæos ac Athenienſes pugnatum eſt,hos ex oppido Achilleo,illos è Sigeo prodeuntes:hos repetentes regionem,illos refellentes hac ratione,quòd dicerent nihilo magis iuris eſſe AEolibus in agrum Ilienſem, quàm ſibi ac cęteris Græcis qui Menelao in raptu Helenes operā nauaſſent. His aſſiduè bellantibus, cum alia in prælis geſta ſunt, tum illud, quòd Alcæus poeta in prælio quod collatis ſignis gerebatur,vincentibus Athenienſibus,ipſe quidem fugæ ſe mandans euaſit:ſed armis eius potiti ſunt Athenienſes,quæ apud templum Mineruæ in Sigeo ſuſpenderunt. Hāc rem Alcæus carmini mandans,in Mitylenen repoſuit, indicans Menalippo ſodali ſuam calamitatem.Mitylenæos tamen atque Athenienſes reduxit in gratiam Periander Cypſeli filius,qui delectus arbiter, ita eos reconciliauit, vt vtrique ea colerent quæ haberent.Atque hoc modo Sigeum factum eſt Athenienſium. Hippias, poſteaquam Lacedæmone in Aſiam abiit,cuncta agitabat, inſimulando Athenienſes apud Artaphernem,atque omnem operam dando vt Athenæ in illius ac Darii venirent poteſtatem. Quæ agitare Hippiam quum accepiſſent Athenienſes, mittunt Sardis nuntios ad diſſuadendum Perſis fidem habere exulibus Athenienſibus. Sed Artaphernes iubere Athenienſes (ſi ſalui eſſe vellent) rurſus Hippiam recipere: Athenienſes eam conditionem recuſare, & malle profeſſi eſſe Perſarum hoſtes. Dum ita apud Perſas inſimulantur, atque ita animati ſunt Athenienſes eam conditionem recuſare,hoc interim tempore Mileſius Ariſtagoras à Cleomene Lacedæmonio reiectus è Sparta Athenas venit.nam ea ciuitas inter cæteras præpollebat. [a] Ad quam ciuitatem vbi venit Ariſtagoras,eadem quæ in Sparta,commemorauit de commodis quæ eſſent in Aſia,déque Perſico bello, quòd neque ſcutum neque lanceam in vſu haberent, [b] faciléſque eſſent ad capiendum. Hæc ille referens, ea quoque addebat,Mileſios eſſe Athenienſium colonos,quos æquum eſſet ab eis liberari qui multum pollerent.Denique nihil non pollicebatur, omnibus precibus obſecrās quod tātopere cupiebat,donec eos induxit.Facilius [bb] enim ei viſum eſt multos decipere quàm vnum:qui ſi Cleomenem ſolum fallere non potuit,id tamen in triginta millibus Athenienſium effecit.Itaque Athenienſes perſuaſi, decreuere viginti naues Ionibus auxilio mittendas,Melanthio illis præfecto,viro inter populares omni in re ſpectato.Hæc claſſis initium malorum extitit Græcis pariter & barbaris. ante cuius egreſſum Ariſtagoras reuectus Miletum,excogitauit conſilium quod in nullam Ionum vtilitatem erat redundaturum. quanquam ne ille quidem hac ratione faciebat,ſed vt regi Dario moleſtiam afferret. Etenim miſit quendam in Phrygiam ad Pæones qui à flumine Strymone in captiuitatem abducti à Megabyzo erāt,locum » atque vicum per ſeſe incolentes: ad quos vt peruenit nuntius, ita verba fecit, Viri » Pæones,miſit me Ariſtagoras Mileti tyrannus [c] ad oſtendendam vobis(ſi obtem- » perare velitis) ſalutem. Nunc enim cuncta Ionia ab rege defecit, [d] eadémque vo- » bis præſtat facultatem ſalutis parandæ ad patriam veſtram: per vos quidem, vſque » ad mare,deinceps nobis iam curæ erit.His auditis Pæones magnam ſanè voluptatem acceperunt: ſumptíſque liberis atque vxoribus, ad mare fuga ſe proripuerunt: nonnullis eorum præ metu [e] illinc remeantibus. Vbi ad mare peruenere, illinc in Chium tranſmiſere. quò poſtquam applicuere, eorum veſtigia inſequutus adfuit ingens equitatus Perſarum: & quia eos aſſequi non potuit, miſit in Chium ad illos vt eodem redirent.Cuius oratione repudiata, à Chiis ſunt in Leſbum tranſportati, mox à Leſbiis in Doriſcum,vnde terreſtri itinere ſe in Pæoniam receperunt. Poſt hæc ad Ariſtagoram Athenienſes viginti cum nauibus venere, ducentes vnà quinque triremes Eretriorum,qui non Athenienſium gratia commilitium pręſtabant, ſed debitam ipſis Mileſiis gratiam reddebant. Nam Mileſii aliquando [f] pro Eretriis in bello Chalcidenſi præſtiterant,quum Samii contra Eretrios atq; Mileſios Chalcidēſibus opem tuliſſent.Ariſtagoras,vbi iſti atque alii ſocii adfuere, expeditionem fecit aduerſus Sardis, non tamen ipſe proficiſcens, ſed Mileti remanens, præfectis aliis ducibus Mileſiorum,fratre ſuo Charopino,& cæterorū ciuium Hermophanto.Hac claſſe Iones vbi peruenere Epheſum, relictis nauibus apud Coreſum,quod eſt agri Epheſii,ipſi cum ingenti manu,ſumptis viæ ducibus Epheſiis, ad ſuperiora tendebant, ſecundum flumen Cayſtrum tenentes iter. Illinc ſuperato Tmolo Sardis adueniunt,eáſque, [g] occurrente nemine,capiunt, omniáq; eius vrbis loca,præter arcem, quam Artaphernes ipſe tutabatur, habens non exiguas virorum copias: [h] quæ res fuit impedimento quominus qui ingreſſi erant vrbem,diriperent. Erant Sardibus domus pleræque arundinaceæ:quæ autem lateritiæ, tamen ex arundinibus lacunaria habebant. harum vnam quidam è militibus quum incendiſſet,

a Quum autem ad plebem acceſſiſſet Ariſtag.

b Expugnarique facilè poſſent.

b Eſſe videtur multo decip.q. vn.ſi Cleom. quidem Lacedæmonium ſolum fall.

c Salutare conſilium vobis daturum.

d Vobiſque iam licet incolumes in patriam reuerti: vobis quidē ad mare vſque: quod autē à mari eſt, nobis curæ erit. Q.d. *Veſtrum eſt operam dare ut ad mare nos recipiatis, eò quum uenerit is, quod iter tenere debeatis, cura nobis erit.*

e Illic remanentibus.

f Eretrios in bello aduerſus Chalcidenſes adiuuerant.

g Repugnante nemine.

h Ne autem vrbē hanc à ſe captam diriperent hoc obſtitit: *quod ſequitur uidelicet. at Valla iunxit præcedentibus hæc, τὸ δὲ μὴ λεηλατῆσαι, &c.*

repentè ignis è domo in domum elapſus totam vrbem abſumpſit. Ardente vrbe, & vaſtante iam extrema incendio, nec habente regreſſum, Lydi & Perſarum quicunque in vrbe erant, vndique circumuenti, ex vrbe in forum cõfluũt, & ad amnẽ Pactolum, qui medium forum interfluens, ramenta auri è Tmolo illis defert, dein de flumini Hermo immiſcetur, & ille mari. Ad hunc amnem & ad hoc forum con globati Lydi pariter & Perſæ ſeſe defen dere adigebantur. Iones, videntes hoſtium alios ſeſe tutantes, alios magna multitudine ſe obuiam ferentes, metu perculſi, ad montem qui dicitur Tmolus ſeſe recipiunt, atque illinc noctu ad naues. Crematis Sardibus, deflagrauit vnà templum Cybeles indigenæ deæ: cuius prætextu poſtea Perſæ templa quæ in Græcia erant cremauerunt. Hoc vbi Perſæ qui intra Halyn domicilia habebant, reſciuerunt, tunc verò ad ferendam Lydis opem conuenerũt: nec adepti Sardibus Iones iam illinc profectos, eadem via inſequuti, comperiunt Epheſi: congreſſique cum illis ex aduerſo inſtructis, in fugam eos vertunt, multóſque occidunt, & in his cum alios illuſtres viros, tum EValcidem Eretriorum ducem, qui donatus laurea in certaminibus fuerat, & à Simonide Ceo maiorem in modum celebratus. Ex ea pugna qui euaſere, per vrbes fuere diſſipati. Et tunc quidem ita dimicatum eſt. Athenienſes autem, poſt hæc deſertis prorſus Ionibus, etſi per nũtios Ariſtagoræ magnopere rogabantur, negauerunt ſe auxilio futuros. Quorum ſocietate fraudati Iones, tamen quoniam iſta aduerſus Darium egerant, nihilo ſegnius bellum aduerſus regem parabant: Helleſpontúmque inuecti, Byzantium ac cæteras circà vrbes in ſuam poteſtatem redegerũt. Inde euecti magnam Cariæ partem in belli ſocietatem aſciuerunt. nam Caunus, quæ prius ſocietatem facere recuſauerat vbi Sardis conflagrarunt, & ipſa Ionibus acceſſit: Cyprii quoque omnes vltrò, exceptis Amathuſiis, acceſſerunt. Defecerunt autẽ Cyprii à Medis in hunc modum: Erat Oneſilus quidam Gorgi Salaminiorum regis frater, natu minor, Cherſis filius, Siromi nepos, EVelthontis pronepos. hic vir, quum ſæpenumero antea Gorgum ſolicitaſſet ad rebellandum ab rege, tunc audiens Ionas rebellaſſe, vehementius vrgere hominem inſtitit. In quo quia nihil proficiebat, obſeruato tempore dum Gorgus oppidum egrederetur vnà cum ſuis [a] militibus, eum portis excluſit. Gorgus oppido exutus, ad Medos tranſfugit: eo potitus Oneſilus omnibus Cypriis vt rebellarent ſuadebat: perſuaſis cæteris, Amathuſios rebellare abnuentes obſidione circumdedit. Dum hic Amathuntem obſidet, Darius, vt ei nuntiatum eſt Sardis captas incenſáſque ab Athenienſibus atque Ionibus, & huius comparandæ claſſis atque rei contexendæ fuiſſe authorem Ariſtagoram Mileſium, fertur, [b] quumprimum hæc audiuit, dixiſſe Iones nihil feciſſe: probè ſciens non fuiſſe illos præ contemptu ſui rebellaturos: deinde interrogaſſe quínam eſſent Athenienſes. Id quum audiſſet, tum arcum popoſciſſe, eóque ſumpto, ſagittam quam impoſuerat, in cælum excuſſiſſe: & ea in aerem excuſſa, dixiſſe, O Iupiter, contingat mihi vt Athenienſes vlciſcar. Atque hæc loquutus, cuidam famulorum præcepiſſe vt ſibi ſemper appoſita cœna, ter diceret, Here, memento Athenienſium. Et quum hoc præcepiſſet, accito ad ſuum conſpectum Hiſtiæo Mileſio, [c] quem ipſe diu diſtinuerat, ita eum fuiſſe alloquutus, Audio Hiſtiæe procuratorem tuum, cui tu Miletum demandaſti, nouas aduerſum me res eſſe molitum. viris enim ex altera continente perſuaſit vt Iones ſequerentur, (qui mihi commiſſorũ pœnas dabunt) eóſque induxit ad me Sardibus priuandum. Num igitur videtur hæc tibi bene habere? quorum quídnam ſine tuis cõſiliis actũ eſt? Proinde vide ne rurſus teipſum in culpam induas. Ad hæc Hiſtiæus, Quódnam, inquit, rex protuliſti verbum? méne cõſulere rem quæ tibi ſit quippiam ſiue multum ſiue parum moleſtiæ allatura? Quid mihi quærens iſta facerem? aut cuius rei indigens? cui omnia adſunt quæ tibi? quem tu omnium conſiliorũ tuorum cõmunione dignaris? Quòd ſi iſtud quod ais egit procurator meus, ſic habeto, id eum feciſſe ſuo cõſilio. [d] Principio ratione iſtã non admitto, Mileſios ac meum procuratorẽ quippiam rerum nouarum feciſſe aduerſus ſtatum tuum: ſiquid tamen huiuſmodi faciunt, & tu id quod eſt audiſti, rex, intelli-ge quid rei egeris quòd me à mari ablegandum putaſti. nam Iones id agere aggreſſi ſunt poſtquam ego ex ipſorum conſpectu ſum amotus, cuius aggrediendi iampridem libidine tenebantur: quòd ſi ego in Ionia fuiſſem, nulla profectò ſe ciuitas cõmouiſſet. Proinde nunc properè dimitte me vt in Ioniam contendam, illic omnia negotia tibi in integrum reſtituturus, & hunc Mileti procuratorem, harum rerum machinatorem, in tuam poteſtatem redacturus. Hæc, quũ ex animi tui ſententia cõfecero, iuro per deos regios me non prius exuturum hanc veſtem, qua indutus in

Ioniam

a Legit σρατιώτης pro στρατιώτης.

b Vbi hæc audiuit, Iones cõtempſiſſe, *vel nihili feciſſe*, quippe qui non impunitam illorum fore rebellionẽ ſciret. deinde interr.

c Quem à longo iam tempore detinebat. *Vel, retinebat.*

d Sed ego prorſus fidem his verbis abrogo, Mileſ.

Ioniam deſcendam, quàm Sardiniam inſulam maximam tibi tributariam reddam. Hæc Hiſtiæus fallendi gratia dicebat. quibus perſuaſus Darius, hominem dimiſit, præcipiens vt poſtea quam ea quæ ſpoponderat præſtitiſſet, ad ſe Suſa reuerteretur. Dum nuntius de Sardibus ad regem venit, Dariúſque illam rem arcu fecit, & Hiſtiæum eſt alloquutus, Hiſtiæúſque ab eo dimiſſus ad mare ſe contulit, hoc interea omni tempore hæc geſta ſunt: Oneſilo Salaminio Amathuſios obſidenti nuntius affertur [a] Artybium virum inter Perſas eximium cum magna vi Perſarum curſum tenere in Cyprum. Quo accepto, Oneſilus legatos paſſim in Ioniam dimittit ad Iones euocandos: qui non diu in deliberando cunctati, cum magna claſſe ad eum ſe contulerunt. Et quum Cyprum tenuiſſent, Perſæ nauibus è Cilicia traiecerunt, terreſtríque itinere Salaminem contenderunt, Phœnicibus claſſe circumeuntibus promontorium quæ Claues Cypri vocantur. His ea facientibus, Cyprii tyranni cõuocatis Ionum ducibus dixere, Viri Iones, vobis nos Cyprii optionem damus cum vtris dimicare velitis, cum Perſis, an cum Phœnicibus. Si terra mauultis cum Perſis acie confligere, iam tempus eſt è nauibus egrediendi, & in acie ſtandi, vt nos veſtras ingreſſi naues, cum Phœnicibus dimicemus: ſin cum Phœnicibus fortunã tentare mauultis, facite. quoniam alterutrum opus eſt eligatis, vt quantum in nobis ſitum eſt, Ionia atque Cyprus in libertatem vindicentur. Ad hæc Iones, Commune, inquiunt, Ioniæ concilium nos miſit ad mare tutandum, non ad naues tradendas, quò ipſi cum Perſis in terra confligeremus. [b] Itaque vbicunque quidé collocabimur, vt operam nauemus enitemur: vos verò debetis, qualia ab imperãtibus Medis paſſi eſtis reminiſcentes, viros egregios vos oſtẽdere. Hæc Iones reſponderũt. Poſt hæc Perſis in cãpum Salaminiũ tendẽtibus, Cyprii reges aduerſus alios hoſtes conſtituerũt alios Cyprios: aduerſus Perſas, optimũ quenq; Salaminiorũ ac Solienſiũ. aduerſus Artybiũ Perſarũ ducẽ Oneſilus vltro cõſtitit. Inſidebat Artybius equo in armatũ erigere ſe docto. Quod audiẽs Oneſilus, ad ſatellitẽ ſuum (erat enim ei ſatelles ſanè quàm peritus rei bellicæ, & alioqui [c] ſolertiæ plenus.) Audio, inquit, Artybii equũ edoctum ſe erigere, & pedibus ſimul atq; ore [d] eum in quẽ agitur, perficere: proinde tu properè inita ratione dicito vtrũ malis obſeruare, equúmne tibi feriẽdũ, an ipſum Artybiũ. Ad quẽ ſeruus ſuus, Ego verò, inquit, rex, paratus ſum & vtrũq; & alterutrũ, & omnino quicquid imperaueris, facere. promã tamẽ quod rebus tuis eſſe cõducibilius ſentiam, regẽ ac ducẽ oportere cum regẽ ac duce certare. ſiue enim talẽ occidas, decori tibi fore: ſiue (quod ſecundum eſt) à tali occidaris, (quod abſit) dimidium mali eſſe. nos verò famulos cũ famulis hoſtiũ debere confligere. Nã quod ad equum attinet, non eſt cauſa cur eius artificium extimeſcas. recipio enim tibi eũ poſthac aduerſus neminem ſe erecturũ. Hæc illo loquuto, mox exercitus conflixere terreſtres naualéſq;. & claſſe quidẽ Iones eo die ſtrenuè pugnãtes ſuperauere Phœnices: Samiorũ tamẽ præcipua virtus extitit. In terra aũt, vbi cõcurſum eſt, dũ acies dimicant, circa imperatores hoc actũ eſt: Vbi Artybius equo cui inſidebat in Oneſilũ inuectus eſt, Oneſilus (vti cõuenerat cum ſatellite) ipſe inuadẽtẽ Artybium ferit, eius ſatelles ſublatos equi pedes in Oneſili ſcutum eos iactãtis, *falce percutiẽs* abſcidit. quo ictu Artybius Perſarũ imperator illic vnà cum equo corruit. Cæteris autẽ pugnãdo occupatis, Steſenor Curii tyrannus, non parũ circa ſe copiarũ habẽs, prodidit ſocios Curiẽſes. (hi Argiuorum coloni dicũtur eſſe.) Poſt horũ proditionẽ, ſtatim Salaminii, qui curribus vehebãtur, idem fecere. quo ex facto Perſę Cypriis ſuperiores extitere. Horum acie in fugam verſa, cum alii multi occubuere, tũ verò Oneſilus Cherſis filius, qui Cyprios ad defectionem induxerat, & Soliorum rex Ariſtocyprus Philocypri filius, eius, inquam, Philocypri quem Solon Atheniẽſis Cyprum profectus inter tyrãnos maximè verſibus celebrauit. Oneſili caput Amathuſii, quoniam ipſos obſederat, exciſum in oppidum retulerunt, ac ſupra portas ſuſpenderunt. Quod ſuſpenſum quum iam exinanitum eſſet, ingreſſum apum examen fauo referſit. ea de re oraculum Amathuſiis (nam oraculum cõſuluere) redditum eſt vt depoſitum caput humarẽt, Oneſilóque quotannis tanquã heroi ſacrificarẽt. hoc facientibus, melius cum eis actum iri. quod Amathuſii ad meam vſque memoriã faciebãt. Iones, & alii qui ad Cyprum pugna nauali dimicauerant, vbi didicere res Oneſili perditas, & cæteras Cypriorũ vrbes obſeſſas præter Salaminẽ, eam autẽ Gorgo priſtino regi Salaminios reſtituiſſe, in Ioniam redire maturauerunt. Ciuitatum autẽ Cypriarũ diutiſſimè obſidionem Soli pertulit, ſed eam Perſæ quinto menſe quàm obſidere cœperunt, circumſoſſo muro expugnauerunt. Ita Cyprii, quum annum liberi fuiſſent, denuò in ſeruitutem ſunt redacti. At Dauriſes, qui filiam Darii in matrimo-

a Artybium Perſam cum numeroſa manu Perſica, Cyprum aduentare. *Ad verbum, Expectari in Cyprum. Id eſt, Eius in Cyprum aduentum expectari. Valla autem hic* προσδόκιμον *cum* δόκιμον *confudit.*

b Nos itaque vbi collocati ſumus, vt oper. *Vel, In munere quod nobis iniunctum eſt.*

c Audaciæ plenus. *Vel, Animoſus. Vel, Magnos ſpiritus gerens. Sed rectiꝰ* μέγα πνέοντος *quàm* μεγάλα πνέοντος.

d Eum in quem impetum faciat, interficere. *Vel, Eum in quem feratur, aut inſurgat, confice re. quod melius reſpondet verbo* κατεργάζεσθαι.

nium habebat, Hymeésque & Otanes, atque alii Persarum duces, & ipsi filias Darii in matrimonio habentes, persequuti eos Iones qui aduersus Sardis expeditionem fecerant, postquam in naues repulerũt prælio victos, dehinc inter se partiti sunt vrbes quas expugnarant. Daurises quidem conuersus ad vrbes in Helleſponto sitas, cepit Dardanon, cepit Abydum & Percotem, Lampsacum & Pæson, singulas diebus singulis. Cui à Pæso ad vrbem Parion contendenti nũtius adfertur, Cares cum Ionibus sentientes, à Persis defeciſſe. igitur conuerso itinere ex Helleſponto aduersus Cariam copias duxit. Sed antequam perueniret, de eius aduentu certiores facti Carii, ad columnas quæ albæ dicuntur, cõueniunt, atque ad amnem Marsyam, qui ex Hydriade regione defluit in Mæandrum. Ibi coactis Cariis, multæ sunt à multis dictæ sententiæ: sed optima omnium, meo iudicio, à [a] Pixodora Mausoli filio, viro Cindyensi, qui Syennesis Cilicum regis filiam in matrimonio habebat. Ab hoc sententia dicebatur vt transmisso Mæandro Cares flumen à tergo habentes, ita demũ cum hoste congrederentur, vt sublata spe retrò fugiendi, atque ibidem manere coacti, redderẽtur [a a] meliores quàm natura essent. Verùm hæc sententia non peruicit, sed illa, vt Persis potius à tergo Mæander esset, vt si Persæ fugam facientes euaderent, tamen in flumen incidentes, abire non possent. Post hæc quum adessent Persæ, ac Mæandrum transissent, ibi super amnem Marsyam Cares prælium conseruere cum Persis acre atq; diuturnum: ad postremum præ multitudine hostium terga vertunt. Quo in prælio, Persarum cecidere duo millia, Carum decem millia. ex quibus qui effugerunt, ad Labranda in Iouis militaris templum se receperunt, in magnum atque sacrum lucum platanorum. Soli autem ex iis quos nouimus, Cares sunt qui Ioui militari hostias offerant. Huc Cares quum se recepissent, de salute consultabant, vtrum sese Persis dedere, an Asiam penitus relinquere satius esset. De hac re consultantibus, subsidio venere Milesii cum sociis. Ibi Cares immutata priori voluntate, rursus ad bellum instaurandum animantur, & cum inuadẽtibus Persis concurrunt: & quum diutius quàm prius dimicatum esset, fugantur, multis cæsis, Milesiorum præcipué. Post acceptam calamitatem hanc Cares copiis reparatis [b] repugnauerunt. Audiẽtes enim vrbes suas inuasum iri à Persis, insidias illis in via quæ in Mylassa fert collocauerunt, authore Heraclide Ibanolio viro Mylassensi. In eas insidias Persæ noctu incidentes, obtruncati sunt cum ducibus suis Dauriſe & Amorge & Sisamace, necnon Myrse Gygis filio. Hunc in modum interiere hi Persæ. Hymees autem (qui & ipse erat ex insequentibus Iones qui aduersus Sardis militauerant) ad Propontidem conuersus cepit Cion Mysiam. Hac expugnata, audiens Dauriſem relicto Helleſponto tendere aduersus Cariam, omissa Propontide, in Helleſpontum duxit exercitum, cepitque AEoles omnes qui oram Iliadem incolunt. cepit item Gergithas [c] qui à priscis Teucris relicti fuerant. Et ipse quidem Hymees, quũ has gentes cepisset, morbo decessit Troade: & hic quidem ita mortem obiit. Artaphernes autem Sardium præfectus, & Otanes tertius dux, aduersus Ioniam confinémque AEolidem delecti imperatores, cepere ex Ionia quidem Clazomenas, ex AEolia verò Cumam. Quibus oppidis captis, Aristagoras Milesius, vbi hoc accepit, non erat compos mentis, vt qui perturbasset Ioniam, & magna negotia confudisset. Itaque cernens hæc, vbi constitit ei rem effici non posse, nec Darium regem superari, de fugiendo deliberabat, conuocatisque suæ factionis hominibus, [d] consulebat satius fore eis, si Mileto expellerentur, in septentrionalia loca aliqua profugere, ducentes coloniam vel in Sardiniam vel in Myrcinum Edonum, quam Histiæus, à Dario ea donatus, mœnibus struxerat. Hæc Aristagoras percõtabatur. Verùm Hecatæus Hegesandri filius, [e] vir logopœos, negabat coloniam alterutrò deducẽdã: sed, si Mileto eiicerentur, mœnia in Lero insula ædificanda, atque illic quiescendũ: deinde illinc Miletum esse remeandum. Hoc consulebat Hecatæus. Sed Aristagoras, cuius sentẽtia præcipuè erat abeundi in Myrcinum, demandata [f] Mileto Pythagoræ filio viro inter populares probato procuratione Mileti, ipse sumptis secum omnibus voluntariis in Thraciam nauigauit, regionémque obtinuit ad quam concesserat. Ex ea profectus, dum vrbem obsidet, tam ipse quàm eius exercitus à Thracibus, tametsi illinc accepta fide excedere volentibus, interemptus est.

a Pixodaro.

a a Fortiores. *Vel, magis strenui.*

b *Pro, Pugnam instaurarunt. Vel, Denuo pugnarunt.*

c Qui ex priscis T. rel. fuerant. *Vel, remanserant.*

d *Cum eis deliberabat, satius esse dicens perfugium aliquod se habere, si forte Mileto expellerẽtur. ánne igitur se coloniã in Sard. an in Myrc. Edonorũ ducere oporteret, quã Hist. Vbi autẽ Valla sua illa septentrionalia loca in nemerit non uideo, nisi ex ὑπάρχων fecerit ὑπάρχειν.*

e Historicus.

f *Mirum si Valla ita scriptum reliquerit, ut Miletus uiri illius sit nomẽ, quũ in nostris exempl. sit donatus Pythagora.*

HERODOTI HALICARNASSEI historiarum liber sextus, qui inscribitur Erato.

ARISTAGORAS quidē Ionicæ rebellionis author ita oppetiit. Histiæus autē Mileti tyrānus,[a] à Dario cōmeatum adeptus, Sardis venit. eò quū veniſſet è Susis, interrogat⁹ est ab Artapherne Sardiū præfecto, quídnā ei videretur Iones ad rebellandum induxiſſe: & quū negaret se id scire, quinimò mirari quod actū esſet, tanquam eius rei prorsus ignarus, [b] Artaphernes, qui eum fuiſſe artificē cōperiſſet, id ipsum intuēs, inquit, Histiæe, sic res hæc se habet, Hūc calceum tu quidem consuisti, Aristagoras autem sibi induit. Hoc Artaphernes ad rebellionem pertinēs dixit: quē Histiæus tanquam rei gnarū veritus, prima statim nocte fuga se ad mare proripuit, regem Darium fruſtratus, cui Sardiniam insulam maximam in illius potestatem redacturum se pollicitus, subiit primas partes Ionici belli aduersus Darium gerendi. Is quum in Chium transmiſiſſet, à Chiis in vincula coniectus est, [c] exploratum habētibus eum à Dario illuc iſſe ad res nouas moliendas: sed vbi omnem cognouere rationem, quòd regi hostis esſet, hominem soluerunt. Ibi interrogatus Histiæus ab Ionibus cur ita promptè Aristagoræ vt à rege deficeret [d] delegaſſet, & tanta clade Iones affeciſſet, [e] non dixit causam penes illos meritò fuiſſe, sed regem Darium cōstituiſſe, Phœnices è sedibus suis amotos in Ioniam transferre, & Iones in Phœnicen, & hac causa literas ea de re se miſiſſe. *Quib⁹ uerbis*, [f] quū nihil omnino rex cōstituiſſet, ipse Iones terrefaciebat. Post hæc ad Persas qui Sardibus erant, literas dat, tanquā secum antea de rebellione colloquutos: quas literas fecit per nuntium quēdam Hermippum Atarniteū. Eas Hermippus non iis ad quos dabātur reddidit, sed Artapher ni. Ille, omnibus quæ agebātur cognitis, iubet Hermippū & eas reddere quibus Histiæus mittebat, & quæ viciſſim à Perſis ad Histiæū reſponderentur, sibi dare. Ita rebus palàm factis, Artaphernes de multis Persarum supplicium sumpsit. Et Sardibus quidem tumultus extitit: Histiæus autem hac spe lapsus, exoratis Chiis, Miletum reductus est. Sed Milesii, libenter etiam Aristagora liberati, nullo pacto animum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiendū, vtpote gustata libertate. [g] Histiæus sub noctem conatus introire Miletum, à quodam Milesio in femore vulneratus est. Ita reiectus à patria sua, rursus se recepit in Chium: atque illinc, quoniam Chios ad tradendas sibi naues inducere nō poterat, traiecit Mitylenen: [h] Lesbiisq; vt sibi traderent naues persuasis, octo illorum triremibus armatis Byzantiū remigauit. Ibique subsidens, nauigia quæ è Ponto prodibant intercipiebat, præter eorū qui se paratos obsequi sibi assentiebātur. Histiæo & Mitylenæis hæc agētibus, aduersus ipsam Miletum ingēs exercitus hostium classiarius pariter & terrestris [i] in expedito erat. Duces enim Persarum coactis in vnum copiis cuncti in eam contendebant, minoris cætera oppida faciētes. Inter classiarios promptissimi erant Phœnices, cum quibus militabant & Cyprii recens subacti, & Cilices, & AEgyptii. Hos aduersus Miletum & cæteram Ioniam venturos quum accepiſſent Iones, miserunt suos quique primores ad commune Græciæ concilium. Quibus in eum locum coactis, atque deliberantibus, visum nullas debere terrestres copias aduersus Persas cōtrahi, [k] sed Milesios mœnia per seipsos pro viribus tutari, cæteros classem instruere nulla naui prætermiſſa. Instructáque classe, primo quoque tempore contractos apud Ladam ante Miletum pugna nauali decernere. Lada autem, parua quædam est insula, vrbi Milesiorum obiacens. Post hæc impletis nauibus Iones præstò fuerunt, comitantibus AEolibus [l] qui incolunt Lesbum: atque ita aciem instruxerunt: Cornu quod erat auroram versus, ipsi Milesii cum octoginta nauibus tenebant. His contigui Prienenses erant, duodecim cum nauibus: Miusii cum tribus nauibus. His contigui Teii, decem & septē cū nauibus: Chii cum centum. Vltra hos locati erant Erythræi & Phocenses: Erythræi quidem, cum octo nauibus, Phocenses verò cum tribus. Phocensibus adhærebant Lesbii cum nauibus septuaginta. Vltimo in loco erant Samii cum sexaginta nauibus, tenentes cornu occasum versus. In summa, omnium numerus, trecentæ sexaginta tres triremes. Tot fuere Ionicæ naues. Barbaræ verò, numero sexcentæ: quæ vbi & ipsæ in agrum Milesium venere, omnísque

a A Dario dimiſſus.

b Artaphernes illum astutè reſpondere videns, dixit, vt qui veram defectionis causam compertā haberet.

c Iudicantibus. *Vel, Existimantibus.*

d Per literas, *vel per nuntios* suasisset, *aut imperasset.*

e Veram causam illis minimè expoſuit.

f Quum rex hæc *facere* minimè deliberasset.

g Atque adeo Histiæus sub n.

h Quúmque Lesbiis vt sibi naues darēt persuasisset, hi triremes octo armarunt, quibus cum illo Byzantium nauigarunt. Ibique subsidentes nauigia q. e. P. pr. intercipiebant, præterquam eorum qui se Histiæo paratos obsequi dicebant.

i Expectabatur.

k Sed è mœnibus Milesios hostium impetū pro viribus propulsare: classem autē instruere, &c.

l Quicunque agrū AEolicum incolunt.

ei peditatus adfuit, tum verò duces Persarum, audita multitudine nauium, iãdudum extimuerunt ne illos superare, néve Miletum, nisi mari potiti essent, capere non possent, simúlque ob id apud Darium adirent periculum pœnæ subeũdæ. Hæc reputantes, contractis Ioniæ tyrannis, qui ab Aristagora Milesio deiecti principatu, ad Medos perfugerant, & tunc aduersus Miletum militabant, horum quicunque aderant conuocatis, ita verba fecerunt, Viri Iones, [a] qui vestrûm de domo regia bene meritus est, nunc appareat. Suos enim populares quisque vestrûm conetur abducere à reliquis sociis, eliciendo illos hac promissione, nihil eos, quòd rebellarint, molestiæ sensuros, nullas eorum vel sacras vel priuatas ædes incensum iri, nihil violentius quàm antea passuros: sinminus ista facere sed omnino decernere prælio voluerint, hęc eis damna dicite euentura, quæ certè euenient: ipsos prælio victos in seruitutem rapiendos, liberos eorum à nobis castrandos, virgines in Bactra asportandas, terram aliis tradendam. Hæc loquutis Persarum ducibus, Ionum tyranni sub noctem ad suos quisque populares denuntiatum miserunt. Iones ad quos ii nuntii peruenerunt, contemnere hæc, nec animum ad proditionem faciendam inducere, sibi quisque soli illa à Persis denuntiari existimantes. Hoc, simulatque Miletum Persæ applicuere, gestum est. Mox quum ad Ladam Iones coacti essent, conciliáque haberentur, & aliæ ab aliis sententiæ dicerentur, Dionysius Phocensis dux ita loquutus est, Quoniam in summo ancipiti res nostræ sunt, viri Iones, vt aut liberi simus aut serui, & quidem tanquam fugitiui, si vultis deuitare calamitates, subeundus est vobis impræsentiarum labor: ita superatis hostibus liberi esse poteritis: sin autẽ ignaui fueritis, & ab ordine receſſeritis, nullam vestri spem habeo quominus pœnas regi rebellionis detis. Sed assentiamini mihi, & vosipsos mihi permittite, & ego, diis & æquo iuuantibus, recipio vobis aut non concursuros hostes, aut si concurrẽt, multo inferiores futuros. His auditis, Iones sese Dionysio permisere. Ille classem assiduè in cornua producens, vt remiges exerceret, subinde loca inter nauigandum variare cogitabat, quinetiam propugnatores armatos esse, & reliquum diei naues in ancoris stare: quotidie laborem Ionibus exhibens, ad septimum vsque diem obtemperantibus atque imperata facientibus. Post eum diem Iones, vtpote talium laborum insueti, tum defatigatione, tum sole afflictati, inter se dixere, Quo nos deorum offenso ista patimur? qui desipientes ac mente capti viro Phocensi superbo tres naues habenti, omni no nos permisimus, eúmque toleramus? quos ille sumptos perdit intolerabilibus ærumnis? quorum multi in morbum inciderunt, multi idem passuri videntur. quibus satius est quiduis aliud quàm hæc mala pati, atque adeo seruitutem, [b] siqua futura est, expectare, quàm præsenti afflictari. Agite, huic ne deinceps obtemperemus. Hæc inter se loquutis, mox deinde nemo illi parere velle, sed tentoriis more militari in insula defixis, frui vmbraculis, ac nolle naues ingredi, neque ad munia sua redire. Id animaduertentes Samiorum duces, & magnam Ionum confusionem, putauerunt sibi admittendam orationem Persarum, quam per nuntiũ aperuerat Æaces Syloſontis filius, rogans vt à sociis deficerent, quũ præsertim non fieri posse videretur vt regis potentiam superarent, ac probè scirent, si præsentem Darii classem superassent, aliam quincuplo maiorem adfuturam. Nacti igitur occasionem, vbi primùm viderunt Iones negantes se in officio futuros, lucrifaciendam putauerunt suorum sacrorum atque priuatorum conseruationem. Æaces autem, cuius orationem admisere Samii, filius Syloſontis Æacis filii fuit, Sami tyrannus, ab Aristagora Milesio exutus principatu, quemadmodum alii Ioniæ tyranni. Itaque posteaquam Phœnices nauigare aduersus Iones cœperunt, Ionésque & ipsi naues in cornua digestas producere, ac propius ventum est, prælióque consertum, tunc quínam Iones ignaui, quíue egregii fuerint, haud queo pro comperto scribere, quia alius in alium reiicit culpam. Dicuntur tamen Samii, quemadmodum cum Æace composuerant, sublatis velis ex acie excessisse, Samúmque abisse, præter decem naues, quarum trierarchi permanserunt dimicarúntque, nolentes dicto audientes esse suis ducibus. Quo ex facto commune Samiorum concilium eis donauit vt ipsorum nomina à maioribus repetita, tanquam egregiorum virorum, in lapide scriberentur: extáque is lapis adhuc in foro. Lesbii videntes Samios qui iuxtà erant fugam capessere, idem fecere quod Samii. [c] Quum id plerique Ionum facerent, eorum qui pugnando perstitere, Chii præcipuè circumuenti sunt, & quia nolebant perfidè agere, edita egregia opera oppressi. Qui (vt superius dictum est) centum naues quum præberent, singulas cum quadragenis propugnatoribus delectorum ciuium, etsi cernerent permultos sociorum esse pro-

a Nunc extent alicuius vestrûm in regiam domum beneficia.

b Quantacũque futura est.

c Quin & Ionum bona pars idem faciebat. Inter eos verò qui in pugna perstiterũt, Chii asperrimè tractati fuerunt, quippe qui egregia facinora ederẽt, nullúmque laborem detrectarẽt. Qui (vt sup.

ditores,tamen iniquè se facturos censuerunt si illorum similes essent: sed relicti cũ paucis sociis discursando dimicauerunt, donec compluribus captis hostium nauibus,pluribus suarum amissis, cum cæteris in terram suam perfugerunt. Quorum verò naues inualidæ erant,quia laceratæ, iis Chii insequẽte hoste ad Mycalem fugientes, impactis terrę nauibus ac relictis, per continentem pedestre iter fecerunt. Et quum in agrum Ephesium ingressi essent, sub noctem ad vrbem cõtenderunt, quum illic à mulieribus sacra legiferæ Cereris fierent. quos armatos Ephesii ingressos agrum suum videntes,quum de eis nihil audissent, suspicati fures esse & ad mulieres tendere,vniuersi ad vim arcendam procurrerunt,Chiósque interemerunt: & hi quidem hoc casu occiderunt. Dionysius autem Phocensis,posteaquam res Ionum accisas intellexit,captis tribus hostium nauibus,abiit non iam in agrum Phocensem, (probè sciens eum cũ cætera Ionia direptum iri) sed vt erat, rectà contendit in Phœnicen: vbi nauibus onerariis spoliatis,raptáque ingenti pecunia, in Siciliam nauigauit:atque illinc prodeundo,latrocinia agitauit, in nullum quid em Græcorum,sed in Carthaginenses ac Tyrrhénos.At Persæ,victis pugna nauali Ionibus, Miletum à terra atque mari obsederunt,suffossisque muris,& omni genere tormẽtorum admoto, eam[a] ab arce acceperunt sexto quàm rebellauerat Aristagoras anno,atque diripuerunt:vt defuncta sit ea calamitate quam oraculum prædixerat. Siquidem Argiuis apud Delphos de ciuitatis suæ salute consulentibus,oraculum promiscuum redditum est, quod in ipsos quidem Argiuos tendebat, sed ex adiectione ad Milesios.Quod quatenus ad Argiuos pertinet,quum ad eum locum venerimus, referemus:quatenus autem ad Milesios,ita habet,

» Tunc quoque commentrix operum Milete malorum,
» Permultis cœna & præstantia munera fies,
» Crinitísque pedes tua pluribus abluet vxor:
» Nostri erit ast aliis delubri cura gemellis.

Hæc tunc Milesiis contigerunt, quum ex iis plerique viri à Persis, qui criniti erant, sunt cæsi,vxores ac liberi in prædam cesserunt,templúmque quod erat in geminis, & delubrum,iuxta oraculum deflagrarunt.Pecuniarum autem quæ in hoc templo erant,sæpe alibi mentionem fecimus.Milesii conseruati à cæde,dehinc Susa perducti sunt.quos rex Darius nulla alia pœna afficiens,collocauit in vrbe Ampa ad mare quod rubrum vocatur sita, vbi fluuius Tigris eam præterfluens exit in mare. Agrum Milesium vrbi circumiectum atque planitiem ipsi Persæ obtinuere, montana Caribus Pedasensibus possidenda dederunt. [b] Hæc Milesiis à gente Persarum passis non reddiderunt vicem Sybaritæ, qui vrbe exuti Laon & Scidron incolebãt. nam Sybari à Crotoniatis direpta,vniuersi Milesii qui puberes erant capita deraserunt,& ingentem luctum exhibuerunt. Ex omnibus enim ciuitatibus (quas nouimus) hæ præcipuè mutuo hospitio iungebantur.At non item Athenienses, sed Mileti expugnationem se permolestè tulisse cum aliis multis rebus declararunt, tum verò hac,quòd Phrynicho docente fabulam quam de Mileto direpta fecerat,theatrum illacrymauit, & Athenienses eum, quòd domestica mala refricuisset, mille drachmis mulctauerunt,adiecto interdicto nequis postea ea fabula vteretur. Et Miletus quidem Milesiis desolata est. Samiis autem iis qui aliquid habebant, adeo non id quod sui duces erga Medos fecerant, probabatur, vt inito secundum pugnã naualem consilio, visum sit, priusquam eò tyrannus AEaces veniret, in coloniam proficisci, ne manentes & Medis seruirent & AEaci. Etenim per hoc idem tempus Zanclæi (qui sunt Sicilienses) missis in Ioniam nuntiis, solicitabant Iones ad Pulchrum littus, cupientes illic vrbem Ionum condere. Hoc autem littus quod Pulchrum dicitur, Siculorum quidem est,sed ad Tyrrheniam Siciliæ vergit. His ergo solicitantibus, soli ex Ionibus Samii cum iis qui effugere Milesiis eò concesserunt. Quibus in Siciliam tendentibus, iámque appulsis Locros epizephyrios, hoc rei contigit,vt interea Zanclæi vnà cum suo rege (cui nomen erat Scythes) obsiderent vrbem Siculorum,vt eam expugnarent. Idque quum audisset Anaxileus tyrannus Rheginus,quòd erat Zanclæorum hostis, adiens Samios, suasit satius esse vt Pulchrum littus,ad quod nauigabant,valere sinerent,& Zanclam occuparent viris desertam.Samii persuasi Zanclam occuparunt. Id Zãclæi quum audissent, vrbi suæ suppetias ferunt, aduocato Hippocrate Gelæ tyranno. erat enim is eorum socius. Qui posteaquam ad illos iuuandos cum exercitu venit, Scythæ Zanclæorum monarcho, tanquam vrbis desertori, & fratri eius Pythogeni vincula indidit, eósque in oppidum Inycum relegauit:at cæteros Zanclæos Samiis (cum quibus publicè

a Funditus euerterunt.

b Milesiis autem in hunc modũ à Persis affectis, Sybaritæ qui vrbe sua exacti Laon & Scidron incolebãt, gratiam parem non rependerunt. Siquidem Sybari olim à Crotoniatis capta Milesii omnes puberes capita rasitare instituerunt,ingẽtémque luctũ præferre ob calamitatem Sybaritarum. Duæ enim illæ ciuitates omniũ quas nouimus maximè inter se hospitio coniũctæ fuerunt. Non sic autem Athenienses vt Sybaritæ: qui quum manifesta alioquin indicia condolescenti æ multifariam eam ob causam dedissent, insuper Phrynicho tragœdiam de Mileto capta scribente per scenicósque edente, quũ theatrum ipsum in lacrymas versum esset, ipsi Athenienses poematis authorem mille drachmis mulctarũt,tanquam proprias eorum calamitates cõmemorasset. *Ita Bud. hunc locum interpret.*

loquutus fuerat)dato & accepto iureiurãdo,prodidit, pacta mercede vt [a] dimidium omnis prædæ vrbicæ atque captiuorum ipſe haberet, item omnia quæ in agris eſſent: quanquam pleroſque Zanclæorum titulo captiuorum in vinculis habebat, [b] quorum ſummos quoſque trecentos Samiis occidendos tradidit: quod tamen illi facere noluerunt. Cæterùm Scythes Zanclæorum monarchus ex Inyco profugit in Himeram,atque illinc tranſmiſit in Aſiam,aſcẽditque ad Darium regem: quem Darius iuſtiſſimum virorum omnium cenſuit qui è Græcia ad ſe aſcendiſſent.nam quum exorato rege in Siciliam abiiſſet, rurſus è Sicilia ad regem rediit: donec natu grandior ac [c] beatus apud Perſas exceſſit è vita.Samii itaque Medis liberati, Zanclam vrbem pulcherrimã nullo negotio adepti ſunt. Cæterùm poſt nauale prælium pro Mileto geſtum, Phœnices iubentibus Perſis AEacem Syloſontis filium tanquam de ipſis bene meritum, & qui egregiam operam nauaſſet, Samum reduxerunt.Quæ ciuitas,ſola ex omnibus quæ à Dario rebellauerant, ea fuit cuius neq; vrbs neque templa incenderentur,quòd in pugna nauali à ſociis defeciſſet. Statim expugnata Mileto Perſæ Cariam cepere,ciuitatibus partim ſe vltrò dedẽtibus, partim vi adactis.Et hæc quidem ita geſta ſunt. Hiſtiæo autem Mileſio, dum circa Byzantium agit,& Ionum onerarias naues quæ è Ponto curſum tenebant, intercipit,affertur nuntius de rebus ad Miletum geſtis. itaque negotiis ad Helleſpontum pertinentibus Biſaltæ Apollophanis filio Abydeno delegatis,ipſe habens Leſbios Chium nauigat, & apud locum quendam agri Chii quem vocant Concaua regionis,quòd ab eius præſidio non reciperetur,congreſſus,permultos eorum interfecit: ſimúlque cæteros Chios,vtpote ex pugna nauali malè affectos,ſubegit,quodam ex eorum oppidulo cum Leſbiis progrediens.Sed videlicet quoties ingentes ſunt cuĩturæ calamitates vel ciuitati vel nationi,ſolent ſignis prænũtiari. etenim Chiis ante hanc cladem ingentia ſigna contigerant:vnum, quòd ex choro centum iuuenũ quos miſerant Delphos, duo omnino rediere, nonagintaocto peſtilentia abſumptis:alterum, quòd ſub idem tempus, paulo ante naualem pugnam, tectum ſupra pueros literas diſcentes corruit, ita vt ex centumviginti pueris vnus omnino euaſerit. hæc eis ſigna deus præmonſtrauit. Poſt hæc excepit pugna naualis, quæ ciuitatem in genua deiecit.Acceſſit ad cladem naualis pugnæ Hiſtiæus cum Leſbiis, qui [d] Chios iam exhauſtos facilè ad excidium deduxit. Hiſtiæus autẽ illinc cum multa Ionum & AEolum copia aduerſus Thaſum contendit. Cui Thaſum obſidenti quum eſſet nuntiatum Phœnices à Mileto in reliquam Ioniam profectos eſſe,Thaſum inexpugnatam reliquit, atque in Leſbum traiecit cum omnibus copiis: & illinc, [e] quòd copias ſuas formidabat, traiicit in prouinciam Atarnis, tanquam frumentandi gratia tam illinc,quàm ex agro Caico qui erat Myſorum. Erat in his locis fortè Harpagus,vir Perſa, non parui exercitus dux: qui cum Hiſtiæo egreſſo in terram,certamine cõmiſſo, & ipſum Hiſtiæum viuum cepit, & maiorem exercitus eius partem occidit. hunc autẽ in modum captus eſt Hiſtiæus: Dum Græci cũ Perſis pugnarent apud Malenam regionis Atarniditis, ac diu perſtarent, mox equitatus emiſſus in Græcos impetum dedit. quo ex facto verſis in fugam Græcis, Hiſtiæus haud credens ob præſentem noxam ſe interfectum iri ab rege, ob quãdam vitæ cupiditatem captus eſt:qui vt fugiens capiebatur à quodam Perſa,vtque ab eodẽ erat tranſfodiendus, ſeſe Mileſiũ Hiſtiæũ eſſe,lingua Perſica vtens indicauit.Quem opinor, ſi ſeruatus ad regem Darium perductus fuiſſet, nihil tale fuiſſe paſſurum, [f] remiſſa ei à Dario culpa: nunc, ne id contingeret, néue fuga elapſus apud regem magnus rurſus exiſteret, Artaphernes Sardium prætor & Harpagus qui ceperat eũ, Sardis perductum, in crucem ſuſtulerunt, *tamen truncum. nam* caput ſale conditum Suſa ad regem Darium detulerunt.Ea re audita Darius obiurgatis qui id fecerant, quòd homine viuum in conſpectum ſuum non adduxiſſent, iuſſit Hiſtiæi caput eos elotum atq; obuolutum ſepelire,tanquã viri de ipſo ac de Perſis bene meriti. Ita res Hiſtiæi ſe habuerunt. Perſarũ autẽ nauticæ copiæ circa Miletum hybernãtes, altero à profectione anno haud difficulter inſulas continenti adiacentes ceperunt, Chium,Leſbum,Tenedum:quarum inſularum vt quãque capiebant,[g] euerriculabãt.Euerriculant autẽ hunc in modũ: [h] Viri manũ mutuò tangentes, à mari aquilonari ad auſtrale pertranſeunt: poſt hæc omnem inſulã peragrãt, venando homines. Ceperunt quoque in continente vrbes Iades eadem ratione, præterquã quòd non euerriculabant homines.neq; enim poterãt.Hîc autẽ nõ falſò ceſſerunt ea quæ duces Perſarũ minati ſunt Ionibus,quum ex aduerſo caſtra haberent. nam poſteaquam potiti ſunt vrbibus, formoſiſſimos quoſque puerorũ ſeligentes caſtrauerũt,

a Dimidium totius ſupellectilis & manci piorum quæ in vrbe eſſent,ipſe hab.

b Ex quibus Zanclæis trecẽtos qui primores inter ſuos erãt.

c Prædiues.

d Chios iam maſis confectos facilè ſubegit.

e Quòd eius copiæ ſibi metuerent.

f Sed Darium culpam ei fuiſſe remiſſurum.

g Tanquam in ſagenam includebant.

h Vir manu viri prehenſa.*i. Prehenſis mutuò manibus. Gall. Se prenans tous par la main.*

exectis teſtibus facientes eunuchos: virginéſque forma præſtantiſſimas ad regẽ trãſportarunt: & ſuper hæc, vrbes cum ipſis templis cremauerunt. Ita tertiò Iones ſunt in ſeruitutem redacti, primùm à Lydis, bis deinceps à Perſis. Profectus ab Ionia naualis exercitus, omnia quæ ad læuam ſunt in Helleſpontũ nauigantibus, ſubegit. nam quæ ſunt ad dexteram, iam ſubacta erant à Perſis per continentẽ. Helleſponti autem hæc in Europa ſunt, Cherſoneſus, in qua frequentes ſunt vrbes, & Perinthus, & muri ſuper Thraciam, & Selymbria & Byzantium. Quorum Byzantii, & qui vlteriori in littore ſunt Chalcedonii, ne expectauerunt quidẽ aduentũ Phœniciæ claſſis. ſed relictis ſuis vrbibus, in interiora Euxini põti receſſerũt, ibíque vrbẽ Meſambriã condiderunt. at Phœnices his vrbibus quas cõmemoraui incenſis, ad Prœcõneſum & Artacen ſe conuertunt. Quibus & ipſis igni traditis, rurſus in Cherſoneſum reuehuntur, euerſuri cæteras vrbes quas ſuperiore acceſſu non euerterant. nam Cyzicũ ab initio ne acceſſerant quidem, quòd ipſi Cyziceni, iam ante aduentum hũc claſſis Phœnicum ſub rege erant, quum ſe OEbari filio Megabyzi qui Daſcylii præſes erat, dediſſent. Cæteras Cherſoneſi vrbes (præter Cardiam) Phœnices ſubegerunt: quarum vſque ad id tempus tyrãnus erat Miltiades, filius Cimonis, nepos Teſagoræ: cuius imperii author fuerat Miltiades Cypſeli filius, ad hunc modum: Dolonci Thraces qui Cherſoneſum hanc tenebãt, quum ab Abſinthiis bello vexarentur, reges ſuos, vt de bello conſulerent, Delphos miſerunt. quibus Pythia reſpondit vt coloniæ in ſuam terram deducendæ eum authorem aſciſcerent qui primus eo templo abeuntes hoſpitio inuitaſſet. Dolonci ſacram viam ingreſſi, per Phocenſes atque Bœotios iter fecerũt. à quorum nemine inuitati, Athenas diuertunt. Ea tempeſtate Athenis omne quidem imperium tenebat Piſiſtratus, dominabatur tamen & Miltiades Cypſeli filius è familia [a] Tethrippotrophi, [b] ab AEaco & AEgina oriundus, nuper familia facta Athenienſi, cuius author extitit Philæus AEaci filius. Miltiades hic, vt ſedebat in domus ſuæ veſtibulo, cernens Doloncos prætereuntes, non illius loci veſtem gerentes, neque tela, homines inclamauit: accedentibúſque obtulit domicilium & hoſpitum congiarium. Illi in domum excepti & hoſpitaliter accepti, aperuerunt ei oraculum, precéſque addiderunt vt deo obſequeretur. Miltiades ea oratione audita, confeſtim perſuaſus eſt, vt qui pertæſus imperium Piſiſtrati cuperet illinc emigrare: protinúſque Delphos ſe contulit oraculum conſulturus nunquid faceret quod à Doloncis rogaretur. Iubẽte Pythia, ita Miltiades Cypſeli filius, (qui quadrigario curriculo prius Olympiacã palmam reportauerat) vnà cum Doloncis nauigauit, aſſumptis Atheniẽſium volũtariis quibuſque ad expeditionẽ ineundam: & vbi locum illum tenuit, ab iis qui ſe deduxerant, tyrannus creatus eſt. Is ante omnia Cherſoneſi iſthmum, *id eſt breuem inter duo maria intercapedinem*, ab vrbe Cardia ad Pactyam muro præſepſit, ne ab Abſinthiis regionem incurſantibus infeſtari poſſet. ſunt autem iſthmi ſex ac triginta ſtadia. ab hoc autem iſthmo introrſus, omnis Cherſoneſus quadringentorum viginti ſtadiorum eſt longitudinis. Miltiades igitur, interſeptis faucibus Cherſoneſi, atque hoc modo Abſinthiis cohibitis, primis cæterorum Lampſacenis intulit bellum: illi diſpoſitis inſidiis eum viuum cepere. Ea re Crœſus Lydus audita (erat autem Crœſo Miltiades charus) per nuntios Lampſacenis præcepit vt hominem miſſum facerent: alioqui ſe illos in morem pini extriturum comminatus eſt. [c] Hac oratione nutantibus Lampſacenis, quid ſibi vellet quod Crœſus minabatur ſe illos in morem pini extriturum, vix tandem quidam è maioribus natu intelligens, quid illud eſſet expoſuit, inquiens pinum ex omnibus arboribus ſolam eſſe quæ exciſa nullam ſobolem remittat, ſed prorſus emoriatur. Eapropter veriti Crœſum Lampſaceni, ſolutum Miltiadem remiſerunt. Ita Miltiades ob Crœſum euaſit: qui poſtea ſine liberis moriens, imperium atque opes tradidit Teſagoræ, Cimonis ſui è matre germani filio. Cui defuncto Cherſonitæ vt mos eſt conditori vrbis, ſacrificant, certaménque equeſtre ac gymnicum ſtatuto tempore celebrant, in quo nulli Lampſacenorum certare permittitur. Durante autem cum Lampſacenis bello, contigit vt Teſagoras quoque liberis orbus decederet, apud curiam percuſſus ſecuri in capite à quodam qui ſe tranſfugam verbis ſimulabat, ſed re ipſa [d] quàm hoſtis erat atrocior. Teſagora hunc in modum defuncto, tum Piſiſtratidæ Miltiadem Cimonis filium fratrem defuncti, cum trireme ad ſuſcipiendas in Cherſoneſo res dimiſerunt: in quem etiam Athenis beneficia contulerant, tanquam non ſanè conſcii mortis Cimonis patris eius: de qua morte alio in libro qualis fuerit commemorabo. Miltiades vt venit in Cherſoneſum, [e] domi ſeſe continebat, in honorem videlicet Teſagoræ fratris. Quod quum audiſſent Cherſo-

a *Vide quod paulo pòſt dicit de palma quam hic quadrigario curriculo reportauerat.* ibi enim eſt ὀλυμπια τεθριππικὴν φέρω, *vt hic* ἁρματι τεθριππῳ. *quod (vt verba ſonãt) ſignificat, Ex familia quadrituges equos alente. vel, equos ad quadrigarũ curſum.* Ex quo videtur voluiſſe lectores ſplendorem opulentiámque domus colligere.

b Longius quidem repetita origine ab Æaco & Ægina oriundus, at propius repetita, Athenienſis, quum Philæus AEaci filius, ex hac familia prima Athenienſis fuerit.

c Hæc Valla non è ſuo addidit, *nam in vulgatis quidem edit. deſunt, in vet. autem codic. leguntur hæc verba,* πλησιάσαντες δὲ Λαμψακηνῶν οἱ τὸν νόμον, τὸ θέλει τὸ ἐπεσταλμένον σφι ἀπικέσθαι ὁ Κροῖσος, πίτυος ἔφασαν ἐκτεμεῖν. *qui error ex repetitione eiuſdem verbi ὀκ πεμψῃ contigit, librarii oculis alterum tranſilientibus.*

d Hoſtis erat, & temerarius. *vel, & iræ præcipitis. Ad verbum, Subſeruidus.*

e *Suſpectus eſt hic locus in vulgat. edit. Gr.* & ἐπιμένων *eſt potius vſi ciſcens, quod hic accipiẽdũ fuerit pro* Vltionem meditans.

nitæ, vndique ex omnibus ciuitatibus principes congregati sunt ad lugendam cum Miltiade fratris necem. Hi postquam venerunt illuc, in vincula coniecti sunt, & Miltiades Chersonesum obtinuit,[a] conductis auxiliariis: filiámque Olori regis Thraciæ Hegesipylam duxit vxorem.[b] Quem etsi nuper illuc profectum, tamen non mediocria sed grauia sanè negotia exceperunt. nam tertio quàm hæc gesta sunt anno è Chersoneso profugit, non ausus expectare venientes Scythas Nomades: qui à rege Dario irritati, coactis copiis ad hanc vsque Chersonesum processerant. Illis digressis eum rursus Dolonci reduxere, tribus annis antequam aliis curis implicaretur. Tunc Phœnices apud Tenedum esse quum audisset, quinque cum triremibus (quas præsentibus facultatibus impleuerat) Athenas nauigauit, soluens ex vrbe Cardia. Qui dum per sinum Nigrum transmissa Chersoneso cursum tenet, Phœnicum classe circumuentus, ipse quidem cum quatuor triremibus ad Imbrum euasit, quintam verò Phœnices insequuti ceperunt, cui præerat Miltiadis filius natu maximus Metiochus, non ex filia Olori Thracũ regis, sed ex alia muliere. Eum Phœnices quum Miltiadis filium esse cognouissent, ad regem perduxerunt, rati se magnam apud eũ gratiam inituros: quoniam Miltiades in dicenda apud Iones sententia suasisset vt Iones Scythis rogantibus soluta rate domum abire, obtemperarẽt. Oblato tamen sibi Metiocho Darius tantum abest vt quicquam mali fecerit, vt permultis eum bonis affecerit. donauit enim domo, facultatibus, vxore etiam Persíde: ex qua liberi geniti sunt qui inter Persas censentur. Miltiades autem ex Imbro Athenas peruenit. [c] Neque hoc anno quicquam est à Persis amplius in Ionas sæuitum, sed benignè sanè cum eis actum. Hoc anno Artaphernes Sardium præses, accitis hostium nuntiis, adegit Iones ad pactiones inter se faciendas, [d] de tradendis mutuò iis qui iniurias intulissent: néve quid inuicem ferrẽt aut agerent. Ad hoc adactis Ionibus, per parasangas (ita enim Persæ tricena stadia appellant) regiones diuisit: regionatímque vectigal instituit quod regi penderent: quod vectigal ab Artapherne institutum, ad meam vsque ætatem qui illic fuere pependerunt, eadem penè qua prius conditione institutum. Et hæc quidem illis pacata erant. Cæterùm ineunte statim vere aliis ducibus ab rege abdicatis, Mardonius Gobryæ filius, adhuc adolescens, & recens in matrimonium accepta Darii filia Artozostra, ad mare descendit, permagnas ducens peditum classiariorúmque copias. Qui cum exercitu postquam in Siciliam peruenit, ipse consensa naui cum classe abiit, aliis ducibus pedestres copias in Hellespontum ducentibus. Posteaquam autem præteruectus Asiam in Ioniam peruenit Mardonius, miram hìc rem ego referam iis Græcis qui non assentiuntur Otanẽ inter septem Persas suasisse potiorem esse Persis statum popularem, [e] abdicatis tyrannis. Mardonius statum popularem in ciuitatibus constituit. his actis, in Hellespontum ire contendit: vbi coacta ingenti vi nauium ac peditatus, eas copias traiecit Hellespontum, pérque Europam iter Eretriam versus atque Athenas faciebat. Hæ igitur ciuitates [f] prætextus à Dario erant belli inferẽdi: sed in animo habebat quàm plurimas posset Græcarum ciuitatum subigere. Nam & classe Thasios nec manum ex aduerso leuantes subegit, & peditatu Macedones, vltra eos qui iam seruiebant, in seruitutem redegit. etenim quæ intra Macedones sunt nationes, iam subactę erant. Hæc classis è Thaso transmittens, ac terram legens, ad Acanthum vsque processit: & ex Acantho soluens, dum Athon circumuertit, ventus aquilo vehemens atque admodum atrox & intolerandus dicitur in eam ingruisse, nauiúmq; pleraſque [g] in Athon propulsas, ad trecentas afflixisse, vt supra viginti millia hominum interierint: partim quòd à feris rapti, partim quòd natare nescirent, partim quòd petris allisi, (nam sæuissimum circa Athon est mare) partim gelu absumpti. Et cum nautico quidem exercitu ita actum est. Mardonium autem cum pedestribus copiis in Macedonia statiua habẽtem Thraces Brygi sub noctem inuasere, & cum alios multos ex eis occiderunt, tum ipsum Mardonium vulnerauerunt. Sed non tamen seruitutem Persarum deuitare potuerunt. nam Mardonius non prius ex iis locis decessit quàm illos in suam redegit potestatem. His subactis rursus reduxit exercitum, tũ ob eam quam aduersus Brygos in exercitu terrestri, tum ob maiorem quam in classe ad Athon acceperat calamitatem. Ita hic exercitus pugna turpiter gesta rediit in Asiam. Insequenti anno Darius ante omnia Thasios à vicinis insimulatos tanquam defectionem molientes, missò nuntio iussit diruere muros, & naues in Abdera transportare. nam Thasii, vt qui ab Histiæo Milesio fuerant obsessi, & prouentus magnos habebãt, [h] pecunia multa vtebantur cum in compingendis nauibus longis, tum validioribus muris vrbi circundandis. Erat aute eis prouentus ex continẽti

a Quingentos alens auxiliarios.

b Huic Cimonis filio Miltiadi, quũ nuper in Chersonesũ veniſſet, moleſtiæ maiores quàm antea contigerunt. tertio enim quàm hæc gesta sunt anno, à Scythis fugat⁹ fuerat. nã quũ Scythæ Nomades à rege Dario irritati, conferto agmine ad hanc Chersonesum vsq; progressi essent, illis inuadentibus obsistere nõ ausus, e Chersoneso aufugit, donec post Scytharum discessum, eu Dolonci reduxerunt. Hæc inquã tribus antè annis contigerant quàm ista ei euenerunt. Tũc enim quũ Phœnices, &c. *Lego autem ex uetere cod.* τῶν καπηλαζόντων *pro* καπηχόντων *in priore loco, ut sit* καπηλάμβανεν ἄλλα τῶν καπηλαζόντων *scil.* χαλ *id est,* καπῆχεν ἄλλα, *eo sensu quo postea dicit* τῶν μὲν καπηχόντων. *illud autem,* ἔφοβε Χερσόνησον, *fortasse interpretes Chersoneso exulabat, quòd uidelicet cum illis congredi aujus non esset. Cui interpretationi quadrat* καπήλεγον.

c Neque hoc anno vlla Persis aduersus Iones contentio extitit: ìmò magno Ionũ cõmodo factũ hoc fuit, *quod sequitur uidelicet.*

d Vt rationi iniuriarum mutuò reddẽdæ obnoxii essent, vtque à mutuis direptionibus abstinerent. *Vel, Vt iniuriam mutuò persequi ex iure possent.*

e Mardonius enim abdic. tyrannis, *uel, abrogato tyrãnis imperio,* statum pop.

f Prætextus expeditionis ipsis erant.

g In Athon propulisse, & ex nauibus qui dẽ trecẽtas, ex hominib⁹ supra viginti millia interiisse. Quum enim feris abũdantissimũ sit hoc mare quod circa Athon, (*id est, hæc maris pars quæ est circa Athon*) alii à feris rapti, alii petris allisi, alii, quòd natare nescirẽt, nõnulli & frigore interibant. Et cum nautico q. ex.

h Pecuniã *quã exillis magnus prouẽtib⁹ habebãt,* impẽdebãt in cõping.

atque ex metallis. ex foſſitia quidem metallorum aureorum materia, [a] ſeptuaginta talentorum: ex Thaſiis autem metallis minus, ſed tamẽ ita frequenter, vt ſi Thaſii forent immunes tributorum, fuerint eis in ſummam prouentura quotannis ex continenti atque ex metallis ducenta talenta, &, quando plurimum, trecenta. Quæ metalla ipſe quoque inſpexi, [b] & tamen longè admirabiliora fuere quæ Phœnices ii qui cum Thaſo eam inſulam condiderunt, inuenere: quæ inſula ab hoc Thaſo Phœnice nomen obtinuit. Hæc autem Thaſi Phœnicea metalla ſunt inter locum qui vocatur AEnyrorum & Cœnyrorum ſita: atque eregione Samothraciæ ingens mons indagando euerſus eſt. Et hoc quidem huiuſcemodi eſt. Thaſii autem iubente Dario, & muros ſuos diruerunt & naues omnes in Abdera tranſportarunt. Poſt hæc Darius, quid in animo Græci haberent, pugnarẽne ſecum an ſeſe dedere, tẽtandum ratus, legatos per Græciam alios aliò dimittit, regi terram & aquam petere iuſſos. Et hos quidem in Græciam, alios autem ad tributarias ſibi maritimas ciuitates mittit, imperans longas naues fieri, & hippagogas, *id eſt naues quibus equi feruntur*. Dum hæc iſti comparant, legatis per Græciam euntibus, & quæ Perſes præceperat petentibus, terrã multi in cõtinẽte populi dederũt: inſulani quoque, cũ alii omnes, ad quos eadẽ petituri legati acceſſere, tũ verò AEginetæ. Qua de re cõtinuò Athenienſes irritati ſunt, quòd putarent hoſtili in ipſos animo dediſſe terram & aquam AEginetas, vt vnà cum Perſa aduerſus Athenas militarent. Itaque libenter occaſionem contra AEginetas amplexi, Spartam profecti illos inſimulauerunt quòd ex eo quod fecerant Græciam prodidiſſent. Ad hanc delationem Cleomenes Anaxandridæ filius, Spartiatarũ rex, AEginã tranſmiſit, animo præcipuos eius rei authores comprehendendi. Conanti autẽ illos comprehendere cum alii AEginetæ interceſſere, tum præcipuè Crius Polycriti filius, [c] negãs eum gauiſurum ſiquẽ abduceret AEginetarum. nam id eum facere ſine communi conſilio Spartiatarum, ſed ab Athenienſibus pecunia corruptum: alioqui cum altero rege venturum fuiſſe ad ſe comprehendẽdos. Hoc autem dicebat ex [d] epiſtola Demarati. Eum Cleomenes ab AEgina diſcedens interrogauit quod ei nomẽ eſſet. Ille reſpondit quòd erat Crios, *id eſt aries*. Cui Cleomenes, Crie, inquit, iam nunc præferrato cornua, tanquam occurſurus magno malo. Spartæ autem per id tempus Demaratus Cleomenem inſimulabat, & ipſe rex Spartiatarum, ſed ex familia inferiore, quæ tamen alia nulla in re inferior erat, (ab eodẽ enim oriundi) quàm quòd familia EVryſthenis, quòd primigenius eſſet, nõnihil honoratior erat. Etenim Lacedæmonii, nulli poetarum aſſentientes, negant ſe in eam quam nunc poſſident regionem deductos à filiis Ariſtodemi, ſed ab ipſo Ariſtodemo regnante, qui fuit Ariſtomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli filius. Nec multo pòſt Ariſtodemi vxorẽ nomine [e] AEginam, (quam dicunt fuiſſe filiam AVteſionis, qui fuit Tiſameni, qui fuit Therſandri, qui fuit Polynicis filius) peperiſſe geminos: [f] eiſque natis Ariſtodemum morbo deceſſiſſe. Lacedæmonios autem qui tum erant, inito conſilio creaſſe regem è pueris eum qui eſſet primigenius, vt lex iubebat. Sed neſcientes vtrum puerorum eligerent, quum eſſent ſimiles ac pares: id quum nequirent ipſi diſcernere, prius fuiſſe percontatos genitricem, eáque negante ſe dignoſcere, ſed diſſimulante, quòd videlicet (vt credibile eſt) magnopere cuperet ambos effici reges: ita de hoc dubitantes Lacedæmonios miſiſſe Delphos ſciſcitatũ quid in ea re agerent: & iis Pythiam reſpondiſſe vt vtrunque puerorum regem ducerent, ſed primigenium magis honorarent. Hoc reſponſo à Pythia edito, Lacedæmonios nihilominus incertos quo pacto primigenium reperirẽt, admonitos fuiſſe à quodam Meſſenio, nomine Panite, vt obſeruarent vtrum puerorum mater priorem lauaret cibarétque: quam ſi deprehenderent eodem ſemper modo factitare, habituros id omne quod quærerent, & inuenturos quod vellent: ſin illa alternando erraret, palàm fore ne ipſam quidem quippiam magis noſſe, & vt iſti aliam rationem inirent. Ibíque Spartiatas ex admonitu Meſſenii obſeruantes matrem puerorum, ignaram cur obſeruaretur, animaduertentéſque illam præferentem alteri primigenium tum cibando tum lauando, accepiſſe puerum qui magis honorabatur à matre, tanquam primigenium, publicéque alendum curaſſe, impoſito ei nomine EVryſthene: iuniori, Procle. Hos autem fratres, vbi adoleuerunt, per omne vitæ tempus inter ſe diſſenſiſſe, & itidẽ eorum poſteros perſeueraſſe. Hæc ſoli Græcorum Lacedæmonii aiunt. At hæc quæ commemorantur à Græcis, ego ſcribo: hos Dorienſium reges vſque ad Perſeum Danaes à deo genitum, recenſeri rectè à Græcis, & oſtendi Græcos eſſe. iam tum enim iſti inter Græcos cenſebantur. Ideo autem dixi, vſque ad Perſeum, nec altius repetii, quòd nullum Perſeo cognomentum fuit

a Octoginta.

b Ex quibus admiratione digna erant ea potiſſimùm quæ Ph.

c Id *eſt*, Negans eum impunè quéquam AEgin. *abducturum*.

d Mandato.

e Argiuam.

f Ariſtodemum autem liberos hos intuitũ morbo deceſſiſſe.

mortalis patris, quemadmodum Herculi Amphitryon. Itaque à me rectam rationem ſequente dictum rectè eſt vſque ad Perſeum. A Danae verò Acriſii filia retrorſum patres eorum recenſendo, conſtabit principes Dorienſium [a] ex AEgypto oriũdos. Hæc generis recenſio ex commemoratione Græcorum facta eſt. Vt autem à Perſis fertur, Perſeus ipſe, quum eſſet Aſſyrius, factus eſt Græcus, non tamen progenitores eius. nam progenitores Acriſii [b] recẽſere ad progeniem Perſei nihil attinet: cóſque (quemadmodum Græci aiunt) AEgyptios fuiſſe. Hæc de his hactenus. Quòd autem regnum Dorum, quum AEgyptii eſſent, ſibi traditum acceperint, hoc (quoniam ab aliis dictum eſt) omittemus: quę verò alii non attigerunt, eorum faciemus mentionem. [c] Has dignationes regibus Spartiatæ tribuerunt: duo ſacerdotia, Iouis Lacedæmonii & Iouis cæleſtis: & ius belli in quamcunque libuerit regionem inferendi, vt id nulli Spartiatarum prohibere fas ſit, alioqui piaculari crimine teneatur. Vt in expeditionibus adeundis primi eant reges, in abeũdo poſtremi ſint. Centum delecti viri eis in militia cuſtodes adſint. [d] In egreſſibus vtantur quotcunque pecoribus libuerit: quorum immolatorum pelles omnes ac terga accipiant. Bellica hæc. Alia ſunt quæ pacis tempore eis tribuuntur: Vt quoties aliqua publica euiſceratio fit, primi in cœna reges diſcumbant, & iis primis diſtribui incipiat vtrique eorum duplum omnium quàm cæteris conuiuis: [e] libaminaque immolatorum & coria, eorum ſint. Singulis quoque calendis inſtantis menſis, ſingula pecora vtrique è publico dentur Apollini immolanda: & farinæ medimnus, *id eſt ſex modia*, & vini Laconicus quartarius: & in ſpectaculis ſingulorum certaminum certis locis præſideant. [f] Liceatque quibuſcunque libeat ciuibus inniti, & vtrique binos eligere Pythios. (ſunt autem Pythii qui Delphos ad conſulenda oracula mittuntur, quique publicè cum regibus paſcuntur.) Regibus ad cœnam non euntibus mittantur bini farinæ choœnices, *id eſt ſemodia*, & vini ſingulæ cotylæ, *id eſt ſextarii*: præſentibus dupla dentur omnia. Eadem ratione à priuatis quoque inuitati ad cœnam honorentur. [g] Vaticinia quæ de virgine pupilla, vtri danda ſit, eíne cui mater, an cui pater deſponderat: nécnon de viis publicis: & ſiquis adoptiuum filium [h] facere velit inuitis regibus. Liceat quoque eis pro ſuo arbitrio aſſidere in ſenatu qui conſtat ex duodetriginta ſenibus: ſi eò non acceſſerint, eorum maximè propinqui duo ſenatores ius regum obtineant, duos calculos ponendi, tertium pro ſeipſis. Viuentibus hæc regibus à republica Spartiatarum tribuuntur. iſta, defunctis: Equites per vniuerſam Laconicam obitum regis enuntiant: fœminæ per vrbem circumeuntes ollas pulſitant. quúmque hoc fit, neceſſe eſt ex ſingulis domibus duos ingenuos, marem ac fœminam, luctu fœdari, magnis pœnis (niſi hoc faxint) impoſitis. Eadem autem circa funus regum conſuetudo Lacedæmoniis eſt quæ barbaris Aſianis. nam plerique barbarorum eodem ritu in mortibus regum vtuntur. Siquidem 'poſteaquam mortem obiit Lacedæmoniorum rex, oportet eius exequiis adeſſe ex omni Lacedæmonis regione neceſſarios quoſq; Spartiatarum, qui ſunt numero vicinorum. Quorum & item ſeruorum atque ipſorũ Spartiatarũ poſteaquam multa millia in vnum coacta ſunt, promiſcuè cum mulieribus frontes ſuas intrepidè pungunt, & vlulatu immenſo vtuntur, vltimum quenque regum dicẽtes ſemper fuiſſe optimum. Qui verò regum in bello periit, eius ſimulachrum quum expreſ ferunt, in toro bene ſtrato efferunt. cuius tumulatione decem dies iuſtitium eſt, nullúſque magiſtratuum conſeſſus, ſed luctus continens. In hoc quoque cum Perſis iſti conueniunt, quòd defuncto rege alter qui ſuccedit, liberat ære alieno quicunque Spartiata aliquid aut regi aut reipublicæ debebat: & apud Perſas item qui rex creatus eſt, omnibus ciuitatibus tributum quod debebant remittit. Cum AEgyptiis etiam Lacedæmonii in hoc congruunt, quòd eorum præcones & tibicines & coqui in paterna artificia ſuccedunt: & coquus è coquo, & tibicen è tibicine, & præco ex præcone gignitur: neque vlli propter vocalitatem aliis inſidiantes ſeipſos ingerunt, ſed in paterno opere perſeuerant: atque hæc quidem ita fiunt. Cleomenem autẽ tunc quum apud AEginam eſſet, communi Græciæ bono operam dantem inſimulabat Demaratus, non tam AEginetis ſtudens, quàm inuidia & odio ductus. Quem Cleomenes ab AEgina reuerſus conſultabat vt regno ſubmoueret, ob hanc rem intendens in eum actionem: Ariſton Spartæ regnum obtinens, quum è duabus vxoribus liberos non ſuſciperet, & in ſe culpam eius rei non eſſe agnoſceret, tertiam duxit vxorem, & duxit hunc in modum: Erat ei amicus quidam Spartiata, cuius opera ex omnibus ciuibus maximè vtebatur: cui viro erat vxor ſpecioſiſſima, ex turpiſſima talis facta. ſiquidem hanc mala forma præditam eſſe cernens nutrix ſua, íd-

a Ægyptios fuiſſe indigenas.

b Nullam habere cum Perſéo cõſanguinitatem.

c Has dignitates. Vel, Hos *honores*.

d Quoties in expeditionem proficiſcũtur, vtant.

e Et vt primum in libationibus locũ obtineant, coriáque immolatorum pecorum, eorum ſint. Singulis quoque calendis, & ſeptimo quoque die mẽſis ineuntis, victima perfecta vtrique illorũ detur in Apollinis æde. *Illud autẽ ἐφύλον τέλειον, (id eſt, ad verbum, perfecta victima, & quaſi omnibus ſuis numeris abſoluta) nariè exponitur.*

f Liceátq; illis quos velint ex ciuibus proxenos conſtituere, *vel creare. Erant autem proxeni qui totius urbis nomine hoſpitio excipiebant qui ex alijs ciuitatibus aduenirent, iiſque quæcunque poterant humanitatis officia præſtabant.*

g Vaticinia autem quæ eduntur, vt ab iis cuſtodiantur, *vel aſſeruentur.* Vt ſoli reges de his ſolis iudicium ferant: de virgine ad quã tota hæreditas deuenerit, quis ex iure illã in vxorẽ ducere debeat, ſi pater eã non deſpõderit. Ad *verbũ, Cui obuenuiat illam habere. i. in quẽ cadat. Sic Galli. A qui il vient. pro, à qui il touche.*

h Facere velit, vt coram regibus faciat. *vel, in conſpectu regum.*

i Mortuo rege Lacedæmoniorum coguntur proſequi funus aperto pectore totius Lacedæmoniæ regionis certi numeri incolæ, exceptis Spartiatis. *Ita Camerar. hunc locum interpret.*

que parentes eius, vtpote locupletes, ægrè ferre, hoc excogitauit, vt puellam singulis diebus baiularet ad Helenæ templum, quod est in loco qui dicitur Therapne, supra fanum Phœbi. eò quoties nutrix intulerat puellam, stans ante simulachrum, deam precabatur vt alumnam deformitate liberaret. Cui aliquando exeunti è templo mulier quædam apparuisse fertur, atque interrogasse illam quidnam in vlnis gestaret: & quum nutrix se infantem gestare respondisset, iussisse sibi ostendi. Quúmque negaret nutrix se id facturam, quòd infantem parentes sui vetuissent ostendi cuipiam, institisse iubere prorsus vt sibi ostenderetur. [a] magni enim facturam illam si à se infans conspiceretur. ita nutrice puellam ostendente, demulcentem caput puellæ dixisse, futuram eam omnium Spartanorum formosissimam. atque ab eo pristinam speciem decidisse. Hanc, quum ad nubilem peruenit ætatem, duxit vxorem Agetus Alcidis filius, ille amicus Aristonis. Eius mulieris amore titillatus quum esset Ariston, hanc rem commentus est: Ageto sodali suo, cuius illa erat vxor, recepit se dono daturum vnam è suis rebus quamcunque ille optaret: atque inuicem iussit illum simile munus sibi dare. Agetus nihil de re vxoria suspicatus, quum videret Aristoni quoque vxorem esse, accepit conditionem, & in eam rem iusiurandum interposuit. Cui mox Ariston è suis rebus pretiosis donauit quam ille elegit. Ipse vicissim, quum eius partes petendi muneris ab illo fuerunt, [b] ibi optauit vxorem eius adferri. Agetus dicere, se præter hoc vnũ cætera annuisse: iureiurando tamẽ adactus ac dolo seductus, [c] ad eam ducendam abiit. Ita tertiam hanc Ariston, repudiata secunda, duxit vxorem: [d] quæ circa legitimum pariendi tempus, nondum exactis decem mensibus, hunc ei genuit Demaratum. Ariston, quum ei sedenti in basilica cum ephoris quidam famulus nuntium nati filii attulisset, sciens quo tempore duxisset vxorem, deductis in digitos mensibus, dixit cum iureiurando, Hic non est filius meus. Quod audientes ephori, haud magni fecere impræsentiarum: sed posteaquam puer adoleuit, pœnituit Aristonem dicti, opinantem vtique filium suum esse Demaratum: cui ideo nomen impositum est Demaratus, *id est* A *populo uotis petitus*, quòd ante eum natum omnis populus vota fecit vt Aristoni, omnium ante id tempus regum probatissimo, filius gigneretur. ea de re id nomen impositum est. Interiecto deinde tempore Aristone vita functo, Demaratus obtinuit regnum: sed videlicet necesse erat vt id quod auditum fuerat, hominem regno priuaret. Eapropter à Cleomene vehementer insimulabatur, cum antea quòd ab Eleusine abduxisset exercitum, tum eo tempore quum aduersus AEginetas cum Medo sentientes traiecit Cleomenes. Ergo ingressus eum [e] vrgere Cleomenes, componit cum Leutychide Menaris filio, Agis nepote, ex eadem qua erat Demaratus familia, ea pactione, vt si eum regem in locum Demarati constituisset, se aduersus AEginetas comitaretur. Erat autem Leutychides Demarato inimicus, ob hanc præcipuè causam, quòd quum Percala filia Chilonis filii Demarmeni ei desponsata esset, Demaratus insidiosè hominem coniugio priuauit, præoccupata & prærepta vxore, ac retenta. ob hanc causam Leutychidi inimicitiæ cum Demarato extitere. Is tunc, Cleomene solicitante, contra Demaratum iurauit, negans eum rite Spartanorum esse regem, quòd Aristonis filius non esset, deinde quod iurauerat institit confirmare: quòd Ariston aliquando dixisset, quum ei nuntiasset famulus suus filium ei natum, & menses conferens, iureiurando negasset illum esse filium suum. Huic verbo insistens Leutychides, pronuntiabat Demaratum neque Aristonis filium esse, neque rite Spartæ regnare: eisdem ephoris adhibitis testibus qui Aristoni assidentes tunc hæc ab illo audierant. Tandẽ re in contentionem deducta, visum est Spartiatis oraculum quod Delphis est consulendum an foret Demaratus Aristonis filius néene. Ibi Cleomenes, [f] quum ex ipsius erga Pythiam prouidentia nihil suspicionis esset, subornat Cobonem quendam Aristophanti filium, maxima apud Delphos authoritate, vt persuadeat Periallæ mulierum vaticinantium antistiti, dicere ea quæ Cleomenes volebat dici. Ita Pythia, scíscitantibus iis qui ad oraculum erant missi, negauit Aristonis filium esse Demaratum. quæ tamen res sequenti tempore palàm facta est, & Cobon è Delphis profugit, & Perialla honore abdicata est. Hactenus quæ ad deponendum regno Demaratum acta sunt. Is è Sparta ad Medos profugit, ob hanc contumeliã quòd quũ eiectus regno gereret magistratũ, adesset-que spectaculo gymnopædiarum, *id est palæstræ nudorum puerorum*, misit ad eum Leutychides, in locum Demarati rex factus, deridendi insultandíque causa, ministrum, qui interrogaret [g] qualis esset præfectura post regnum. Eam interrogationem ægrè ferens Demaratus, respondit se vtrunque expertum, illum verò non: & eam inter-

a Nutricem autẽ, quum videret mulierem illam magni æstimare, infantẽ à se conspici, ei tandem ostendisse. Hanc autem, caput puellæ demulc. dixisse. &c.

b Illius vxorẽ abducere studebat.

c Eã abducere permisit.

d Quæ intra breuius temporis spatiũ, & non exact. *Id est, Intra breuius quàm decem mensium spatium.*

e Vlciscí.

f *In Græco exempl. pro* αἰσίου *legendum uidetur* αἰσιου, *cuius lectionis alibi ratio redditur.*

g Quale illis esset magistratũ gerere, qui antea regnauissent.

rogationem Lacedæmoniis futuram initium plurimæ aut calamitatis aut felicitatis. Hæc loquutus, velato capite è theatro domum abiit, confeſtimque præparatum Ioui bouem immolauit: quo immolato, matrem accerſiit: quæ quum adueniſſet, poſitis in eius manus extis, mulierem his verbis obſecrauit, « Per ego te mater cum « alios deos, tum Iouem hunc domeſticum, quem tango, precor, promas mihi veri- « tatem: quiſnam reuera meus eſt pater? Nam Leutychides inter conuicia obiecit, « te è priore viro grauidam, ita ad Ariſtonem veniſſe. Alii etiam dementius referen- « tes, aiunt te ad domeſticum aſinarium ventitaſſe, illiúſque me filium eſſe. qua de « re ego te adiés obſecro vt verũ dicas. Siquid enim eorum quæ dicuntur feciſti, non « ſola feciſti, ſed quod multæ. Et multus de hac re Spartæ ſermo eſt, negantiũ Ariſtoni « fuiſſe genituram ad filios procreandos. nam ſi fuiſſet, priores vxores fuiſſe conce- « pturas. Hæc Demaratus. Cui mater ita reſpondens, Fili, inquit, quoniam precibus « mecum agis vt dicam veritatem, omne tibi verum exponetur: Vt me domum A- « riſton duxit, tertia quàm me duxerat nocte ſimulachrum tanquam Ariſtonis ad « me venit, quod poſteaquam mecum concubuit, corona quam geſtabat me circun- « dedit atque abiit. Dehinc Ariſton aduenit, qui cernens me coronas habentem, ſci- « ſcitabatur quiſnam me illis donaſſet. Ego ipſum dediſſe reſpondi: eóque id ab- « nuente, iuraui, aſſerens non bene illum facere qui negaret, quippe qui paulo antè « ingreſſus, vbi mecum coiiſſet, coronis me donaſſet. Ariſton, cernens me iurantem, « intellexit eam rem diuinam fuiſſe. compertúmque eſt illas coronas fuiſſe ſumptas « ex heroico conditorio, quod eſt iuxta ianuam aulę extructum, quod vocant Aſtro- « baci: & vates eſſe hunc eundem heroem reſponderunt. Habes igitur fili ita vt vo- « lebas audire. aut enim ex hoc heroe genitus es, patérq; tibi eſt Aſtrobacus heros, aut « ex Ariſtone. nam ea te nocte concepi. Verùm quod tibi præcipuè exprobrant ini- « mici, quòd Ariſton, quum ei te natum eſſe nuntiatum eſt, multis audientibus ne- « gauit te ſuum eſſe quia tempus decem menſium non exiſſet, per inſcitiam talium « rerum illi hoc verbum excidit. nam mulieres nouem etiam menſium ac ſeptem « menſium partum edunt, non omnes decimum menſem explentes. ego autem fi- « li ſeptimeſtrem te genui. Ipſe quoque Ariſton non diu pòſt agnouit ſe per impru « dentiam id verbum extuliſſe. Itaque alias orationes de tua genitura noli admittere. « omnia enim veriſſimè audiſti. Nam quod ad aſinarios attinet, ipſi Leutychidi & iis « qui talia loquuntur, ſuæ vxores de aſinariis pariant filios. Hæc illa dixit. Demaratus « auditis quæ volebat, ſumpto viatico per ſpeciem eundi Delphos ad oraculum con- ſulendum, Elin contendit. Eum ſuſpicati Lacedæmonii fugam capeſſiturum, inſe- quuti ſunt. Sed Demaratus iam ex Elide Zacynthum traiecerat, quem illuc tranſ- greſſi Lacedæmonii prehenderunt, eiúſque famulos: ſed Zacynthiis eum dedere abnuentibus, Demaratus illinc in Aſiam ad regem Darium traiecit: à quo magnificè exceptus eſt, territorióque ac vrbibus donatus. Ita in Aſiam Demaratus abiit, ac tali fortuna vſus eſt, vir cum aliis in multis factis dictiſque apud Lacedæmonios illuſtris, tum quòd illis olympiadem palmam quadriiugo certamine reportauerat, rẽ eius ſolius, ad ea tempora, regũ Spartiatarum. Leutychidi autem Menaris filio, qui in regnum amoti Demarati ſucceſſerat, natus eſt filius Zeuxidamus, quẽ nonnulli Spartiatarũ Cyniſcon, *id eſt catulum* vocabant. is Spartæ non regnauit, ante Leutychidẽ defunctus, relicto filio Archidamo. Leutychides orbatus filio, alterã duxit vxorem EVrydamen, Menii ſororem, Diactoris filiam, ex qua nullam prolẽ virilẽ ſuſcepit, ſed filiã nomine Lampito: quam Archidamus Zeuxidami filius in matrimonium accepit, ab ipſo Leutychide datam. At ne Leutychides quidem ipſe Spartæ conſenuit, ſed has pœnas Demarato rependit: In expeditione Theſſalica dux quum omnia faciendi ius haberet, multum pecuniæ per corruptelam dono accepit, ipſéque in re deprehenſus, quum ſederet in caſtris, vtraque manu pecuniam tenens, in iudicium delatus è Sparta profugit, domúſque eius exciſa fuit: & Tegeæ in quam profugerat, mortem obiit. Sed hæc inſequenti tempore acta ſunt. Tunc autem Cleomenes, quum ſibi res in Demaratum bene ceſſiſſet, aſſumpto protinus Leutychide, contendit aduerſus AEginetas, maiorem in modum illis propter ignominiam infenſus. Ita AEginetæ vtriuſque regis contra ſe aduentu non repugnandum iam ſibi eſſe putauerunt. ex quibus reges adduxere decem, quos delegere, diuitiis ac genere eminẽtiſſimos, cum alios, tum Crium Polycriti, & Caſambum Ariſtocratis filium, qui plurimum habebant potẽtiæ. Eos in Atticam adductos, penes inimiciſſimos AEginetis Atheniẽſes depoſuerunt. Poſt hæc Cleomenes, quum eum ſubiiſſet metus Spartiatarũ, iam manifeſtus maleficii in Demaratum excogitati, in Theſſaliã

ſubterfugit

ſubterfugit: atque illinc in Arcadiam profectus, res nouas moliebatur, ſolicitans Arcadas aduerſus Spartam, adigénſque eos iureiurando ad ſe ſequendum quocunque ipſos educeret. Quinetiam in animo habebat primores illorum ad vrbem Nonacrin ductos adigere ad iuſiurandum per aquam Stygis: In hac autem vrbe ab Arcadibus fertur eſſe Stygis aqua: & eſt videlicet talis ea aqua: E petra emanat aquula, diſtillans in vas quoddam, in gyrum maceria præſeptum. Nonacris autem vbi fons hic viſitur, vrbs Areadiæ eſt, ante Pheneon vrbem. Talia molientem Cleomenem Lacedæmonii quum animaduertiſſent, timentes ſibiipſis, Spartam reuocarũt ad priſtinam dignitatem. Sed eum reuerſum ſtatim morbus inſaniæ cepit, iam etiã antea ſubinſanum. nam vt cuique Spartiatarum obuius erat, in eius faciem infligebat ſceptrum. Hæc illum facientem ac deſipiſcentem propinqui ſoleis ligneis illigauerunt. Qui cuſtodem digreſſis aliis ſolum remanſiſſe cernens, petiit ab eo gladium: cuſtode abnuente dare, ab initio comminabatur quæ mox ei faceret; donec minis cõterritus cuſtos (erat enim ſeruus quidam) gladium tradidit. [a] Eo accepto, Cleomenes à furis incipiens ſeſe detruncabat. In longum nanque diſcindens carnes, è tibiis ad femora proceſſit, è femoribus ad coxarum vertebras atque ilia: quouſque peruenit ad vterum, in quo reſcindendo, ſic expirauit: vt quidem plerique Græcorũ memorant, quia Pythiam corruperat ad ea dicenda quæ circa Demaratum acta ſunt: vt autem ſoli Athenienſes, quòd adortus Eleuſinem, fanum deorum fuerat depopulatus: vt Argiui, quia eos qui è pugna fugerãt Argiuos, ex Argi tẽplo ipſorum abductos obtruncarat: & [b] ipſum lucum quem in Argia occupaſſet, incenderat. Cleomeni enim Delphis oraculum poſcenti reſponſum fuerat, eum Argos eſſe capturum: qui poſteaquam ad flumen Eraſinum copias Spartiatarum duxit, quod flumen è lacu Stymphalio manare fertur: hunc enim lacum in voraginem condi, & Argis poſtea exorientem apparere, illincque iam eam aquam vocari Eraſinum. ad hoc igitur flumen poſteaquam peruenit, ei hoſtias immolauit: & quum læta non eſſent exta de flumine tranſmittẽdo, dixit delectari ſe quidem Eraſino, qui nollet prodere ciues ſuos, non tamen ideo Argiuos gauiſuros. Móxque illinc motis caſtris ad Thyreã venit, & mari taurum quum mactaſſet, nauibus copias ad regionem Tirynthiam ac Naupliam duxit. Id audientes Argiui ad eos arcendos obuiam tendunt ad mare. Et quum aduentarent Tirynthum, in loco cui nomen inditum eſt Sepia, relicta non magna inter duas acies intercapedine, conſederunt eregione Lacedæmoniorum. Neque verò illic pugnam ex aperto reformidabant, ſed ne dolo exciperentur. nam ad hanc rem attinebat oraculum quod Pythia ediderat communiter eis atque Milẽſiis, in hæc verba,

» Verùm quando marem præuertet fœmina victrix,
» Inter & Argiuos referet præluſtris honorem:
» Tunc Argiuarum reddet pleraſque gementes,
» Vt venturorum aiat quis quandoque virorum;
» Telo ſæuus obit ſinuoſo corpore ſerpens.

Hæc omnia Argiuis quum contigiſſent, metum incutiebant. ideóque eis viſum eſt præcone hoſtium eſſe vtendũ: atq; ita eſſe faciendũ, vt quoties præco Spartiata quippiam Lacedæmoniis denuntiaret, idem facerent ipſi. Cleomenes autem animaduertens Argiuos facientes quicquid apud Lacedæmones præco denuntiaſſet, præcepit ſuis vt quum præco denuntiaret prandendum, tunc raptis armis tenderent in Argiuos. Hoc exequuti Lacedæmonii, in Argiuos [c] è voce præconis prãdentes impetum faciunt, eorúmque cum multos occiderunt, tum plures in lucum Argi fuga elapſos circumſederũt. Qui dum aſſeruantur, Cleomenes hoc ſibi faciendum putauit: Sciſcitatus quoſdam quos ſecum habebat perfugas, miſit præconem ad euocandum nominatim eos Argiuos qui in luco præcluſi erant ad ſe redimendos. eſt autem apud Lacedæmonios redemptio in ſingulos viros, binæ minæ. Ita Argiuorum quinquaginta, vt quiſque euocatus fuerat, Cleomenes interimebat. quod faciens, latebat cæteros qui in fano erant, vtpote denſo luco interiecto, non cernentes quid illi extrinſecus ageret. niſi poſtquam quidã conſcẽſa arbore, quod fiebat inſpexit: vnde non amplius qui euocabantur prodiere. Ibi Cleomenes iuſſit vnumquenque ſeruorum lucum materia circundare: atque illis obtemperantibus, lucum incendit. Eóq; iam ardente, percontatus eſt quendam perfugarũ cuiúſnam deorum eſſet ille lucus. » perfuga Argi eſſe reſpondit. Quo audito Cleomenes vehementer ingemiſcens, O » Apollon, inquit, vates, quantopere me fruſtratus es, dicẽs me Argos eſſe capturum. » cõiicio iam exitum habuiſſe oraculum. Poſt hæc maiore copiarum parte Spartam

[a] Cleomenes verò arrepto ferro cepit à tibiis ſeſe lacerare. nã conſcindẽs longis vulneribus carnes, à tibiis ſurſum verſus ad femora perrexit, éque femoribus ad coxas & latera atque ventrẽ peruenit. Ita Cæuer. hunc locum interpret.

[b] Ipſum lucũ contẽptui habens incend. Videtur autem hic leg. ſſe ὃν ἄγαλμ. prò ὃν ἄλσος.

[c] Id eſt, Prout præco denuntiauerat.

redire permissa, ipse cum mille delectis perrexit ad templum Iunonis, illic sacrificaturus. Sed sacrificare super aram volens, quum à sacerdote vetaretur, negante fas esse externo illic sacra facere, iussit seruos abductum verberare: ac posteaquam immolauit, Spartam abiit. Reuersum inimici ad ephoros citauerunt, crimini dantes quòd pecunia corruptus, Argos, quum facilè posset, non cepisset. Quibus respõdit Cleomenes (incertum mihi verè an falsò) se, posteaquam templum Argi cepisset, putasse dei expletum esse oraculum, & proinde non prius tentandam vrbem quàm sacris operatus sciret an sibi deus illam traditurus esset, an impedimento futurus. Sibi autem apud Iunonis templum litanti effulsisse flammam è pectoribus simulachri: atque ita se intellexisse nõ expugnaturũ se Argos. Si enim è capite simulachri flamma extitisset, [a] fore vt vrbem ab arce caperet: quum verò è pectoribus illa extitisset, id omne fuisse confectum quod deus confici voluisset. Hæc dicens, credibilia ac probabilia Spartiatis dicere visus est, multóque maiore parte sententiarum absolutus. Cæterùm Argos ita viris desolatum est vt serui eorum res omnes susceperint, atque magistratus administrarint, dum filii cæsorum ad puberem adoleuere ætatem: qui sese in suum ius asserentes, ac reuersi Argos, mancipia eiecere. Serui eiecti, prælio Tirynthem obtinuere, [b] catenus quidem dum fuit in eis mutua beneuolentia, & donec ad eos venit vates quidam Cleander genere Phigaseus ab Arcadia. is persuasit seruis vt dominos adorirentur: vnde bellum inter eos diuturnum extitit, donec Argiui ægrè euasere victores. Ob hoc igitur aiunt Argiui Cleomenem ad insaniam redactum, malè perisse. Ipsi autem Spartiatæ negant ab vllo dæmonio Cleomenem ad insaniam redactum: sed conuersatione Scytharum, intemperantem meri esse factum, & idcirco furiosum. Scythas enim Nomades, post illatum sibi à Dario bellum, ad illum vlciscendum perstitisse, missisque Spartam nuntiis ad societatem faciendam, ita pepigisse, tanquam ex vtrorumque vtilitate foret vt ipsi quidem Scythæ iuxta flumen Phasin conarentur Medicam regionem inuadere, Spartiatæ verò ab Epheso ascendere, & ad certum locum vtrique occurrerent. Cum iis Scythis qui ad hoc missi sunt, consuetudinem habuisse Cleomenem aiunt, atque ex eo nimiam didicisse potandi intemperantiam: seque ob id eum insanisse arbitrari. Vnde quoties intemperantius bibere volunt, aiunt, epiſcythison, *id est age Scytham*. Ita de Cleomene referunt Spartiatæ. Mihi verò videtur ille has pœnas Demarato pependisse. Eũ autẽ esse defunctũ vbi audiere AEginetæ, Spartã nuntios misere, vociferatum contra Leutychidem de obsidibus qui Athenis tenerentur. His Lacedæmonii, consilio inito, multum iniuriæ à Leutychide illatum esse censuerunt, hominémque dedendum, quem illi AEginam deportarent pro iis qui Athenis tenerentur. Hunc quum essent ducturi AEginetæ, tunc ad eos Theasides Leoprepis filius, vir Spartæ probatus, Quid, inquit, viri AEginetæ facere vultis? regémne Spartiatarũ deditũ à suis ciuibus abducere? Si nũc præ iracũdia Spartiatæ ita decreuerũt, cauete nequod exitiale malum in vestram regionem (si hoc feceritis) inferant. His auditis AEginetæ ab illo abducendo supersederunt, hac tamen cõditione vt secum profectus Athenas Leutychides redderet sibi viros qui illic depositi essent. Vbi Athenas venit Leutychides, ac depositum repopoſcit, Athenienses (vt qui reddere nollent) tergiuersari, quòd diceret duos in deponendo reges fuisse, ideóque iniquum esse id alteri sine altero reddi. Quibus negantibus se reddituros, Leutychides, Facite, inquit, Athenienses vtrum ipsi vultis, si reddetis, sanctè facturi: è contrario, si non redditis. Qualis autem res circa depositum contigerit Spartæ, volo referre: Dicimus nos Spartiatæ fuisse tertia abhinc ætate quendam Glaucum Epicydidis filiũ, qui cũ aliis summis laudibus excellebat, tũ iustitia inter omnes optimè audiebat qui per id tempus Lacedæmonem incolebant. Et huic procedente tempore cõtigisse vt vir quidam Milesius Spartam venerit, hominis conueniendi gratia, atque ita sit alloquutus, Ego sum vir Milesius, qui ad tuam Glauce fruẽdam iustitiã venio. Nam quum esset tua fama celebris cum per omnem aliam Græciam, tum verò per Ioniam, apud memetipsum ratiocinatus sum, Ionia quidem semper obnoxia periculis est, Peloponnesus autem tutò fundata, [c] & ob id videre licet eosdem homines nihil habere pecuniarum. Hæc reputanti mihi atque consultanti visum est dimidium mei census in pecuniam redactum deponere penes te, quòd probè intelligo hæc penes te depositа mihi incolumia fore: tu verò has pecunias accipe, & hãc notã, quam vnà custodi: quam notam quisquis habẽs reposcet pecuniam, ei reddito. Hæc hospes qui Mileto venerat dixit: atque ea conditione depositum Glaucus accepit.

a Futurum fuisse vt vrbem funditus euerteret.

b Fuitque mutua inter eos cõcordia donec ad seruos venit, &c.

c Et pecunias nequaquam ab iisdem possideri videmus.

» Multo deinde tempore interiecto, filii eius qui pecuniam depoſuerat, Spartam
» veniunt, Glaucum conueniunt: exhibitáque nota pecuniam repoſcunt. Ille enimue-
» ro repellere homines, atque his verbis è contrario reſpõdere, Neque iſtius rei quic-
» quam reminiſcor, neque ad me pertinet ſcire quæ dicitis. Volo tamen, [a]reminiſcẽs,
» quicquid iuſtum fuerit facere, &, ſi accepi, iure optimo reddere: ſin à principio non
» accepi, Græcorum legibus in vos vti. Ad quod confirmandum præſtituo vobis tem
» pus hinc ad quatuor menſes. Ita Mileſii [b]facta iactura, tãquam fraudati pecunia, diſ-
» ceſſere: & Glaucus Delphos ſe contulit ad oraculum conſultandum. Cui conſultãti
» an ὅρκῳ, *id eſt iureiurando*, pecuniam prædaretur, Pythia reſpondit his verſibus;

» Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus
» Sic orco viciſſe, interuertiſſeque nummos:
» Deiera, & euorcum quoniam manet exitus idem.
» Aſt orci natus, qui nomine, qui manibus, qui
» Nullis eſt pedibus, rapidè aduenit, vſqueadeo dum
» Conuoluens omnem perdat prolémque domúmque:
» Cum ſobole euorci melius ſed poſtea agetur.

» His auditis Glaucus veniam ſibi eorum quæ dixiſſet vt daret, deum obſecrabat. Cui
» Pythia inquit, idem pollere, tentare deum & facere. Tunc Glaucus accitis Mileſiis ho
» ſpitibus pecuniam reddidit. Cur autẽ hæc oratio apud vos inſtituta eſt, dicetur: Glau
» ci nunc nulla ſupereſt neque ſoboles neque domus, quæ illius cẽſeatur: ſed ex Spar-
» ta radicitus extrita eſt. Ita bonum eſt nihil aliud de depoſito cogitare quàm vt repe-
» tentibus reddatur. Leutychides hæc loquutus, quũ nihilo magis ab Athenienſi-
bus audiretur, diſceſſit. At AEginetæ priuſquam ſuperiorum iniuriarum, quas Athe-
nienſibus intulerant, gratificantes Thebanis darent pœnas, hæc fecerant: Quum A-
thenienſibus ſuccenſerent quòd ſibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur, ſe ad vlci-
ſcendum apparabant. Erat autẽ Athenienſiũ in Sunio quinqueremis quædã, quam
Delum *iam inde à Theſeo quotannis* mittebant: hanc AEginetæ locatis inſidiis intercepere, plenam primoribus Athenienſium, viróſque alligauere. Ea clade ab AEginetis accepta, Athenienſes non amplius differendum putauerunt quin omnia in illos excogitarent. Erat igitur quidam nomine Nicodromus Cnœthi filius, vir in AEgina ſpectatus: hic ſuam ipſius priorem abitionem AEginetis imputans, querebatur: qui *prius ſua de miſſione quum tranſegiſſet*, cognito Athenienſes eſſe animatos ad nocendum AEginetis, quibus ipſe infenſus eſſet, compoſuit cum illis de prodenda AEgina ad certum diem, quo eſſet rem aggreſſurus ipſe, & illos oporteret venire ſubſidio. Atque ita ex compoſito vrbem quæ vetus vocabatur occupat. Sed Athenienſes ad diem non adfuerunt, quia claſſis eorum par AEginetanæ nõdum erat comparata. Qui dum à Corinthiis commodari ſibi naues rogãt, interea res corrupta eſt. Corinthii autẽ per id tempus Athenienſibus amiciſſimi dedere rogantibus naues viginti, ſed dantes vendiderũt ſingulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare vetabantur lege. His acceptis Athenienſes, & ſuis inſtructis in ſummam ſeptuaginta numero, in AEginam nauigauerunt, peruenerũntque poſtridie eius diei qui erat deſtinatus. Qui quum ad diem non adeſſent, conſcenſo nauigio Nicodromus ex AEgina profugit, aliis nonnullis AEginetarum eum comitantibus, quibus Athenienſes Sunium incolendum dederunt. Vnde iſti prodeuntes, eos qui in inſula erant AEginetas & ferebant & agebant. ſed hæc poſterius acta ſunt. Cæterùm proceres AEginetarum, ſuperata plebe quæ vnà cum Nicodromo tumultum in ipſis fecerat, mox eos quos ceperant, ad necem abducebant. Vnde piaculum admiſere quod nullo ſtudio expiare potuerunt, præoccupatíque, prius ex inſula ſunt deiecti quàm deũ ſibi propitiarent. nam quum ſeptingentos è plebe quos viuos ceperant, ad necẽ educerent, vnus eorum è vinculis elapſus fugit ad Cereris legiferæ veſtibulum, eiúſque cardinibus prehenſis adhærebat: quem illi quũ auellere non poſſent, abſciſſis viri manibus ita deduxerunt: quæ manus cardinibus conſertæ manſerunt. Hæc quum ipſis feciſſent AEginetæ, claſſe ſeptuaginta nauium cum Athenienſibus qui ſuperuenere congreſſi, ſuperantur. Victi nauali prælio, eoſdẽ quos prius Argiuos in auxilium vocauerunt: ſed illi noluere eis amplius auxilio eſſe, cauſati quòd & naues AEginææ neceſſariò ſumptæ à Cleomene oram Argolidẽ tenuiſſent, & ipſi cum Lacedæmoniis in terram deſcendiſſent, vt nonnulli quoq; è Sicyonæis nauibus deſcẽderent in eadem contra ipſos expeditione. Quo nomine vtriſque mulcta ab Argiuis iniũcta eſt mille talentorũ, quorum quingena vterque populus ſolueret. ſed quum Sicyonii ſuã culpam agnoſcentes, centum talentis cum Argiuis decidiſſent, AEginetæ ne agnoſcere

a Si reminiſcat.

b Calamitatem ſe paſſos exiſtimantes, vt qui pecunia fraudati eſſent.

quidem culpam voluere: erant enim ſuperbiores. Eapropter rogantibus eis nemo amplius Argiuorum publicè auxilium tulit, ſed voluntariorum circiter mille, duce quodam cui nomen erat EVrybates, [a] quinque palmarum viro. quorum plerique non remeauere, ſed in AEgina ſub Atheniẽſibus occubuere. Et ipſe dux EVrybates ſingulari certamine ter victor, quarto ſub Sophane Decelis filio oppetiit. Verùm AEginetæ ſua claſſe adorti incompoſitos Athenienſes ſuperauere, eorúmque naues quatuor cum ipſis pugnatoribus cepere. Et Athenienſes quidem bellum cum AEginetis contraxerant. Perſes autem quæ ipſius partes erant exequebatur, cum famulo aſſiduè in memoriam redigente vt reminiſceretur Athenienſium, tum Piſiſtratidis aſſidentibus, Athenienſéſque criminantibus, tum cupiditate per hunc prætextum quo nixus erat, ſubigendi Græcos quicunque ſibi terram & aquam denegaſſent. Itaque Mardonium, qui malè rem naualem geſſerat, præfectura amouit, alióſque deſignatos duces aduerſus Eretriam & Athenas miſit, Datin genere Medum, & Artaphernem Artaphernis fratris ſui filium, datis mandatis vt Athenas atque Eretriam diriperent, captiuóſque in conſpectum adducerent. Poſtquã hi duces declarati, ab rege digreſſi, ad planitiem Ciliciæ maritimam deuenere cum ingenti ac bene inſtructo exercitu, & ibi caſtra poſuere, aduenerunt nauticæ copiæ omnes, vt ſingulis erant imperatæ: ad hæc hippagogæ naues, quas ſuperiore Darius anno mandauerat tributariis ſuis præparandas. In has introductis equis atque terreſtri peditatu, ſexcentis cum triremibus in Ioniam contenderunt. Hic non recto curſu ſecundum continentem, Helleſpontum & Thraciam verſus nauigabant, ſed è Samo vnde ſoluerãt, præter Icarium, intérque inſulas: præcipuè quidem (vt ego ſentio) metu circumeundi Athon, quem ſuperiori anno circumnauigantes, magnam iacturã fecerant: ſed & coacti propter Naxon, quam antea non cepiſſent. ad quam poſteaquam ex Icario pelago appulſi ſunt (in hanc enim vt primùm copiæ ducerentur, Perſæ vrgebant) Naxii memores priorum, fuga ſe in montes concitauerunt, non auſi reſiſtere. Eorum autẽ quos adepti ſunt Perſæ quũ in ſeruitutem rapuiſſent, delubra atque vrbem incenderunt. His actis ad cæteras inſulas redeunt. Hæc dum iſti agunt, Delii relicta & ipſi Delo fuga Tenum abeunt. Eò tendentes naues præcedens Datis non ſinebat ad Delum habere ſtationem, ſed trans Delum apud Rheneam. Et ſimul cognito vbi Delii eſſent, miſſo caduceatore his eos verbis affatus eſt, Viri « ſacri, quid fuga abiſtis, non pro merito de me malè opinantes? Ego enim & ipſe mea « ſponte animatus ſum, & ab rege iuſſus, quo in loco duo dii geniti ſunt, nequid « aut eum locum aut eius incolas lædam. Redite igitur ad veſtra ipſorum, & incoli- « te inſulã. Hæc Deliis per caduceatorem dixit: mox trecentas thuris libras ſuper aram « aggeſtas adoleuit. His actis aduerſus Eretriam primùm nauigauit, ſimul omnem claſſem, ſimul Iones pariter atq; AEoles agens. Statímq; ab illius digreſſu Delos tremuit, (vt Delii aiunt) ad meam vſque ætatẽ tunc & primùm & poſtremùm cõmota, deo mala ventura hominibus portendente. Nam ſub Dario Hyſtaſpis, & Xerxe Darii, & Artaxerxe Xerxis filio, tribus iis deinceps ætatibus plus malorũ paſſa eſt Græcia quàm viginti aliis ante Darium ætatibus, partim à Perſis, partim ab ipſis primoribus de principatu bellantibus: vt non ab re Delos commota ſit, prius immobilis: de qua in oraculo ita ſcriptum erat,

Et Delon, quanuis ſit adhuc immota, mouebo. «

Et ſanè in Græca lingua pollent hæc nomina, Darius, idem quod ἐρξίης, *id eſt coercitor*: Xerxes, idem quod ἀρήϊος, *id eſt bellator, ad uerbum, martius*: Artoxerxes, idem quod μέγας ἀρήϊος, *id eſt magnus bellator*. Barbari, poſtquã à Delo ad alias inſulas profecti ſunt, ſumebant illinc tum copias, tum liberos inſulanorum obſides. Vt verò inſulas præternauigantes, Caryſtum appulerunt, Caryſtiique negarunt ſe vel obſides daturos vel militaturos aduerſus vicinas ciuitates (videlicet Athenas & Eretriam ſignificantes) Caryſtii tamdiu obſeſſi ſunt, eorúmque ager vaſtatus, donec in deditionẽ Perſarum venerũt. Eretrienſes autẽ audito Perſarum exercitum aduerſum ſe venire, auxilia ab Athenienſibus implorauere. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienſes, miſerũt ſubſidio illis ea quatuor millia hominũ qui Chalcidẽſium equitum obtinuerãt prædia. Sed Eretrienſiũ haudquaquã ſyncerum erat conſilium, qui tametſi accerſebant Athenienſes, tamen ancipiti ſententia vacillabant: quibuſdam eorũ ceu ſentibus vrbem deſerendam, & in cacumina Euboeę eundum: quibuſdam, qui propria lucra à Perſis expectarent, proditionẽ molientibus. Horũ vtrorúmq; animos animaduertẽs AEſchines Nothonis filius, Eretrienſiũ primarius, patefecit Atheniẽſibus omnẽ præſentium rerum ſtatum, orauítq; vt domum abirent, ne vnà cum illis

a Qui quinque gymnaſtica certamina obierat.

occumberẽt: Hæc cõsulenti AEschini obtẽperantes Athenienſes, illinc in Oropũ trãſgreſſi, ſalutem ſibi pepererũt. At Perſæ eò aduecti, naues oræ Eretricæ ad fanum & Chœreas & AEgilia applicuerũt: potitíq; his locis, cõtinuò equos expoſuere, & tanquam cum hoſtibus cõflicturi ſe inſtruxere. Aduerſus quos non decreuerũt Eretrienſes ſibi eſſe prodeundũ: ſed quandoquidem ſententia de vrbe nõ deſerenda euicerat, meritò dabant operam vt mœnia cuſtodirent. Adoriẽtibus autem ea Perſis, acri pugna per ſex dies certatũ eſt: multíſque vtrinque cadentibus, ſeptimo die EVphorbus Alcimachi filius, & Philagrus Cynei, inter populares ſuos viri ſpectati, filius, vrbẽ hoſtibus prodidere. Quã ingreſſi Perſæ, poſtquã tẽpla ſpoliauere, incenderũt, in vltionẽ eorum templorũ quæ Sardibus deflagrauerãt, hominibus iuſſu Darii in ſeruitutem captis. Potiti Eretria, & aliquot illic dies morati, in Atticam nauigauerũt, túncq; magnam partem vaſtauerũt, rati idem facturos Athenienſes quod Eretrienſes feciſſent. etenim erat locus Atticæ Marathon proximè Eretriã, ad equitandum opportuniſſimus, quò illos Hippias Piſiſtrati filius deducebat. Eodem Athenienſes & ipſi re audita ad vim arcendam proceſſerũt, decem præfectis ſibi ducibus: quorum decimus erat Miltiades, cuius patrem Cimonem Steſagoræ filium fugere ex Athenis Piſiſtratum Hippocratis cõtigerat, & dum fugit, obtinere Olympiadem quadriiugo certamine: quam victoriam muneris gratia tranſtulit in Miltiadẽ ex matre germanum: proximáque Olympiade eiſdem equabus aliam Olympiadem quum viciſſet, à filiis Piſiſtrati interfectus eſt, non iam viuo Piſiſtrato. Interfectus eſt autem ad Prytaneum, noctu ſummiſſis percuſſoribus: ſepultúſque ante vrbem trans viam quæ vocatur Diacœle: & eregione ſepultæ ſunt equæ illæ quæ tres Olympiacas victorias reportarant. Idem quod iſtæ, iam aliæ equæ fecerant, quæ fuerunt EVagoræ Lagonis. aliæ præterea nullæ. Per idem tempus maior natu filiorum Cimonis Steſagoras, apud Miltiadem patruum in Cherſoneſo educabatur: minor autem apud ipſum Cimonem Athenis erat, nomen habens à Miltiade Cherſoneſi conditore. Hic igitur Miltiades è Cherſoneſo tunc profectus, dux Athenienſium erat, è duplici cæde elapſus: ſemel, quum eum Phœnices vſque ad Imbrum perſequuti ſunt, magni facientes capere hominem vt ad regem perducerent: iterum, quum ab iis elapſum, domũ ſuam reuerſum, ac ſe reducem eſſe exiſtimantem, inimici ſui exceperunt, & ad iudicium deduxerunt, accuſantes occupatæ in Cherſoneſo tyrãnidis. Hoc reatu liberatus, ſuffragiis populi dux declaratus eſt. Duces autẽ quũ adhuc in vrbe eſſent, ante omnia legatum Spartam mittunt Phidippidem, illũ quidem Athenienſem, ſed tabellariã operam factitantem. Huic Phidippidi, vt ipſe refert, & Athenienſibus renuntiauit, circa Parthenium montem, qui ſupra Tegeam eſt, obuius fuit Pan: compellatóque nominatim Phidippide, iuſſit nuntiari Athenienſibus quid ita illi nullam gererent curam ſui, qui bene ipſis vellet, quíque iam ſæpenumero de eis bene meritus fuiſſet atque etiam futurus eſſet. His verbis fide habita, Athenienſes, quòd eorum iam ſtatus erat bene conſtitutus, extruxerunt ſub arce templum Panis: illíque annuis hoſtiis, ex quo nuntium accepere, ſacrificant, & ardenti candelabro ſupplicant. Phidippides autem hic qui ſibi Pana dixit apparuiſſe tunc quum à ducibus miſſus

» eſt, [a] iterum Athenis egreſſus, Spartam peruenit, adiénſque magiſtratus, Lacedæmo-
» nii, inquit, orant vos Athenienſes vt ſibi opem feratis, nec ciuitatem inter Græcos
» vetuſtiſſimam contemnatis in diſcrimen adductam, ne barbaris viris ſeruiat.
» Etenim Eretria direpta eſt, inſigníque ciuitate Græcia imbecillior reddita. His mandatis à Phidippide expoſitis, placebat quidem Lacedæmoniis opem ferre Athenienſibus: ſed id ſibi impoſſibile confeſtim facere erat, nolentibus legem rumpere. nam erat nonus dies inſtantis menſis, quo die negabant ſe progreſſuros, nec niſi orbe lunari impleto. Et iſti quidem plenilunium expectabant. Hippiæ autem Piſiſtrati filio, qui barbaros in Marathonem perducebat, viſum hoc in ſomnis ſuperiore nocte oblatum eſt: Videbatur ſibi Hippias cum matre concumbere. Quo ex ſomnio coniectabat fore vt reuerſus Athenas, ac recepto dominatu ſenex domi ſuæ obiret. Hunc in modum interpretabatur viſum ſuum. Dum autem prædam Eretrienſem quam depoſuerat, in inſulam Styreorum nomine AEgileam, reportat, dúmque naues ad Marathonem appulſas in ſtationibus locat, ac barbaros in terram egreſſos diſponit, ei talia adminiſtranti contigit ſternutatio, tuſſíſque ſolito vehementior. vnde concuſſis eius, vtpote ſenis, pleriſque dentibus, vnus illorum ex violentia tuſſiendi excuſſus eſt, & in arenam delapſus: qui magna adhibita ad inueniendũ diligentia, quum tamen non appareret, ſuſpirans Hippias,
» ad eos qui aderãt ait, Hæc terra non eſt noſtra, nec eam poterimus nobis ſubiectam

[a] Poſtridie quàm Athenis egreſſus eſt. *Ad verbum, Secundanus ex Athenienſium urbe fuit Spartæ.* At Valla δευτεραῖος accepit pro δεύτερον. *Sic infrà in hoc eodem libro,* τεταρταῖοι ὅτε Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ.

efficere, [a] ſed tantummodo partem, quantum ſpatii dens qui mihi aderat, obtinet. Huc Hippias ſuam viſionem interpretabatur euaſiſſe. Athenienſibus autē apud Herculis fanum inſtructis ſuperuenere auxilio Platæenſes, omni cum populo, qui ſeſe Athenienſibus dediderant, & pro quibus frequentes iam labores ſuſceperant Athenienſes. Dediderant autem ſeſe hoc modo: Quum à Thebanis premerentur Platæenſes, primùm Cleomeni Anaxādridæ, qui interuenerat, atque Lacedæmoniis ſeſe dediderant: à quibus tamen recepti non ſunt, hac oratione vtentibus, A nobis qui « procul habitamus, frigidum quoddā fuerit vobis auxilium. nam priuſquā noſtrū « quiſquam audiat, poſſitis occupati ab hoſtibus ſæpe expugnari. Suademus autem vt « voſipſos Athenieēſibus dedatis, vicinis pariter & ad tutandū non inualidis. Hoc Lace- « dæmonii non tam conſulebāt Platæenſibus quòd eis bene vellēt, quàm quòd optarent Athenienſes defatigari Bœotio bello. Id ſuadentibus Lacedæmoniis non aduerſati Platæenſes, aditis Athenienſibus, dum rem diuinā duodecim diis faciunt, eis ad aram ſuppliciter ſedentes ſeſe dediderunt. Aduerſus quos Thebani re audita exercitum duxerunt, in eorúmque auxilium Athenienſes venerunt. Sed dum conſerturi prælium eſſent, Corinthii haud contemnendam ſibi rem putantes, ad eos reconciliandos interuenere: atque vtrorumque permiſſu regionem hunc in modum terminarunt, vt Thebani eos Bœotos qui nollent inter Bœotos cenſeri, ſinerent facere quod vellent. Hoc vbi decreuere Corinthii, abſceſſere. Abſcedentes quoque Athenienſes aggreſſi Thebani ſunt, commiſſáque pugna, repulſi. vnde Athenienſes trāſgreſſi quos Corinthii ſtatuerant terminos, [b] Aſopum fecerunt limitem Thebanis. Ergo Platæenſes Athenienſibus ſeſe quum dedidiſſent, ad Marathonē tunc auxilio venerunt. Erant autem in Athenienſium ducibus ancipites ſententiæ, aliis vetantibus fieri prælių, paucíores enim ſe eſſe quàm vt cum Medis confligerent: aliis (quorum erat Miltiades) ad pugnandū hortantibus. Itaque quum eſſent bifariæ ſentētiæ, & deterior vinceret, ibi Miltiades Callimachum Aphidnæum adiit, [c] tunc fortè polemarchum, *id eſt belli principem*: qui magiſtratus per ſuffragia electus in dāda faba, *hoc eſt, in declaranda ſententia*, vndecimus eſt: nam quondam Athenienſes in dicenda ſententia parem ducibus faciebant polemarchum. Ad hūc Miltiades, in te, inquit, « nunc Callimache ſitum eſt, vtrum in ſeruitutem Athenæ redigantur, an tu eas liberando memoriam tui in omne æuum relinquas, qualem ne Harmodius quidem « atque Ariſtogiton reliquerunt. Nam Athenienſes nunc in maximum omnium ex « quo nati ſunt venere diſcrimen: qui ſi Medis ſuccūbant, palàm eſt quæ paſſuri ſint, « traditi Hippiæ: ſin autem ſuperent, poterit hæc ciuitas vrbium Græciæ effici prima. « Quo autem pacto hæc fieri poſſint, & quomodo ad te harum rerum arbitrium re- « deat, nunc exponam: Noſtræ, qui duces ſumus, bifariæ ſunt ſententiæ de prælio cō- « mittendo: aliis id ſuadentibus, aliis diſſuadētibus. Qui niſi prælium committimus, « vereor ne magna exiſtat ſeditio, quæ mentes eorum ſolicitet ad ſentiendum cum « Medis: ſin pugnamus antequam aliquid vitii in nonnullis Athenienſium ſubeat, « poſſumus diis æquis cum victoria diſcedere. Hæc omnia ad te tendunt, & abs te de- « pendent: qui ſi meæ ſententiæ acceſſeris, erit & tibi patria libera, & ciuitas omnium « Græcarum princeps: ſin acceſſeris ſententiæ diſſuadentium pugnam, eorum quæ « recenſui bonorum tibi cōtraria exiſtent. Hæc dicens Miltiades Callimachum indu- « xit. Ita accedente ſententia polemarchi, obtentum eſt vt cōfligeretur. Poſt hæc ii duces quorum ſententia de confligendo fuerat, vt cuiuſque dies imperitandi venerat, vicem ſuam Miltiadi dabant: quā ille accipiēs, non tamē prius decertandū putauit quàm ſua dies imperii aduenit. Itaq; vbi vices eius fuere, tūc Athenieēſes hūc in modū inſtructi ſunt ad cōfligendū: Dextro cornu præerat Callimachus polemarchus. ita enim lex apud Athenienſes tunc poſtulabat vt polemarchus dextrum cornu teneret. Hoc duce ſequebātur deinceps cæteræ tribus, vt quæque ordine erat. Nouiſſimi autem ſunt collocati Platæenſes, ſiniſtrum cornu tenentes. Quo factum eſt vt ab huius pugnæ tempore, quoties Athenienſes ferunt hoſtias apud panegyrias, *id eſt publicos conuentus*, quæ quinto quoque anno fiunt, Athenienſis præco conceptis verbis preeetur bona Athenienſibus pariter & Platæenſibus. Igitur Athenieēſium acies tunc apud Marathonem inſtructa idcirco ſic erat quòd aciem Medicam imitabatur: ſed in medio paucis conferta erat ordinibus, ideóque illic debilior: vtroque autem in cornu confertior. Quæ poſteaquam ita inſtructa eſt, ac ſacrificium litatum eſſe Athenienſes audierunt, tunc curſu in barbaros tendunt. Erat autem inter vtranque aciem non minus octo ſtadiorum intercapedinis. Quos curſu ferri in ſe videntes Perſæ, aptabant ſe tanquam illos excepturi: inſaniæ dantes id quòd cernerent eos curſu

[a] Sed eā illius portionē quæ ad me pertinebat, dens poſſidet.

[b] Aſopum & Hyſias Thebanis aduerſus Platæēſes limitem ſtatuerunt. Ergo Plat.

[c] Tunc, quòd vndecimum ſuffragium ad eum pertineret, qui ex facta per fabam ſortitione polemarchus Atheniēſium creatus eſſet, *uel, ductis faba ſortibus polem. Ath. cr. eſſet.* (olim) enim Athenienſes ferendo ſuffragio par. duc. polemarchum faciebant) adiit Aphidnæum Miltiades, tunc polemarchum, eique dixit, In te nunc ſitum eſt Callimache Athenas vel in ſeruitutem redigere, vel illis liberatis, monumentum in omne æuum relinquere, quale ne Harm.

tendere, quum pauci essent, & nec equitatu nec sagittis freti. Hoc ita barbari interpretabantur. at verò Athenienses, posteaquam conferti conflixere cum barbaris, pugnam memoratu dignam edebant. Quippe primi omnium Græcorum (quos ipsi nouimus) cursu in hostem vsi sunt: [a] primi sustinuerũt cernere Medica veste indutos: quum antehac vel audire nomen Medorũ Græcis terror fuisset. In Marathone quum diu pugnatum esset, barbari circa mediam aciem vincebant, vbi Persæ stabant & Sacæ, eámque perrumpentes, hostem in mediterranea persequebãtur: at in vtroque cornu victes Atheniẽses Platæenseſque, barbaris, qui terga dederant, fugere permissis, contraxerunt cornua, & cum iis qui mediam ipsorum aciem perfregerant, dimicantes quum superassent, fugientes Persas vrgebant cædebántque, donec ad mare peruenientes, petito igne naues corripuere. Quo in certamine Callimachus polemarchus interficitur, egregia nauata opera. Occubuit quoque ẽ ducibus Stesileus Thrasyli, & Cynægirus EVphorionis filius, qui dum summam puppim apprehendit, abscissa bipenni manu cecidit: necnon alii Athenienses multi & clari. ac septem quidem naues obtinuerunt Athenienses hoc modo: cæteris barbari retracti, receptáque prẽda Eretrienſi ex insula vbi reliquerant, circumuecti sunt Sunium, animo præuertendi Athenienses euestigio abeuntes. Cæterùm Alcmæonidæ ab Athenienſibus [b] insimulati sunt, quòd videlicet ex composito Persis adhuc apud insulam agentibus scutum ostenderint. Dum illi Sunium circumuehuntur, Atheniẽses euestigio abeuntes celerrimè ad ferendam vrbi opem properarũt, barbaróſque eodem tendentes præuerterunt: progressíque ex Herculis templo quod est in Marathone, in aliud Herculis fanũ quod est in Cynosargi, castra posuerunt. Barbari quũ classe Phalerum superassent (hîc enim Athenienſium nauale tunc erat) super eum locum aliquãdiu propter tempestatem morati, rursus in Asiam abierunt. Quorum in hac pugna apud Marathonem gesta occubuere circiter sex millia trecenta: Athenienſium verò, centum nonagintaduo. tot ex vtrisque cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit, vt Athenienſis quidam Epizelus Cuphagoræ filius, dum stante acie pugnat strenuè, luminibus caperetur, neque saucius vlla parte corporis, neque ictus: atque ita cæcus in reliquũ vitæ tempus permanserit. Quem audiui dicere solitum de sua clade, visum sibi esse ante se stare virum quendam armatũ, procero corpore, cuius [c] mentum omnem clypeum inumbraret: & hanc laruam ipsum prætergressam, sed illum qui sibi assisteret occidisse. Hæc Epizelum solitum commemorare audiui. Porro Datis in Asiam cum classe rediens, vbi Myconum tenuit, vidit in somnis visum. id tamen quod fuerit, non traditur: sed vbi primùm dies illuxit, naues rimatus est: compertóque in naui Phœnicia simulachro Apollinis inaurato, sciscitatus est quo è templo sublatum esset: & vbi audiuit ex quo templo, nauigans sua naui in Delum (iam enim Delii in insulam redierant) ibi simulachrum in templo deposuit, præcepítque Deliis vt illud in Delium Thebanorum referrent, quod est ad mare eregione Chalcidis, Hoc vbi præcepit Datis, vela illinc fecit. Delii tamen hanc statuam non reportauerunt, sed vicesimo pòst anno eam Thebani ex oraculo in Delium contulerunt. Datis autem & Artaphernes, posteaquam in Asiam nauigauere, captiuos Eretrienses Susa perduxere. quos Darius rex, etsi in eos ante captiuitatem vultum contraxerat acerbitatis, quòd se priores iniuria lacessissent, tamen vt in conspectum suum adductos vidit ac sibi subiectos, nullo alio malo affecit, sed in suo Cissiæ regionis stathmo collocauit, cui nomen est Anderica, ducentis ac decẽ stadiis procul à Susis, quadraginta à puteo qui exhibet trifarias rerum species. nam ex eo asphaltum, *id est bitumen*, & salem & oleum hauriunt, ad hunc modum: Hauritur quidem celoneo, *id est instrumento dicto ciconia*, pro situla autem, dimidiato vtre ad celoneum alligato: quo in puteum decusso, quicquid hauritur, mox in cisternam diffunditur, atque hinc aliò effusum, triplici varietate concrescit: in asphaltum quidem & salem, protinus: oleum autem (quod Persæ rhadinacen appellant) in vasa colligunt. est autem atrum ac grauiter olens. Hoc loci rex Darius locauit Eretriẽses, quem ad meam vsque memoriam tenuere, seruantes pristinam linguam. Quod ad Eretriẽses attinet, ita habet. Cæterùm post pleniluniũ duo millia Lacedæmoniorum Athenas venerunt, tanta festinatione adipiscendi hostem, vt triduo quàm ex Sparta discessere, in Atticam peruenerint: & licet serius ad pugnam venissent, tamen intuendi Medos cupidi, ad illos intuendos in Marathonem perrexerunt. Quibus visis, laudatísque Athenienſibus ob præclarum facinus, rursus redierunt. Tenet autem admiratio me, nec ratione inire possum, Alcmæonidas vnquam Persis ex cõposito ostentasse parmam, quòd vellent Atheniẽses barbaris atque Hippiæ subesse.

[a] Primíq; veste Medicam & eos qui illã gestarent cernere susti nuerunt, quum antea, &c.

[b] Insimulati sunt, illis id molientibus Persas hoc consilium cepisse, quòd videl.

[c] Barbatotum cl.

[a] quippe quos constat in habendis odio tyrannis vehementiores quàm similiores fuisse Calliæ Phænippi, qui fuit pater Hipponici. nam Callias cum alia omnia in Pisistratum inimicissimè commentus est, tum verò solus Athenienſium omniũ, illius Athenis electi quum publicè sub præcone venderentur bona, emere ausus est. Cuius Calliæ mentionem crebrò plerique omnes habere debent, cum ob ea quæ dicta sunt, vt viri summopere patriam liberãtis, tum ob hæc quæ in Olympia fecit. nam & in equorum cursu palmam obtinuit, & in quadrigario fuit secundus: & in ludis Pythiis quum primas obtinuisset, in vniuersos Græcos sumptuosissimus extitit: tum ob id quòd talem se in filias suas quæ tres fuerunt, exhibuit. nam posteaquã nubiles extitere, [b] hoc eis magnificentissimum munus est gratificatus, vt quem sibi vnaquæque vellet ex omnibus Athenienſibus, eum deligeret: atque ita eam illi nuptum dedit. At Alcmæonidæ aut perinde aut nihil minus quàm Callias perosi tyrannos fuere. Quo maior me admiratio subit, minúsque admitto criminationem, eos parmam Persis ostentasse, qui per omne tempus tyrannos effugerunt, & quorũ astutia Pisistratidæ tyrannidem reliquerunt. Atque ita multo magis Athenarum liberatores extiterunt, meo iudicio, quàm Harmodius & Aristogiton. Illi enim Hipparcho interempto, non tam cæteros Pisistratidas ab affectanda tyrannide repressêrunt, quàm ad illam irritauerunt: Alcmæonidæ autem proculdubio Athenas liberauerunt, si modò ipsi fuere qui Pythiam persuasere ad Lacedæmonios commonefaciendos vt Athenas liberarent, quemadmodum superius à me commemoratum est. [c] Atenim aliqui forsitan succenſentes quòd Athenienſi in populo patriam prodiderunt. Imò nulli erant eis inter Athenienſes viri illustriores, neque qui magis essent honorati. [d] Neque verò sermo obtinuit. clypeum ab his esse ostẽtatum, sed tantummodo fuisse ostentatum. quod nihil est quàm si id demum diceretur, ostensus quidem est, sed à quo ostensus, incertum. [e] Quanquam Alcmæonidæ iampridẽ extiterant Athenis clari sanè vsque ab Alcmæone atque etiam Megacle. Etenim Alcmæon Megaclis filius, iis Lydis qui Sardibus à Crœso Delphos ad oraculum ierãt, administrum se præbuit, eósque comiter accepit. Cuius beneficentiam Crœsus à Lydis quos ad oraculum miserat quum audisset, hominẽ accersiit, & vbi aduenit, eum donauit tanto auro quantum semel corpore suo ferre posset. Ad istam doni conditionem Alcmæon hanc astutiam attulit: Pergrandem tunicam amictus, ingenti in ea sinu relicto, cothurnisque quos laxissimos reperit calceatus, ad thesaurũ perrexit ad quem ducebatur. [f] Ibi in aceruum ramentorum procumbens, primùm cothurnos quibus erat indutus, auro quantum ferebant refersit: deinde omnem sinum suum atque etiam crines ramentis subigens, & parte in os desumpta, è thesauro processit, ægrè trahẽs cothurnos, cuiuis alteri rei quàm homini similis: cuius os quũ turgidum esset, & omnia onusta, id cernens Crœsus, in cachinnúmque erũpens, ea omnia illi donauit: nec minora his alia dona dedit. Ita domus hæc vehementer locupletata est, & Alcmæon quadriiugos equos alens, vicit Olympia. Sed eam deinde secunda ætate Clisthenes Sicyonis tyrannus extulit, vt multo magis quàm prius inter Græcos celebris extiterit. Erat enim Clistheni Aristonymi filio, Myronis nepoti, Andrei pronepoti, filia nomine Agaristæ: quam pater destinabat nuptum dare ei quem præstãtissimum Græcorum omnium comperisset. Quum igitur ludi Olympiaci celebrarentur, & ex eis Clisthenes curriculo quadrigali victor extitisset, nuntiari iussit voce præconis vt quisquis sese dignum putaret qui Clisthenis gener esset, is ad sexagesimũ diem aut prius Sicyone præstò foret, quòd Clisthenes intra annum à sexagesimo die incepturus, exequi nuptias destinasset. Itaque omnes [g] Græci aut sua ipsorum aut familiæ claritate sibi confidentes, eò proci contenderunt: quibus Clisthenes & curriculum, & palæstram ad certandum præparauerat. Ex Italia illuc se contulit Smindyrides Hippocratis filius Sybarita, (florebat autem maximè Sybaris ea tempestate) qui vnus vir in plurimum deliciarum processerat: & Siritanus Damas Samyris filius eius qui sapiens appellabatur. & hi quidem ab Italia venerunt. Ab Ionio autem sinu Amphimnestus Epistrophi filius Epidamnius. AEtolus verò Males, germanus Titormi illius qui Græcos robore fuerat supergressus, & in extrema AEtoliæ homines fugerat. E Peloponneso autem Leocides Phidonis Argiuorũ tyranni filius, eius inquam Phidonis qui spatia Peloponnensibus statuit, longè omnium Græcorum insolentissimus: qui summotis Elienſium agonothetis, *id est moderatoribus*, ipse agonotheta extitit in Olympia, *id est certaminis præmiúmque proposuit*. Necnõ

a Quippe qui vel maiori vel certè pari odio tyrannos prosequuti esse comperiuntur ac Callias Phænippi filius, Hipponici pater. Vt *autem hic dicit* μᾶλλον ἢ ὁμοίως, *sic paulo post*, ὁμοίως ἢ οὐδὲν ἧσσον.

b Dotem eis magnificentissimam dedit, atque hoc præterea gratificatus est, *vel, indulsit*, vt quẽ sibi, &c.

c Atenim fortasse Athenienſium populo succenſentes patriam prodebant. Q. d. *Atenim (dicet aliquis fortasse.) ægrè ferentes se non cum apud Athenienſes locum obtinere quo se dignos existimabant, patriam prodere conabantur. Imò verò nulli ex Athenienſibus maiori authoritatè præditi, nulli magis honorati erãt: tantum abest vt sua sorte contenti non essent, & de eo Athenienſibus succenſerent. Potest tamen & cum interrogatione legi hic locus eodem ſenſu.*

d Quo fit vt rationi consentaneum nullo modo esse possit, clypeũ ab illis hæc de causa fuisse ostẽsum. ostensus enim clypeus fuit. neque hoc aliter dici potest: factum enim fuit. sed à quo ostensus fuerit, de eo vltra hæc dicere non possum. Id *est*, *Hæc de re nõ habeo quod dicam: quippe qui sciam quidẽ ostensum fuisse clypeũ, sed nihil ultrà, vt sit οὐκ ἔχω εἰπεῖν προσαπόφασιν τούτων, pro* οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ἀπ' οὐδὲν εἰδὼς προσαπόφημι τούτων. *Illud autẽ* οὐκ ἔστιν ἄλλως εἰπεῖν, *respondet Gallicæ phrasi*, On ne peut dire autremẽt, *pro*, Non potest negari.

e Hi autẽ Alcmæonidæ cum ab antiqua origine clari extiterãt, tum verò ab Alcmæone & rursum à Megacle clari vel maximè fuerunt.

f Ibi aceruo ramentorum *auri* incumbẽs, primùm quidem circa suas tibias tantum aggessit auri quantũ cothurni capiebant: deinde verò quum sinũ totum auro impleuisset, & capillos ramẽtis illis consperſisset, *vel*, & *ramenta illa per capillos sparsisset*, & alia ori indidisset, ex thesauro egressus est, & ægrè cothurnos trahens, & cuiuis rei magis quàm homini similis, vt pote cuius os obturatũ, & partes omnes inflatæ essent. At Crœsus eum intuitus in risum prorupit, eique cum hæc omnia, tum verò alia his non minora donauit.

g Græci qui & de seipsis & de patria sua magnificè sentiebant eò proci cont.

Amiantus Lycurgi filius Arcas, ex Trapezunte: & Laphanes Azenus, ex vrbe Pæo, filius EVphorionis eius qui (vt in Arcadia fertur fama) in domum suam excepit Castorem & Pollucē, [a] & ob id in omnes homines hospitalis: [b] & Eleus Agæi filius vir præclarus. Isti ex ipsa Peloponneso venerunt. Ex Athenienſibus autē, Megacles, Alcmæonis eius filius qui ad Crœsum se contulerat: & alter, Hippoclides, Tisandri filius, diuitiis ac forma inter Athenienses præcipuus. Ex Eretria autē (quæ per id tēpus florebat) Lysanias: solus hic ab Eubœa. E Thessalia verò à Scopadeis Diactorides Cranonius. Ex Molossis autē Alcon. Tot proci fuere. qui quum ad diem præstitutam adfuissent, Clisthenes ante omnia patriam singulorum familiámque percontatur. deinde eos annum apud se detinēs, explorauit vniuscuiusque & virilitatem & iracundiam, & eruditionem, & mores: nunc cum singulis, nunc cum vniuersis congrediens, & iuniores in gymnasia educens: præcipuè tamen in conuiuiis experiebatur. quandiu enim eos apud se tenuit, omnia fecit ac magnificè accepit. Sed ei inter procos præcipuè cordi erant Athenienses: [c] & illorum magis Hippoclidem Tisandri strenuum esse iudicabat, quum præsertim eius maiores Cypseli Corinthii propinqui fuissent. Quum autem destinatus nuptiis dies illuxit, quo ipse Clisthenes edixerat iudicaturum se quem ex omnibus deligeret, mactatis centum bobus, in conuiuium tum ipsos procos, tū omnes Sicyonios accepit. Postea verò quàm cœnatū est, proci certamen de musica habere cœperunt, [d] pariter & de oratione habenda in mediū. procedente autem potatione, Hippoclides, [e] quum longè alios antecederet, iussit tibicinem sibi canere ἐμμέλειαν *id est sedatum quoddam saltationis genus*. Tibicine obsequente saltauit, sibi quidem placens, sed Clisthenes omnē rem cernens [f] dissimulabat. Post hæc aliquantulum interquiescens Hippoclides, iussit aliquam sibi inferri mensam. qua illata, primùm super eam Laconicos saltauit modulos, mox alios Atticos: tertiò super mēsam capite statuto, cruribus veluti manibus gesticulabatur. Ad cuius primam ac secundam saltationem, etsi stomachabatur Clisthenes eum qui tam impudens, esset generum sibi fieri, tamen sese continebat, nolens [g] in eum erūpere: at vbi vidit cruribus veluti manibus gesticulantē, iam se vltrà continere nō sustinens, inquit, Fili Tisandri, [h] desaltasti matrimonium. Cui excipiens ille ait, Non est istud curæ Hippoclidæ. Vnde prouerbium factum est, *Non est istud curæ Hippoclidæ*. Tunc Clisthenes silētio impositio, in medium hæc protulit, Viri proci meæ filiæ, vos equidem omnes laudo, vobísque omnibus, si fieri posset, gratificarer, neque vnum è vobis præcipuum probans, neque cæteros improbās: [i] verùm fieri non potest vt de vnica virgine deliberans, omnium voto satisfaciam. Itaque singulis vestrum, qui cōpotes huius matrimonii non estis, tanquā dignis meæ filiæ nuptiis, quódque domo peregrè abfuistis, singula argenti talenta dono do: Megacli autem Alcmæonis filio meam filiā Agaristiam despondeo ritu Athenienſium. Annuerite conditioni Megacle, nuptiæ apud Clisthenē celebratæ sunt. [k] Hactenus quæ iudicandis procis gesta sunt: atque hunc in modum Alcmæonidæ per Græciam celebrati fuerunt. Porro ex horum coniugio, cum Clisthenes auo materno cognominis procreatur, (qui Atheniēsium tribus populariúmque statum instituit) tum Hippocrates: ex Hippocrate verò alius Megacles & alia Agaristia, ab Agaristia Clisthenis nomen habens. quæ nupta Xanthippo Ariphronis filio quum prægnans esset, visa est sibi in somnis parere leonem, paucósque post dies peperit Xāthippo Periclem. Miltiades autem cum antea probatus apud Athenienses, tum verò post rem bene gestam in Marathone maioribus incrementis auctus, petit ab Athenienſibus septuaginta naues cum propugnatoribus & pecunia, non promens eis cui regioni bellum esset illaturus, sed tantummodo se illos locupletaturum si se sequerentur. Ad eam enim regionem se illos ducturum vnde affatim aurum nullo negotio reportarent. His verbis Athenienses erectis animis, naues vt petierat tradiderunt. Quibus Miltiades acceptis in Parum nauigat, per speciem vlciscendæ iniuriæ quam intulerant Parii quòd triremi in Marathonem vnà cum Persis veniſſent. Hoc quidem colore orationis vtebatur, sed infēsus erat Pariis ob Lysagoram Tisei filium, genere Parium, qui ipsum apud Hydarnem Persam accusauerat. Eò postquā peruenit Miltiades, Parios intra mœnia coactos obsedit, missóque caduceatore popoſcit centum talenta, dicens, si ea sibi nō darent, se nō prius illinc abducturum copias quàm eos euertisset. At Parii non vt quicquam pecuniæ Miltiadi darent, sed vt custodirent vrbem cogitabant, cum alia loca interſepientes, tum maximè vnde ea oppugnari poterat: adeò vt noctu laborantes, murum duplū quàm olim fuerat excitarent. Hactenus Græci in hac re commemoranda consentiūt: deinceps gesta ipsi Parii referunt hunc in modū: Miltiades quum

a Et ab eo tempore in quoslibet hospitalitatem exercuit.

b Et Eleus Onomastus Agæi filius. Atque hi quidē ex ipsa Pel. &c. *Valla autem putauit ὀνομαστὸς hic, ut uulgò, appellatiuū esse nomē, ἠλεῖος autem propriū: quū contrà ὀνομαστὸς sit hoc quidē loco nomen proprium, ἠλεῖος autem nomen à patria.*

c Et ex illis magis Hippoclides Tisandri filius, qui & strenuitate cæteris præstare iudicabatur, & eo quòd eius maiores à Cypselidis Corinthiis genus ducerent.

d Pariter & de sermone qui in medium proponebatur. *Id est, & de alijs rebus de quibus incidebat sermo.*

e *Videtur aliud legisse quàm κατέχων, aut id perperā accepisse pro προέχων?*

f Suspectā habebat.

g Excandescere & in iram præceps erumpere. *Ita Bud.*

h *Laud. hanc interpretationem approbat. perinde est autem ac si diceret, Hac tua impudenti saltatione nuptijs te priuasti. uel, spe nuptiarum, uel nuptijs excidisti. q. d. Extra nuptias saltasti.*

i Sed quum de vnica virgine *despōdenda* deliberans, omnium voto satisfacere nō possim, singulis quidem vestrum qui circa hasce nuptias repulsam patimini, singula argenti talenta dono, tū quòd dignum me censueritis cuius filiam in vxorē duceretis, *uel cuius filiæ nuptias ambiretis*, tum etiā quòd domp peregrè abfueritis: at Megacli Alcmæonis fil.

k Hactenus de iis quæ in ferēdo de procis iudicio gesta sunt.

inops consilii esset, adisse atque alloquutum fuisse mulierem captiuam, genere Pariam, nomine Timon, quæ esset indigenarum deorum administra: hanc, quum in conspectum venisset, consilium ei dedisse vt si magni faceret Parum capere, exequeretur quæ à se præciperentur. Eius deinde præceptis auditis Miltiadem accessisse ad maceriam quandam ante vrbem, qua maceria sepitur templum Cereris legiferæ: eámque, quia fores aperire non poterat, transiliisse: & illam transgressum, solarium ascendisse ad aliquid intus faciendum, siue ad mouendum aliquid quod moueri nefas esset, siue ad aliquid, quodcunque sit, agendũ. Et quum pro foribus esset, subeunte horrore præoccupatum, eadem via reuertisse, déque maceria desilientem femur conuulsisse. alii in genua procidisse aiunt. Ita Miltiades male habens, domum remeauit, neque pecuniam Athenienſibus portans, neque Paro parta: vrbe tantùm per sex & viginti dies obsessa, & agro populato. Parii, cognito quòd ministra deorũ Timo Miltiadem admonuisset, volentes ob id de ea supplicium sumere, postquam obsideri desierunt, Delphos miserunt sciscitatum nunquid ministram deorum cõdemnarent, quæ rationem capiendæ patriæ hostibus detexisset, quæque Miltiadi expoſuisset sacra quæ ad virilem sexum efferri nefas esset. Id Pythia fieri non permisit, negans Timon earum rerum esse authorem: sed quia Miltiadæ [a] non bene obeundum esset, ideo ei ducem malorum apparuisse. Hæc Pariis Pythia respondit. Miltiadem autem è Paro reuersum cum alii Athenienses in ore habebant, tum præcipuè Xanthippus Ariphronis filius, qui eum apud populum accusauit quòd Athenienses circumscripsisset. Cui accusationi Miltiades non per se ipse respõdit, (neque enim poterat, quippe qui putrescente femore iaceret in lecto) sed pro eo amici sui, [b] allegantes cum alia multa, & Lemnum expugnatam, quam vltus Pelasgos Athenięsibus tradidisset, tum verò pugnam in Marathone gestam. Interuentu tamen populi ne capitis damnaretur, quinquaginta talentis culpa mulctata est. Post hæc Miltiades [c] dissoluto atque marcescẽte femore decessit: quinquaginta autem talenta Cimon filius exoluit. Porro Lemnum Miltiades hunc in modum obtinuerat: Pelasgi posteaquam ex Attica ab Athenienſibus exacti sunt, siue iure, siue iniuria: nã de hoc nihil habeo præter relata: quia Hecatæus Hegesandri filius [d] in sermonib⁹ ait, iniuria. Athenienses enim, quum viderent regionem quæ erat sub Hymesso, quam illis habitandam dederant, mercedẽ muri circa arcem ducti, bene excultam, quæ prius mala fuisset, [e] & à nemine accipi digna, liuore captos fuisse & libidine terræ potiundæ: & ita illinc exegisse illos, nulla alia re in excusationem allata. Vt autem Athenienses aiunt, iure ieeti, quippe quum essent sub Hymesso habitantes, illinc prodire solitos hanc iniuriam intulisse: Quoties filiæ ac filii Athenienſium ad Nouem fontes aquarum pergerent (nulladum enim aut eis aut vllis Græcis per id tẽpus mancipia erãt) Pelasgos eis per contumeliam & contemptum vim attulisse neque hoc fecisse cõtentos, ad extremum manifestò deprehensos de inuadendis Athenienſibus consilia agitasse. se verò adeo meliores quàm illi fuerant, viros fuisse, vt quum haberent facultatem interimendi eos quos sibi insidiatos deprehendissent, tamen noluerint: sed eis præceperint vt è regione excederent: atque ita illos solum vertentes, tum alia loca tum verò Lemnum obtinuisse. Illa Hecatæus, hæc Athenięses aiunt. At Pelasgi hãc Athenienſium iniuriam vlciscendi auidi, ii qui Lemnum incolebant, gnari quando dies festi Athenienſium celebrarentur, [f] biremibus instructis, insidias manipulatim collocarunt vxoribus Athenienſium diem festum Dianæ apud Brauronem agentibus: permultisque illarum illinc raptis abierunt, & in Lemnum delatas pro concubinis habuerunt. Hæ fœminæ posteaquam filiis abundauere, lingua eos Attica ac moribus Athenienſium imbuerunt. At illi consuetudinem cum Pelasgidum filiis habere abnuebant: & siquis è suis ab illorum vllo vapularet, cuncti auxilio adeorant, & mutuò sese tutabantur: ac dignos se qui aliis pueris dominarentur existimabant, atque adeo longè, præualebant. Qua re animaduersa Pelasgi inter se colloquuti sunt, considerantesque rem esse indignam inter se dicebant, Si nũc, dum pueri sunt, « dignoscunt sibi opitulari aduersus filios vxorum legitimarum, quas virgines duximus, & eis continuò præesse conantur, quidnam facient in virilem adulti ætatem? « itaque quum id eis altius insedisset, placitum est vt eos filios è matribus Atticis susceptos necarent. his necatis, addũt & cædes matrum. Ex hoc facinore, & illo superiore fœminarum, quæ viros suos [g] vnà cum Thoante interemerunt, vsu receptum est per Græciam vt teterrima quæque facinora Lemnia appellentur. Pelasgi, quum eis post necem liberorum atque vxorum neque tellus fructum redderet, neque vxores neque pecus vt prius gignerent, pariter fame & liberorum orbitate vexati, Delphos

a *Id est, misera morte perеundum esset.*

b Marathonii prælii mentionẽ subinde facientes, & expugnationis Lemni: quomodo Pelasgos victos expugnatam eã Athenięsibus tradidisset.

c Quum femur ei marcidum, *aut putridũ*, & emortuum factum esset. *Vel, Quum ad lydẽ deuenisset, ut quidam interpr. ex Celso.*

d In *suis* narrationibus. *Vel, In suis historicis scriptis. unde alibi non est λογοποιός.*

e Et nullo *pretio* digna. *Vel nullius pretii.*

f Nauibus quinquaginta remorum.

g Auxilio Thoãtis. *Erasm.*

miſerunt petitum aliquod laxamẽtum præſentium malorum. Iuſſi autem à Pythia pœnas Athenienſibus quas illi vellent pendere, Athenas iere: pollicitique ſunt daturos ſe pœnas illis omnis iniuriæ. Athenienſes, ſtratis in curia toris quàm poterant ſplendidiſſimè, appoſitáque menſa omnium bonorum refertiſſima, iuſſerunt Pe-
» laſgos ita ſe habentem regionem ſibi tradere. Tunc Pelaſgi excipientes dicere, Si nã-
» uis vento aquilone atque vno die nos è veſtra regione in noſtram prouehet, ita de-
» mum quod vos petitis trademus. Hoc dixere quòd ſcirent fieri non poſſe. nam Attica multo magis ad auſtrum vergit quàm Lemnus. Hæc hactenus. Tunc compluribus deinde interiectis annis, vbi Cherſoneſus quæ eſt in Helleſponto, Athenienſiũ ditionis fuit, Miltiades Cimonis filius, ventis etefiis perflantibus, ex Eleunte quæ eſt in Cherſoneſo, ſoluẽs, in Lemnũ delatus eſt, præcepítq; Pelaſgis vt ex inſula excederent: redigens eis in memoriam oraculum, quod nunquam illi expletum iri ſperaſſent. Quorum Hephæſtienſes quidem obtemperauerũt: Myrinæi autem, non agnoſcentes Cherſoneſum eſſe Atticam, tamdiu obſeſſi ſunt donec in deditionem venerunt. Ita Lemno potiti ſunt Athenienſes atque Miltiades.

HERODOTI HALICARNASSEI hiſtoriarum liber ſeptimus, qui inſcribitur Polymnia.

POSTEA verò quàm nuntius pugnæ ad regem Darium Hyſtaſpis filiũ allatus eſt ad Marathonem geſtæ, quum antea vehementer infenſus eſſet ille Athenienſibus quòd Sardis inuaſiſſent, longè infenſior factus eſt, ac propenſior ad bellum Græciæ inferendum: miſſiſque continuò nuntiis ad ciuitates, edixit vt ſingulæ multo quàm antea maiores copias, necnon naues, nauigia, equos, rem frumentariam compararent.[a] His nuntiis Aſia triennium exagitata eſt. Vbi dum delectus agitur optimi cuiuſque aduerſus Græciam militaturi, & apparatui opera datur, quarto anno AEgyptii qui fuerant à Cambyſe ſubacti, defecere à Perſis: quo magis aduerſus vtroſque Darius expeditionem ſumere properabat, AEgyptios atque Athenienſes. Dum autẽ hæc comparat, interea ingens inter eius liberos de principatu exorta diſſenſio eſt, quoniã ex inſtituto Perſarum, oportebat ita demum ire in expeditionem quum regni ſucceſſorem declaraſſet. Erant autem Dario iam antè quàm regnaret, liberi tres è priore vxore Gobryæ filia ſuſcepti, & poſt partum regnum, alii quatuor ex Atoſſa Cyri filia. Superiorum maximus natu erat Artabazanes, poſteriorum Xerxes. qui quũ ex eadẽ matre nõ eſſent, diſceptabant: Artabazanes quidem, quòd omnis paternæ ſobolis ipſe maximus natu foret, quum apud vniuerſos homines ſit inſtitutum vt maximus natu liberorum obtineat principatum: Xerxes verò, quòd ipſe Atoſſa genitus eſſet, filia Cyri qui Perſis libertatem acquiſiſſet. Dario autem nondum ferente ſententiam, aderat fortè Demaratus Ariſtonis filius, qui per id tempus altercationis Spartano regno exutus, ac Lacedæmone profugus, Suſa aſcenderat. hic vir audita liberorum Darii controuerſia, adiit (vt fama fertur) Xerxem, admonuítque vt ad cætera quæ pro ſe dicebat hoc adderet, ſe quidem genitum è Dario iam rege & Perſarum imperium obtinente: Artabazanem verò, è Dario dum erat priuatus: proinde neque æquum neque iuſtũ eſſe alium quempiam potius quàm ſe illam dignationem adipiſci: quoniam Spartæ quoq; ſic vſurparetur, vt ſicui antequam regnet filii naſcantur, deinde regnãti alius naſcatur, huius poſtea nati ſucceſſio regni ſit. Hac à Demarato ſuggeſta ratione vtentem Xerxẽ, tanquã iuſtè dicẽtem, Darius regẽ declarauit. Quãquam etiã citra [b]præceptum Demarati Xerxes (vt mea fert opinio) regnauiſſet: quippe quũ omnis potentia penes Atoſſam eſſet. Declarato Darius Xerxe rege quũ conaretur rebus apparatis exire in expeditionem, altero ab defectione AEgyptiorũ anno, ſupremũ diem obiit, ſex & triginta annis regni expletis, haud compos voti vt AEgyptios & Athenienſes vlciſceretur. Eius morte regnum ad Xerxem filium deuenit, qui ab initio

a Dum autem hæc circunquaque denuntiarentur, vniuerſa per tres annos Aſia agitata fuit.

b Admonitionẽ.

nequaquam animatus erat ad bellum Græciæ inferendum, ſed AEgypto: Cæterùm Mardonius conſobrinus eius, Gobryæ & ſororis Darii filius, eum adiens, his verbis eſt alloquutus, Domine, haud decorum eſt Atheniēſes tam malè iam de Perſis meritos non dare pœnas eorum quæ perpetrauerunt: tu verò quod in manibus habes perfice: tamen vbi AEgyptum, quæ dignitati tuæ iniuriam fecit, domueris, ſume aduerſus Athenas expeditionem: vt & bene de te loquantur homines, & poſthac abſtineat alius à bello tibi inferendo. Et hæc quidem erat ratio vltionis exigendæ: illa autem rationis acceſſio, Europam eſſe regionem admodum ſpecioſam, omniáque genera felicium arborum ferentem, ac ſummæ bonitatis, & dignam quæ à ſolo inter mortales rege poſſideatur. Hæc Mardonius dicebat vt iuuenis ac nouarum rerum cupidus, imperiique Græciæ pro rege adminiſtrādi. Quod etiam regi perſuaſit, conditione temporum adiutus. nam alia vt rex ad hoc faciendum induceretur, adiumento fuere. primùm è Theſſalia nuntii ab Alevadis ad regem inuocandum aduerſus Græciam. ſe enim omne obſequiū præſtituros. (Alevadæ autē iſti erāt Theſſaliæ reges) deinde ii Piſiſtratidæ qui Suſa aſcenderant: qui quum eadem verba habuerunt quæ Alevadæ, tum verò prætendebant Onomacritum quendam Athenienſem, quem ſecum habebant, ſortilegum, & Muſæi ſortium ediſſertatorem. Aſcenderant autem cum eo [a] reuerſi in Græciam. nam Onomacritus ab Hipparcho Piſiſtrati filio Athenis fuerat eiect⁹, quòd à Laſo [b] Hermionis filio manifeſtò deprehēſus fuiſſet, inter Muſæi ſortes hanc etiam inſeruiſſe, fore vt inſulæ Lemnio adiacentes mari ſubmergerentur. Ob id Hipparchus hominem eiecerat, quum familiariſſimè illo antea vteretur. [c] Et tunc cum eodem, vt in conſpectum regis veniret, aſcenderat: déque eo honorificè cum aliis Piſiſtratidis loquebatur. Onomacritus, ſiquæ ſortes cladem barbaro nuntiabant, earum nullam recitauit. Itaque accedente hoc ſortilego, & Piſiſtratidarum & Alevadarum ſuaſionibus, Xerxes ad inferendum Græciæ bellum inductus eſt. Sed altero à morte Darii anno, primam expeditionem fecit aduerſus AEgyptios, qui rebellauerant: quos ſubactos, & in arctiorem quàm ſub Dario fuerant ſeruitutem redactos, tradidit gubernandos Achæmeni fratri ſuo, Darii filio: quem præſidē AEgypti interiecto deinde tempore interemit Inarus Pſammetichi filius, vir Libys. Xerxes recepta AEgypto, producturus aduerſus Athenas exercitum, præſtantiſſimos quoſque Perſarum in concilium vocauit, vt & illorum ſententias audiret, & ipſe diceret quæ liberet. Quibus coactis, ita loquutus eſt, Viri Perſæ, equidem ego non ero huius inſtituti author, ſed ab aliis traditi imitator. nam quemadmodum à maioribus natu accipio, ex quo imperium hoc à Medis eripuimus, Aſtyage per Cyrum amoto, nunquam conquieuimus, ſed ita deus *nos* agit, & multa nobis [d] ſibi obſequentibus in melius confert. Atque ea quidem quæ Cyrus Cambyſéſque ac pater meus fecere, quas gentes imperio addidere, non attinet referre apud probè ſcientes: ego autem poſteaquam hanc ſedem accepi, dedi operam ne ab iis qui hoc honore ſunt functi degenerarem, néue minus potentiæ Perſis acquirerem. Quod animo verſans, inuenio nobis acceſſuram gloriam pariter ac honorem, & regionem neque inferiorem neque deteriorem ea quam recuperauimus, ſed feraciorem, vnà cum vltione iniuriæ atque vindicta. Ideóque nunc ego vos contraxi, vt id quod agere conſtitui vobis exponerem: Cōſtituo, iūcto Helleſponto, copias per Europam traducere in Græciam, vt Athenienſium vlciſcar iniurias, quas cum Perſis aliis, tum patri meo intulere. Noratis autem & Darium aduerſus hos viros bellum mouere deſtinaſſe: verùm ei morte præuento non contigit vt illos vlciſceretur. Ego verò eius vicem aliorúmque Perſarum vlciſcens, non prius deſinam quàm expugnauero incenderóque Athenas: cuius ciues & me & patrem meum priores iniuria affecerunt: primùm quum Sardis vnà cum Ariſtagora Mileſio ſeruo noſtro veniētes cremauerunt lucóſque ac delubra: deinde in vos quid fecerint terram ſuam ingreſſos, quum Datis & Artaphernes duces fuere, omnes ſcitis. Harum gratia rerum [e] irritor ad inferendum eis bellum: quos atque ipſorum finitimos, regionem Pelopis Phrygis incolentes, ſi in poteſtatem redegerimus, tot bona futura eſſe ratiocinando comperio: Terram Perſidem ætheri Iouis conterminam reddemus. nullam enim regionem ſpectabit ſol finitimam noſtræ, ſed ego omnem permēſus Europam, vnà vobiſcum cunctas regiones ih vnam redigam. Nam ita rem habere audio, nullam reliquam eſſe hominum neque ciuitatem, neque gētem, quæ nobiſcum [f] dimicare poſſit. Ita ſubactis his quos dixi, & qui nos laceſſierunt, iugum ſeruile ſuſtinebunt. In quo ſi mihi vos gratificari volueritis, vbi tempus vobis indicauero quo vos præſtò eſſe oportet, tunc vnuſquiſque debebit impigrè adeſſe.

Quorum

a *Diuerſam à noſtra lectionem ſequutus eſt. noſtrā tamen habent & uet. cod. ſed quidā pro* περικαταλυσάμενοι, *habent* περικαταλυσάμενοι.

b *Vel potius Hermionenſi, id eſt ex Hermione.*

c Tunc autem quū vnà cum illis *Suſa* aſcēdiſſet, quoties in conſpectū regis veniebat, Piſiſtratidis honorificè de ipſo loquētibus, aliqua ex illis oraculis recitabat. ex quibus ea quæ cladem barbaro portendebant, tacebat, & contrà fauſtiſſima quæque excerpebat: nimirum in fatis eſſe vt Helleſpontus à viro Perſa ponte iungeretur, & ad expeditionem illam pertinētia recenſens. Hic igitur oracula cōmemorādo cum rege agebat: Piſiſtratidæ autem & Alevadæ ſuas ſententias proferēdo. Quum autē Xerxi bellū Græcis inferre perſuaſiſſēt, tunc quum ſecundus ageretur à Darii morte annus, primā expedit. ſuſcepit aduerſus AEgypt. &c. *Illud autē* χρησμολόγων περὶ φέρετο *perinde eſt ac ſi diceret, Ita ſe apud regem in hoc negotio gerebat vt oracula duntaxat illi allegaret quibus inducereturr.*

d Se ſequentibus.

e *Alij, Animatus ſum ad infer.*

f Dimicare poſſit, iis quos dixi ſummotis. Atque ita fiet vt & qui in culpa ſunt & qui culpa vacāt, ſeruile iugum ſuſtineant. *uel, & qui male de nobis meriti ſunt, & qui non.*

» Quorum qui ornatiſſimis cum copiis aderit, eum donabo iis quæ in noſtra domo
» pretioſiſſima habentur. Et hæc quidem ita agenda ſunt. Sed ne ſolus videar in con-
» cilio ſententiã dicere, rem pono in medio, iubens vnicuiq; quam libet ſententiã di-
» cere. His dictis loquẽdi finẽ fecit. Poſt quem Mardonius, Domine, inquit, tu ve-
» rò non modò ſuperioribus Perſis, ſed etiam venturis es præſtantior: qui cum alia &
» optima & veriſſima commemoras, tum verò [a]quòd Iones qui Europam incolunt,
» nõ ſines habere ludibrio nos, minus quàm ipſi ſunt ludibrio dignos. Etenim res in-
» digna eſt ſi Sacas & Indos & AEthiopes & Aſſyrios, aliáſq; multas ac grandes natio-
» nes, quæ nihil Perſas læſere, tamen potentiæ prolatandæ gratia in prouincias rede-
» gimus: Græcos qui nos laceſſere iniuria inceperunt, nõ vlciſcemur. Quidnam me-
» tuentes? quas illorum copias? quam pecuniarũ vim? Eorum pugnã nouimus, eorũ
» nouimus vires eſſe imbecilles, [b]eorũ quos ſubegimus liberos penes nos habemus,
» hos qui domi noſtræ habitantes, Iones & AEoles & Dores appellantur. Quos ipſe
» quoque expertus ſum, quum eis iuſſu patris tui intuli bellum: ac mihi quum in Ma
» cedoniã vſque proceſſiſſem, & penè vſque ad ipſas Athenas, nemo pugnaturus oc-
» currit. Quanquam conſueuere Græci (vt audio) inconſultiſſimè inire bella, propter
» imperitiam ac ſiniſteritatem. nam quum bellum inter eos indictum eſt, in locum
» quem pulcherrimum planiſſimúmque inuenere deſcendentes, ibi prælia faciunt;
» ita vt magno cum ſuo malo victores inde diſcedant: deuicti (ne longius repetam) ad
» internecionem deueniunt. quos oportebat, quum ſint eiuſdem linguæ, interpoſitis
» caduceatoribus ac nuntiis dirimere controuerſias, & omnia alia potius agere quàm
» pugnare: aut, ſi neceſſe habent inter ſe omnino pugnare, locum aliquem inue-
» nire vtriſque expugnatu difficillimum, & ibi fortunam belli tentare. Hoc itaque ri-
» tu haud probo vtentes Græci, nunquã mecum verbis egerunt de dimicando, quum
» Macedonia tenus promotiſſem. Tibi autẽ, rex, quis obuiã vẽturus eſt bellãdi cauſa,
» copias Aſiæ atque omnem claſſem agenti? non eò audaciæ procedent (vt reor) Græ
» corum res. Quòd ſi me fallit opinio, & illi vecordia elati ad pugnandum nobiſcum
» venient, diſcãt nos eſſe in re belliea præſtãtiſſimos hominum. Nihil igitur ſit quod
» non experiamur. nam ſua ſponte nihil fit, ſed omnia ab experimento hominibus
» fieri conſuerunt. His Mardonius ſententiæ Xerxis aſſentatus, loqui ceſſauit. Tum ſi-
lentibus aliis Perſis, nec diuerſam eis quæ dicta eſſet ſententiam dicere audenti-
» bus, Artabanus Hyſtaſpis filius, Xerxis patruus, vir circunſpectus ita inquit: Rex,
» niſi diuerſæ inter ſe ſententiæ dicantur, non poteſt quis eligere meliorem, ſed ne-
» ceſſe habet ea quæ dicta eſt vti: at quum plures dictæ ſunt, licet tanquam aurum pu-
» rum deligere: quod per ſe diſcerni quum nequeat, [c]comparatum cum altero diſcer-
» ni poteſt. Ego patri tuo Dario eidémque fratri meo ſuadebam ne ſumeret aduerſus
» Scythas expeditionem, viros nulla vſquam oppida incolentes: ſed ille ſperans Scy-
» thas Nomades ſe ſubacturum, mihi non eſt aſſenſus: itaque ſumpta expeditione,
» multis & egregiis viris de exercitu amiſſis abſceſſit. Tu verò, rex, bellum inferre
» deſtinas viris multo quàm Scythæ ſunt præſtantioribus, quíque & mari & terra o-
» ptimi eſſe dicuntur: quibus in rebus quid [d]durum ſit, hoc me tibi iuſtum eſt pro-
» mere. Iuncto pontibus Helleſponto ais te copias per Europam in Græciam de-
» ducturum: atqui eos conuenit aut in terra aut in mari aut vtrobique abs te ſuperari.
» ſiquidem feruntur viri eſſe fortes. Cuius rei licet hinc argumentum capi: Si tot co-
» pias ductu Datis & Artaphernis Atticam regionem ingreſſas ſoli Athenienſes pro-
» ſligauerunt, ergo non vtraque in parte ſucceſſit. Quòd ſi iidem conſeenſis nauibus
» pugna nauali victores ad Helleſpontum nauigent, ac deinde pontem ſoluant, hoc
» [e]durum fuerit rex. Neque verò hoc ex mea vnius priuata prudentia coniecto, ſed
» eo caſu quo aliquando parum abfuit quin opprimeremur, quum pater tuus iun-
» cto Boſphoro Thracio, ac flumine Iſtro pontibus commiſſo, traiecit ad Scythas:
» eum traiectum Scythæ omnino inſtitere precari Iones, quibus cuſtodia pontium
» delegata erat, vt interſcinderent. Quo tempore ſi Hiſtiæus Mileti tyrannus aliorum
» ſententiæ acceſſiſſet, ac non contradixiſſet, actum erat de rebus Perſarum. Atqui
» res eſt dictu quoque horribilis, omnem regis ſtatum in vno viro poſitum fuiſſe.
» Quare noli tu vllum tale adire diſcrimen, nulla ſubſiſtente neceſſitate, ſed mihi po-
» tius obtempera: hunc cœtum in præſens miſſum facito, iterúmque dum tibi vide-
» bitur, re apud teipſum conſiderata, edicito quod optimum eſſe arbitraberis. Bene e-
» nim conſultare, comperio maximum eſſe luerum. nam etiamſi quid è contrario e-
» uenturum eſt, nihilo tamen minus bene conſultum eſt, ſuperauítque fortuna conſi
» liũ: at qui turpiter conſultauit, ſi ei fortuna obſecũdauit, ille eſt quidem voti cõpos,

a *Itauertit quaſi legeretur* ὅτι οὐκ εἰδόσες. *Sed rectius omitti videtur, quòd Xerxes ea non dixerit.*

b Sed & eorũ liberos *iam* habemus, ſubiugatis iis qui in noſtram ditionem incolentes, Iones & AEoles, &c.

c Affricatum alteri. *Vel, Cum maiore attritu admotum.*

d Timendum ſit. *Vel, periculoſum.*

e Timendũ fuerit.

nihilo tamen minus malè consilium cepit. Vides vt prægrandia animalia fulmine « deus ferit, nec sinit insolescere, parua verò [a] nihil lædit? Vides vt magna semper ædi- « ficia magnásque arbores huiusmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim deus « eminentissima quæque deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, « quoties deus iis quibus inuidet, aut metum incutit aut tonitruum. Propterea qui- « dam secus ac dignitas sua postulabat, in calamitatem inciderũt, quia deus neminem « alium quàm seipsum sinit magnificè de se sentire. Omnis res properando parit er- « rores, vnde magna detrimenta fieri adsolent: in cunctando autem bona insunt, si « non talia quæ statim videantur esse bona, certè quæ suo tempore bona quis esse cõ- « periat. Et hoc quidem tibi rex suadeo. Tu verò Gobryæ fili Mardoni desine loqui « stulta de Græcis, haud dignis qui malè audiant, nã Græcis detrahendo, ipsum regem « vis excitare ad bellum illis inferendũ: ad quod tu omni auiditate contendis: [b] quod « absit vt fiat. Detractio nanque importunissima res est, in qua duo sunt qui iniuriam « faciunt: vnus cui iniuria fit. Qui enim detrahit, iniurius est, quòd non præsentem ac- « cusat: item qui huic credit, iniurius est, quòd prius credit quàm rem compertam ha- « beat. & illi cui absenti detrahitur, ob id fit iniuria quòd ab altero insimulatur vt ma « lus, ab altero talis putatur. Quòd si omnino bellum his viris inferre oportet, age- « dum, rex ipse permaneat domi apud Persas, nostrũm amborum liberi deponantur: « tu in expeditionem ito, delectis quos velis viris ac quantiscunque velis copiis: &, si « ex sententia tua res succedent regi, interimantur liberi mei, & insuper ego: sin succe- « dent vt ego dico, interimantur tui, & insuper tu, si redieris. Quòd si hanc subire con- « ditionem recusas, cupísque in Græciam prorsus deducere exercitum, affirmo fore vt « aliqui eorum qui hîc relinquentur, audiant Mardonium post allatam Persis magnã « aliquam calamitatem, à canibus volucribúsque discerpi aut in Athenienſium solo « aut in Lacedæmoniorum: nisi fortè antea inter viam, tunc agniturum aduersus « quales viros suades regi vt moueat bellum. Hæc Artabano loquuto, Xerxes ira « percitus his verbis excepit, Artabane, quòd patris mei frater es, hoc te subleuat ne di « gnam stulta oratione mercedem recipias. hac tamen te notabo ignominia, quia in- « strenuus es & ignauus, ne comes sis meæ in Græciam expeditionis, sed hîc vnà cum « fœminis maneas. Ego etiã sine te quæ dixi conficiã. neque enim fuerim Darii filius, « (qui fuit Hystaspis, qui fuit Arsamnis, qui fuit Ariaramnis, qui fuit Teispei, qui Cyri, « qui fuit Cambysis, qui fuit Achæmenis filius) nisi Athenienses vltus fuero: probè « intelligens, si nos quieuerimus, non quieturos illos, sed nostram terram cum exerci- « tu inuasuros: prout colligere licet ex iis quæ illi facere cœperunt, qui & Sardis incen- « derunt, & Asiam incursarunt. Itaque neutris fas est recedere, [c] sed vtrisque propo- « situm est certamen aut agendi aut patiendi, vt aut hæc omnia sub Græcis, aut illa o- « mnia sub Persis sint. medium enim inimicitiarum nullum est. Quare honestum « erit nos iam iniuria lacessitos exigere vltionem, vt quã calamitatem passurus sum « intelligam, profectus aduersus eos viros quos etiam Pelops Phryx nostrorum ma- « iorum seruus ita subegit vt ad hoc vsque tempus & ipsi homines & eorum regio ab « illius qui subegit cognomine appellentur. Hæc hactenus loquutus est. [d] Deinde sub « vesperum, quum fuisset stomachatus Artabani sententia, per noctem apud se consul tans, comperit prorsus non esse sibi opus inferre Græciæ bellum: immutatáque rur sus sententia quum obdormisset, visus est in somnis (vt fertur à Persis) videre quen- dam corpore ingenti atque specioso, qui sibi astans diceret, Reuocastíne sententiam « Persa de inferendo Græciæ bello, [e] quum prædixeris Persis te comparaturum esse « exercitum? Neque, si reuocaueris eam, bene facis, neque qui tibi assentiatur ad- « est. quare perge ire eam viam quam interdiu ire destinaueras. Hæc loquutus ille « visus est Xerxi ab aspectu euanuisse. Vbi dies illuxit, Xerxes huius insomnii nulla ratione habita, coacto eorundem Persarum quos pridie coegerat concilio, ita verba fecit, Viri Persæ, veniam mihi date dicenti contrariam superiori sententiam. « nam & ego nondum ad summum quò perueniendum est mihi prudentiæ peruenit: « & qui vt illud faciam suadent, nullo vnquam à me tempore abscedunt. Eóque mihi « Artabani sententiã audienti, confestim iuuentus efferbuit vt verba in virum gran- « dem natu effunderem petulantiora quàm debui. nunc itaque agnoscens erratum « meum, vtar illius sententia: & quoniam reuocaui expeditionis sumendæ sententiam, « vos quieti estote. Hæc vbi audiere Persæ, lætitia affecti regem adorauere. Insequenti « nocte idem rursus insomnium quiescenti Xerxi assistens, inquit, Fili Darii videris « expeditionem apud Persas reuocasse, verbis meis pro nihilo habitis, quasi illa à ne- « mine audisses. Hoc igitur nunc bene intellige, nisi extemplo inis expeditionem, « hoc tibi ex ea re continget: quemadmodum breui magnus & amplus effectus es,

a Ne vellicat quidem?

b Absit vt talia fiãt à nobis. Detractio enim, *sed obrectatio, aut calumnia*, res est deterrima.

c *Quidam sic*, Sed in eo res vertitur discrimine vt aut faciendum aut patiẽdum aliquid sit.

d Vt autem nox aduenit mordere cœpit Xerxem Artabani sententia. Quum autẽ in consilium noctẽ adhibuisset, planè cõperiebat è re sua non esse expeditionem in Græciam suscipere. Quum igitur, hæc cõtraria prioribus decreuisset, obdormiit. Sed ea nocte visus est in somnis, &c. *Illud ἐνυπνιον vertí etiam potest Scrupulum iniiciebat. Eodem autem ferè modo vsus esse videtur Ouidius verbo mordere. Illud autem δάκνειν τὸ φρόνημα τῆς, videtur ad verbũ respõdere phrasi nostratis & ea melius exprimi, Que ce n'estoit pas son cas.*

e Quum iam Persis vt copias cogerent denuntiauerist. Atqui nec quòd sententiam reuoces benè facis, nec adest quisquã qui tibi *huius rei, id est reuocatæ sententiæ*, cõscius futurus sit. *Vel*, Nec adest qui tibi *hoc delectum reuocatæ sententiæ* condonaturus sit. *q. d.* Nec ego qui tibi *adsto impunè hoc abire sinam.*

» ita breui rursus humilis eris. Hoc viso perterrefactus, è cubili exiliit pariter & nuntiũ
» misit ad accersendũ Artabanum. qui vbi aduenit, ita ad eum inquit, Artabane, ego
» statim quum in te bene consulentem mihi, stultis verbis inuectus sum, nõ fui com-
» pos mentis: sed non multo pòst pœnitens, cognoui id mihi esse faciendum quod tu
» præcipiebas. Tamen id volens exequi non possum. nam mihi iam animo immu-
» tato, & prioris sententiæ pœnitenti apparuit in somnis visio, dissuadẽs omnino hoc
» quod posterius facere constitueram: quinetiam nunc interpositis minis abscessit.
» Quòd si deus est qui insomniũ misit, eíq; prorsus est cordi expeditionẽ sumi aduer-
» sus Græciam, continget hoc tibi quod mihi insomnium, itidem vt mihi præcipiẽs.
» Quod ita fore coniecto, si omnem meũ ornatum sumas, eóq; indutus [a]in sella mea
» consideas, & deinde in cubili meo capias somnum. Hæc loquuto Xerxi Artabanus
initio nolle obsequi, atque negare se dignum qui regio in solio sederet: tãdem quum
» cogeretur, fecit imperata, hæc præloquutus: Apud me rex tantũdem valet bene sen-
» tire per se, & alteri bonam dicẽti sententiam accedere: quæ ambo tibi quum adsint,
» malorum tamen hominum colloquia te deprauãt: quemadmodum mare, quod est
» hominibus omnium vtilissimum, ferũt ab ingruentibus vẽtorum flatibus non sini
» natura sua vti. Ego verò [b]quum ex te malè audiui, nõ tam meam dolui vicẽ quàm
» tuam: qui, quum propositæ essent duæ sententiæ Persis, vna quæ detrimentum au-
» geret, altera quæ tolleret, dicẽs pernicioſum esse imbui animũ vsu plura semper ex-
» petendi: his propositis sententiis, tu elegisti eam quæ & tibi ipsi & Persis est periculo-
» sior. Nunc autem quum ad te mutato in melius consilio de sumẽda aduersus Græ-
» cos expeditione ais accessisse insomnium, alicuius dei nutu, quod te vetat dimittere
» exercitum, hoc non res diuina est, fili. insomnia enim ista sunt, quæ adeuntia homi-
» nes frustrantur, quemadmodũ ego te docebo, multis quàm tu annis natu grandior.
» Consuerunt ipsa somniorum visa plerunque frustrari ob ea quæ quis per diẽ men-
» te agitauit: nos autem nudiustertius expeditionem hanc inter manus & quidem ve
» hementer habuimus. Quòd si hoc non est cuiusmodi ego dico, sed aliquid diuini ha
» bens, tu ipse omnia in summa dixisti. apparebit enim vt tibi, ita & mihi eadem iu-
» bens. Verùm nihilo magis apparere mihi debebit tuum amictũ gerenti, quàm non
» gerenti, sed meum: neq; magis quiescenti in tuo toro quàm non, sed in meo: si etiam
» aliâs vult se exhibere. Neq; eò vesaniæ peruenit illud quicquid est quod sese obtulit
» in somnis, vt me cernens putet esse te, ducto è vestibus argumẽto. Id autẽ si me con-
» temptui habebit, profectò nec aspectu suo dignabitur siue mea gerentẽ vestimenta,
» siue tua, sed te adibit: quod iã animaduertendũ est. Nam si frequẽtius accesserit, ipse
» quoq; fatebor diuinũ esse. Cæterùm si ita tibi agẽdũ videtur, neq; id reuocari potest,
» en ad cubandũ in tuo cubili pergo. Age, mihi quoq;, quum ista fecero, appareat. hac
» tantùm conditione tuæ sententiæ acquiescam. Hæc loquutus Artabanus, [d]quòd spe-
raret ea à Xerxe sine vllis verbis admissum iri, iussa exequutus est. Et quũ induta sibi
Xerxis veste, regali solio resedisset, móxque recubuisset, idem insomnium dormien
» tem adiit quod Xerxem adierat, eíque superassistens, ita inquit, [e]Túne ille es qui fe-
» stinantem ire in Græciam Xerxem distines, tanquam eius curator? Tu neque in fu-
» turum neque in præsens consideras, qui dissuades id quod est fatale contingere.
» Quid autem Xerxem pari necesse sit, nisi dicto audiens fuerit, ei ipsi demonstratũ est.
His verbis Artabano visus est ille vir in somnis minitari, candentibúsque ferramen
tis conari oculos ipsi exurere. Qua de re vehementer exclamans Artabanus exiliit,
aditóque Xerxi obseruatam sibi in somnis visionem exposuit, secundóque loco hæc
» inquit: [f]Equidem rex, ego, veluti homo, quòd multa iam videram, & magna nego-
» tia sub Hessonibus cõtigisse, non sinebam te omni ætati indulgere, gnarus rem esse
» malam multa concupiscere, memoria tenens quomodo cum exercitu Cyri contra
» Massagetas actum esset, quomodo cum exercitu Cambysis cõtra AEthiopes: qui e-
» tiam cum Dario militaui aduersus Scythas. Hæc sciẽs ego, sentiebã te (si quiesceres)
» omnium hominũ beatissimum. Sed quoniã diuinus quidam instinctus est, & Græ-
» cos clades quædam (vt videtur) missa diuinitus manet, ego quoq; cedo, ac sententiã
» muto. Tu verò quæ diuinitus missa sunt, indicato Persis, iubetóque vt iis quæ ad ap
» paratum pertinentia antè præceperas, operam dent. Et ita agito vt nihil tuorum,
» deo tribuente, desit. His dictis, & sublatis ex ea visione animis, vbi dies extitit, ibi con
festim & Xerxes hæc Persis exponit, & Artabanus, quem cõstabat prius solũ omniũ
id fuisse dehortatũ, tunc exhortabatur. Post hæc incũti expeditionẽ Xerxi tertium in
somnis visum oblatum est: quod Magi auditũ, coniectarunt ad vniuersam terram
pertinere, portenderéque omnes homines Xerxi seruituros. Visum autem tale erat:
Videbatur sibi Xerxes surculo oleagino coronatus esse, cuius oleæ ramis vniuersa

P ii

a In solio meo.

b Quũ tu me probris es insectatus, non id mihi tam doluit, quàm quòd ex duab⁹ sententiis quæ Persis propositæ erant, altera insolentiam prouehente, altera eam compescente, & pernicioſum esse dicente docere animum plura præsentibus semper expetere: ex his sententiis eam tu elegeris, &c.

c *Id est, De hac expeditione, magna cum animi contentione egimus, uel tra ctauimus.*

d Quum speraret fore vt quæ à Xerxe decerentur, vana esse probaret, iussa exeq.

e Túne ille es qui Xerxem ab inferendo Græcis bello dehortaris, tanquam eius curã gerens? At nec in præsens nec in posterum impunè tibi erit quòd ea dissuades quæ fata fieri volunt.

f Ego certè, rex, qui multos quorũ res ampliores essent, ab illis quorum res angustiores erant, superatos vidisse, te per omnia morem ætati gerere non sinebam. *At Valla populum aliquem sub Hessonum nomine uidetur somniasse.*

tellus occuparetur,& mox corona capiti circũdata, euaneſcere. Hæc Magis interpretatis, ſine mora Perſæ qui in cõcilio fuerant, ad ſuã quiſq; præfecturã digreſſi, omni ſtudio inçubuerunt ad exequenda iuſſa, cupidi dona quæ propoſita fuerant obtinendi. Xerxes autem ita copias ſuas cõtraxit vt omnẽ cõtinentis locũ ſcrutaretur. ſiquidem à debellata AEgypto per totum quadriennium cõparauerat exercitũ atq; eius apparatum, quinto autem anno ineunte mouit cum ingẽti copiarũ manu. Nam omnium quos nouimus exercituũ hic multo maximus extitit: adeo vt ad eum nihil fuiſſe videatur aut ille Darianus, qui aduerſus Scythas ductus eſt, aut ille Scythicus, qui Cimmerios inſequens Medicã regionem inuaſit, ac penè omnia ſuperiora Aſiæ ſubegit ac tenuit: (quo nomine Darius poſtea Scythas iuit vltũ) aut ille (vt fama fert) Atridæ aduerſus Ilium, aut ille ante Troicũ bellum, Myſorũ Teucrorúmq;, qui per Boſphorum in Europã tranſgreſſus, omnes Thraces in ditionem ſuam redegit, ad Ioniúmq; põtum deſcendẽs, ad Peneũ vſq; amnem qui ad meridiem vergit, proceſſit. neq; illi omnes exercitus, neque alii his adiecti, cum vno hoc cõparari merentur.

a Quam enim ex Aſia gentem in Græciam non adduxit Xerxes?

[a]Quis enim nõ attulit ad Xerxem ex Aſia copias? quæ aqua præter ingentes amnes potando nõ defecit? Alii nanq; naues præſtabant, aliis vt peditatum, aliis vt equitatum, aliis vt nauigia ad vectandos equos eorum qui vnà militabant, aliis vt naues longas in vſum põtuum præſtarẽt, iniunctũ erat, aliis vt frumentum & naues. Quæ triennio ſuperiore præparata erãt, præcipuè propter Athõ, vt in quo ſuperior claſſis dum circũuehitur afflictata fuiſſet. Ad Eleuntem enim Cherſoneſi claſſis habebat ſtationẽ, illíncq; omnes copiæ ſub verberibus cœperũt Athõ effodere, quũ per vices alii aliis ſuccederẽt, adiuuãtib[9] etiã in effodiẽdo accolis: præpoſitis operi, Bubare Megabyzi, [b]& Artæo Artachæi filio, viris Perſis. Eſt autem Athos mõs ingens ac nobilis, ad mare pertingens, ab hac parte hominibus cultus, ad cõtinentem deſinens in ſpeciẽ Cherſoneſi, *id eſt peninſulæ*, cum iſthmo duodecim ſtadiorũ. Hæc planities atq; tumuli, è mari Acanthiorũ ad mare quod eſt cõtra Toronẽ, nõ ſunt magni. In hoc iſthmo vbi Athos finitur, ſita eſt vrbs Græca nomine Sana. Quæ autem extra Sanã & intra Athõ ſitæ ſunt vrbes, eas tunc Perſa ex cõtinentibus inſulanas facere aggreſſus eſt, quæ ſunt hæ, Diõ, Olophyxus, Acrothoõ, Thyſus, Cleonæ. Iſtæ quidem ſunt vrbes quæ apud Athon incoluntur. Hunc autem in modũ barbari lecum[c] nationatim effodiebant recto limite Sanã verſus. Poſteaquã depreſſa erat foſſa ab iis qui in imo fodiebant, alii humũ effoſſam aſſiduè tradebant aliis ſuper ſcalas ſtantibus: & iſti excipientes tradebant deinceps aliis, dum ad ſummos perueniebatur, qui illã effebant atq; abiiciebant. Qua in re [d]tumuli effoſſi duplicem laborem illis, præterquã Phœnicibus, præbebãt. nam quũ eandẽ facerẽt foſſæ menſurã ſuperius in ore quã inferius in fundo, id neceſſe fuit cõtingere. At Phœnices cum aliis in rebus, tum verò in illa prudentiam ſuam declarauerunt: qui partem quæ ſibi contigerat, ita excauauerunt vt os foſſæ duplũ eſſet quàm ipſam foſſam eſſe oportebat, procedẽtéque opere aſſiduè illam coarctabant: vt quum ad imum deuentum eſſet, foſſa cæterorum partibus adæquaretur. Eſt autẽ hoc loco pratum quoddã, vbi illorum erat & forum & mercatus, quò multum etiam ex Aſia frumenti moliti cõportabatur. Hanc foſſam Xerxes (vt ego coniectura colligo) iactantiæ gratia deprimi iuſſit, potentiæ oſtentãdæ cupidus, ac memoriæ ſui relinquendæ. nam quum liceret nullo negotio naues per iſthmum tranſportare, iuſſit iſthmum intercidi, ad mare recipiendum in foſſam tantæ latitudinis vt duæ triremes pariter illac agitari poſſent. Eiſdem autem imperatum eſt vt foſſam facerent, quibus fuerat vt flumen Strymonẽ pontibus iungerent. Iſta Xerxes hunc in modũ fecit. Comparauit item ad pontẽ [e]armaturã, [f]ſirpi atq; albi lini copiã, dato hoc Phœnicibus atq; AEgyptiis negotio vt cõmeatum exercitui cõportarent: ne homines néve iumenta quæ ducebãtur in Græciam, [g]abſumerentur. Sed admonitus iuſſit illum in loca quæ cuiq; opportuniſſima eſſent, alius alia via cõportaret vndiq; ex Aſia nauibus onerariis & vectoriis. Verũ plurimi comportarunt in oram quæ dicitur Album littus, vt quibuſque præceptum erat: alii in Tyrodizam Perinthiorum oram, alii in Doriſcum, alii in Eionẽ, quæ eſt ſuper Strymonem: alii in Macedoniã. Dum iſti in imperato ſibi traiectu occupantur, interea Xerxes, coactis omnibus pedeſtribus copiis, iter ingreſſus eſt Sardis verſus, mouens ex Critalis Cappadociæ. Illuc enim edictum erat vt cunctæ copiæ cogerentur, quæ per continentem erant cum Xerxe ituræ. In quibus quiſnã præfectorũ agmen pulcherrimè inſtructũ ducens, ab rege donatus eſt propoſito præmio, affirmare nõ poſſum, quia nec à principio, quũ res in iudiciũ deducta eſt cognoui. Poſteaquã autẽ tranſmiſſo flumine Haly, attigerunt Phrygiam, itinere per eam facto, peruenerunt

b Et Artachæo Artæi filio.

c Nationatim diſtributum effoderunt.

d Prærupta præcipitia foſſa dupl.

e *Ὁπλα hîc uocãtur funes nautici. Gal. Le cordage.*

f Bybli.

g Fame laborarẽt. *Λιμῷ τειρεσθαι non λιμῷ τειρειν.*

Celænas, vbi fõtes Mæãdri exiſtunt: & alterius amnis nõ minoris Męãdro, nomine Cataractæ, qui ex ipſo foro Celænarũ exoriẽs influit in Męandrũ. In qua vrbe & in quo foro viſitur ſuſpenſa Sileni Marſyæ pellis in vtrẽ formata: quã à Phrygibus fertur Apollo illi detractã ſuſpẽdiſſe. In hac vrbe reſidens Pythius Atys filius, vir Lydus, omnẽ regis exercitũ atq; ipſum Xerxẽ magnificentiſſimo hoſpitio excepit: ſpopondítq; ſe pecuniã ei in bellũ ſuppeditaturũ. Ob quã ſponſionẽ Xerxes eos qui aderãt Perſas interrogauit quiſnã eſſet Pythius, & quantũ poſſidẽs, qui hoc polliceretur. Illi,
» rex, inquiũt, hic ille eſt qui Dariũ patrẽ tuũ aurea platano ac vite donauit: quíq; nũc
» omniũ hominũ diuitiis princeps eſt ſecundũ te. Hæc vltima verba Xerxes admira-
» tus, ſecũdo loco percõtarus eſt ipſe Pythiũ quantũ ei pecuniarũ eſſet. Cui ille, Neq; te
» inquit celabo rex, neq; diſſimulabo me ſcire meas ipſius facultates: ſed ſciẽs, proinde
» exactè recẽſebo. Etenĩ [a] poſteaquã accepi celerrimè te ad mare Græcũ eſſe deſcẽſurũ,
» volẽs tibi ad bellũ pecuniã dono dare, ſubducta ratione cõperi mihi eſſe argẽti qui-
» dẽ duo millia talẽtorũ, auri verò quadragies cẽtena millia nũmũm Daricorũ, ſeptẽ
» millib⁹ minus: quæ tibi dono do. nã mihi ipſi victus è mãcipiis atq; ex agricolis ſup-
» petit. Hæc Pythius. Quib⁹ verbis delectatus Xerxes, Hoſpes Lyde, inquit, ego ex quo
» Perſidẽ regionẽ egreſſus ſum, neminẽ adhuc nactus ſum qui in exercitũ meũ hoſpi
» talitatẽ exercere voluerit, aut qui in conſpectũ meũ veniens, ſua ſpõte pecuniã mihi
» ad bellũ cõferret, præter te: qui & exercitũ meũ egregia hoſpitalitate proſequutus es,
» & ingentẽ pecuniã polliceris. [b] ob quæ viciſſim ego te iis remunerandũ duco. Hoſpi
» tẽ meũ te facio: & iſta quadragies centena millia nũmũm de meo ipſius explebo, da-
» tis ſeptẽ millibus: ne quadringẽtæ myriades, *id eſt quadragies centena millia*, ſint imper-
» fectæ, ſed addito è meis ſupplemento ſumma ſit ſolida. quæq; poſſides, ipſe poſſide
» to, ac ſcito ſemper talẽ agere. nã ita agentem te, neq; in præſens neq; in poſterũ pœ-
» nitebit. Hæc loquutus, & quæ dixerat exequutus, perrexit aſſiduè porrò ire: præter-
greſſúſq; vrbem Phrygiã nomine Anaua, & ſtagnũ ex quo conficitur ſal, peruenit Coloſſas Phrygiæ oppidũ, vbi Lycus amnis hiatũ terræ ſubiẽs occulitur, deinde fere quinq; poſt ſtadia emergens, elabitur & ipſe in Męandrũ. Mouens autem è Coloſſis exercitus venit ad oppidum Cydra, quod eſt in finibus Phrygum ac Lydorum: vbi cippus depactus atque erectus à Crœſo eſt, indicans literis eos fines. Vbi autẽ è Phrygia in Lydiam ventum eſt, ad diuortia viarum, quarum ſiniſtra in Cariam fert, dextra Sardis: quam tenentibus neceſſe eſt prorſus Mæãdrum tranſire, vrbẽmque Callatebum præterire, in qua ſunt opifices mellis è myrica & tritico conficiendi: hanc viam tenens Xerxes, reperit platanum quam ob pulchritudinem aureo monili donauit, eámque tuendam viro [c] immortali delegauit: & ad vrbem Lydorum altero die peruenit. Poſtquam Sardis aduenit, principio caduceatores dimiſit in Græciam, petitum terram & aquam: edictúmque vt cœnas regi inſtruerent ad omnes ciuitates, præter Athenas & Lacedæmonem. [d] Eorum autem cauſa mittebat petitum terram & aquam, quia qui hæc antè Dario petenti non miſerant, hos tunc, perterritos omnino daturos arbitrabatur. Id igitur volens explorare, caduceatores dimiſit. Secundum hæc ſeſe apparabat tanquam Abydum profecturus, quum interea ii quibus negotium hoc datum erat, Helleſpontum ex Aſia in Europam coniungerent. Eſt autem Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter & Madytum vrbes, ora ſalebroſa, quæ in mare procurrit eregione Abydi. Vbi non longo pòſt tempore ſub Xanthippo Ariphronis filio Athenienſium duce, Artayctem virum Perſam Seſti præfectum cepere viuum, ſtipitíque ſuffixerunt: qui in templum etiam Proteſilai quod eſt in Eleunte adductis fœminis nefanda perpetrabat. Ad hanc oram ex Abydo iungere pontem inchoauere ii quibus hoc munus erat delegatum: hinc Phœnices albo lino, illinc AEgyptii [e] ſirpo. Eſt autem ex Abydo ad vlteriorem continentem ſeptem ſtadiorum traiectus: quem pontibus iunctum ingens adorta tempeſtas ea omnia dirupit atque diſſoluit. Quod quum audiſſet Xerxes; indignè ferens, iuſſit trecenta Helleſponto verbera infligi, & in eius pelagus par compedum demitti. Iam verò audiui miſiſſe quoque cum his etiam qui ſtigmata Helleſponto inurerent. Certè mandauit vt colaphos Helleſponto incuterent, dicentes babara verba ac ve-
» ſana, O aqua amara, dominus hanc tibi irrogat pœnam quòd eum læſiſti, qui de te
» nihil malè meritus erat. Te tamen rex Xerxes, velis nolíſve, tranſmittet: meritóque
» nemo hominũ tibi ſacrificat, vt doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mare Xerxes plecti iuſſit, atq; eis qui præpoſiti operi erant, caput præcidi. Et illos quidẽ põtes fecerũt ii quibus hæc ingrata merces propoſita erat. At alii architecti qui alios fecerunt, hoc modo iunxerũt: Biremes triremẽſque trecẽtas ſexaginta Euxinũ verſus

P. iii.

a Quum ad mare Græciæ deſcendere te audiſſem, ſtatim opũ mearum rationem inire aggreſſus ſum. Iã tũ enim in animum induxeram pecuniam tibi dono dare in bellũ id gerendum. Subducta igitur ratione, argenti quidem talenta duo millia, auri verò myriadas quadringentas ſtaterum Daricorũ, ſeptem millibus minus, habere me compertum: quæ tibi dono daré ſtatui. Mihi autem victus ex mancipiis & agricultura ſuppetet. *Ex Bud. interpr.*

b Vt tecum pariã faciam, pro hac liberalitate hoſpitẽ te meũ facio: quadringentas verò myriadas nummũm de meo explebo datis tibi chiliadibus ſeptem, vt quadragies, centenis millibus Daricorum ſtaterũ nihil deſit. Proĩde quæ hactenus poſſeditti, poſſideto: mementóque talem te ſemper præſtare. hæc enim te faciẽ tẽ nec in præſens nec in futurum pœnitebit. *Ex eiuſdem Bud. interpr.*

c *De his viris qui immortales dicebantur, uidè quæ poſtea traduntur ab Herodoto hoc eodem in libro.*

d *Deſunt hîc aliquot uerba in uulg. edit. Græcis, quæ Valla addit, ut etiam in uet. noſtris cod. habẽtur.*

e Biblo.

Pontum compoſuere: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Pŏto quidem tranſuerſas, Helleſponto autem ſecundum defluxum, vt ſtabiliret funes armamentorum. Quibus compoſitis, prægrandes ancoras demiſerunt, partim ab hoc latere contra Pontum, ventorum cauſa qui [a] extrinſecus ſpirant: partim ab altero contra veſperum & AEgeum, euri & auſtri cauſa: relicto ad auroram tribus in locis inter biremes tranſitu: vt qui vellet in Pontum minutis nauigiis & ex Ponto nauigare poſſet. His actis, contenderunt à terra armamenta, cōtorquentes machinamentis ligneis, nō iam ſeparatim vtraque, ſed bina ex albo lino hinc, quaterna è biblo illinc. Quorum quidem retinaculorum craſſitudo hæc erat & ſpecies: ſed proportione linea, robuſtiora erant, quorū cubitus talētum pendebat. Porro traiectu pōtibus iuncto, codices lignorum diſciſſos & ad latitudinem ratis adæquatos aptè inſtrauerunt ſuper armamenta intenta. Hos vbi gradatim diſpoſuerunt, tum verò rurſus deſuper innexuerunt. Quod poſteaquam fecere, materiam attulerunt concinnéque impoſuerunt, deinde ſuper materiam aggerem comportarunt: quo iniecto, ſepem hinc atque hinc, ne maris aſpectu iumenta & equi terrerentur, prætenderunt. Perfectis iis quæ ad pontes pertinent, & item circa Athon aggeribus ad fauces foſſæ propter æſtuaria maris, ne ipſæ fauces aluei obſtruerentur: Xerxes nuntiato ſibi prorſus aluco abſoluto, Sardibus, vbi hybernauerat, ineunte vere inſtructo cum exercitu profectus eſt Abydum verſus. cui mouenti ſol ſuam in cælo ſedem relinquens apparere deſiit, quū nullæ nubes, verùm ſereniſſimus aer eſſet: & pro die nox extitit. Id animaduertenti quū cura inceſſiſſet percontandi Magos quid oſtētum id vellet portendere, illi reſponderūt, deum ſignificare Græcis ciuitatū defectum: quòd dicerent ſolem, Græcorum: lunam, ipſorum eſſe præſidem. Ea re audita Xerxes maiorem in modum lætatus ire pergebat. Quem procedentem adiens Pythius Lydus cæleſti oſtento perterritus, elato animo propter munera his verbis alloquutus eſt, Domine, indulgebíſne « quiddam quod impetrare cupio, tibi leue conceſſu, ſed mihi pro magno futurum? « Xerxes nihil non potius illum quàm petebat petiturū ratus, ſe indulturū reſpōdit, & « vt peteret proloqui iuſſit. Pythius vbi hoc audiuit, ſumpta fiducia, Domine, inquit, « quinque mihi liberi ſunt, quos omnes contingit in militiā tecum ire aduerſus Græ- « ciam: horum vni tu quæſo rex, miſertus mei qui huc proceſſi ætatis, indulge militiæ « vacationem, ei qui natu eſt maximus: vt & mei ipſius & cenſus cūrā gerat: quatuor « tecum vnà ducas. ita confectis quæ in animo habes, rurſus reuertaris. Rex ob id ad- « modum indignatus, his verbis reſpondit, Homo improbe, tūne, quum ego ipſe in « expeditionem eam aduerſus Græciam, filióſque meos & fratres domeſticos & ami- « cos ducam, auſus es mentionem filii tui facere, qui meus es ſeruus, quem oportebat « eum omni familia & vxore me comitari? Probè nunc diſcito hoc, animum in ho- « minum habitare auribus. [b] Qui bene audit, eius corpus volūtate perfunditur: qui ve « rò malè, is exacerbatur. Tu itaque quum benè feciſti, & alia eiuſdem generis promi- « ſiſti, non gloriaris te ſupergreſſum eſſe regem munificentia: poſtea verò quàm ad im « pudentiora conuerſus es, non tu quidem pro merito, ſed minora quàm pro merito « accipies. nam te & quatuor liberos liberant tua munera: vnius autem quem præci « puè complecteris, damno mulctabere. Hæc quum reſpondiſſet, ſubitò imperauit iis « quibus delegatum erat iſta exequi, vt maximum natu filiorum Pythii inuentum diſcinderent medium: eiúſque diſciſſi dimidium ad dexteram viæ, & dimidium ad ſiniſtram diſponerēt, & illac tranſiret exercitus. Hoc illi vbi exequuti ſunt, illac exercitus pertranſiuit. In quo præcedebant ii qui ſarcinas portabant & impedimenta. Poſt hos omnigenarum gentium non diſtinctæ ſed promiſcuæ copiæ, numero vltra dimidium exercitus. Poſt has intercedebat interuallum: neque enim cum rege miſcebantur. Præcedebant enim mille equites è Perſis omnibus delecti: [c] ſecundum hos totidem haſtati, & ii delecti ex omnibus, verſis deorſum in terram ſpiculis. Poſt hos [d] equi decem quampulcherrimè ornati, qui Niſęi dicūtur, ideo ſic dicti quòd eſt ingens Medicæ regionis campus nomine Niſæus qui grandes fert equos. Hos decem equos ſequebatur ſacer Iouis currus, quē octo equi albi trahebāt, ponè auriga comitante, qui pedibus ingrediēs habenas tenebat. hāc enim ſellā nemo mortaliū inſcendit. Poſt quem ipſe Xerxes vehebatur curru equorum Niſæorum, præcedēte auriga cui nomen erat Patiramphi, Otanis filio, viri Perſæ. Hunc quidem in modū Sardibus proceſſit Xerxes: ſed è curru, quoties ratio exigebat, in eſſedum tranſcendebat. Eum ſequebantur haſtati Perſarū optimi ac nobiliſſimi mille, è more pila geſtātes. Poſt hos alius delectus equitatus mille Perſarū. Dehinc è cæteris Perſis decem millia peditum delecta, quorū mille in lanceis pro [e] coronis geſtabāt mala punica argētea:

a Intrinſecus.

b Qui quum bona audierit voluptate corpus impleri: quum his diuerſa, moleſtia afficitur. *Ita Eraſm.*

c *Hæc in vulg. quidē edit. non habentur: ſed in vet. cod. leguntur hoc modo,* ὡς δὲ αἱ χιλιοφόροι χίλιοι, καὶ οὗτοι ὁκ. πάντων ἀπολελειμένοι. *Hæc autem librariorum culpa fuiſſe omiſſa, (quorum oculos ea ſubterfugerint quæ ſunt à priore* ἀπολελειμένοι *uſque ad poſterius) ex ſequentibus apparet, vbi hæc enumeratio repetitur.*

d Sacri equi dec.

e *Fortaſſe Valla aliter ſcripeum reliquit.*

gerebant item aurea ii qui in terram verſus ſpectantia ſpicula habebant: etiam mala, ii qui Xerxem proximè ſequebãtur. Hæc decem millia ordine ſubſequebatur equitatus è decẽ millibus Perſarum. Relicta poſt hos duorũ ſtadiorũ intercapedine, mox ibat cætera multitudo promiſcua. Ita exercitus è Lydia perrexit ad flumẽ Caicum & regionem Myſiam: à Caico autem à læua habens montem Canen, per Atarnem ad vrbem Carinam. Ab hac per campum Thebanum, vrbẽ Atramyttium & Antandrum Pelaſgidem prætergrediens, & Idam ad ſiniſtram manum ſtringens, ad terram Ilienſem peruenit. cui primùm ſub Ida noctem agenti, tonitrua & fulgura ingruerunt, & complures ex eo exercitu occiderunt. Deinde ad Scamandrum eſt ventum, qui fluuiorum omnium erat primus, ex quo iter è Sardibus fieri cœptum eſt. Hunc profluentem ſua aqua deſtituit, nec hominibus iumentiſque potantibus ſuffecit. Eò Xerxes poſtquam peruenit, Priami Pergamum aſcendit, loci viſendi cupidus. Quod vbi contemplatus eſt, & ſingula quæque eorum audiuit, Mineruæ Iliadi mille boues immolauit: quarum libamine Magi heroibus parentauerunt. His actis, terror per noctem exercitum inuaſit. Simulatque illuxit, illinc mouerunt, à læua ſtringentes Rhœtion vrbem, & Ophryneon, & Dardanon, quæ Abydo contermina eſt: à dextra, Gergitas & Teucros. Vbi Abydon venerũt, Xerxi inceſſit cupido omnem exercitum oculis ſubiiciendi. itaque in prætorio quodam, quod ei Abydeni prius ab illo iuſſi è candido lapide in tumulo pro dignitate extruxerant, reſidens proſpiciebat littus, & illic terreſtres copias atque claſſem. Quam dum intuetur, ſubiit eum cupiditas ſpectandi nauale certamen. Id certamen poſtquam commiſſum eſt, in quo Sidonii vicere, voluptatem Xerxes cepit, cũ certaminis tum copiarum ſpectaculo. Et quum intueretur omnem Helleſpontum nauibus obductum, omnia litora atque Abydenorum plana hominibus referta, ibi ſe beatũ eſſe iactauit, & poſt hæc lacrymas fudit. Quod animaduertens Artabanus eius patruus, qui primò liberè
» diſſuaſerat bellum Græciæ inferendum, his verbis interrogauit, Quàm diuerſa, rex,
» inter ſe nunc facis & dudum dixiſti. qui te beatum eſſe dixeras, nunc lacrymas fun-
» dis. Et ille, Reputantem me, inquit, quàm breuis ſit omnis humana vita, ſubiit horũ
» miſeratio: quorum, quum tot ſint, nemo ad centeſimum annum ſupererit. Excipiẽs
» Artabanus, Atqui, inquit, alia, quàm iſtud eſt, viuendo miſerabiliora patimur. Nam
» in tam breui vita nullus hominum adeo felix extitit, neque horum neque aliorum,
» cui non crebrò, nedum ſemel, ſubitura ſit animo moriendi voluntas potius quàm
» viuendi. Incidentes enim calamitates & morbi vitam perturbant: efficiúntque vt
» quum breuis ſit, tamen perlonga videatur. Ita mors optatiſſimum eſt perfugium ærumnoſæ vitæ, quam deus dulci guſtu aſpergens, ob id inuidius facere deprehenditur. Cui Xerxes, Artabane, inquit, [a]quoniã humanæ vitæ conditio talis eſt qualem
» tu exponis, eam cõmemorare ſuperſedeamus: neque triſtium faciamus mẽtionem,
» quum iucunda in manibus habeamus. Hoc mihi potius ediſſere: niſi tibi ita euidẽs
» inſomnii viſio fuiſſet oblata, perſtaréſne adhuc in priore ſententia, diſſuadens mihi
» aduerſus Græciam bellum? an in ea perſiſteres? agedum aperte hoc mihi dicito. Ei
» reſpondens Artabanus, Viſio, inquit, rex, quæ in ſomnis obiecta eſt, ad votum ſucce
» dat amborum: ego tamen adhuc metuo, & adeo metu perculſus ſum vt non ſim a-
» pud me. Nam mecũ reputãs, cum alia multa, tum verò duo, & ea omniũ maxima,
» video tibi eſſe hoſtiliſſima. Ad hæc Xerxes, [b]Dæmonie virorum, inquit, quænam iſta ais mihi hoſtiliſſima eſſe? vtrum horum tibi improbandum videtur, tanquam
» non ſatis copioſum? terreſtríſne exercitus, quaſi multo numeroſior ille Græcus futurus eſſe videatur? an claſſis, tanquam illorum claſſe inferior? an hæc ambo? Nam ſi
» ob hoc imbecilliores tibi videntur noſtræ res, celerrimè alterum quis exercitum cõparareт. Reſpondit Artabanus, Neque hunc, rex, exercitum improbauerit quiſquã,
» qui ſit mẽtis compos, neque hanc nauium multitudinem, [c]etiamſi plures coegeris.
» Quæ autem duo dico eſſe tibi multo hoſtiliora, ea verò hæc ſunt; terra & mare. neq;
» enim vſquam maris portus eſt eiuſmodi (vt ego conjecto) qui ſurgente tempeſtate
» ſit capax huius tuæ claſſis, idoneúſque ad eam tutãdam: neque verò vnum tibi portum eſſe oportet, [d]ſed vniuerſam continentem eſſe portum, quò ſe recipiant naues.
» Itaque quum portus tibi opportuni deſint, intellige homines in arbitrio fortuitorũ,
» non fortuita in arbitrio hominum eſſe. E duobus vno expoſito, pergam dicere alte
» rum: Terra cum ob alia tibi hoſtilis eſt, tum eo hoſtilior, ſi nihil obſtiterit quò longius proceſſeris, aſſiduè vlteriora ſurripiens. Nulla enim eſt hominibus rei bene gerendæ ſatietas. Vnde etiam, vt nemo tibi occurrat, dico maiorem maiori in tempore regionem, famẽ eſſe allaturam. At vir ita demum fuerit optimus ſi in deliberãdo

In fine pag. præced. pro Argentea legendum Aurea, ex noſtris exempl. ex quibus etiam ſequi hæc debẽt, Et cæteros intercludebant: Nouem autẽ millia quæ ab his intercludebantur, argentea mala punica geſtabant. *Poteſt σωιέκλειον verti etiam Includebant, uel Circũmcingebant.*

a De humana vita quæ talis eſt qualem tu eſſe differis, verba facere deſinamus.

b O miſerrime hominum. *Sic Bud. in ſimili loco interpret.*

c Quòd ſi maiorem numerum coegeris, duo illa quæ dico, multo etiam hoſtiliora futura ſũt. Sunt autẽ illa duo, terra & mare.

d Sed circũm vniuerſam continentem in quam tendis.

quidem, omnem rem quamcunque pati poſſit, reputãs extimeſcat, in re autem agẽ- «
da ſit audax. Cui Xerxes, Artabane, inquit, meritò tu quidem horum ſingula com- «
memoraſti: tamen non eſt vt omnia reformides, omniáque peræquè cõſideres. Nã «
ſi velis in rei conſultatione ſemper omnia perinde conſiderare, nunquam aliquid «
efficias. Satius enim omnia alacriter aggredientem dimidium ærumnarum pati, «
quàm omni in re præſumpto metu nihil omnino pati. Quòd ſi repugnando omni- «
bus quæ dicuntur, [a] non vis committere vt quod firmum eſt infirmetur, perinde «
peccas atque is qui cõtraria iſtis dicat. [b] Et hoc æqualiter ſe habet. Scire verò aliquem «
(quum ſit homo) qua ratione quid firmum eſſe oporteat, nequaquam arbitror. At «
iis qui facere quid volunt, conſueuit plerunque ſuccedere emolumentum: rarò au- «
tem iis qui penſant omnia, & quos agere piget. Cernis quò res Perſica potentiæ pro- «
ceſſit: quò nunquam progreſſam videres ſi ii qui ante me extitere reges, iſtiuſmodi «
conſiliis quibus tu vſi fuiſſent: [c] aut vtentes iſtis ſententiis, non alios ſuaſores tales «
habuiſſent: nunc pericula contemnentes, tantopere ſtatum ſuum prouexerunt. Ma «
gna enim negotia magnis cum periculis ſuſcipi volunt. Quare nos, illorum facta æ- «
mulantes, optimo anni tempore ingredimur: ſubactáque omni Europa, rurſus re- «
uertemur, nullam vſquam neque famem neque rem triſtem paſſi. nam & commea «
tus affatim ipſi nobiſcum portamus: & ad quamcunque vel regionem vel gentem «
veniemus, eius re frumentaria potiemur. nam aratoribus viris non nomadibus in- «
feremus bellum. Poſthæc Artabanus, Quandoquidem inquit, non ſinis vllam rem «
formidari, [d] & tamen meum admittis conſilium: neceſſe eſt enim de multis nego- «
tiis in longius extrahi orationem: Cyrus Cambyſe genitus omnem præter Athe- «
nas Ioniam Perſis tributariam reddidit. quare ſuadeo nequo pacto hos viros aduer- «
ſus patres ſuos ducas. nam ſine Ionibus ſatis ſupérque ſufficimus hoſtem ſuperare: «
quos neceſſe eſt aut iniuſtiſſimos eſſe, ſi metropolin ſuam in ſeruitutem redigãt: aut «
iuſtiſſimos, ſi illius libertatem adiuuent. Si iniuſtiſſimi erunt, nullo modo certè no- «
bis magno vſui futuri ſunt: ſin iuſtiſſimi, magnã poterunt tuo exercitui afferre per- «
niciem. Itaque hoc vetus dictum tanquam probum, rex, in mente habe, non ſtatim «
ab initio exitum omnem eſſe manifeſtum. Ad hæc excipiens Xerxes, Artabane, in- «
quit, ſententiarum quas dixiſti in hac præcipuè falleris, qui Iones metuis ne immu- «
tentur: [e] quorum maximum habemus commilitium: quorum & tu teſtis es, & alii «
qui ſub Dario aduerſus Scythas militauerunt, quum in eorum eſſet poteſtate ſitum «
vniuerſas Perſarum copias & perdere & ſeruare, fidem tamen iuſtitiámque præſtitiſ- «
ſe, nec quicquam nos læſiſſe. Præterea, quum liberos ſuos atque vxores in noſtra «
terra reliquerint, non eſt cauſa cur eos aliquid rerum nouarum moliri ſuſpicemur. «
Quare ne hoc quidem extimeſcas, ſed bonum habens animum, tutare meam do- «
mum atque tyrãnidem. tibi enim ſoli ego ſceptra mea permitto. Hæc loquutus Xer «
xes Artabanum Suſa dimiſit, iterúmq; illuſtriſſimos quoſque Perſarum accerſiit. «
Qui poſteaquã præſtò fuere, his eos verbis alloquutus eſt, [f] Perſæ, ego vos, quorum «
opera mihi opus eſt, contraxi, vt viri præſtantes exiſtatis, néve res hactenus geſtas à «
Perſis magnas præclaráſque dedecoretis, ſed cum ſinguli, tum vniuerſi [g] exhibea- «
mus nos alacres. commune enim hoc hominibus bonum eſt, ſtrenuos eſſe. Eáque «
de re vos cenſui præmonendos, ad bellum conſtanter tolerandum. nam (vt ego au «
dio) aduerſus viros egregios tendimus, quos ſi ſuperauerimus, nullus vnquam no- «
bis alius exercitus obſtabit. Nunc igitur deos præſides terræ Perſidis precati, trauſ- «
eamus. Ac eodem quidem die ſeſe ad tranſeundũ parauerunt. Poſtero autem tan-
tiſper morati ſunt, dum ſolem exorientem cernerent, omnifarios odores in pon-
tibus congerentes, ac myrto iter conſternentes. Vbi ſol exortus eſt, ex aurea phiala
Xerxes libans in mare, apud ſolem vota concepit, nequid ſibi aduerſi contingeret,
quo prius deſiſteret Europam ſubigere quàm ad illius terminos perueniſſet. Hæc
precatus, phialam in Helleſpontum abiecit, aureúmque craterem, ac gladium Per-
ſicum, quem acinacem vocant. Hoc pro comperto diiudicare non poſſum, vtrum
ſoli dedicans gladium dimiſerit in pelagus: an Helleſpontum, quòd eum flagellaſſe
pœniteret, in compenſationem gladio donauerit. His actis, per alterum pontium,
qui vergebat in Pontũ, peditatus omnis equitatúſque tranſiuit: per alterum, qui ver-
gebat in AEgeum, iumenta atque ſeruitia: præcedentibus [h] decem millibus Perſa-
rum, coronatis omnibus, quos promiſcuus omnium nationum ſequebatur exerci-
tus. & hi quidem eo die. Inſequenti autem primi tranſiere equites, quique ſpicula de-
orſum verſa geſtabant, & hi etiam coronati, dehinc equi ſacri, ac ſacer currus, tũ ipſe
Xerxes. pòſt haſtati, & mille equites, [i] & præterea alius exercitus, quinetiam naues pa-

a Non oſtẽdas quid firmum ſit, *vel tutum.*

b Hoc inquam perinde eſt.

c Aut non vtentes iſtis ſententiis, alios ſuaſores tales habuiſſent. *Id eſt, Aut ſi hæc non fuiſſet eorum ſententia, ſed aliorum fuiſſet, quorum cõſilium ſequerentur. Valla autem negatiuæ particulæ locum mutauit, & Sententia uti, more Græco dixit.*

At meum admittes cõſilium. *Vel, Meum ſaltem adm. conſ.*

e Quorum maximum habemus documentum, *id eſt quorum fidei,* iis in rebus quarum & tu teſtis es, & al. *Id eſt, Qui maximum nobis ſuæ fidei documẽtum dederunt in iis rebus, &c.*

f Ego vos Perſæ coegi, à vobis hæc requirens, vt fortiter, *vel ſtrenuè* vos geratis.

g Alacriter operã nauemus. Ad id enim contendimus quod cõmunẽ omnib⁹ vtilitatẽ afferet. Ideo autem vos vt gnauiter militetis præmoneo, quòd viros aduerſus quos tendimus, bellicoſos eſſe audiã. Quos ſi ſuperauer.

h Illis decem mil. *quorũ videlicet facta fuit paulo antè mentio. Sic in ſequent. Illi equites, & Illi equi ſacri, & Ille ſacer currus, & Illi haſtati, & Illi mille equites, & Ille alter exercitus.*

i Poſt quos alter Ille exercitus nauéſque ſimul ad vlter.

riter ad vlteriora littora agebantur. quanquã audiui poſtremũ omnium pertranſiſſe regem. Xerxes, poſteaquam in Europã traiecit, conſpicabatur exercitum ſub verberibus tranſeuntem. Trãſiuit autem eius exercitus ſeptem per dies totidémq; noctes nullo tẽpore intermiſſo. Ibi iam trãſgreſſo Helleſpontũ Xerxe, fertur quidã vir Helleſpõtius dixiſſe, O Iupiter, quídnã tu ſub ſpecie viri Perſæ, & accepto Xerxis pro Iouis nomine, Græciã è ſedibus ſuis exturbare vis, omnes homines ducẽs, quũ etiã citra hoc tibi id facere liceret? Trãſgreſſis omnibus & iter ingredientibus, ingens prodigiũ oblatum eſt, quod Xerxes nihili fecit, etſi [a] coniectura diſcutiendum. ſiquidem equa leporem enixa eſt. quod facile erat ad cõiectandum: fore enim vt Xerxes exercitum aduerſus Græciã cum maximo ſtrepitu & ambitioſiſſimè duceret, rurſúſque pro ſeipſo ſolicitus, ad eundẽ lccũ fuga recurreret. Alterum quoq; ei prodigiũ, dum Sardibus foret, exhibitum eſt. mula enim mulum edidit ancipitia genitalia habentem, maris & fœminæ, ſed maris ſuperiora. Quorum prodigiorũ vtrunq; pro nihilo habens, ire pergebat, comitãtibus eum terreſtribus copiis, nauticis extra Helleſpontum nauigantibus, ac terrã legentibus, & è diuerſo atq; terreſtres agentibus. nam iſti quidem veſperũ verſus ad promontorium Sarpedonis nauigabãt: quò quum perue niſſent, iuſſi erant permanere: illi verò ad aurorã & ſolis exortum iter faciebant per Cherſoneſum, dextrorſum habentes ſepulchrũ Helles filiæ Athamãtis, ſiniſtrorſum Cardiam vrbem, per medium oppidi cui nomen eſt Agora, *id eſt forum*. Illinc deflectentibus ad ſinũ nomine Melana, *hoc eſt nigrum*, fluuius cui idem eſt nomen, nõ ſuffecit, ſed alueum ſuũ deſeruit. Hoc fluuio tranſmiſſo à quo ſinus hic cognominatur, veſperum verſus contenderunt, AEnon vrbem AEolidem & lacum Stentoridem prætereuntes, dum ad Doriſcon peruentum eſt. Eſt autem Doriſcus Thraciæ littus pariter & campus ingens, quem grande flumen Hebrus interfluit: vbi extructus eſt is murus qui Doriſcus appellabatur, in quo Perſarum erat præſidium à Dario iam inde impoſitum quum Scythis inferebat bellum. Quum igitur locus digerendis recenſendiſque copiis idoneus videretur, Xerxes ita ſibi faciendum putauit: Eius iuſſu nauarchi, quum eò appuliſſent, omnes naues ad littus Doriſco cõtiguũ receperunt, vbi Sala vrbs, Samothracia & Zona ſitæ ſunt: cuius vltima Serrium nominatur, celebre promontorium, qui locus quõdam fuerat Ciconũ. In hoc littus appulſa claſſe ac ſubducta, qui in ea ſubducenda laborauerant reſpirauere. Xerxes autem per hoc tempus apud Doriſcon luſtrabat exercitũ. Equidem quãtum ſinguli præbuerint copiarũ, pro certo affirmare non poſſum: quoniam à nullis prorſus hominibus id refertur: conſtat autem terreſtriũ copiarum numerum fuiſſe centum ſeptuaginta myriades, *id eſt decies ſepties centena millia*. Quorum numerum hoc modo inierunt: Contraxerunt vnum in locum myriadem hominum, *quæ ſunt decem millia*: qua coarctata quammaximè poterant, circulum extrinſecus deſcripſerunt loco circumſcripto: emiſſáque illinc myriade, ſepem circumdederunt, eatenus excitantes vt vmbilico tenus pertingeret. Eam vbi fecere, aliam ſubinde atque aliã myriadem introduxerũt: donec omnes connumerauerunt: connumeratos autem, nationatim digeſſerũt. Ex quibus qui militabant, hi erãt. Perſæ, hunc in modum ornati: Circa capita geſtabãt pilea (quas vocãt tiaras) impenetrabilia: circa corpus tunicas, variis ſquamis è ferro cõſertas in ſimilitudinem piſciũ: femoralia circa crura: pro clypeis gerra, *id eſt cetra*, pharetris ſubter pendentibus: haſtas breues, arcus grandes, ſagittas arundineas. Ad dextrum femur, pugiones è balteo ſuſpenſos. Hi ducem habebant Otanem patrem Amaſtris, quæ erat vxor Xerxis. Vocabantur autem quondam Perſæ à Græcis Cephenes: à ſe verò ipſis atque ab accolis, Artæi: verùm poſteaquam Perſeus Danaes & Iouis filius ad Cepheum Beli filium commeauit, & Andromedam eius filiam duxit vxorem, ſuſtulit ex ea filium quem Perſem appellauit, eúmque illic reliquit: à quo (nam Cepheus carebat virili prole) cognomen ſortiti ſunt Perſæ. Medi eodem ornatu inſtructi militabant. nam hæc armatura Medica eſt, non Perſica. Habebant autem ducem Tigranem Achæmenidem. Hi quõdam ab omnibus vocabantur Arii: ſed vbi ad eos conceſſit ex Athenis Medea Colchis, immutauerunt & ipſi nomen. Ita de ſeipſis Medi commemorant. Ciſſii in militia cætero ornatu vt Perſæ ſunt armati, ſed pro pileis mitras ferunt. Eis dux erat [b] Anaphanes Otanis filius. Hyrcani quoque Perſica armatura ornati ducem habebant Megapanum, qui poſtea Babylonis procurator fuit. Aſſyrii autẽ qui militabant, hunc habebãt ornatum: Ferreas in capitibus galeas, barbarico quodam modo cõſertas, [c] non facilè penetrabiles: clypeos autem, haſtas, pugiones AEgyptiacis adſimiles: & præterea ligneas clauas ferro inductas, ac lineos thoraces. Iſti à Græcis Syrii vocabantur, ſed à barbaris

a Eandem vocem, videlicet δοκίμαλλον, quam hic malè interpretatur Cõiectura diſcutiendum, ſtatim poſt bene uertit, Facile ad coniectandum, id eſt Cuius ſignificationẽ conijcere facile erat, uel coniecturã aſſequi.

b Anaphes.

c Non facili explicatu. Vel, Quem explicare difficile fuerit, uel deſcribere.

Assyrii sunt vocati (inter quos Chaldæi sunt) iis præerat Hotaspes Artachæi filius. Bactrii capitis ornatu in acie simillimo illi Medico muniti erant, sed more gentis, arundineis arcubus & hastis breuibus. Sacæ, qui Scythæ sunt, cristatas in capitibus cassides gestabant, in acutum erectas atque cōpactiles, induti femoralibus: necnon arcus gentiles atque pugiones, ad hoc dolabras ac bipēnes. Hos, quum sint Scythæ Amyrgii, Sacas appellabāt, quòd cunctos Scythas Persæ Sacas appellant. Bactriis & Sacis præerat Hystaspes Darii filius & Atossæ Cyri filiæ. Indi vestiti erant amictu è lignis confecto: arcus arundineos gestabant, itémq; arundineas sagittas ferro præfixas: ita instructi Indi, erāt sub duce Pharnazathre Artabatis filio. Arii Medicis arcubus muniti erant, cæteris quemadmodum Bactrii. Iis præerat Sisamnes Hydarnis filius. Parthi & Chorasmii & Sogdi & Gandarii & Dadicæ eandem in acie quam Bactrii armaturam gestabant. quorum Parthis & Chorasmiis præerat Artabazus Pharnacis filius: Sogdis, Azanes Artæi filius: Gandariis & Dadicis Artyphius Artabani filius. Caspii, sisyris, *quod est genus penulæ*, induti, arcus gentili more arundineos gestabant & acinaces, ducem sui agminis habentes Ariomardum Artyphii germanū. Sarangæ indumenta gestantes versicoloria decori erant, caligásque genuum tenus extentas: arma habebant arcus lanceásque Medicas, duce Pherendate Megabazi filio. Pactyes, & ipsi sisyras ferebāt, & vernaculos arcus atque pugiones: quorū dux erat Atrayntes Itramitis filius. Vtii & Myci & Parycanii eodem quo Pactyes modo armati, erant. sub his ducibus: Vtii quidem & Myci, sub Arsamane Darii filio: Paricanii verò sub Siromitre OEbazi filio. Arabes succincti erant ziras *amiculi genus*, arcúsque recuruos habiléque gestabant. AEthiopes pardorū pellibus leonúmq; amicti, arcus è palmarum spathis factos gerebant, quatuor non minus cubitis longos: & itē prælōgas ex arūdine sagittas, pro ferro præfixas eo lapide acuminato quo sigilla sculpunt: præterea hastas capreæ cornu præfixas, in modum spiculi acuminato, & clauas præferratas. Hi quum eūt in pugnam, dimidiatū corpus gypso, dimidiatum minio illinunt. Arabum autē AEthiopúmque qui trans AEgyptū incolunt, dux erat Arsames Darii filius & Artystonæ Cyri filiæ: quam Darius ex vxoribus maximè adamans, [a] cum talari ex auro tunica effinxit. Arsames quidem AEthiopibus qui sunt trans AEgyptum, atque Arabibus præerat. Ii autem AEthiopes qui sunt ab ortu solis, (nam bifariam militabant) censebantur cum Indis, specie nihil admodū à cæteris differētes, sed sono vocis duntaxat atq; capillatura. Nam AEthiopes qui ab ortu solis sūt, [b] promissos crines: qui ex Libya, crispissimos inter omnes homines habent. AEthiopes autem hi qui ex Asia erant, pleraque arma quæ Indi gestabant, pelléq; frontium equinarū cum auribus atq; iubis, in capitibus, vt ipsæ iubæ pro cristis essent, & hirtæ aures equinæ rigerēt. in locum clypeorum pelles gruum prætendebant. Libyes autem corio armati iere, ac iaculis præustis, duce Masange Aorizi filio. Paphlagones autē capitibus gerebant cōpactiles cassides, scuta exigua, hastas haud longas, præterea iacula, pugionéq;, pedibus [c] caligas more gentis ad media crura subtentas. Eandē quam Paphlagones armaturam gestabant Ligyes & Matieni & Mariandyni & Syri. Isti autem Syri à Persis Cappadoces vocantur. Paphlagonum & Matienorum dux erat Dotus Megasidis filius: Mariādynorū & Libyum & Syrorū, Gobryas Darii filius & Artystonæ. Phryges autē proximā Paphlagonicæ armaturā gerunt, paulùm differentes: qui (vt Macedones aiunt) tamdiu vocati sunt Bryges quādiu EVropæi fuerunt, Macedonum accolæ: trāsgressi autem in Asiā, vnà cum loco nomē immutauere in Phryges. Armenii Phrygum cultu armati erāt, vtiq; illorum coloni. His vtrisq; præerat Artochmes, qui Darii filiā in matrimonio habebat. Lydi proximè ad Græcorum armaturam accedebāt, olim Meones vocati: pristinóq; nomine sublato, à Lydo Atyis filio cognomē acceperūt. Mysi super capita gentiles galeas ferebant, scutula quoque ac præusta iacula. Sunt autem Lydorū coloni, à mōte Olympo Olympieni nominati. Horum vtrisque præerat Artaphernis filius, qui collega Datis apud Marathonem conflixit. Thraces è pelle vulpina cassides gestabant, tunicis induti, & insuper circundati variis sagulis, pedibus ac tibiis indutis caliga è pellibus hinnulorum: ferentes præterea iacula & peltas & pugiunculos. Isti transgressi in Asiam, vocati sunt Bithyni, prius appellati (vt ipsi aiunt) Strymonii, quòd Strymonem accolerent: à suisq; sedibus exacti à Teucris & Mysis. Thracibus autem qui Asiam incolunt præerat Bagasaces Artabani filius, gestātibus breuia [d] è corio scuta, & bina singulis [e] veruta ad lupos conficiēdos apta, in capitibus æreas cassides, & super cassides ex ære factas aures bouis & cornua, impositis etiam cristis. crura autem panno Phœniceo erant induta. Martis oraculum apud hos

a Imaginem eius ex auro solido compactam habuit.

b Rectos crines.

c Calceos patrio more ad media crura extentos.

d E crudo bouis tergore. *ut paulo pòst ver tit eandem uocem.*

e Venabula Lycii operis.

viros eſt. Cabelees Meones(qui Laſinii vocantur)eundem cultum geſtabāt quem Cilices:quem ego,dum ordine ad Cilices veniam, indicabo. Milyæ autem lāceolas gerebant,& veſtes fibulis ſubſtrictas, & eorum nonnulli Lycios arcus,in capitibus galeas è pellibus factas.Horum autem omnium præfectus erat Badres Hyſtanis filius. Moſchi ligneas circa capita caſſides gerebant,ſcutáque ac haſtilia breuia,ſed longa in haſtilibus ſpicula. Eodem quo Moſchi ornatu militabant Tibareni, & Macrones, & Moſynœci, quos hi regebant: Moſchos & Tibarenos Ariomardus Darii filius & Parmyis filiæ Smerdis filii Cyri: Macrones & Moſynœcos Artayctes Chorafmis filius,qui Seſti in Helleſpōto præſes erat. [a]Mares in capitibus ligneas galeas gerebant,ſcutuláq; è crudo bouis tergore,atque lāceolas, præterea machæras. Præerat autem Maribus & Colchis Pherendates Theaſpis filius. Alarodii & Saſpires eodē quo Colchi ornatu militabāt,duce Maſiſtio Sirometris filio.Inſulanæ gentes,quæ rubro è mari ſequutæ ſunt ex iis inſulis ad quas tranſportare rex ſolet quos è ſuis locis ſummouet,gerebāt proxima Medis & veſtimenta & arma,quibus præerat Mardōtes Bagæi filius, qui apud Mycalē dux ſecūdo pòſt anno in pugna oppetiit. Hæ erāt nationes quæ per cōtinentem ibant, ex quibus cōſtabat pedeſter exercitus: quibus ii præerant qui cōmemorati ſunt, quíq; ordinarant milites connumeraueránt q;,& chiliarchas,*id eſt tribunos qui mille*,& myriarchas,*id eſt qui decem millibus præſunt* delegerant. nam myriarchæ centuriones decanóſque creauerant.Erant & alii agminum & gentium prætores:verùm ii qui nominati ſunt,erant duces.Horum tamen & totius exercitus imperatores erāt,Mardonius Gobryæ filius,& Tirintatæchmes filius Artabani,qui diſſuaſerat bellū Græciæ inferēdum, & Smerdones Otanis filius, ambo hi fratrum Darii filii,Xerxis patrueles:& Maſiſtes Dario & Atoſſa genitus, & Gergis Ariazi & Megabyzus Zopyri filius. Hi erant imperatores omniū pedeſtriū copiarū, præter illa delecta Perſarū decē millia,quibus præerat Hydarnes Hydarnis filius:qui vocabantur immortales,ob hoc, quòd ſiquis eorum aut nece aut morbo numerum imminueret,alius ſufficiebatur: nec vnquam plures erant pauciorēſve decem millibus,præcipuo inter omnes cultu decori, & iidem præſtātiſſimi omniū, vt dictum eſt:& præterea immenſo auro conſpicui,ducentes vnà carrucas cum pallacis ac familia permulta eáque bellè ornata: necnon camelos ac iumenta, præter cæteros milites, quæ commeatum portabant. Equitant autem hæ nationes, ſed non omnes habebant equos,verùm hæ ſolæ:Perſæ,qui eadem erant qua peditatus armatura ornati,niſi quòd quidam geſtabant in capitibus opera ex ære ferróque dūctilia.Sunt autem quidam Nomades homines,qui Sagartii appellantur, & gente & voce Perſæ, ſed cultu inter Perſicum & Pactyicum, qui contulerunt equitatum octo millium equitum, armaturam neque aheneam neque ferream aſſueti ferre, præter pugiones,vtentes reſte è viminibus conſerta, qua freti in prælium eunt.Eſt autem prælium eorum virorum huiuſmodi: Cum hoſte congredientes iniiciunt eas reſtes in ſummo habētes laqueos,qui quum aut equum aut hominem adepti ſunt, eum ad ſe trahunt:ita illi illaqueati conficiuntur.Talis horum pugna eſt,iidémque inter Perſas cenſentur. Medi eandem equites quam pedites armaturam gerunt: & item Ciſſii. Indi quoque eandem quam peditatus ſuus geſtant armaturam. cæterùm equos deſultorios agebant & currus: quibus curribus ſuberant & equi & aſini agreſtes. Bactrii eodem ornatu inſtructi erant equites quo pedites & item Caſpii. Libyes & ipſi eandem quā pedites armaturam gerebant:curruū autē hi cuncti erāt agitatores. Caſpii quoq; & Paricani itidē atq; ſuus peditatus inſtructi erāt. Necnon Arabes eo quo pedites ornati cultu agitabant camelos nihilo inferiores equis pernicitate.Hæ ſolæ gentes erant equeſtres. Fuítque numerus equitū,octo myriades,*id eſt octoginta millia*, præter camelos & currus. Et alii quidem equites in ordinem redacti erant:Arabes autem in vltimo locati,ob id poſtremi ne equitatus conſternaretur,equis camelos non tolerantibus. Equitatus autem præfecti erant,Harmamithres & Tithæus,filii Datis:quorum tertius collega Pharnuches Sardibus erat relictus ægrotus. Nam quum Sardibus proficiſceretur, in calamitatem incidit inſciens.equitante enim eo canis ſub pedes equi intercurrit:quo equus improuiſō deterritus atque erectum ſeſe attollens, Pharnuchem excuſſit. Hic collapſus ſanguinem euomuit,nactúſque eſt morbū qui in phthiſin,*id eſt tabem*,euaſit.Equo autem à caſu ſtatim domini, fecerunt famuli vt ille iuſſerat:Abducto nanque in eum locum vbi dominū ſtrauerat,crura cum genibus abſciderunt.Itaque Pharnuches ita à præfectura ſummotus eſt.Porro triremes inito numero fuere mille ducentæ & [b]octo: quas hi præbuere:Phœnices,cum Syris qui Palæſtinā incolūt,trecētas,hūc in modū

a Mares in capitibus quidē galeas more patrio textiles geſtabant, *uel nexiles*,clypeos autē paruos pelliceos, & iacula Colchi in capitib.ligu.

b Septem.

ornati:Circa capita galeas Græcanicis proximas gerebant, induti thoracibus lineis, cum ſcutis vmbone carentibus, cúmque iaculis. Hi Phœnices (vt ipſi memorant) quondam mare rubrum accolebant:illinc tranſgreſſi,maritima Syriæ habitant. Is autem tractus Syriæ,& quicquid AEgypto tenus eſt, Palæſtina vocitatur. Hi circa capita caſſides forcipiculatas gerebant,conuexa autem ſcuta magnis vmbonibus prædita, ac grandia pila nautica, & grandes bipennes. eorum turba thoraces gerebat ac magnas machæras.Hunc in modum iſti armati erant. Cyprii autē centum quinquaginta naues præbebāt,hoc modo armati: Reges eorū mitris redimiti erant:reliqui tunicas geſtabāt,cætera vt Græci.Quorū gentes ſunt partim à Salamine & Athenienſibus,partim ab Arcadia,partim à Cythno, partim à Phœnice, partim ab AEthiopia oriundi,vt ipſi Cyprii aiunt. Cilices,centū naues.hi circa capita ferebant gētiles galeas,pro ſcutis parmulas è crudo bouis corio factas, laneis veſtibus induti: bina ſinguli iacula geſtātes,& enſem machærę AEgyptiacæ perſimilē.Hi quondam Hypachæi appellati fuerāt,ſed à Cilice Phœnice Agenoris filio illud nomen acceperunt. Pamphylii,triginta naues, Græcanicis armis ornati, qui ab illis originē ducunt qui cum Amphilocho & Calchante è Troia diſiecti fuerant. Lycii præbuerunt naues quinquaginta,thoracibus ocreiſq; armati: arcubus quoq; è corno factis, & arundineis ſagittis ſine pennis,atque iaculis:gerētes ex humeris ſuſpenſas caprarū pelles,& in capitibus pilea pennis coronata, quinetiā pugiones & falces.Hi è Creta oriundi,quondā Termilæ nominati,ſed à Lyco viro Athenienſi Pandionis filio,Lycii fuerunt cognominati. Dores qui ſunt ex Aſia,naues triginta.hi Græca gerebāt arma,vti è Peloponneſo propagati. Cares,ſeptuaginta naues, cætera Græco more ornati,ſed & falces & pugiones gerebant.[a] quos prius appellatos fuiſſe Hœtines, in ſuperioribus libris dictū eſt. Iones, centum naues,armati Græco ritu:qui quandiu in Pelopōneſo regionē quæ vocatur Achaia incoluerunt,& ante aduentum Danai & Xuthii in Peloponneſum,(vt Græci aiunt)vocabātur Pelaſgi AEgialees, *id eſt littorales*,ſed ab Ione Xuthi filio,Iones ſunt appellati. Inſulani,naues decem & ſeptē, armati vt Græci:& ipſi Pelaſgica gens,ſed mox Ionica,ob eandem cauſam ob quam & duodecim oppida ſunt Ionica ab Athenienſibus appellata. AEoles, ſexaginta naues,ritu Græco armati,& olim Pelaſgi(vt apud Græcos fertur)vocati. Helleſpōtii, centum naues,præter Abydenos:quibus mandatum erat ab rege vt circa locū manerent ad pontes cuſtodiendos.Cæteri è Ponto erant,Græco more armati, Ionum ac Dorum coloni. In omnibus autem nauibus epibatæ erāt Perſæ & Medi & Sacæ, quarum velociſſimas præbuere Phœnices,& inter Phœnices optimas Sidonii.Harū ſingulis,& item pedeſtribus eorum copiis præfecti erant vernaculi duces: quorum ego(quia ratio hiſtoriæ non exigit neceſſariò)non faciam mētionem. Neque enim ſingularum nationum duces digni memoria fuere, quarum quot vrbes,tot duces extitere:ſed non vt ductores, verùm vt ſerui (quemadmodum alii qui ducebantur in militiā)venere:quoniā duces penes quos ſumma imperii erat,vt ſingularum gentium principes,quinam eorū Perſæ fuerint,à me cōmemoratum eſt. Nauticis autē hi copiis præfuere:Ariabignes Darii,& Prexaſpes Aſpathinis,& Megabazus Megabatis,& Achæmenes Darii filius.Ionicæ quidem claſſi & Cariæ Ariabignes,ex Dario & filia Gobryæ genitus:AEgyptiacæ autē Achæmenes, Xerxis ex vtroque parēte germanus:reliquæ autem claſſi reliqui duo.Porro biremes, lembos quinquaginta aut triginta remorum,& actuaria nauigia,& alia minuta, cum hippagogis, *quæ equos uehunt*,contracta conſtat ad trium millium peruenisſe. Eorum autem qui in claſſe erant,ſecundum duces,illuſtriſſimi fuere, Sidonius Tetramneſtus Alleſi filius,& Tyrius Mapen Sironi,& Aridius Nerbalus Arbali,& Cilix Syenneſis Oromedontis,& Lycius Cybernicus Sicæ filius.Cyprii autem,Gortus Cherſis, & Timonax Timagoræ filius. Carum verò Hiſtiæus Tymnis, & Pygres Seldomi, & Damaſithymus Candaulis filius. Aliorum nunc præfectorum mentionem facere ſuperſedeo, tanquam non neceſſe habens. Verùm Artemiſiæ præcipua me tenet admiratio, mulieris expeditionem aduerſus Græciam ſequutæ: quæ defuncto viro, ac pupilli filii tyrannidem obtinens, nulla adacta neceſſitate, ſed præſtantia animi atque virilitate in militiam conceſſit. Nomen ei erat Artemiſiæ, Lygdamis filiæ, paternum genus ex Halicarnaſſo, maternum è Creta. Imperans hæc Halicarnaſſeis, & Cois, & Niſyriis, & Calydniis, quinque cum nauibus venit omni copia inſtructis. atque poſt Sidonias hæ naues fuerunt illuſtriſſimæ. Eadem apud regem optimas inter omnes ſocios ſentētias dixit. Quas ciuitates recenſui ſub illius imperio fuiſſe, earum vniuerſam gentem annuo Doricam eſſe, Halicarnaſſeorum quidem Trœzeniam,

cæterorum

a Hi autem quo prius nomine vocati fuerint,in ſuperiorib. *Hic autem ridiculè fecit populos ex nocabulo οἶνος, ut ſuprà,pag.171 ex nomine ναῦται populos Heſſones fecerat.*

cæterorum autem Epidauriam. Hactenus de nautico exercitu. Xerxes, inito copiarũ numero, militibus instructis, concupiuit illos lustrando oculis obire: quemadmodum & fecit. Itaque inscenso curru singulas nationes lustrans, quænam essent percontabatur: quarum professionem scribæ excipiebant, donec ad extremos equitũ peditúmque peruentum est. Hoc perfecto, & nauibus in mare deductis, Xerxes è curru in nauim Sidoniam transcendit: residénsque sub aureo tabernaculo, præteruehénsque nauium proras, sciscitabatur de singulis itidem vt de terrestri exercitu fecerat, describíque iubebat. Enimuero nauarchi productas à littore quatuor ferè iugerum spatio naues stabilierant, conuersis à terra proris, & in vnam frontem digestis, epibatis quoque, *id est propugnatoribus*, tanquã ad bellum armatis: quos Xerxes inter proras & littus nauigans conspicabatur. Vbi autẽ & classem lustrauit, egressus naui accersit Demaratum Aristonis filium, comitem huius aduersus Græciam expeditionis, éique accersito ita inquit, Demarate, iuuat nunc me quæ cupio abs te interrogare, qui & Græcus es, & non ex minima ciuitate, vt audio tam ex te, quàm ex aliis Græcis [a] qui me alloquendi gratia adeunt. nunc igitur hoc mihi expone, nunquid Græci sustinebunt manus contra me leuare. nam (vt ego opinor) ne omnes quidem Græci ac cæteri mortales qui [b] ad hesperum incolunt, si congregarẽtur, pares essent nostris armis, nec me inuadentem expectarẽt: quum non sint inter se concordes. Libet tamẽ mihi abs te audire quid de hoc dicas. His verbis interrogauit. Demaratus autẽ excipiens, Vtra, inquit, apud te rex vtar? veritaténe an iucunditate? Ille vt veritate vteretur iubere. neque enim sibi ob id eum minus iucundum fore quàm antea fuisset. Hoc vbi Demaratus audiuit, Quoniam, inquit, me iubes rex omnino veritatẽ proloqui, [c] ea dicam quę nemo nisi mentiens apud te postea carpet. Græcia semper quidẽ alumna fuit paupertatis, hospes virtutis, quam à sapiẽtia acciuit & à seuera disciplina, quã vsurpans Græcia, & paupertatẽ [d] tuetur & dominatũ. Ita laudo quidẽ omnes Græcos qui Dorica illa loca vel circa incolũt: sed nõ de cũctis eis verba faciã, verùm de Lacedæmoniis solis. Iam primùm nego fieri posse vt tuã orationẽ admittant, afferentẽ Græciæ seruitutẽ: deinde *annuo* venturos tibi obuiam ad pugnãdum, etiamsi cæteri Græci omnes sentiant tecum. Neque verò de numero eorum quæras, quot illi sint qui hoc facere possint. nam si in exercitu eorũ mille fuerint, ii tecũ congrediẽtur: & itẽ siue pauciores siue plures. Hæc quũ audisset Xerxes, sublato cachinno inquit, Demarate, quódnam extulisti verbum? mille omnino viros cum tãto exercitu congressuros? Agedum, dic mihi, nónne teipsum ais istorum virorũ fuisse regem? vísne igitur sine mora tu cum decem viris dimicare? Quòd si vestri populares omnes tales sunt quales tu prædicas, profectò secundum vestra instituta debes tu, qui illorum es rex, duplum præstare quàm singuli eorum: qui si denis è meo exercitu pares sint, iure abs te posco vt viginti sis par: ita verba quæ dixisti, comprobabuntur. Atqui si tales sunt illi ac [dd] tãta statura qualis quantúsque tu, ac cæteri Græci qui in colloquium meum venerunt, videte ne, quum tãtopere gloriamini, frustra id insolentérque faciatis. nam age intelligam quocunque argumento, vnde fieri queat vt mille aut decem millia atque quinquaginta millia hominum, qui præsertim sint omnes liberi, nec vnius imperio subiecti, tanto exercitui obsisterẽt: quum simus nos plures quàm milleni ad singulos eorum, si fuerint quinque millia. [e] Nam sub vno (quemadmodum apud nos fit) imperatore milites, illius metu, etiam contra suam ipsorum naturam meliores efficiuntur, adactíq; verberibus, vel pauciores aduersus plures eunt: iidem remisso libero sibi arbitrio, neutrum horum facerent. Adeo opinor Græcos etiam pares numero Persis, ægrè cum eis solis certaturos. quinimo istud apud nos solos est quod ais: verùm non ita multum, sed rarum. sunt enim è Persis meis satellitibus qui velint cum ternis Græcis pariter dimicare: quorum tu inexpertus multa blateras. Ad hæc Demaratus, Intelligebam, inquit, rex ab initio me vera dicentem, non iucundum tibi futurum: sed quia tu dicere me verissima coegisti, dixi quæ erant è dignitate Spartanorum. Quanquam ipse optimè intelligis quantopere nunc illos ego amem, qui me honore & dignatione paterna exutum, extorrem profugúmq; fecerunt: quẽ pater tuus exceptum, victu ac domicilio donauit. Quare non est credibile virum prudẽtem respuere beneuolẽtiam exploratam, sed maximè obseruare. Ego autẽ neq; cum decẽ promittã me posse dimicare, neq; cum duobus: ac ne singulari quidẽ certamine volẽs certauerim. At si necesse fuerit, aut vehemẽs discrimẽ institerit, libẽtissimè cũ vno quolibet istorũ hominũ dimicarem, qui se singulos aiũt idoneos ad certandũ cum ternis Græcorum. Etenim Lacedæmonii pugnãdo cum singulis, non sunt illi quidẽ cæteris deteriores viris; at conferti, cunctorũ virorũ

a Qui me alloquuntur, *Vel, Quibuscum mihi sermo est.*

b Ad occidentem.

c Ea dicentem ob quæ nemo à te postea mendacii cõuincetur. *uel arguetur. Relinquitur autem pendens sententia, ut subaudiatur, Ita res se habet, uel, Audi.*

d Propulsat.

dd Tantilla.

e Nã si more nostro vni parerent, illius metu strenui magis quàm pro sua natura reddi possent, & verberibus adacti adorirẽtur plures quàm ipsi essent: at nunc quum solutè & liberè viuant, horũ certè neutrum fecerint.

f Hastatis, *ut & ipse antea est interpretatus.*

ſunt excellentiſſimi: nã licet ſint liberi, non tamen ſunt vſquequaque liberi: quippe » quibus præeſt domina lex, quam multo magis metuiunt quàm tui te. Faciunt ergo » quæcunque illa cogit. cogit autẽ idẽ ſemper, vetans ſemper eos ex acie fugere quan- » tamuis hominum multitudinem: ſed iubens vt ordinem non deſerentes, aut vin- » cant aut occumbant. Hæc ego loquens, ſi tibi blaterare videor, volo poſthac in cæte- » ris ſilentium agere. Hactenus loquutus ſum coactus: tibi verò ex ſentẽtia contingat, » rex. Hæc loquuto Demarato, Xerxes ad riſum verſus, nulla indignatione permotus » eſt, ſed comiter hominẽ remiſit. Poſt Demarati colloquiũ, vbi Doriſco præfecit prætorẽ Maſcamẽ Megadoſtis filiũ, amoto eo quẽ Darius præfecerat, ire cum exercitu aduerſus Græciam pergit. Huic Maſcami, quem illic reliquit Xerxes, vni tãquam omnium prætorum præſtantiſſimo quos aut ipſe aut Darius cõſtituiſſet, dona quotannis miſit: & item eius poſteris Artaxerxes filius Xerxis. Etenim ante hanc expeditionem in Thracia & vbique in Helleſponto prætores fuerant, qui omnes poſt eandem expeditionem à Græcis eiecti ſunt & è Thracia & ex Helleſponto, præterquã è Doriſco. [a] vnde Maſcamẽ Græci, permulta conati, tamẽ eiicere nequierunt. ob id huic ab eo qui in Perſis regnat, ſemper dona mittuntur. Eorum verò qui à Græcis expulſi ſunt, neminem rex Xerxes virum egregium eſſe dixit, præter vnum Bogem ex Eione, quem laudare non deſinebat, eiúſq; qui ſuperfuere liberos maximo inter Perſas honore proſequebatur. Siquidẽ magnis ferri laudibus Boges meruit: qui quũ ab Athenienſibus & Cimone Miltiadis filio obſideretur, licerétque ei accepta fide egredi & in Aſiam remeare, tamẽ abnuit, ne regi præ metu ſuperfuiſſe videretur, ſed ad extremum vſq; perſtitit: atq; vbi nihil in mœnibus commeatus reliquum fuit, accenſo ingẽti rogo, interemit liberos, coniugem, concubinas, familiam: eóſq; in rogũ deiecit: dehinc omne aurum vrbis atq; argẽtum è muris diſperſit in Strymonem. his actis, etiam ſemetipſum coniecit in rogũ. Ita hic meritò à Perſis ad hoc vſque tẽpus præconio celebratur. Xerxes è Doriſco in Græciam tendens, vt quoſque populos adibat, ſecum militare cogebat. Erat autẽ (vt ſuperius à me expoſitum eſt) omnis ad Theſſaliam vſque tractus in ditionem redactus & regi tributarius effectus à Megabazo & mox à Mardonio. Digreſſus à Doriſco, præteriit primùm Samothracios muros, quorum vltimum oppidum ad veſperam ſitum eſt nomine Meſambria, cui vicinum eſt oppidum Thaſiorum, Stryma: quæ oppida interfluit amnis Liſſus, cuius aqua tunc non ſuffecit copiis Xerxis, ſed defecit. Hæc olim regio vocabatur Galaica, nunc autem Briantica: quæ tamen optimo iure Ciconum eſt. Tranſmiſſo profluente Liſſi arefacto, Xerxes has Græcas vrbes prætergreſſus eſt: Maroneam, Dicæam, Abdera, eas inquam præteriit, & hos qui iuxta eas ſunt, famoſiſſimos lacus, [b] Iſmaridẽ, qui Maroneam Strymámq; interiacet: Biſtonidẽ Dicææ contiguũ, in quẽ duo flumina ingrediũtur, Trauus & Cõpſatus. Iuxta Abdera autẽ nullũ nobilẽ lacũ præteriit Xerxes, ſed fluuiũ Neſtũ mare ſubeũtẽ. Poſt has regiones perrexit mediterraneas verſus vrbes: in quarum vna eſt lacus triginta ferme ſtadiorum in circuitu, piſcoſus & admodũ ſalſus: quẽ ſola iumenta quum aquarentur exſiccauere. Huic vrbi nomen eſt Piſſyrus. Has vrbes & maritimas & Græcas ſiniſtrorſum relinquẽs præteriit Xerxes. Per quas autẽ gẽtes Thraciæ prouinciæ iter fecit, hæ ſunt: Pæti, Cicones, Biſtones, Sapæi, Derſæi, Edoni, Satræ. Quorum qui maritimi erant, nauibus ſequuti ſunt: qui verò mediterranei (qui & cõmemorati ſunt à me) præter Satras, cæteri omnes terreſtri itinere ſequi coacti ſunt. Satræ nulli olim hominũ, quãtum nos ſcimus, fuere ſubiecti, ſed ſoli è Thracibus ad meam memoriam liberi ſemper perſtitere. Editos enim mõtes incolunt omnigenis arboribus ac niuibus obſitos: ſúntque viri in re bellica eximii: apud quos oraculum eſt Dionyſi, ídque in editiſſimis montibus. Eorum qui in illo templo prophetant, *id eſt vaticinantur*, ſunt Beſſi: antiſtes verò quæ reddit reſponſa, quemadmodum Delphis, & nihilo magis varié. Peragrata autem quam dixi regione, Xerxes ſecundo loco tranſiit muros Pierum, quorum vni nomen eſt Niphragæ, alteri Pergamo. Hac iter præter eos muros faciebat, à manu dextera relinquens montem Pangæum, magnum atque excelſum, in quo aurea ſunt & argentea metalla, quæ cum Pieres & Odomanti, tum præcipuè Satræ [c] exercent. Super Pangæum ad aquilonem habitantes Pæones, Doberes & Pæoples prętergreſſus Xerxes, ad veſperam verſus contendit, donec ad flumen Strymonem peruenit, & vrbem Eionem, cuius prætor Boges (de quo paulo antè fecimus mentionem) adhuc viuebat. Regio autem hæc Pangæo monti circumiecta nominatur Phillis. Hinc veſperum verſus porrecta ad flumẽ Angitem, quod Strymonem ſubit: hinc meridiem verſus ad ipſum Strymonem, ad quem magi mactatis equis can-

a At Maſcamẽ hunc qui apud Doriſcum erat, nulli eiicere potuerunt, multis licet id conatis.

b *Hæc nomina lacuũ, fœminina ſũt Græcis, quia λίμνη illis fœminini eſt generis. Idem & in ſeq. obſeruandum.*

c Poſſident.

didis litauerũt. His & aliis cõpluriḇ medicamẽtis in flumẽ factis, per Nouẽ vias Edonorũ iere: iuxta quas Strymonẽ põtibus iũctũ inuenere. Audientes autẽ eũ locũ Nouẽ vias Edonorũ appellari, totidẽ illic pueros ac virgines virorum indigenarum viuos defoderunt. Perſicum enim eſt defodere viuentes. nam & Ameſtrin Xerxis vxorem, iam prouectæ ætatis, audio bis ſeptem illuſtrium Perſarum liberos defodiſſe ad referẽdam pro ſe gratiam deo qui ſub terra eſſe fertur. Vbi à Strymone progreſſus eſt exercitus, illic ad ſolis occaſum eſt littus, in quo ſitam vrbem Græcam nomine Argilum præteriit. hæc & quæ ſuper eam eſt regio, vocatur Biſaltia. Illinc autem, ſinum Neptuni templi à læua manu habens, perrexit ad campum nomine Syleum, præteriens Stagirum Græcam vrbem, peruenítque Acanthum, ducens vnà ſingulas harum gentium, & item ex accolis montis Pangæi, & ex illis quas ſuperius commemorauí: iis qui maritimi erant, claſſe: qui procul à mari aberãt, terreſtri itinere ſequentibus. Hanc autem viam qua Xerxes duxit exercitum, Thraces neque confundunt, neque ſerunt, ſed ad mea vſque tempora magnopere venerantur. Poſteaquam autem Acanthum peruenit Xerxes, præcepit Acanthiis vt hoſpitalitatem exhiberent, eóſque Medica veſte donauit: laudauitque quòd alacres cerneret eſſe ad bellũ, quódque audiret foſſam eſſe abſolutã. Xerxe autem apud Acanthum agente contigit vt Artachæes, qui foſſæ faciundæ præfuerat, morbo decederet, vir Xerxi ſpectatus, genere Achæmenides, ſtatura inter Perſas [a] proceriſſima. quippe cui quatuor omnino digiti deerant à longitudine quinque regiorum cubitorum. Xerxes magno damno ducens maximum hominem fato functum, apparatiſſimè eum funerauit, exhibito etiam epulo, ciúſque tumulum omnis exercitus extruxit: cui tanquam heroi ex oraculo Acanthii ſacrificant, nomine eum nuncupantes. Et rex quidem Xerxes amiſſo Artachæ iacturam ſe feciſſe exiſtimabat. At ii Græci qui exercitum excipiebant, quum Xerxi cœnam præberent, in omnem miſeriam deuenere, adeo quidem vt ſuis laribus efficerentur extorres. Dum autem Thaſii pro ſuis vrbibus quæ in continente ſunt Xerxianas accipiunt copias, Antipater Orgis filius, clatus animo, vir inter populares illuſtris, erogauit in cœna quadringenta argenti perfecta talenta. Eá rem vbi qui præerant propoſuere aliis circa vrbibus, (tale enim conuiuium iampridem indictum fuerat, & diu celebratum) hoc vbi accepere, præſertim præconibus paſſim prædicantibus, tunc verò oppidani frumentum quod in vrbibus erat, inter ſe diſtributum molebant, farinámque triticeam hordeaceámque in complures menſes faciebant. Ad hæc [b] excogitauere ob pretium optima quæque pecora ſaginare, & altiles aues habere, terreſtres paluſtréſque, in cortibus & in viuariis, ad accipiendum exercitum. Quinetiam aurea argenteáque pocula & crateres faciebant, & cætera quæ menſæ imponuntur. Hæc omnia ipſi regi & iis qui cum illo veſcebantur, fiebant: cætero autem exercitui, quæ ad eſum dun taxat præcepta erant. [c] Sub aduẽtum autem exercitus, tabernaculum vbi exercitus maneret, ſtatuebatur: reliqui ſub dio agebant. Vbi tempus cœnæ aderat, tunc conuiuatores quidẽ laborẽ ſuſtinebant: iſti verò quum expleti noctẽ illic exegerant, poſtero die reuulſo tẽtorio & omni apparatu ſumpto, ita abſcedebãt, nihil relinquẽtes, ſed omnia aſportantes. Vnde Megacreontis viri Abderitæ elegans dictũ extitit, qui ſuaſit Abderitis vt vniuerſi, mares pariter ac fœminæ, ſua delubra adirẽt, ſupplicitérq; diis aſſidentes precarentur vt poſthac dimidium futurorum malorum à ſe propulſaretur. nam de præteritis magnam ſe gratiam illis habere, quòd rex Xerxes non bis quotidie cibum capere conſueſſet. Fore enim vt Abderitæ, ſi iuberẽtur vt etiam prãdium ſimile cœnæ inſtruerent, aut non præſtolarẽtur Xerxẽ aduenientem, aut præſtolati, peſſimè inter omnes homines affligerẽtur. Et iſti quidẽ quanquam grauatè, tamen quod ſibi imponebatur exequebantur. Xerxes verò ex Acantho duces claſſis à ſe dimiſit, iuſſos ad Thermam cum claſſe ſe opperiri. Eſt autem Therma in Thermæo ſinu ſita, à qua ipſe ſinus habet cognomen. Hanc enim compendiariam magis viam eſſe audiebat. nam è Doriſco ad Acanthum vſque ita inſtructus exercitus iter fecerat, tripartitò diuiſus omnis, iuſſu Xerxis: vt vna pars ſecundum mare iret pariter cum claſſe, cui parti præerant Mardonius & Maſiſtes: altera per mediterranea, cui præerant Trintatæchmes & Sergis: tertia inter has media, cum qua Xerxes ipſe incedebat, ducibus Smerdone & Megabyzo. Nauticus porro exercitus vbi à Xerxe diſceſſit, foſſam enauigauit in Atho depreſſam ac perductam ad ſinum in quo Aſſa & Pidorus, & Singus & Sarga vrbes ſitæ ſunt. Ex quibus ſumpto cõmilitio, perrexit ire ad ſinum Thermæum: circumuectúſq; Ampelon promõtorium Toronæũ, præternauigauit has Græcas vrbes, (vnde & naues & commilitiũ

a Proceriſſima, (quippe cui quatuor dũtaxat digiti, &c.) & cui vox erat præ quouis alio altiſſima. adeo vt Xerxes, magno dã. &c. funeraucrit, exhib.

b Pulcherrimas quaſque pecudes pretio comparantes, ſaginabant, altileſque aues habebant, terreſtr.

c Quum autem aduenit exercitus, paratum quidem fuit tabernaculum *uel tentorium* quod fixerãt, quo ipſe Xerxes pro diuerſorio vtebatur: reliquꝰ autem exercitus ſub dio agebat. Vbi autẽ cœnæ tempus adfuit, tunc conuiu.

ſumpſit) Toronã, Galepſon, Sermylam, Mecybernam, Olynthum, quæ regio nũc Sithonia nominatur. Ab eo promontorio Ampeli præcidens mare vſque ad promontorium Canaſtræum, totam ferè Pallenam præteruectus eſt. illinc quoque & naues & commilitium ſumpſit, ex Potidæa, ex Aphyti, ex Noua vrbe, ex AEga, ex Therambo, ex Sciona, ex Menda, ex Sana. Hę ſunt vrbes ſitæ in Pallena, Phlegra prius appellata. Pernauigata hac regione, ad præſtitutũ locum peruenit, ſumptis etiam militibus è vicinis Pallenæ vrbibus ac Thermæo ſinui cõterminis: quibus hæc nomina ſunt, Lipaxus, Combrea, Liſſę, Gigonus, Campſa, Smila, AEnea. quarum regio adhuc Croſſæa nominatur. Ab AEnea autem, (in qua finis enumerandarum vrbiũ mihi factus eſt) iam ad ipſum Thermæũ ſinum curſus claſſis extitit, & ad terrã Mygdoniam: donec ad Thermam, quò præceptum erat, peruentum eſt, & ad vrbẽ Sindum, & ad Chaleſtram ſuper Axium ſitam flumẽ, quod Mygdoniam terram dirimit à Bottiæide: cuius terræ Bottiæidis arctum ad mare locum obtinent vrbes Ichnæ & Pella. Hîc nauales copiæ circa flumẽ Axium & vrbem Thermam & alias in medio horum vrbes ſtatiua habuere, regem opperientes. Huc peruenire volens Xerxes, Acantho profectus cum terreſtribus copiis mediterranea pręcidebat, peragrãs Pæonium agrum atque Creſtonicum, ſuper amnem Chidorum, qui è Creſtonæis initio ſumpto, per terram Mygdoniam fluens, in paludem quæ eſt ſupra Axium euoluitur. Hâc iter faciente Xerxe, leones impetum dederunt in camelos qui commeatum portabant. Sub noctem enim relictis locis conſuetis eò deſcenderunt, nullóque alio neque iumento neque homine tacto, in camelos graſſati ſunt.[a] Cuius rei cauſam admiror, quòd leones, quoties aliunde eis eſt quo indigent, abſtinent ab inuadẽdis camelis: quod animal nunquam antea nec experti fuerant illic, nec viderãt. Sunt autem per ea loca leones multi, & boues agreſtes prægrandibus cornibus, quæ ad Græcos veniunt. Leonum autẽ terminus eſt Abderorum flumẽ Neſtus, & Achelous, qui per Acarnaniam fluit. nam nemo aut ad auroram trans Neſtum vſquam gentium viſerit leonem in Europa, aut trans Acheloum ad Heſperum in reliqua cõtinente: ſed in horum fluuiorũ medio leones gignuntur. Poſtquam autẽ Thermã venit Xerxes, ibi ſubſtitit, tantũ maritimi ſpatii occupãtibus caſtris quantũ eſt ab vrbe Therma & Mygdonia vſq; ad cõfluentem Lydei & Haliacmonis, vbi agrũ Bottiæicum Macedonicúmq; diſterminant. In his locis ſtatiua habuere barbari: quibus potantibus ſolus ex iis qui commemorati ſunt amnibus Chidorus è Creſtonæis fluens non ſuppetiit, ſed defecit. Xerxes è Therma proſpiciens Theſſalicos montes Olympum & Oſſam præcelſæ magnitudinis, audiénſq; in medio eorum anfractum anguſtum eſſe, per quem fluit Peneus, & illic viam eſſe quæ in Theſſaliam fert, cupidine captus eſt nauigandi ad oſtium Penei inſpiciundum: quia ſuperiorem viam tenenti erat eundum per Macedones ſupernè habitantes ad Peræbos, præter Gonum vrbem. nam hâc tutiſſimum iter eſſe audiebat. Atque vt concupiuit, ita & fecit. itaque conſcenſa naui Sidonia, (quam ſemper conſcendebat quoties ei tale aliquid facere libebat) extulit ſignum cæteris nauibus proficiſcendi, relictis illic terreſtribus copiis. Eò poſtquam peruenit, oſtia Penei contemplantem ingens admiratio quum ſubiret, accitos viæ ductores interrogauit nunquid flumen poſſet auerti, vt alibi mare ingrederetur. Narratur autem Theſſalia quondam lacus fuiſſe, vtpote concluſa vndique præaltis montibus. nam quod Theſſaliæ ad auroram ſpectat, id Pelion & Oſſa iunctis inter ſe radicibus præcludunt: quod ad ventum aquilonẽ, id Olympus: quod ad Heſperum, id Pindus: quod ad meridiem & ventum auſtrum, id Othrys: quod inter hos montes medium, id Theſſalia eſt, ita deuexa vt cum alii frequentes amnes in eam defluant, tum hi quinque præcipui, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamiſus: qui è montibus Theſſaliam cingentibus in eam planitiem confluentes, per vnum anfractum & eum arctum in mare euadunt, in vnam aquam omnes redacti: qui ſimulac confluentem fecerunt, Peneus retento ſuo nomine cæteros innominatos reddit. Fertur quondam, quum nondum eſſet hic anfractus per quem flumina mearent, hos fluuios & præterea lacum Bœbeidem non fuiſſe nominatos quemadmodum nunc, & tamẽ non minus quàm nunc fluxiſſe, ſed ſuis fluẽtis omnẽ Theſſaliã effeciſſe pelagus. Ipſi quidẽ Theſſali memorant Neptunum feciſſe conuallẽ per quã meat Peneus, haud abſurdè ſentiẽtes. qui enim arbitratur Neptunum terrã quatere, & quæ terræmotu diducta ſunt, huius dei eſſe opera, ei cernenti hunc locum videtur Neptunus id feciſſe. nanq; diductio illa montium (vt mihi videtur) terræmotus eſt opus. Xerxi autem interroganti nunquid alibi exirẽt in mare oſtia Penei, deductores ſui rem compertã habẽtes, Rex, inquiunt,

[a] Miror autem qui fieret vt leones à cæteris quidẽ abſtinerẽt, camelos autem inuaderent, quod animal &c.

» nulli sunt huic flumini alibi in mare tendentes exitus quàm iste hîc. cuncta enim » vndiq; montibus redimita Thessalia est. Ad hoc Xerxes dixisse fertur, Solertes sunt » viri Thessali, qui suæ sibi imbecillitatis conscii, iampridem cum alia præuiderunt, » tum verò hoc, quòd regionem habeant facilem occupatu, & maturè expugnabi- » lem. Solum enim hoc esse negotium, flumen, obstructo anfractu, auersóque alueo » per quem meat, in eorum terram inducere, à quo omnis Thessalia præter mótes a- » quis obduceretur. [a] Hæc ita se habere Xerxes apud filios Alei dixit, quoniam Thes- sali è Græcis principes regi sese tradiderant, ratus id illos per totam nationem diuulgaturos. Hoc loquutus, & locum contemplatus, Thermam renauigauit. Vbi com- plures dies circa Pieriam est commoratus (nam montem Macedonicum, vt illac in Peræbos omnis transiret exercitus, tertia eius pars repurgabat) eodem legati qui di- missi in Græciam fuerant ad terram petendam, regressi sunt partim inanes, partim terram & aquam afferentes. Quam qui dederunt eorum, hi fuere, Thessali, Dolo- pes, Enienses, Peræbi, Locri, Magnetes, Meliénses, Achæi, Phthiotæ & Thebani, cæ- teríque Bœoti præter Thespienses & Platæenses: [b] cum quibus ii Græci *Peræbi* per- cussérant fœdus qui bellum aduersus barbarum sumpserant. fœdus autem ita habebat: Quicunque Græci se dedidissent Persæ, non adacti necessitate, [c] eorũ deci- mum quenque, rebus bene constitutis, se deo qui Delphis est deuoturos. Ita apud Græcos iusiurãdum se habebat. Xerxes autẽ neque Athenas neque Spartam legatos terram petitum miserat, ob id quòd quos antè Darius ad hoc ipsum misisset, eorũ alios isti in barathrum, alios in puteum deiecerant, iubentes eos illinc terram & a- quam ferre ad regem. Hac de causa nullos illuc ad petendum misit. Et Athenien- sibus quidem, quòd ita legatos tractarint, quid triste contigerit non queo dicere, nisi quòd eorum solum cum vrbe vastatum est: quod tamen ipsum non ea causa suspi- cor cõtigisse. Lacedæmoniis verò ira Talthybii, qui fuit Agamemnonis præco, in- cubuit. est autem Spartæ Talthybii templum, cum eius posteris qui Talthybiadę no- minantur, quibus honos [d] legationis Spartanorum semper tribuitur. Itaque post eam rem Spartiatæ, quum læta exta eis non essent, idque diu cõtingeret, pertæsi hu- ius calamitatis Lacedæmoniorum, cœtu frequenter coacto hoc edictum propoſue- re, siquis Lacedæmoniorum vellet pro Sparta occũbere. Tunc Sperthies Aneristi & Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, & natalibus & opibus inter primos, vltro se ob- tulerunt ad satisfaciendum sua pœna Xerxi Darii filio, ob legatos apud Spartam in- teremptos. Ita hos Spartiatæ tanquam mortem obituros, miserunt ad Medos. Di- gna autem admiratione cum hæc audacia horum virorum, tum verba ab eis habi- ta. nam Susa tendentes, ad Hydarnem Persam Asianæ oræ maritimæ præfectum » venerunt: qui eos hospitaliter munificéque acceptos, his verbis interrogauit, Viri La- » cedæmonii, quid *ita* respuitis effici amici regis? cernite enim ex me & meo statu » quàm scit honore prosequi rex viros egregios, [e] vos itidem honoraturus si vos ipsi ei » dederitis. Videamini modò apud eum viri egregii: quoniam singuli vestrûm rege » donante, principatum Græciæ obtinebunt. Ad hæc illi respondentes, Hydarnes, in- » quiunt, nũ ex æquo consilium tuum ad nos spectat atque ad te, qui conditionis quã » suades expertus es, nostræ inexpertus. nam quidem eam nosti: libertatem autẽ non- » dum expertus es, vtrum sit dulcis an non. quæ si tibi experta foret, non vt hastis sed » vt securibus pro ea dimicaremus, nobis suaderes. Hæc Hydarni responderunt. De- hinc verò vt ascenderunt Susa, & in conspectum regis venerunt, principio iubenti- bus satellitibus ac vim afferentibus vt procumbentes regem adorarent, [f] & per ca- pita eos ad id agendum impingentibus, negauerunt se vnquam id esse facturos. ne- que enim sibi esse consuetudinem hominem adorandi, neque se ad id venisse. Post- » eaquam autẽ in hoc repugnauerant, secundo loco hæc & his similia dixere, Rex Me- » dorum, nos miserunt Lacedæmonii ad luendam pœnam pro iis legatis qui Spartæ » interiere. Hæc istis dicentibus, Xerxes præ magnanimitate negauit se fore Lacedæ- » moniis similem. illos enim interimendis legatis ius omnium hominum confudis- » se: se verò quod illis exprobraret, id non esse facturum: neque eos occidendo, Lace- » dæmonios culpa soluturum. Hac re per Spartiatas gesta, impræsens ira Talthybii ces- sauit: etsi Spartã reuersis Sperthie & Bule, [g] longo deinde tẽpore interiecto excitatũ est inter Peloponnẽses & Athenienses bellum, vt Lacedæmonii aiunt. quod mihi di- uinitus maximè videtur esse gestũ: quia ira Talthybii nuntios corripuerit, nec prius quieuerit. Quòd autẽ ira inciderit in eorũ qui ad regẽ ascẽderunt filios, Nicolaũ Bu-

a Hæc autem quæ dicebat, ad Alevæ libe- ros spectabant, quòd quum Thessali essent, primi inter Græcos re- gi se tradidissent, exi- stimabátque Xerxes il los à tota natione ami citiam *vel confœderationem* sibi spõdere. *Id est, Hæc autẽ dicebat de Thes- salis ratione habita illius quod Aleuadæ fecerant. spe rabat enim totam nationẽ factum illorum imitaturos.*

b Aduersus quos ii Græci percussérunt fœd.

c Hos, teb. bene cõ stit. ad soluendã deo Delphico decimã adi gere. *Potest tamen & pau lo aliter exponi Argen- ou.*

d Obeundorũ præ- coniorum ex Sparta.

e Sic & vos, si regi vos tradatis, ab illo sin guli (quippe qui mag- nam de vestra fortitudine opinionẽ con- ceperit) principatũ *alicuius* nationis Græcæ si sciscõsequutur. Ad quæ illi respõdentes, Hydar nes, inquiunt, non das nobis par vtrinque cõ silium. tu enim qui no bis consilium das, vnũ expertus es, alterũ ne- quaquam. nam seruus esse didicisti. at liber- tas dulcis sit nécne, nõ dum es expertus. Si e- nim illam expertus es- ses, non vt hastis &c. *Illud, ὡς ἐλεύθου &c. pote- st & ita uerti, Non par utrinque ratione das nobis consilium. Q.d. Quum suades nobis ut conditionem tuã nostræ anteponamus, res duas inter se compara non tibi æqualiter notas. Il lud autem ὁρᾶν potest e- tiam uerti Cernitis, & for- tasse melius.*

f Negauerunt se, vel si in caput protru- derentur, hæc vllo mo do facturos. *Alioqui phrasis illa Præcipitem dari significat. Eo autem sen- su quẽ Valla sequutus est, uidetur dicturus fuisse po- tius Herodotus, ἐς κεφαλὴν προσφερόντων, καὶ ὅτι κα φαλῇ αὐτοὺς ὠθεόντων. Sed alteri sẽsui uidetur a- ptius fore τοῦ ὠθεόμενοι.*

g Sed longo pòst tempore rursum exci- tata fuit in bello Pelo- ponnesiorum & Athe

Bunienſium, vt Laced. aiunt quod mihi diuin. m. contigisse videtur. Talthybii enim iram in nuntios incubuisse, nec cessauisse priusquã discessissent, *qui ad luendam pro illis pœnã mittebantur*, id æquitas postulabat: (*Gall. ad uerbũ, Le droict le portoit ainsi*) at verò ingruisse illam in eorum filios qui ad regem ob iram illam ascenderant, Nicolan Bulis, &c. *Sed non uidetur mendo uel potius men dis carere totus hic locus, præsertimque illud ἔξηλθε, pro quo ἐξήλθον lego. eo sensu quem hîc indicaui, qui tamen nec ipse mihi satisfacit.*

lis,& Aneriſtum Sperthiei filiũ,qui piſcatores Tirynthios in naui oneraria plena viris nauigantes cepit,manifeſtum eſt apud me diuinitus id factum eſſe, ex ira dei: quòd nuntii qui in Aſiam à Lacedæmoniis mittebantur,proditi à Sitalce Tirei filio Thracum rege,& à Nymphodoro Pythei filio viro Abderita,excepti ſunt iuxta Biſantem quæ eſt in Helleſponto, & adducti in Atticam ab Athenienſibus necati ſunt: cúmque iis Ariſteas Adimanti filius Corinthius. Verùm hæc multis poſt regis expeditionẽ annis geſta ſunt.quæ expeditio(vt ad ſuperiorẽ orationẽ redeam)nomine quidẽ tẽdebat contra Athenas,re tamẽ vera cõtra cunctam Græciam.Eã diu ante Græci quũ audiſſent,nõ perinde omnes affecti ſunt. nam ii qui terrã & aquam dederant Perſæ,fiduciam animo præſumebãt tanquam nihil ingratum paſſuri à barbaro,qui non dederant magno in metu verſabantur. quippe quum nulla tanta claſſis eſſet in Græcia quæ poſſet excipere inuadentẽ, præſertim pleriſque bellum detrectantibus, & libẽter ad partes Medorum inclinantibus.Hoc ego loco neceſſe habeo ferre ſentẽtiam apud multos quidem homines inuidioſam,[a] non tamẽ quod mihi videtur verum diſſimulabo: an Athenienſes formidantes periculum quod impendebat,patriam deſeruiſſent:an,non deſerentes,ſed permanentes ſeſe dediſſent Xerxi, nihil omnino aduerſus regem in mari facere conati: an nemo mari ſe oppoſuiſſet Xerxi: atque hæc in continenti geſta eſſent: an etiam multæ loricæ eſſent muris inductæ à Peloponnenſibus per Iſthmum: an proditi à ſociis Lacedæmonii, iiſque non voluntariis,ſed per vrbes à claſſe barbara occupatis,ac deſerti fuiſſent:deſertique & magna opera aggreſſi,generoſe occubuiſſent:an hæc paſſi eſſent:an,priuſquam viderẽt alios Græcos cum Medis ſentiẽtes,cum Xerxe depacti eſſent: atque ita vtrinque ſub Perſis Græcia fuiſſet. Nam murorum apud Iſthmum loricatorum quænam vtilitas fuiſſet rege mari potiente, à nemine quiui audire. Nunc autem ſiquis Atheniẽſes Græciæ liberatores extitiſſe dicat, profectò non aberrauerit à vero. nam vtrò ſe illi applicaſſent,hæ partes erant præponderaturæ: quum verò prætulerint Græciam præſtare liberam, nimirum ipſi fuere qui quicquid Greciæ reliquum erat cum Medis non ſentiens erexerunt:quique ſecundum deos,regẽ repulerunt. Ac ne oraculis quidem horrendis ac terribilibus,quæ è Delphis veniebant,inducti ad Græciam deſerẽdam fuerunt,ſed perſiſtẽtes conſtituerunt excipere hoſtẽ ſua inuadentẽ. Siquidẽ conſultoribus Delphos miſſis,vti oraculo volebant:iiſq; factis apud templum quæ ritus poſtulabat,ædem ingreſſi conſederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Ariſtonice ita reſpondit,

Quid miſerande ſedes populus?fuge ad extima tèrræ,
AEdibus & [b] globidæ deſertis collibus vrbis.
Nam caput & corpus minimè ſincera manebunt,
Extremíve pedes poterunt ſupereſſe manúſve,
Aut medium,ſed ea ignis edax deformia reddet,
Et Mars acer equis vrgens [c] Aſiægena curru.
Atque alias pleraſque,tuas [d] non ſolius arces:
Permultáſque deũm ſæuis dabit ighibus ædes,
Quas ego præuidi iam nunc ſudore [e] madentes,
Atque metu tremere,& de laquearibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:
Ite ſed ex adyto,atque malis effundite mentem.

His auditis Atheniẽſium conſultores maximo ſunt mœrore affecti. quibus inter ſeſe agitantibus tam triſte reſponſum,Timon Androbuli filius,vir apud Delphos illuſtris ſuaſit [f] hæc fere, vt ſumptis oleæ ramis de integro reuerterentur ad conſulendum ſuppliciter oraculũ.Obtẽperãtes ei Atheniẽſes dixere, O princeps, redde nobis oraculum melius de patria, in honorẽ horum [g] palmitum, quos geſtantes ad te venimus.alioqui hinc abs te non abituri ſumus, ſed in hoc adyto ad obitum vſq; permanſuri.Hæc dicentibus,antiſtes iterum hoc modo reſpondit,

Pallas olympia cum multis hortatibus vſa,
Et precibus blandita Iouem placare nequiuit,
Hoc tibi fabor item reſponſum,adamanti propinquans:
Nam captis reliquis quæ limes Cecropis oræ
Intus habet,quodcunque ſacer penetrale Cithæron,

a Non tamẽ quod mihi ver.eſſe vid.ſubticebo.Si Athenienſes ĩpẽdentis periculi metu patriã deſeruiſſent, aut non deſ. ſed in ea permanentes, ſe Xerxi dedidiſſẽt,regi mari reſiſtere nulli conati fuiſſent. quòd ſi mari nullus Xerxi reſtitiſſet,terra certè iſta contigiſſent: Quanuis muri à Peloponnenſibus per Iſthmum ducti eſſent multis loricis fulti,Lacedæmonii (vbi eos ſocii prodidiſſent, non ſua quidẽ ſponte,ſed neceſſitate adacti, quippe quòrũ vrbes ſigillatim à claſſe barbari caperentur) ſoli remanſiſſent. ſoli autẽ remanentes, præclaris in prælio facinoribus editis, præclara morte occubuiſſent. aut, inquam, hic illis exitus contigiſſet, aut cæteros Græcos Medorum partes iã antea ſequi videntes, cum Xerxe depacti fuiſſent: atque ita vtrolibet modo Græcia in poteſtatem Medorum veniſſet. Neque enim ex quoquam intelligere poſſum quid profuturi fuiſſent muri per Iſthmum ducti, ſi rex mari potitus fuiſſet. Nunc igitur, *i. quæ quũ ita ſe habeãt*, ſiquis Athenienſes Græciæ ſeruatores extitiſſe dicat, prof. *Sed hic locus in vulg. edit. Gr. mendis non caret. neceſſe enim eſt ut initio ante οἱ Ἀθηναῖοι omiſſam eſſe dicamus particulã εἰ. & non procul inde interpunctionem quæ eſt poſt Ξέρξῃ, inde tranſlatã poſt θαλάσσῃ collocem. Sed & hæc ſuſpecta ſunt,* ἢ ταῦτα αἰ ἔπαθον ἢ περὶ τῶν.

b Pro, Globoſæ, *id eſt rotundæ.*

c *Legit* ἀσσυρίην, *pro* συριήν. *& pro ablatiuo currũ reponendus videtur accuſatiuus currum, ut hæc Græcis reſpondeant. tunc autem fuerit Aſiagena dictum pro Aſiagenem, ut ſiquis ex Omnigenus faciat accuſatiuum Omnigenum pro Omnigenem.*

d *Rectè legit* τὸν σὸν, *proquibus in vulg. edit. habetur* τὸν σὸν. e Madere. f *Videtur phraſis Græca ὁ μοῖα & μάλιστα reſponderè potius Latinæ, Vt qui maximè. ut ſit, Vir illuſtris, vel potius Vir ſpectatus, ut qui maximè. ut illa verba Græca cum δόκιμος iungantur, non cum συμβάλλω.* g Oliuæ palmitum. *Non tamen ſimpliciter* ἱκτηρίαι *ſunt oliuæ palmites, ſed q.d. ſupplicatorij palmites oliuæ.*

» Iupiter è ligno muris Tritonida donat:
» Qui ſoli inuicti tibi ſint natíſque ſaluti.
» Tu verò aduentum peditûmque equitúmque quietus,
» Terreſtréſque acies ne præſtolare: ſed hoſti
» Terga dato, vel ſi tibi fors erit obuius vſquam.
» Diuina ô Salamis mulierum pignora perdes,
» Vſquam vel Cerere ſparſa, coeunte vel vſquam.

Hæc legati, vt erant, ita arbitrati prioribus mitiora, poſtquam conſcripſerunt, Athenas rediere, reuerſique ad populum recitauere: & quum aliæ multæ ſententiæ eſſent oraculum interpretantium, & eæ plurimùm perplexæ, quidam è maioribus natu dixere, videri ſibi deum reſpondere ſaluam fore arcem. olim enim Athenienſium [a] arcem præſeptam vallo fuiſſe. & ii quidem interpretabantur vallum eſſe hunc ligneum murum. Alii verò dicebant deum ſignificare naues: eáſque cæteris omiſſis ædificari iubebant. Verùm eos qui aiebant naues eſſe ligneum murum, fallebant, vel Cerere ſparſa, coeunte vel vſquam. Circa hos verſus cõfundebatur eorum ſententia qui claſſem volebant eſſe ligneum murum. nam qui oraculum interpretabantur, in eam ſententiam accipiebant, fore vt ipſi inſtructa claſſe ad Salaminem pugna nauali ſuccumberent. Erat autem inter Athenienſes quidam qui in primores recèns peruenerat, [c] nomine Themiſtocles, Neoclis filius, qui negabat interpretes omnia rectè coniectare: [d] quòd diceret, Si clades quæ prædicitur, ad Athenienſes ſpectaret vllo modo, non ita placidè nobis deum fuiſſe reſponſurum, ſed ſic, ô Salamis miſera, pro eo quod dixit, ô diuina Salamis: ſi circa eam ſui incolæ forent oppetituri. Sed rectè coniectantibus ſentiendum à deo contra hoſtes editum eſſe oraculum, non contra Athenienſes. Itaque ſuadebat vt ſeſe inſtruerent tanquam prælio nauali certaturi, & tanquam hic eſſet ligneus murus. Hanc Themiſtoclis ſententiam Athenienſes potiorem eſſe cenſuerunt quàm illorum qui interpretantes oraculum, diſſuadebant apparatum pugnæ naualis: ſed hanc eſſe in ſumma ſentẽtiam dicebant, non leuandam in hoſtem manum, ſed ex Attica regione demigrandum, & aliam incolendam. [e] Extitit & alia ante hãc Themiſtoclis ſententia ad tempus egregia: Quum magna vis pecuniæ è prouentu metallorũ quæ ſunt è Laureo, eſſet in ærario Atheniẽſiũ, eáq; eſſet æquè diuidũda viritim denis in ſingulos puberes drachmis, tunc Themiſtocles hanc diſſuaſit Athenienſibus diſtributionem, ſed ex pecunia claſſem ducentarum nauium ad AEgineticum bellum comparare ſuaſit. Hoc enim bellum conflatum Græciæ ſalutem attulit, cogens Athenienſes nauticos fieri. & quanquam hæc claſſis in eum vſum in quem comparata fuerat, non venit, tamen in vtilitatem Græciæ ceſſit. Iſta igitur iam præparata quum præſtò eſſet, & alteram exædificari oporteret, placuit Athenienſibus, inito poſt oraculum conſilio, barbarum Græciam inuadentem cum nauibus opperiri vniuerſos, deo obſequentes, [f] vnà cum Græcorum voluntariis. Et hæc quidem oracula Athenienſibus ſunt reddita. Coactis autem in eundẽ locum Græcis qui per Græciam melius ſentiebant, intérque ſe colloquutis interpoſita fide, ibi conſilio habito viſum eſt ante omnia miſſas faciendum [g] pecunias debitas, & inimicitias & hoſtilitates. Erãt autem cum alia aliorum bella, tum verò maximũ inter Athenienſes & AEginetas. Poſteaquã autẽ Xerxem cum exercitu Sardibus eſſe audiere, Athenienſes decreuere cum aliquos in Aſiam mittendos ad res regis explorandas, tum nuntios partim Argos, ad contrahendam aduerſus Perſam belli ſocietatem, partim in Siciliam ad Gelonem Dinomenis filium, partim in Corcyram, partim in Cretam, iubentes opem Græciæ ferri: eo animo vt ſi fieri poſſet, omnis vis Græca vnum eſſet, & ad idem agendum omnes incumberent, tanquam calamitate cunctis Græcis impẽdente. Ferebantur autem res Gelonis magnæ eſſe, nec multo minores quàm Græcorum. Vbi hæc eis placuere, & in gratiam inter ſe rediere, principio [h] ſpeculatores in Aſiam tres viros miſere: qui quum Sardis veniſſent, in ſpeculãdo regis exercitu deprehenſi ſunt, & à ducibus pedeſtrium copiarum torti deducebantur tanquam perituri, lata in eos mortis ſententia. Id vbi Xerxes audiit, reprehenſa ducum ſententia, mittit quoſdam è ſatellitibus, iubens vt ſi viuos adipiſcerentur ſpeculatores, ad ſeſe deducerent. Eos adhuc ſuperſtites adepti ſatellites, prehenſos in regis conſpectum adduxerunt. Sciſcitatus rex qua de cauſa veniſſent, præcepit ſatellitibus vt homines circumducerent, peditatum omnem equitatúmque oſtentantes: & eos, vbi contemplando illa expleti fuiſſent, ſine noxa dimitterent quocunque locorum ire libuiſſet. Hoc Xerxes ea ratione imperauit quòd cogitabat fore vt ſi ſpeculatores necati

a Arx circumſepta vallo erat.

b Sed eorum ſententiam qui dicebant naues illum eſſe murum ligneum, euertebant hæc duo poſtrema quæ Pythia dixerat, Diuina at Salamis muliebria pignora perdes, Vſquã vel Cerere ſparſa, coeũte vel vſquã. Circa hæc carmina confutabantur *inquam* eorum ſententiæ qui naues illum eſſe murum ligneũ dixerant. Siquidem oraculorum interpretes illa in hunc ſenſum accipiebant, fatale ſibi eſſe circa Salaminẽ ſuperari, inſtructa pugna nauali. Erat autẽ inter Ath.

c Cui nomen quidem erat Themiſtocles, ſed vocabatur Neoclis filius. Is negabat, &c.

d Talia dicens, Si ad Atheniẽſes ſpectaret illud carmen, non videtur mihi tam mite reſpõſũ redditurus deus fuiſſe, ſed pro eo quod dixit Diuina at Salamis, dicturus fuiſſe At Salamis miſera, ſi quidẽ circa ipſam ſui incolæ eſſent oppeturi. Illi igitur qui rectè coniectaret, (*id eſt, Illius igitur iudicio qui &c.*) deum aduerſus hoſtes hoc oraculum non aduerſus Athen. edidiſſe.

e Cæterùm alia quoque Themiſtoclis ſententia ante hanc opportunè primas partes obtinuerat. *i. Cæterùm opportunè cedebat quòd antea alii Themiſtoclis ſententiæ primæ partes delatæ eſſent.*

f Vnà cum Græcis eadem voluntate præditis.

g *Fortaſſe πρῶτον χρημάτων τιμὴν reſpondet potius phraſi noſtræ, Deuant toutes choſes. Certè interpretationem Vallæ uerba hæc Græca ferre nõ poſſunt.*

h *Rectius interpreteris exploratores hic & in ſequent. locum. at alibi ipſe nocem illam Græcam reddidit: & paulo antè dixit, Ad res regis explorandas.*

fuiſſent, neque Græci præſciſcerent potentiam ſuam eſſe fama maiorem, neque quippiam ipſe læderet hoſtes tribus viris interemptis: at iiſdem in Græciam regreſſis, fore vt Græci (vt ſe opinari dicebat) auditis rebus ſuis antequam exercitum compararent, propriam libertatem traderent, atque ita non oporteret ſuſcipere moleſtiam de exercitu in eos ducendo. Hæc ſententia Xerxis cum altera quadam congruit. nam quum Abydi ageret Xerxes, vidit naues curſum tenentes per Helleſpontum, quæ frumentum è Ponto in AEginam Peloponneſúmque portabant. quas vbi audiere eius aſſeſſores eſſe hoſtium, ſeſe ad eas corripiẽdas accingebant, intuentes in regem, quando id agi præciperet. Xerxes eos interrogauit quónam illæ tenderent: qui quum reſpondiſſent, Ad hoſtes tuos, domine, frumẽto onuſtæ: tunc Xerxes excipiẽs inquit, Nónne eodem quò iſti, & nos nauigamus, tum rebus aliis, tum verò frumento inſtructi? quid igitur hi officiunt nobis, quibus commeatũ portant? Cæterùm ſpeculatores illi rebus inſpectis dimiſſi in Europam rediere. Poſt quorũ reditum Græci qui contra Perſam coniurarant, nuntios iterum Argos miſerunt. Quibus Argiui reſponderunt [a] res ſuas ita habere: Audiſſe ſe iam inde ab initio barbarum excitaſſe aduerſus Græciam bellum, & quum accepiſſent intellexiſſẽtque Græcos ſeſe colligere, tentaturos Perſæ obſiſtere, principes fuiſſe mittendi Delphos qui deum conſulerent quid ſibi optimè facientibus eſſet euenturum. (nuper enim ſex millia ſuorum fuiſſe interempta à Lacedæmoniis & Cleomene Anaxandridæ filio, eáque de cauſa ſe miſiſſe,) & iis qui miſſi fuerant interrogantibus, ſic Pythiam reſpondiſſe,

Finitimis inuiſe, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens, impunè maneto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud.

Hæc illis Pythia prius reſponderat. Poſtea verò quàm nuntii Argos venerunt, ſenatúmque ingreſſi mandata retulerunt, Argiui reſponderunt ad ea quæ dicebantur, ſe promptos eſſe in triginta annos pacificare cum Lacedæmoniis, percuſſo fœdere: ſed ea conditione vt dimidium imperii penes ſe eſſet. quanquam enim ius imperandi ipſorum eſſet, tamen dimidio imperii ſe eſſe contentos. Hoc aiebant ſuum ſenatum reſpondiſſe, quanuis diſſuadente oraculo ſocietatem contrahere cum Græcis. quod etſi formidarent, tamẽ properare vt fœdus triginta annorum feriretur: intra quos annos liberi ſui in virilem ætatem adoleſcerent: hac videlicet ratione, ne ſiqua calamitas ad ſuperiorem accederet in bello Perſico, niſi fœdera forent, in poſterum ſubiecti Lacedæmoniis eſſent. His dictis Argiuorum à ſenatu, quidam è nũtiis Spartanorum ita reſpondit, quod ad fœdera quidem attineret, ſe ad eos qui plures eſſent relegare: quod autem ad imperium, id verò ſibi demandatum eſſe, vt reſponderent diceréntque, Spartanis duos eſſe reges, Argiuis vnum, ideo non poſſe fieri vt alterutro Spartæ regi abrogaretur imperium: & nihil obſtare quominus cũ iis duobus rex Argiuus parem dignitatem obtineret. Ibi Argiui negare ſe perpeſſuros inſolentiam, ſed præoptare à barbaro imperari ſibi, quàm Lacedæmoniis cedere. Atque ita edixerunt nuntiis vt priuſquam occideret ſol, ex agro Argiuo excederent, alioqui hoſtium loco futuros. Hoc ipſi Argiui ſic ſe habere memorant. aliter tamen per Græciam narratur, Xerxem antequam bellum Græciæ inferret, miſiſſe Argos caduceatorem: quò quum peruenit, ita fertur verba feciſſe, Viri Argiui, Xerxes rex hæc vobis inquit, Nos arbitramur Perſem, ex quo nos progeniti ſumus, fuiſſe filium Perſei Danaes filii, ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia. ita ex vobis oriundi ſumus. Quod quum ita ſit, nefas eſt & nos progenitoribus noſtris inferre bellum, & vos aliis opem ferendo, nobis aduerſarios fieri. Sed potius domi veſtræ vos confidentes otium tenere. nam ſi mihi ex ſententia ſuccedet, nullos pluris quàm vos faciam. Hæc Argiui quum audiſſent, [b] rem confeciſſe dicuntur, & à principio diſſimulantes quod actum eſſet, nihil popoſciſſe Græcos: ſed quum ab illis [c] reprehẽderentur, tunc partem imperii popoſciſſe, gnari id Lacedæmonios nó conceſſuros, vt hoc prætextu [d] otium agerent. *Cui rei competit, quod quidam Græcorum multis poſtea annis geſtum fuiſſe memorant: Quum Suſis Memnoniis alterius negotii gratia eſſent Athenienſiũ nũtii, Callias Hipponici filius, & collegæ qui pariter aſcenderant, contigit vt Argiui & ipſi per id tempus Suſa mitterent nuntios, qui Artaxerxem filium Xerxis interrogarent an amicitiam quam cum Xerxe contraxiſſent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hoſtibus haberentur. Quibus Artaxerxes, imò verò maximè perdurare reſpondit, nullámque ſibi ciuitatem amiciorem putare quàm Argos. Verùm an caduceatorem Xerxes Argos [f] miſerit ad ea

a Hanc ſe rationẽ in ſuis rebus tenuiſſe. Vel, ſe ita egiſſe. Quum iam inde ab initio audiſſent quæ barbarus aduerſus Græciã moliretur, & fore animaduertiſſent vt Græci ipſos nihilominus quàm cæteros aduerſus Perſam aſſumerẽt, ſe Delphos miſiſſe qui deum conſul. &c. *Sed legẽdum eſt ὑπαρίσον τα, vt ſit ad verbum, Græcos non omiſſuros ipſos aſſumere. Sic aliquanto pòſt ἐπεὶ δὲ σφέας ὦφελον μὴ βαίνειν τὰς Ἑλληνας. in quibus etiam interpret. lapſus eſt Valla.*

b *Fortaſſe phraſis Græca reſpondet potius noſtræ, En auoir faict cas. Pro ἀπαγγελομένους autem legitur & ἀπαγγελλομένους.*

c *Vide annot. quæ proximam præcedit.*

d A bello abſtinerent.

e Cum quibus iſtud congruiſſe. *Vel, Quibus conſentaneum fuiſſe* quidam Græcorũ narrant quod multis poſt hæc annis contigit.

f Ad ea dicenda

dicenda,& an Argiuorum nuntii qui Suſa aſcenderunt, Artaxerxem de amicitia interrogauerint, pro comperto dicere non poſſum, nec vllam de his aliam proferre ſententiam niſi quam Argiui proferunt. Id demum ſcio,ſi omnes homines qui domeſtica mala in medium contuliſſent, cum vicinis mutare volentes, mala vicinorum intuiti fuiſſent, libenter reportaturos rurſum ſingulos ea quæ ipſi attuliſſent. Ita non turpiſſimè ab Argiuis actum eſt.Ego verò quæ dicuntur dicere debeo, attamen nõ omnino omnibus credere: quod in vniuerſum à me dictum ſit. quoniam & hoc narratur,Argiuos extitiſſe qui Perſam in Græciam accerſierunt,poſteaquam cum Lacedæmoniis malè pugnaſſent,præ dolore præſenti quiduis præoptantes. Et de Argiuis quidem dictum eſt. In Siciliam autẽ ad agendum cum Gelone,tum alii nuntii à ſociis iere,tum verò à Lacedæmoniis Syagrus. Huius Gelonis progenitor fuit OEcetor,qui in Gela erat,ex inſula Telo quæ Triopio obiacet:qui,dum Gela conderetur à Lindiis, qui ſunt è Rhodo & Antiophemo, aſſumptus non eſt. Interiecto tamen tempore, [a] poſteri eius deorum inferorum ſacerdotes illic perſeuerauerunt, oriundi à Teline, vno ex ea familia, qui eos illic collocauit hunc in modum : Quidam viri Geloi per ſeditionem eiecti, in Mactorium vrbem quæ ſita eſt ſuper Gelam,profugerunt:hos Telines Gelam [b] deduxit nullis virorum copiis adiutus,ſed horum deorum ſacris.quæ vnde acceperit, an ipſe poſſederit, id verò dicere non poſſum. His ſacris fretus, [c] eò deduxit illos vbi poſteri ſui deorum ſacrificuli eſſent. Quæ res mihi admirationi fuit,præter ea quæ audio, tantum opus Telinem effeciſſe : qualia opera non à quocunque viro effici conſueuerunt, ſed ab eo qui ſit [d] caſti ingenii,robuſtæque præſtantiæ.Quanquam vt fertur ab incolis Siciliç,fuiſſe natura effœminatum ac viro molliorem. Hunc in modum ille dignitatem hanc adeptus eſt.Cleandro autem Patareo,qui ſeptem annos Gelæ tyrannide potitus eſt, vita functo, (à Sabyllo autem viro Geloo fuit interfectus) ibi frater eius Hippocrates ſuſcepit imperium. Quo tyrannidẽ obtinente, erat illic Gelon prognatus à Teline vate, cum aliis multis, quorum vnus erat AEneſidemus Pataici filius, ſatelles Hippocratis:qui non diu pòſt ob virtutem declaratus eſt totius equitatus prçfectus. nam quibus in bellis Hippocrates obſedit Callipolitanos, Naxios & Zanclæos & Leõtinos,pugnauítque cum Syracuſanis & permultis barbarorum,in iis bellis Gelon extitit vir præclariſſimus:adeo vt nulla omnium quas retuli ciuitatum effugerit Hippocratis dominationem,præter Syracuſanos.quos pugna ad flumẽ Elorum ſuperatos Corinthii Corcyræique liberauerunt: ſub hac tamen conditione, vt Syracuſani Camarinam, quæ ipſorum quondam fuiſſet,Hippocrati traderent. Hippocrates autem quum totidem annos quot frater Cleander tyrannidem obtinuiſſet,illato Siculis bello,ante vrbem Hyblam periit. ita Gelon per cauſam tuendi liberos Hippocratis,E Vclidem & Cleandrum,vbi ciues, quòd abnuerent dicto amplius audientes eſſe,prælio vicit,ipſe Geloorum imperium [e] adeptus eſt,liberis Hippocratis dominatu fraudatis. [f] Poſt hoc commentum,quoſdam Syracuſanos, qui Gamori vocabantur, à plebe ſuiſque ſeruis qui Cyllyrii nominabantur eiectos, in patriam ex vrbe Caſmena reducendo, potitus etiam eſt ipſis Syracuſis.nam ei venienti plebs Syracuſana & vrbem & ſeipſam dedit. Quam Gelon vbi accepit, Gelam quam tenebat minoris faciens, Hieroni fratri demandauit, ſibíque Syracuſas habuit,& quidem pro omnibus vrbibus.idcóque ea ciuitas confeſtim [g] excucurrit atque propagata eſt. nam deductis eò Camarinæis omnibus Gelon ciuitatem dedit, Camarina euerſa: dimidióque & eo amplius Geloorum itidem vt Camarinæis fecit. Necnon Megarenſium qui ſunt in Sicilia, quum obſeſſi ad deditionem veniſſent, locupletiſſimos quoſque,qui bellum ei intulerant, & ob id ſe interfectum iri putabant,Syracuſas traduxit,ac ciuitate donauit: at plebem Megarenſem quæ belli mouendi fuerat expers,quæque nihil mali ſe paſſuram expectabat,Syracuſas adductam venundedit,ex Sicilia aſportandã.Idem hoc fecit Eubœẽſibus qui ſunt in Sicilia,proceres à plebe diſtinguens.Hoc autem ideo de vtriſque fecit quòd arbitraretur contubernium plebis rem eſſe moleſtiſſimam . Ea ratione magnus tyrannus effectus eſt Gelon.Ad quem legati Græcorum,poſteaquam Syracuſas corámque venerunt,ita loquuti ſunt,Lacedæmonii pariter & Athenienſes eorúmque ſocii nos miſere ad te in ſocietatem aſſumendum aduerſus barbarum. nam prorſus audiſti bellum Greciæ inferre, iuncto pontibus Helleſponto, virum Perſam, ſecum omnes Eoas ex Aſia copias ducentem:per ſimulationem belli Athenis inferendi nos inuadentem , quum in animo habeat omnem Græciam redigere in ſuam poteſtatem. Tu igitur, cui magna potentia adeſt, nec minima Græciæ portio, quum ſis Siciliæ

remiſerit, & an Argiuorum nũtii ad interrogandum Artaxerxem de amicitia , Suſa aſcenderint, pro comp.

a Eius poſteri continua ſucceſſione deorum inferorum ſacrificii, *uel antiſtites ſacrorum diis inferis* fuerũt, quum Telines, vnus quidam ex progenitoribus *hanc dignitatem* hoc modo acquiſiuiſſet. *At Valla cum in aliis peccauit,tum in eo quòd ita uertit quaſi κτησαμένου legeretur,quum tamen ſtatim pòſt in eadem re alteram lectionem ſequatur.*

b Reduxit. *ſic & paulo pòſt emenda.*

c Eos hac conditione reduxit vt eius poſteri deorum ſacrificii eſſent. *Ad hoc loquendi genus paſſim impingit hic interpres.*

d *Senſus huius loci poſtulare uideturut* ψυχὴ ἀγαθὴ *reſpondeat ad uerbum ei quod dicimus Bon eſprit:ut totum hunc locũ ſic interpretemur*, Neq; enim in quemliber talia facta cadere exiſtimo,ſed in eum demũ qui acuto ingenio virilique robore ſit præditus.Atqui eum Siciliæ incolæ contraria his à natura habuiſſe ferunt, vt qui effœminatus ac molliot fuerit. *Illud quoque* τοῦτο *uidetur aliter accipiendum, & eodem modo quo utimur præpoſitione Ad, quam dicimus, Obſtupuit ad has uoces.*

e Omittit ἔργῳ *quod reſpondet præcedẽti* λόγῳ. *q.d. Dum uerbo illos ad cã ſeruandum ſuum imperium adiuuat, ipſe non iam uerbo,ſed facto illud inuaſit.*

f Poſt hoc autem inſperatum lucrum,*id eſt, Quum autem ei nihil tale ſperanti iam tantum bonum obtigiſſet.*

g Incrementum virorémque aſſumpſit.

princeps,ferto opem iis qui Græciam à ſeruitute vindicant,eámque vnà cum illis li-
berato. Coacta enim cuncta Græcia, erimus magna manus,pugnáque pares inua-
dentibus nos:quòd ſi è nobis alii proditores fuerint,alii otioſi ſedeant, id ſyncerum
quod ſupererit Græciæ,exiguum erit. vnde periculum eſt ne omnis Græcia peſſum
eat. Neque enim ſperaueris Perſam, ſi nos prælio ſuperauerit, ad te non eſſe ventu-
rum: quinimò hoc ante caueris. nobis nanque opem ferendo,temetipſum tutaris.
Rei bono conſilio geſtæ lætus plerunque eſt exitus. Hæc legati dixere. Quibus re-
ſpondens Gelon, [a] multus in hac oratione fuit, Viri Græci,inquit, inſolentem ha-
betis orationem, qui auſi eſtis me adire, hortantes ad ineũdam aduerſus barbarum
ſocietatem: [b] quum ipſi me orantem prius aduerſus exercitum barbaricum recu-
ſaueritis ſocium. nam dum mihi erat cum Carthaginenſibus certamen, [c] incum-
benti ad vltionẽ necis Doris Anaxãdridæ filii de AEgeſtanis exigendã, offerebám-
que me adiutorem ad liberanda emporia, vnde vobis magna emolumenta atque
[d] voluptates prouenerant, vos neque mei adiuuandi, neque vltionis de nece Do-
riana exigendæ gratia venire voluiſtis. Itaque [e] quantum in vobis eſt, omnia hæc
à barbaris poſſidentur. Verùm nobis hæc in melius reciderunt. [f] nunc quoniã cir-
cumuenit vos atque attigit bellum,ita demum Gelonis memoria facta eſt. Sed con
temptus à vobis,non ero veſtri ſimilis:ſed paratus ſum ad opem ferendam ducen-
tarum triremium, & viginti millium armatorum, ac duũm millium equitum,
totidemque ferentariorum,totidémque leuis armaturæ, totidem ſagittariorum, totidem
funditorum. Sed & rem frumentariam cunctis Græciæ copiis, donec fuerit debel-
latum,ſuppeditaturum me recipio. Sed ea lege hæc polliceor vt ego ſim aduerſus
barbarum Græcorum imperator:aliter neque ipſe venirem,neque alios mitterem.
Ea Syagrus audiens, non tulit: ſed, O quàm eiularet, inquit, Pelopides Agame-
mnon,ſi audiret Spartiatas imperium ſubdidiſſe Geloni atque Syracuſanis. Tu ve-
rò ne feceris huius rei mentionem amplius: ſed ſi tibi animus eſt opem ferendi
Græciæ,eſto ſub imperio Lacedæmoniorum: ſi dedignaris ſubeſſe, non habe ani-
mum opem ferendi. Ad hæc Gelon,vbi vidit verba Syagri auerſa,hanc ad extremũ
protulit orationem, Hoſpes Spartiata, contumeliæ homini factæ ſolent irritare in-
dignationem. verùm tu contumelioſis in me verbis inuehens, non tamen induces
me ad vicem contumelioſe reddendam. Sed quando vos ita imperium amplecti-
mini,multo me magis quàm vos decet illud amplecti, qui multo maiorum copia-
rum ac plurium nauium imperator ſum. Cæterum, quoniam iſta oratio veſtra in
cõtrarium nititur,nos aliquantũ à ſuperiore noſtra oratione decedemus: Si vos ter-
reſtribus copiis præfueritis,ego nauticis præero:ſin vos mari imperitare iuuat,ego
terreſtribus copiis imperitare volo. Ex quo oportet vos aut alterutra harum rerum
eſſe contentos,aut his ſociis deſtitutos abſcedere. Hanc Gelon conditionem offere-
bat. Cui nuntius Athenienſis [g] Lacedæmonios anteuertens,ita reſpondit, Rex Syra-
cuſanorum, Græcia nos ad te miſit non imperatorum indiga,ſed exercitus:tu verò
præ te fers non miſſurum te exercitum, niſi ſis Græciæ imperator: videlicet vt illi
imperes affectas. [h] Itaque quantum ad eam partem pertinet qua cuncto Græcorũ
exercitui præeſſe poſtulas, ſuffecerit nobis Athenienſibus ſilentium agere, intelli-
gentibus Laconem fore idoneum ad reddendam pro vtriſque rationem: quãtum
autem ad illud attinet,quòd poſcis vt vniuerſæ claſſi præſis, ita habeto: nos, etiam
vt Lacon permittat, non eſſe permiſſuros præeſſe te claſſi. noſtrum enim munus
hoc eſt,niſi Lacedæmonii id velint:quibus præeſſe claſſi volentibus non contradi-
ceremus,alteri verò concederemus nemini. nam alioqui fruſtra [i] plus nauiũ quàm
cæteri Græci poſſideremus, ſi Syracuſanis imperium cederemus, qui ſumus Athe-
nienſes, & antiquiſſimæ originis, ſolique Græcorum qui nunquam ſolum verti-
mus:è quibus virum inſtruendo ornandóque exercitu aptiſſimum Homerus etiã
[k] verſificator ait Ilium veniſſe:vt non ſit dedecus nobis iſta commemorare. His Ge
lon iſta reſpondit, Hoſpes Athenienſis, [l] apud vos qui præſint habetis, qui ſubſint
non habetis. Quocirca quum nihil cedere ſed totum obtinere velitis, quamcelerri-
mè hinc retro abſcedatis,renuntiaturi Græciæ, ver ex anno illi [m] exaruiſſe. Cuius
dicti ſenſus hic eſt, [n] quum conſtet probatiſſimam anni partem eſſe ver, talem eſſe
ſuum exercitum innuebat,quo Græcia priuaretur,quaſi quodam vere,quod illi ex-
areſceret,non inita ſecum ſocietate. Hoc reſponſo Gelonis accepto nuntii Græcorũ
profecti ſunt. Poſt hæc Gelon timens quidem ille Græcis, ne impares barbaro eſ-
ſent, tamen indignum atque intolerandum ſibi ratus vt profectus in Peloponne-
ſum ſubeſſet Lacedæmoniis, qui Siciliæ tyrannus eſſet, omiſſa hac via aliam iniit.

a His verbis, quibus eos vehementer vrgebat,vſus eſt.

b Quum ipſi petẽti mihi aduerſus exercitum barb. ferre opem recuſaueritis.

c Et obteſtabar vt pœnas necis Dorici Anaxandridæ filii ab AEgeſtanis repoſcerẽtis,offereb.

d Commoditates prouenerunt.

e Itaque per vos quidem hæc omnia barbari poſſideant licet. *i. Per uos non ſtetit quin hæc omnia nunc à barbaris poſſideantur.*

f Nunc poſtquam tranſlatæ ſunt ad vos belli gerendi vices, ita demum Gelonis recordari eſtis. Atenim dedecore à vobis affectus, vos nequaquam imitabor:ſed opẽ ferre paratus ſum ducentarum triremium.&c. *Eſt tamen ad uerbum, Suppeditans ducentas triremes, & uiginti millia armat. eodémque modo deinceps.*

g Lacedæmoniorum nuntium anteu.

h At nos ad illam quidem tuam petitionem qua vniuerſi Græcorum exercitus imperium poſtulabas,ſilentium tenuimus, cõtenti Lacedæmoniorum reſponſo eſſe volentes, quod pro vtriſque ſufficere poſſe ſciebamus: iã verò, quũ tu vniuerſo imperio excluſus. *i. poſtquam denegatum tibi eſt uniuerſum imperiũ*, nauale poſtules, ita habeto, nos ne permittente quidẽ id Lacedæmonio, permiſſuros.

i Legit παρ' ἄλλον, non πάραλον.

k Poeta.

l Vos, qui imperent habere videmini, at quibus imperetur, non item.

m Exemptum eſſe. *Vel, ablatum eſſe.*

n Sicut ver in anno præcellere cõſtat, ita ſuum exercitum Græco *præcellere*. Ideóque Græciæ, quæ ſua ſocietate priuaretur, idem contingere dicebat ac ſi ei ex anno ver exemptum eſſet.

Nam vbi primùm audiit Perſam tranſmiſiſſe Helleſpontum, miſit cum tribus [a] biremibus Cadmum Scythis filium Coum, multa cum pecunia ac placidis verbis, ad obſeruandum quò caſura eſſet pugna: vt ſi barbarus vinceret, ei pecuniam traderet terrámque & aquam eorum locorum quibus Gelon imperaret: ſin vincerent Græci, rurſus pecuniam reportaret. Hic Cadmus ante id tempus quum tyrannidem Coorum à patre accepiſſet [b] ſatis validam, nullo aduerſo caſu, ſed ob iuſtitiam, ſua ſpõte eam in media ciuitate depoſuit, atque in Siciliam abiit. vbi vnà cum Samiis vrbem Zanclam (cuius nomen in Meſſanam mutatum eſt) tenuit atq; incoluit. Hunc Cadmum, eò hunc in modum profectum, Gelon ob iuſtitiam quam illi ex aliis rebus adeſſe nouerat, Delphos miſit: cuius hominis inter alia quæ edidit opera iuſta, hoc non in poſtremis reponitur, quòd tantum pecuniæ à Gelone commiſſum interuertere quum poſſet, noluit, ſed poſteaquam Græci pugna nauali ſuperiores extitere, Xerxéſque cum exercitu abiit, ipſe in Siciliam rediit cum omni pecunia. Fertur autem & hoc ab iis qui Siciliam incolunt, Gelonem inducto ad obtẽperandum Lacedæmoniis animo, fuiſſe laturum Græcis auxilia, niſi Terillus Crinippi filius eiectus ex Himera, vbi erat tyrannus, à Therone AEneſidemi filio Acragãtinorum monarcho, adduxiſſet per id tempus Phœnicum & Libyum & Iberorum & Ligyum & Eliſycorum & Sardonum & Cyrniorum trecenta millia, duce eorum Amilcare Hannonis filio Carthaginenſiũ rege: quos Terillus abduxerat cum perſuaſos hoſpitii neceſſitudine, tum præcipuè prompta animi voluntate Anaxilai Critinei filii, Rhegini tyranni, qui filios ſuos Amilcari obſides dedit, vlciſcendi ſoceri cauſa. habebat enim Anaxilaus in matrimonio Terilli filiam, nomine Cydippam. Ita Gelonem, quum nequiret auxilia Græcis ferre, Delphos miſiſſe pecuniam. Præterea aiunt iidem contigiſſe vt eodem die Gelon & Theron Amilcarem Carthaginenſem in Sicilia ſuperarint quo Græci in Salamine Perſam. Quinetiam Amilcarem, qui à patre quidem Carthaginenſis, à matre verò Syracuſanus erat, & ob virtutem rex Carthaginenſium, quum conflixiſſet, prælio victum, è cõſpectu fuiſſe ablatum audio, nec vſquam gentium aut viuum aut mortuum comparuiſſe. omnia enim Gelonem indagando colluſtraſſe. Apud ipſos autem Carthaginenſes illius imaginem colentes, hæc fama eſt, dum barbari cum Græcis in Sicilia ab aurora ad crepuſculum ſine intermiſſione pugnarent, (tandiu enim extractum fuiſſe prælium) interea Amilcarem in caſtris permanentem ſacrificaſſe atque litaſſe, ſolida corpora [c] aggerentem in ingentem pyram: ſed conſpectis ſuis in fugã verſis, vt erat in faciendis ſacris occupatus, ſeſe in ignem miſiſſe, atque ita combuſtum è conſpectu ſublatum. Cui ſiue hoc modo, vt Phœnices, ſiue alio, vt Carthaginenſes & Syracuſani memorant, ex oculis ablato, nunc Carthaginenſes ſacrificant, extructis monumẽtis, cum alibi in omnibus ſuis coloniis, tum præcipuè in ipſa Carthagine. Hactenus quæ ad Siciliam attinent. Corcyræi autem aliud nuntiis reſponderunt, aliud fecerunt. nam quum eos iidem nuntii qui in Siciliam ierant, adiiſſent, & iiſdem quibus Gelonem verbis alloquuti fuiſſent, polliciti ſunt confeſtim ſe auxilia miſſuros ac præſidio futuros, negantes ſibi Græciam neglectui habẽdam de ſalute periclitantẽ: quæ ſi collaberetur, nihil aliud ſibi ſupereſſe quàm vt primo quoque die ſeruirent. ideóque ſibi, quoad poſſent, illam eſſe adiuuandam. Hæc illi aſpectu ſpecioſa reſponderunt: at vbi ferre opem oportuit, aliud habẽtes in animo, ſexaginta naues inſtruxere: ægréq; digreſſi, Pelopõneſo applicauere, ac circa Pylon ac Tænaron oræ Lacedæmoniorum naues in ſtatione ſtatuere: obſeruantes & ipſi bellum quò caderet, deſperantes fore vt Græci ſuperarent, ſed opinantes Xerxem multo ſuperiorem victæ Græciæ imperaturum. [d] Itaque curauere vt hæc verba apud Perſam facerent, Adhortantibus nos Græcis ad hoc bellum, rex, quòd non minimum & copiarum & nauium, ſed plurimum ſecundum Athenienſes habemus, tamen aduerſum te ire noluimus, aut quippiam tibi moleſtiæ facere. Hæc dicendo ſperabant ſe plus ab liquid quàm cæteros ablaturos: quod etiã (vt mihi videtur) contigiſſet. Ad Græcos autem excuſationem parauere, qua etiam vſi ſunt. accuſantibus enim Græcis quòd opem nõ attuliſſent, dixere ſexaginta ſe triremes armauiſſe, ſed per ventos eteſias ſuperare Maleam nequiſſe. [e] Atque ita ad Salaminem ſe non contulere, nec vllius cladis pugnæ naualis participes fuere. Et iſti quidem ita Græcos à ſe ſummouerunt. Cretes autẽ, poſtquam aditi ſunt ab iis Græcis quibus hoc negotium datum erat, hoc ſibi faciẽdum putarunt, vt certos homines publicitus Delphos mitterent deum conſulturos nunquid ſibi ſatius foret Græciam defendere. Quibus Pythia reſpondit, O ſtulti, imputate vobis quaſcunque lacrymas ob defen-

a Nauibus quinquagenũm remorum.

b Bene ſtabilitam. *uel cõſtitutam*, nulla præmente calamitate, ſed iuſtitiæ exercẽdæ ſtudio, *uel ſed iuſtitiæ amore, ad uerbum, ſed præ iuſtitia*, in medium Cois propoſuerat, & in Siciliam diſceſſerat.

c Adolentem in pyra ingenti.

d Operam igitur dabant, *uel de induſtria id faciebant*, vt poſſent hæc Perſæ dicere, Nos, ô rex, quum ad hoc bellum Græci aſſumerẽt, *pro, aduocarẽt*, licet potentiam non minimã haberemus, & nõ pauciſſimas naues ſuppeditare potuiſſemus, ſed plurimas ſecundum Athenienſes, aduerſum te ire nol.

e Atque ita factũ fuiſſe vt Salaminem nõ peruenirẽt; & q. à pugna nauali abfuiſſent, in eo ſe minimè malitia vlla vſos fuiſſe.

ſionem Menelai vobis Minos gemebundus immiſit. Quoniam illi quidē non ſunt « vlti cædem Minois in Camico factam: vos autem vlti eſtis illis mulierem è Sparta « à viro barbaro raptam. Hæc Cretes allata vbi audiere, ab auxilio ferendo ſupersede- « re. Siquidem fertur Minoem, quum Dædalum veſtigans in Sicaniam (quæ nunc Sicilia dicitur) peruenisſet, vi eius vitæ allata occubuisſe: interiecto deinde tempore omnes Cretes, præter Polichnitanos & Præſios, diuinitus inſtructos, cum magna claſſe in Sicaniam traiecisſe, & quinquennio obſediſſe Camicum, [a] quam (vt mea fert opinio) Acragantini incolunt: ad extremum quum neque illam expugnare poſſent, neque permanere, fame enectos, ea relicta abiisſe: & dum circa Iapygiam curſum tenerent, ingenti eos tempeſtate adorta, in terram fuisſe eiectos: laceratiſq; nauibus, quum nullus in Cretam receptus oſtenderetur, illic ſubſidentes vrbē Hyriam condidiſſe: & mutato nomine pro Cretibus Iapyges Meſſapios eſſe effectos, & pro inſulanis [b] continenticos: & ab vrbe Hyria alias incoluiſſe. quas diu pòſt Tarentini euertentes, magnam in ruinam deuenere, vt hæc maxima cædes omnium quas nouimus, extiterit, tum ipſorum Tarentinorum, tum Rheginorum, qui à Micytho Chœri filio ad tria millia ciuium adacti opem ferre Tarētinis, interiere. Ipſorum autem Tarentinorum qui cæſi ſunt, numerus non eſt initus. Micythus autem, quum Anaxilai famulus eſſet, procurator Rhegii relictus, vbi ex eā vrbe excidit, Tegeam Arcadum incoluit, complureſque ſtatuas in Olympia conſecrauit. [c] Sed mihi Rheginorum & Tarentinorum exceſſus ab oratione factus. In Cretam igitur deſolatam Præſii aiunt cum alios homines tum præcipuè Græcos immigraſſe: tertiáque à morte Minois ætate, res Troianas fuiſſe, in quibus non deterrimos extitiſſe Cretenſes Menelai defenſores: & ob id eos Troia reuerſos vnà cum ſuis ouibus fame peſtilentiáque correptos, iterúmque deſolatam Cretam cum reliquis, donec à tertiis Cretenſibus habitaretur. Harum rerum memoriam refricando, Pythia illos ad ferenda Græcis auxilia animatos cohibuit. At Theſſali neceſſitate ſubacti circa initia Medorum partes fouerunt, quum oſtenderent non placere ſibi quæ Alevadæ excogitaſſent. nam quumprimum audiere Perſam traiicere in Europam, nuntios ad iſthmum mittunt, vbi prouiſores Græciæ delecti è ciuitatibus coacti erant ad rebus Græciæ proſpiciendum. Ad quos poſtquam venere nútii Theſſalorum, ita verba fecere, Viri Græci, Olympicum ingreſſum cuſtodiri expedit, vt Theſſaliæ pariter atque omni Græciæ ſit belli tutamen. Nos equidem ad cuſtodiendum præparati ſumus: ſed vos quoque debetis multum illuc mittere copiarum: quas niſi mittatis, ſcitote nos pactionem inituros eſſe cum Perſa. Neq; enim decet nos adeo ante cæteram Græciam poſitos pro vobis ſolos occumbere. Quibus ferre opem ſi recuſatis, nullam poteſtis iniungere neceſſitatem. [d] Nulla nanque fortior neceſſitas eſt quàm imbecillitatis. Itaque per noſmet aliqua ratione ſalutem nobis comparare conabimur. Hæc Theſſali. Ob quæ Græci illuc mittendum decreuere exercitum pedeſtrem, ad maris ingreſſum cuſtodiendum. Exercitus, vbi coactus eſt, per EVripum nauigauit. Qui poſtquā ad [e] Algas Achaiæ peruenit, egreſſus, relictis illic nauibus, in Theſſaliam contendit, & ad Tempe peruenit, ad ingreſſum qui ab inferiore Macedonia Theſſaliam fert, iuxta amnem Peneum inter Olympū & Oſſam montes. Ibi caſtra poſuere Græci, ad decē millia armatorum coacti: quibus aderat Theſſalorum equitatus, ducibus, è Lacedæmoniis quidē, EVæneto Carini filio, delecto ex polemarchis, quanquam [f] non eſſet è regio genere: ex Athenienſibus autē, Themiſtocle Neoclis filio. Verùm paucos illic dies immorati ſunt. aduenerunt enim ab Alexandro Amyntæ filio viro Macedone nuntii, ſuaſum eis vt illinc decederent, ne in illo ingreſſu perſtantes, ab exercitu irrumpente proculcarentur: videlicet multitudinem terreſtrem nauticámque indicando. Horum conſilio Græci (nam & bene ſibi conſuli, & bono erga ipſos animo Macedo eſſe videbatur) obtemperauerunt. Quanquam mihi videntur metu quoque id ſuaſiſſe, quòd audierant alium etiam eſſe in Theſſaliam ingreſſum per Peræbos, in ſuperiori Macedonia, iuxta vrbem Gonnon: quâ & tranſiuit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naues regreſſi, rurſus ad iſthmum ſe receperunt. Hæc fuit in Theſſaliam ſumpta expeditio, dum rex in Europam ex Aſia tranſiturus erat, & Abydi iam agebat. A ſociis autem deſerti Theſſali, iam nihil ambigentes, ita prompti ad Medos tranſiere vt in rebus gerendis ſeſe regi præſtiterint vtiliſſimos. Græci autem ad iſthmum reuerſi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, conſultabant & qua ratione bellum gerendum ſtatuerent, & quibus in locis. euicitque hæc ſententia, vt præſidio aditum Thermopylarum cuſtodirent, quippe qui videbatur & anguſtior quàm ille Theſſaliæ, & ſolus ipſorum terræ

a Quam mea ætate Acragantini tenebant.

b Continentis habitatores.

c Sed ego ab oratione mea digrediens, hæc de Rheginis & Tarētinis verba interieci. Porro in Cretā, poſtquā deſolata fuit, Præſii &c.

d Nullo enim modo neceſſitas impotētiam ſuperare poteſt. *Vt accipiamus impotentiam pro Non poſſe. Hic enim eſt ſenſus, Fruſtra nos neceſſitate adigere conabimini, & nos cogere. fieri enim nulla ratione poteſt vt quis ad id faciendum cogatur quod facere non poteſt.*

e Allon Achaiæ. *Infrà autem pro iiſdē verbis* Αλλον τῆς Ἀχαΐης *habet Littoralia Achaiæ.*

f *Sic & vet. cod. Gr. addunt negatiuam particulam.*

terræ propinquior. Nam ſemitam qua Græci intercepti poſtea fuere apud Thermopylas, haud nouerant prius [a] quàm ducibus Trachiniis ad Thermopylas hoſtis peruenit. Hunc igitur aditum vt tuerētur decreuere, ne barbarus tranſiret in Græciam, vtque claſſis proueheretur in Hiſtiæotidem oram ſuper Artemiſiũ. Hæc enim loca inter ſe vicina ſunt, vt audiri vtrinque poſſint quæ apud alteros gerantur. quæ loca ita ſe habent: Artemiſium quidem à pelago Thracio, ex laxitate in arctum cogitur traiectum, qui eſt inter inſulam Sciathum & continentem Magneſiæ. ab anguſtiis autem EVbœæ iam Artemiſium excipit littus, in quo eſt Artemidis, *id eſt Diánæ* templum. Ingreſſus verò in Græciam per Trachinem, vbi arctiſſimus, dimidii iugeri eſt. quanquam ad dexteram regionem non eſt hic locus arctiſſimus, ſed ante póſtque Thermopylas: iuxtáque Álpenos à tergo ſitos, tantummodo ad agendum vehiculum via patet: anterius etiã iuxta flumen Phœnicẽ, prope vrbem Anthelam, ſolùm agendo vehiculo via ſufficit. Thermopylarum autem quod ad heſperum vergit, mons eſt inacceſſus & prælti præcipitii, protentus vſque ad OEtam. quod autem viæ vergit ad auroram, id à mari excipitur ac vadoſis. In hoc autem ingreſſu ſunt θερμὰ λουτρὰ, *id eſt calida lauacra*, quæ χύτρους, *id eſt ollas*, indigenæ vocant: & deſuper ara Herculi extructa. Ad hos ingreſſus, murus ædificatus erat, ſuper quem olim πύλαι, *id eſt portæ* erant. Eum autem ædificauerant Phocenſes metu Theſſalorum, ex quo illi ex Theſprotis terram AEolidem iere habitatum, quam nunc poſſident. & quia Theſſali conabantur eos ſubigere, hoc præſidio impoſito ſe tutabãtur: aquámq; illã calidam ingreſſui induxere, vt eſſet lacunoſus locus: omnia excogitãtes ne in ſuam terram Theſſali incurſarent. Hic tamen murus quõdam extructus, maiori ex parte iam vetuſtate erat collapſus: quo rurſus excitato, viſum eſt illis faciendum vt illac barbarum arcerent à Græcia. Eſt autem proximè viam vicus nomine Alpeni, vnde frumentari Græci ſtatuerant. Et hæc quidem loca viſa ſunt Græcis opportuna. cuncta enim rimati atque ratiocinati, vbi barbari neque multitudine neque equitatu vti poſſent, ibi illos Græciam inuadentes excipere ſtatuerunt. Poſtea verò quàm Perſam in Pieria eſſe audiere, ex Iſthmo digreſſi ſunt: peditatus ad Thermopylas inſidẽdas, cæteri mari, ad Artemiſium. Dũm autẽ Græci (vt cuique præceptum erat) properè ad ſuccurrendum tendunt, interea Delphi deum conſuluere, de ſeipſis pariter & de Græcia ſolicitl. His reſponſum eſt vt ventos precarentur: illos enim maximos fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod accepere oraculum, cum iis primùm Græcis communicauere quibus libertas cordi erat: quo nuntio illos, quòd barbarum magnopere timerent, immortali beneficio dẽmeruere. Deinde ſtatuta ventis ara in Thya, vbi fanum Thyæ Cephiſi filiæ (à qua & locus hic habet nomen) hoſtias illi immolauere: propter quod oraculum etiam nunc Delphi ventos propitiant. Nauticus autem Xerxis exercitus ex vrbe Therma mouens, decem ex omnibus nauibus velociſſimas rectà miſit in Sciathum, vbi erant tres præſidiariæ naues Græcorum, Trœzenia, AEginetica, Attica: quæ præuiſis barbarorum nauibus, in fugam ſe proripuerunt. Sed ex iis Trœzeniam, cui præerat Praxinus, inſequuti barbari, continuò excipiunt. Deinde [b] ſtrenuiſſimum quenque propugnatorum eius ad proram adductum, deinceps mactant. Eorum qui capti mactatique ſunt, & primo & ſtrenuiſſimo nomẽ erat Leoni: quo nomine nõnihil fortaſſe gloriabatur. AEginetica verò, cuius trierarchus erat Aſonides, nonnihil tumultus hoſtibus præſtitit, [c] quòd eius epibata erat Pythius Iſchenoi filius, vir eo die præſtantiſſimus: qui capta naui tamen eouſque pugnando reſtitit donec totus [d] dilaniatus eſt: quem collapſum non mortuum, ſed ſpirãtem, Perſæ qui nauem ceperant, admiratione virtutis, magnum operæpretium putauerunt vt ſeruarent, vulnera ſmyrna medentes, ſindonéque byſſina & faſciis obligantes. ac rurſus in caſtra ſua reuerſi, hominem vniuerſo exercitui oſtentabant admirabundi, [e] ac probè obſeruantes: quum alios quos in eadem iam naui ceperant, tanquam mancipia adſeruarent. Duabus nauibus interceptis, tertia, cui præerat Phirmus vir Athenienſis, dum fugit ad oſtia Penei, impacta eſt: qua ſine viris barbari potiti ſunt. nam Atheniẽſes, ſimulatque nauem impegerunt, ab ea deſilientes, iter Theſſaliam intenderunt, ſéque Athenas receperunt. Huius rei per [f] ignes è Sciatho editos facti certiores Græci qui ad Artemiſium caſtra habebant, & ob id perterriti, illinc Chalchidem conceſſerunt ad EVripum tutandũ, relictis per edita EVbœæ loca diurnis ſpeculatoribus. Ex illis autẽ decẽ barbarorũ nauibus, tres ad herma quod eſt inter Sciathum & Magneſiam, nomine Myrmecem, profectæ ſunt. quem locum vbi tenuere barbari, lapideum illic titulum impoſuere. Qui ex Therma ſoluerunt, [g] vbi littus oculos effugit, cũ omni claſſe nauigabãt

a Quàm peruenientes Thermopylas de ea ex Trachiniis audiuerunt.

b *Videtur totum hunc locum aliter legiſſe, aut nõ intellexiſſe.*

c Quòd ea veheretur Pyth.

d Velut in laniena conciſus eſt. *Bud.*

e Ac bene eum tractabãt: quum cætéros quos in eadem naui ceperant, tanquam mancipia tractarent.

f Legit πρηστῶν vt & vet. cod. habent, non φρυκτῶν.

g *Locus hic in vulg. edit. Gr. eſt ſuſpectus: ac certè hunc aliam lectionem & hic & paulo pòſt ſequutũ eſſe manifeſtum eſt.*

vndecim dieb[a] ex quo rex à Therma diſceſſerat, inter ſe diſſipati: ſed eos herma deducebat, quod erat in traiectu ferè Scyrius Pammon. Hinc totum diem nauigantes barbari, oram Magneſiam tenuerunt ſuper Sepiadem, & littus quod eſt inter vrbem Caſthanæam & oram Sepiadem. [a]Ad hunc vſque locum atque Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: & adhuc claſſis (quemadmodum ego ſupputando inuenio) mille ducentarum ſeptem ex Aſia nauium. In quibus à principio è ſingulis nationibus erant millia ducenta & quadraginta vnum ac quadringenti, ducenos ſupputando viros in ſingulis: & præter indigenas propugnatores, addēdo Perſarum Medorúmque ac Sacarum trieenos epibatas. Reliquus autē hic exercitus cōſtabat ex triginta ſex millibus, ducentíſq; ac decem. Adiiciā autē huic & ſuperiori numero [b]eos qui ſunt ex biremibus: in quarū ſingulis plures fecerim octoginta potius quàm pauciores viros. Quarum nauium ſumma, vt ſuperius dictum eſt, trium millium fuit. ita in eis fuerūt virorū viginti quatuor myriades, *id eſt ducenta & quadraginta millia*. Hæc igitur erat claſſis ex Aſia, vnius & quinquaginta myriadū virorū in vniuerſum, & præterea ſeptē milliū ſexcentorū decem. Peditatus fuit decies ſepties cētena millia: equitatus octoginta millia: quibus addo Arabes, qui camelos, & Libyes qui currus agitabant, quæ facio viginti millia. Quæ copiæ claſſiariæ & terreſtres in ſummam redactæ fiunt ter & vicies centena & præterea decem & ſeptem millia, ſexcenti & decem. Has copias ex ipſa Aſia fuiſſe contractas dictum eſt, præter ſeruitia quæ ſequebantur, & eos qui in frumentariis vehebantur. Huic omni enumerato exercitui adiiciendus eſt ille ductus ex Europa; de quo ex opinione dicere oportet. Ii Græci qui ſunt è Thracia, & ex inſulis Thraciæ obiacentibus, præbuerunt naues centum viginti, quarum viri fiunt trigintaquatuor millia. Terreſtres copias præbuerunt Thraces, & Pæones, & Eordi, & Bottiæi, & genus Chalcidicum, & Brygi, & Pieres, & Macedones, & Peræbi, & Enienſes, & Dolopes, & Magnetes, & Achæi, & qui maritima Thraciæ habitabant. Harū nationum reor triginta myriades, *id eſt trecenta millia* fuiſſe: quæ myriades illis Aſiaticis adiectæ, fiunt in ſumma virorum pugnantiū ducentæ ſexagintaquatuor, & præterea mille ſexcenti ac decem. Hoc autem tanto pugnatorum numero [c]non pauciora ſed plura fuiſſe arbitror quæ eos comitabantur ſeruitia, & eos qui frumētariis in nauigiis erāt, & in aliis nauibus vnà cum militaribus viris vehebantur: quos neque plures neq; pauciores facio, ſed totidē. Ita æquati numero pugnatorū, explebunt totidē myriadas: fiéntq; quingentæ & viginti octo myriades, & tria millia ducēti & viginti viri, quos Xerxes Darii filius duxit ad Sepiadē & vſq; ad Thermopylas. Hic eſt vniuerſus copiarū Xerxis numerus. Nam mulierum pinſentium & pallacarum & eunuchorum numerum nemo pro cōperto queat dicere: ac ne impedimentorū quidē, aliorúmq; iumentorū ſarcinariorum, neq; canum Indicorū exercitū comitantiū, præ multitudine quiſquā inire numerū poſſit. [d]Quo minus miror proditum eſſe, fluenta quædam nō ſuppeditauiſſe: magis miror vnde tot myriadibus cibaria ſuppetierint. nā ſubducta ratione cōperio, ſi ſinguli quotidie ſingulas frumēti chœnicas, *id eſt ſemodia*, nō amplius accepiſſēt, abſumpta fuiſſe ſingulis diebus centū millia medimnorū, & trecētos ac quadraginta medimnos, *qui ſinguli conſtant è ſenis modiis*: haud annumerando mulieres eunuchóſque, & iumenta, atque canes. In quo exercitu quum tot virorū millia eſſent, nemo erat qui aut ſpecie aut magnitudine corporis cum Xerxe ipſo poſſet contendere, tanquā dignior qui illud imperiū obtineret. Nauales autē copiæ, poſtquā è ſtatione ſoluerūt, proiectæque orā terræ Magneſiæ tenuerūt, quæ eſt inter vrbē Caſthanæā & orā Sepiadē, primæ quæq; naues ad terrā habuere ſtationē, aliæ deinceps in ancoris ſtetere, ad octauū vſq; ordinē [c]intra mare procedētes, vtpote anguſtiore littore quàm vt claſſem caperet: atq; ita per noctē ſtetere. Sub ipſum verò diluculū, ex ſereno cælo & tranquillo quū mare efferbuiſſet, incidit in eā atrox tēpeſtas, ac vehemēs vētus ſubſolanus, quē Helleſpontiū nuncupant qui circa illa loca habitāt. Eum ventū quicūque augeſcere animaduerterunt, & quibus per conditionē ſtationis licuit, ii tēpeſtatē præuenerunt, reuulſiſque nauibus ſeſe atq; illas incolumes præſtiterunt: at quas naues ventus [f]exteriores nactus eſt, earum alias ad loca quæ dicuntur *ἴμβοι*, *id eſt furni*, quæ ſunt in Pelio, extulit, alias in littus, alias in ipſam Sepiadem illiſit, alias in vrbem Caſthanæam, alias in Melibœam expulit. erat enim intoleranda vis eius. modo frumentum ſuppetierit tot hominū millibus, id verò mirum videri poteſt. Siquidē vt chœnicem frumenti quiſque in ſingulos dies acciperet, ac nihil amplius, ſubducta ratione inuenio centena dena millia medimnûm quotidie abſumi poruiſſe, & trecenta præterea quadraginta medimna. *Ita Bud. hunc locum uertit, addens etiam Annium fluenta prodidiſſe, hoc eſt deſtituiſſe exercitum tantum. Vide apud eundem De aſſe lib. 5. in quo ſit reprehendenda hic Vallæ interpretatio.*

a Ad Sepiadem vſque & Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: multitudo autē adhuc erat (vt ego coniectura aſſequor) ex nauibus qui dē ab Aſia profectis, numero mille ducentis ac ſeptem, eorum duntaxat qui iam inde ab initio conuenerant, millia ducenta & quadraginta vnum & quadringenti viri, ducenos ſcilicet viros in ſingulas naues numerantibus. Porro inter claſſiarios indigenas triceni Perſæ, Medi & Sacæ in naues eaſdem aſcenderant. quæ multitudo ſex & triginta millia & ducentos decem viros prioribus copiis aggregat. *Ita Bud. hunc locum interpr.*

b Eos qui ex pentecōteris erant, *id eſt ex nauibus quinquagenûm remorum*: ita rationem iniens vt fuerint in ſingulis octogeniviri, maiore numero minorem compenſante. *Id eſt, ijs in quibus plures erant compenſantibus eas in quibus erant pauciores. Hoc enim uidetur uoluiſſe ſignificare quod noſtrate lingua in re ſimili dicimus L'une portant l'autre. uel, Le fort portant le foible. Adeo ut locum hic non habeat genus illud loquendi Plus minus. præſertim quū ὅτι ſit pro οὐ ϑ. q. d. In ſingulis (ubi plus, ubi minus) octōgeni uiri. Sed & illud τοῖς ἐν τῇσι ναυσὶ πλεόνεσσι respondet phraſi Gallicæ Ceux des nauires, pro Ceux qui eſtoyent dedans les nauires.*

c Non minorem ſed maiorē fuiſſe exiſtimo famulitii numerum; eorúmque qui frum. in nauig. erant & qui in aliis n.v.c.mi litibus vehebātur. Sed eſto hos illis numero pares eſſe, ac neque plures, neque pauciores, certè æquati hi numero pugn.

d Itaque mirum mihi nō videtur quorundam amnium fluēta defeciſſe tot hominum millia: ſedquonā

e Πρόκροσσοι τῆς νηὸς exponitur *Naues ſibi iunctæ ſcalarum inſtar alia poſt alias.* f Altum tenentes.

Enimuerò feruntur Athenienſes Boream inuocaſſe ex oraculo alio, quod eis redditum eſt, vt generum ſuum ad ſibi opitulandum inuocarēt. Habet autem (vt apud Græcos fertur) Boreas in matrimonio Orithyam Atticam Erechthei filiam. Ex hoc coniugio (vt fama eſt) Athenienſes inducti ſunt ad coniectandum Boream ſibi generum eſſe, & dum [a] in Chalcide pro Europa excubarent, quum intelligerent auctum iri tempeſtatem, inuocauere Boream, cui prius ſacrificaueranr, & Orithyam, vt ſibi auxilio eſſent, & barbarorum naues corrumperent, quemadmodum prius fecerāt circa Athon. Num autem ob id Boreas ingruerit in barbaros apud ſtationem agentes, non queo dicere: certè Athenienſes aiunt & antè fuiſſe ſibi auxilio Boream, & tūc illud effeciſſe. atque digreſſi illinc, delubrum Boreæ extruxere ad amnem Iliſſum. In hac clade qui pauciſſimas naues, ii non pauciores quadringentis periſſe aiūt, viros quoque innumerabiles, ac vim pecuniarum immenſam. vt Aminocli [b] Cratineo viro Magneti maiorem in modum fuerit fructuoſum hoc naufragium: qui aliquanto pòſt, dum circa Sepiadem humum fodit, multa pocula aurea erecta, multa argentea percepit, theſauróſq; Perſarum inuenit, affatímque aliarum ex auro rerum lucratus eſt: & quum alioqui nō eſſet fortunatus, è rebus repertitiis mirificè eſt ditatus. [c] nā fuit ei vtilitas quædā ingrata, ac doloris cauſa, quòd erat filiis orbatus. Nauium autem onerariarum aliorúmque nauigiorū quæ perierunt, numerus iniri nō poteſt. Vnde præfecti claſſis, veriti ne ſibi poſt acceptam calamitatem Theſſali ineurſarent, excelſum ſibi vallum è naufragiis circūdederunt. Triduo enim tē peſtas perſtitit: quarto tandem die magi [d] inciſiones faciendo, & veneficiis incantādo vētum, ad hæc Thetidi ac Nereidibus ſacrificando, tempeſtatē cōpeſcuerunt: ſiue aliter tempeſtas ipſa ſua ſponte ceſſauit. Thetidi autem ideo magi ſacrificauere, quòd ab Ionibus acceperant Thetin ex eo loco raptā fuiſſe à Peleo, omnémq; eam orā Sepiadem illius eſſe, aliarúmque Nereidū. Et ventus quidem quarto die conquieuit. At Græcis diurni ſui ſpeculatores ex Euboicis verticibus decurrentes, altero ab exorta tēpeſtate die indicarunt omnia quæ circa naufragium contigerant. Quæ iſti vbi audiere, fuſis prius liberatori Neptuno libamentis, celerrimè rurſus ad Artemiſium reuehuntur, ſperantes ſibi paucas aliquas naues fore aduerſarias. Ita ad Artemiſium prouecti, iterum ſtationem habuere ad templum Neptuni cognomine Liberatoris: quod nomen ab illis inditum, ad hoc vſque tempus perdurat. Barbari, poſteaquam vētus conquieuit, & fluctus conſtrati ſunt, reuulſis nauibus ad continentem enauigabant. circūuehentéſque promōtorium Magneſiæ, rectum curſum in ſinū qui ad Pegaſæa fert tenebāt. In hoc Magneſiæ ſinu locus quidam eſt in quo fertur Hercules, quum è naui Argo aquatum miſſus eſſet, derelictus fuiſſe ab Iaſone atque à ſociis, dum in terram Colchidem ad vellus nauigarent. [e] Illinc enim aquati in pelagus erāt abituri, eáque de re nomē loco fertur eſſe Aphetæ, *id eſt dimiſſæ*. Hoc in loco Xerxianæ naues ſtationem habuerunt: quarum quindecim, [f] quæ longè vltimæ appellabantur, proſpectis Græcorum ad Artemiſium nauibus, ratæ ſuas eſſe, in medium earum & ad hoſtes delatæ ſunt: quarum dux erat Sandoces Thaumaſii filius, Cumæ AEolidis præfectus: quem antè Darius ob hanc cauſam captū cruci affixerat, quòd quum è regiis iudicibus eſſet, iniquam ſententiam ob pecuniam tulerat. ſed eius in cruce ſuſpenſi Darius reputans plura peccatis eſſe beneficia in domum regiam collata, hoc reperiens, agnoſcēnſque properantius ſe quàm prudentius egiſſe, hominē ſoluit. Ita regem Darium elapſus ac vitæ reſtitutus, tunc in Græcos delatus, nō iterum erat elapſurus. hos enim ad ſe curſum tenētes Græci vbi videre, cognito hominum terrore, aggreſſi [g] repente cepere. In quarum nauium vna captus eſt Aridolis, Alabandenſiū qui ſunt in Caria tyrannus: in altera Penthylus Demonoi filius, dux Paphius, qui è Papho duodecim naues quum duxiſſet, amiſſis earum vndecim tempeſtate quæ ad Sepiadem extiterat, cum vna quæ ſuperabat tendens ad Artemiſium, captus eſt. Hos Græci quæ volebāt de Xerxis exercitu ſciſcitati, vinctos ad Corinthiorum Iſthmum dimiſerunt. Cætera barbarorum claſſis, præter quindecim naues quibus præfuiſſe Sandocem dixi, ad Aphetas peruenit. Xerxes cum terreſtribus copiis per Theſſaliam & Achaiam iter faciens triduo, euaſit in Melienſes: quū in Theſſalia certamen eurule feciſſet, ſuas equas experiendi gratia, quòd illic optimas Græcarū equas eſſe audiebat. in eo autem certamine multo inferiores fuerunt Græcæ. Fluuiorum porro qui ſunt in Theſſalia, ſolus Onochonus potāti exercitui [h] nō ſuffecit. Xerxi [i] ad littoralia Achaiæ tendenti, perductores ſui cuncta referre cupientes, enarrabant id quod de templo Iouis Aphlyſtii ab indigenis enarratur: Athamātem AEoli filium, inito cum Ino conſilio necem Phryxo machinatum: deinde Achęos ex oraculo tale

a In Chalcide Euboeæ excubarent, vbi tempeſtatē oriri intellexerunt; aut prius etiam *quàm id intellexiſſent*, ſacrificare cœperunt, & Boream Orithyámque inuocare vt ſibi auxil.

b Cretinei filio, *aut Cretini*.

c Nam & huic calamitas quædam angebat circa liberorū cædem.

d *Ipſe alibi haruſpicinam facere interpretē.*

e Illinc enim aquati ἔμελλον ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν. *ad verbū, In pelagus erāt immiſſuri.* vnde loco illi nomen extitit ἀφέται. *Poteſt autem ἀφήσειν, & aliter reddi. ſunt enim qui ἐς πέλαγος ἀφίέναι vertant In altum vela dare.*

f Quæ multo poſt alias ſoluerant, conſpectis Græc.

g Facilè cepere.

h Non ſuffecit. Fluuiorū autem Achaiæ quū maximus ſit Apidanus, ne hic quidē ſuffecit, niſi aliqua ex parte. *Id eſt, Ne hic quidem illi aquam abundè ſuppeditauit, ſed parcè tantùm.*

i Pro ἐς Ἀλσον τῆς Ἀχαΐας *hic poſuit Ad littoralia Achaiæ, quū ſuprà pag. 192, pro iiſdem verbis poſuerit Algas Achaiæ.*

certamẽ illius posteris propositurum esse, vt qui ex eo genere maximus natu esset, huic aditu prytanei, *id est curiæ*, (quam leitum Achæi vocãt) interdiceretur: ipsis excubias agẽtibus, vt siquis adisset, nõ prius exire posset quàm mactãdus esset. Ita multos, quum iam mactandi essent, eo metu in aliam profugisse regionem: interiecto deinde tempore, quum reuersi essent, & in prytaneum ingressi, si essent deprehensi, toto corpore coronis cooperto, & cum pompa eductos mactari cõsuesse. Hoc autem posteros Cytissori Phryxo geniti ob id pati, quòd quum Achæi expiationem loci facientes, ex oraculo Athamantem AEoli filiũ essent immolaturi, Cytissorus iste è terra Colchide veniens illum liberauit: eóque facto posteris eius iram dei fuisse iniectam. Hæc quũ audisset Xerxes, vbi ad lucum adfuit, & ipse ab eo abstinuit, & idem suis copiis imperauit: domúmq; item posterorũ Athamantis ac fanum veneratus est. Hæc in Thessalia Achaiáq; à quibus locis processit Xerxes in Melidẽ iuxta maris sinũ, vbi totum diem æstus atq; reciprocatio fluctuũ fit. Huic sinui circũiectus est locus cãpester, alibi spatiosus, alibi arctus admodũ. Súntq; ipsi campo circũiecti montes editi atque inacceſſi, omnẽ Melidem cingẽtes regionẽ, quæ petræ Trachiniæ nominãtur. Prima in sinu vrbs ab Achaia eũtibus est Anticyra, quã amnis Sperchius præterlabens, ex Enienſibus in mare defluit. A quo alter amnis x x ferme stadiis abest, cui nomen inditum est Dyras, quem fama est emersisse ad ferendam Herculi opẽm. Ab hoc totidẽ stadiorũ intercapedine alius amnis est, qui vocatur Melas, *id est niger*. Vnde vrbs Trachis quinque stadia abest, [a] sita in ampliſſimo regionis spatio, à montibus ad mare, vtpote duobus & viginti millibus iugerum planitie montis qui terram Trachiniam circumdat. Ad Trachinis meridiem anfractus est per quem Asopus circa radices mõtis defluit: ad cuius meridiẽ alius non magnus amnis est, nomine Phœnix, ex his mõtibus in Asopum defluens. Iuxta Phœnicem anguſtissimũ viæ est: quippe qua muri coarctata modo plaustrũ dũtaxat agi potest. A flumine Phœnice ad Thermopylas quindecim stadiorum est interuallum, in quo vicus est nomine Anthela: quem præterfluens Asopus in mare euoluitur: & ei locus spatiosus est circumiectus, vbi templum Cereris Amphictyonidis extructum visitur, & sedilia Amphictyonibus, & ipsius Amphictyonis delubrum. Cæterùm rex Xerxes quidem in Trachinia Melidis castra habebat, Græci verò in trãsitu: qui locus à pleriſque Græcorum vocatur Thermopylæ, ab indigenis autem atque accolis Pylæ. Hæc erant vtrorunque castrorum loca: Xerxe omnibus quæ ad ventum boream spectant vsque ad Trachinem, potito: Græcis, quæ per hanc continentem ad austrum & meridiem ferunt, tenentibus. Qui hoc in loco Persam Græci opperiebantur, hi fuere, Spartanorum trecenti armati, Tegeitarum & Mantienorum mille, totidem ex vtrisque: ex Orchomeno Arcadiæ centũ viginti, ex reliqua Arcadia mille. tot quidẽ ex Arcadia. A Corintho autẽ quadringenti: à Phliunte ducenti, & Mycenæorũ octoginta. hi ex Peloponneso aderãt: Ex Bœotis autẽ Thespienses septingẽti, Thebani quadringẽti. Præter hos euocati erant Locrenses Opuntii cũ omni copia, & Phocensiũ mille. Ipsi enim Græci eos euocauerant, missis nuntiis, qui dicerẽt se quidem præcursores aliorũ venisse, cæteros autem socios propediem expectari: tutelã verò maris esse in Atheniensium præsidio AEginetarúmq;, & eorum quibus res naualis iniuncta esset. nec sibi quippiam esse formidolosum. nõ enim deum esse qui bellũ Græciæ inferret, sed hominẽ: nec mortalem quempiã aut esse aut fore qui, ex quo natus est, mali exors sit: & vt quisque maximus est, ita ei deberi maxima. itaque quũ mortalis esset qui bellũ inferret, ab opinione esse casurum. Hæc illi audiẽtes, in Trachinem auxilio iere. Erãt his cum alii duces suæ quisq; ciuitatis, tum verò, penes quem summa imperii erat, quem maximè admirabantur, Lacedæmonius Leonides Anaxandridæ filius, qui Leontis, qui EVrycratidæ, qui Anaxãdri, qui EVrycratis, qui Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui Agesilai, qui Doryagi, qui Leobotis, qui Echestrati, qui Hegesis, qui EVrysthenis, qui Aristodemi, qui Aristomachi, qui [b] Cleonidæi, qui Hylli, qui Herculis filius fuit: adeptus ex inopinato regnum. Nam quum duo forent ei fratres natu maiores, Cleomenes & Dorieus, aberat à cura regionis adipiscẽdæ: verùm Cleomene sine virili sobole defuncto, & Dorieo iam non superstite, sed & ipso in Sicilia vita functo, ita regnum ad Leonidem peruenit, qui Cleombroto maior natu erat. Is enim nouissimus fuit Anaxandridæ liberorum, habebátque in matrimonio Cleomenis filiam. Qui dum se ad Thermopylas cõtulit, delegerat trecentos è [c] primoribus viros, & quibus filii erant: assumpserátque eos Thebanos quorum de numero feci mentionem, quorum dux erat Leontiades EVrymachi filius. Hac de causa Leonides dedit operam vt Græcos sumeret solos, quòd eos ma-

a Hæc autem maximè parte spatiosa est illa regio, à mari ad mõtes, iuxta quos est sita Trachis. sunt enĩ viginti duo planitiei plethra. Mõtis autem qui Trachinium agrũ circũdat, est anfract⁹, ad Trachinis meridiẽ, per quem Asop.

b Cleodæi. *Quæ lectionem comprobat locus quem habes suprà, pag. 153 de Aristodemo qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli filius.*

c Constantis ætatis viros. *Camer.*

ximè insimulabat quòd cum Medis sentirent. Euocabat igitur eos ad bellum, sciendi cupidus an vnà mitterent auxilia, an ex professo adimerent Græciæ societatem: sed illi aliud sentientes, tamen auxilia miserunt. Eorum qui cum Leonide fuere, primos miserunt Spartiatæ: vt his inspectis alii socii in militiam proficiscerentur, néve cum Medis sentirent, si eos superari audirent. Ipsi autem celebratis Carneis, (hæc enim sacra morabantur eos) relictis Spartæ custodibus, erant cum omni copia illuc celerrimè ituri auxilio. Reliqui autem socii ad id agendum itidem animati (nam tempus Olympiadis in hæc negotia inciderat) haud suspicati tam citò apud Thermopylas bello decernendum, præcursores miserant. Ita isti sibi faciendum statuerant. At ii Græci qui apud Thermopylas erant, vbi ad ingressum Persa aduentabat; metu perculsi de discedendo consultabant. At cæteri quidem Peloponnenses censebant faciendum vt reuersi in Peloponnesum, Isthmi custodiam agerent: huic autem sententiæ quum infensi essent Phocenses & Locrii, Leonides suadebat illic perstandum, & nuntios ad accersendas subsidio ciuitates dimittendos, tanquam se paucioribus quàm vt Medorum exercitum arcerent. Hæc istis consultantibus, Xerxes equitem quendam ad speculandum quot illi essent, & quid agerent, mittit. Audierat enim iam tum quum in Thessalia esset, eò loci contractam esse exiguam copiam, eiúsq; duces esse Lacedæmonios, atq; Leonidem è genere Herculis. Eques vbi ad stationē Græcorū successit, cōtemplatur aspicitq; non ille quidē omnes milites (nam eos qui intra murū quem excitauerāt excubabant, intueri nequibat) sed eos qui extra murū agebant. Erāt autem eo tēpore exterius manēdi in Lacedæmoniorū statione vices: eos animaduertit partim se ludo gymnastico exercētes, partim comā pectentes. Hæc cum admiratione intuitus, eorū numero, ac cæteris omnibus planè cognitis, per otiū sese recipit. nemo enim illorū insequebatur, sed hominē magno cōtemptui habebāt. Regressus ad Xerxē, cūcta quæ inspexerat refert. quæ Xerxes audiens, [a] non poterat coniectare quidnā molirētur, tanquā quoad possent perituri pariter, & hostem perdituri. Sed quū ridiculā rem sibi facere viderentur, accersit ad sē Demaratū Aristonis filiū, qui in exercitu erat: quē, vt venit, interrogauit horū singula, cupiēs nosse quid ab Lacedæmoniis ageretur. Et ille, Audisti, inquit, antea me, dū aduersus Græciā proficiscēremur, de his viris: & quū audisses loquentē hæc quæ euentura prouidebā, derisui habuisti. sed quanquā mihi summū discrimen est aduersus te rex veritatē tuenti, audias tamen nunc quoq; veritatem: Hi viri ad nobiscum pugnandū de ingressu venere, atque hoc apparāt. nam ita sese apud eos habet cōsuetudo: quoties adire animæ periculum debent, tunc capita comūt. [b] quod scies, si hos & qui Spartæ manserūt, subegeris: nulla hominū gens alia est quæ cōtra te rex audeat tollere manus. Etenim nunc aduersus regnum in Græcia pulcherrimum atq; viros præstantissimos tēdis. Xerxe, quòd hæc ei admodū incredibilia viderentur, interrogante quo pacto tātillæ copiæ cum suis pugnaturæ essent, rursus inquit, [c] Pro vano me ducas, nisi hoc tibi vt ego annuo, vsu venerit. Hæc dicēs, tamen Xerxi non persuasit. Itaq; quatriduum Xerxes supersedit, ratus eos illinc fugam esse facturos. Quinto die quum putaret impudentiam illorum atque temeritatē esse in permanendo, ira percitus, Medos in eos ac Cissios mittit, imperans vt illos caperent viuos & in cōspectum suum adducerēt. Medi, vbi facto impetu in Græcos impressionem fecerunt, multi cadebant, aliisq; superuenientibus nihil tamen promouebāt, etsi vehementer ingruebant: palàm faciētes cum aliis omnibus, tum verò ipsi regi, se quidem multos homines esse, at paucos viros. Fuit autem hic pugnæ congressus interdiu. Pòst vbi Medi se ægrè tutabantur, tum verò ipsi se subduxere: Persæque subeuntes excepere, ii quos [d] immortales rex appellabat, quorū dux erat Hydarnes: tāquam facilè hostem profligaturi. Vbi & hi cum Græcis cōgressi, nihilo magis quàm Medi proficiebant, sed eodem modo pugnabant, vtpote [e] longioribus hastis quàm Græci vtentes, & in locis angustis, vbi nullus multitudinis erat vsus: ibi Lacedæmonii dignam memoratu pugnā edebant, cum aliis in rebus ostentātes se peritè inter imperitos pugnare, tum verò in eo quòd quoties terga vertebant, cōferti fugiebant. Quos barbari dum fugientes cernerent, cum vociferatione & strepitu ingruebant: at Græci rursus se conuertentes, aduersis pectoribus eos excipiebant: & quanuis eorum innumeram multitudinem prosternebant, aliquot tamē illic ex ipsis etiā Spartiatis occubuere. Persæ, posteaquā & cateruatim & vniuersis copiis iter occupare conati, nihil tamen promouebant, iterum sese receperunt. Fertur autē Xerxes, quū ad spectaculū adesset, in ipso cōgressu pugnandi ter è solio resiliisse, quòd videlicet exercitui suo timeret. [f] Postero die nihilo melius barbari præliati sunt. [g] nam sperātes fore vt illi, qui

a Coniicere nō poterat *ex ijs quæ audiebat* rem ita se habere vt reuera se habebat, nimirum illos se præparare ad moriendum &, ad alios morte afficiēdos pro viribus.

b Scito autē si hos cæteróque qui Spartæ remanserunt subegeris, nullam aliam fore hominum gentē quæ contra te rex, &c.

c In me vt mendacem consule. *Vel, De me ut mendace statue.*

d *Cur ita uocarentur, suprà expositum, pag 179.*

e Breuioribus.

f Tunc igitur ita pugnarunt. Postridie autem nihilo mel.

g Ita enim pugnabāt vt qui existimarēt

illos, vtpote paucos, ſaucios eſſe, eiſque vel ad attollendas manus vires nō ſupereſſe. At Græci eos excep.

pauci eſſent & ſaucii, nequirent manus leuare ad pugnandum, quum conflixiſſent, eos Græci excepere, inſtructis ordinibus, & in ſuo quiſque loco ac per nationes digeſti: præter Phocenſes, qui in monte ad iter obſidendum locati erant. Perſæ vbi nihil aliud quàm pridie agendum vident, abſcedūt. Ibi regem ancipitem quódnam in re præſenti conſilium capeſſeret, Epialtes EVrydemi filius alloquuturus adiit, tāquam magna aliqua re ab illo remunerandus, indicauítque ei tramitem qui per montem ad Thermopylas ferebat: quo factionem eorum Græcorum qui illic erant, euertit. Is poſtea Lacedæmoniorum metu in Theſſaliā profugit: cuius profugi pylagoræ Amphictyones apud Pylæam congregati caput pecunia licitati ſunt: qui interiecto deinde tempore ab Athenade viro Trachinio, Anicyræ (nam illuc redierat) interemptus eſt. Quem, etſi ob aliam cauſam (quam ego in ſequentibus reddam) Athenades hic interemit; nihilo tamen ſecius à Lacedæmoniis præmio affectus eſt. Hunc in modum Epialtes poſtea interiit. Eſt & alia quæ fertur fama, Onetem Phanagoræ filium, virum Caryſtium, & Corydalum Anicyrenſem, fuiſſe qui ea dixerint regi, & circum montem Perſas deduxiſſe. Quod apud me prorſus fide caret. nam hinc licet coniectemus, primùm, quòd Græcorum pylagoræ non Onetæ & Corydali ſed Epialtæ Trachinii caput pecunia licitati ſunt, quòd ſcilicet eū cōpertiſſimum haberent: deinde quòd Epialten ob hanc cauſam ſcimus ſe fuga propripuiſſe: poſtremò, quòd Onetes qui non erat Melienſis, ita demum tramitem illum nouiſſet ſi in ea regione permultùm diuerſatus fuiſſet. Ideóque Epialtæ culpam adſcribo, quòd Perſas per montem circumduxit, & ad tramitem perduxit. Xerxes ea quæ Epialtes ſe confecturum ſpondebat probans, maiorem in modum lætus, ſine mora Hydarnem cum iis quibus præerat copiis miſit: Ille circa lucernarum accenſionem, *id eſt ſub crepuſculum* è caſtris profectus eſt, & tramitem ingreſſus. Quem tramitem indigenæ Melienſes veſtigauerunt: eóque inueſtigato Theſſalos deduxere aduerſus Phocenſes, eo tempore quo Phocenſes interſepto muris tranſitu, ad arcendum bellum in præſidio erant. [a] Extrinſecus nihil admodum præſeptus tranſitus erat, quum nihil eſſet vtilis Melienſibus. Sic autem ſeſe habet ille callis: Ab Aſopo fluuio, qui per montis meat anfractum, incipit, cui monti ac viæ idem nomen eſt inditum Anopæa. hæc Anopæa per dorſum montis extēta, deſinit iuxta Alpenū vrbem, quæ prima eſt ex Locridibus, Melienſes verſus, ac iuxta lapidem nomine Melampygum ac iuxta *κυρτόπωνι ἕδρας, hoc eſt malitioſorum ſedes*, vbi anguſtiſſimus callis eſt. Hac via atque ita ſe habente Perſæ Aſopum tranſmittentes, iter tota nocte fecerunt, à dextra OEtæos montes, ad ſiniſtram terram Trachiniorum habentes: ac ſub exortum auroræ in cacumen montis euaſerunt: quo in loco (ſicut ſuperius oſtenſum eſt) mille Phocenſium armatorum præſidium excubabat, tum ad ſuam terram, tum ad viam tutandam. nam tranſitus inferior à quibus dictum eſt cuſtodiebatur, quòd eam per montem viam vltro à Leonide acceptam obſidebant. Hoc autem modo Phocenſes Perſas aſcendiſſe animaduerterunt: Quum eos illi toto monte conſcendendo propter frequentiam quercuum latuiſſent, tamen edito multo ſtrepitu (vt res poſtulabat) frondiū ſuper pedes conſtratarum, (erat enim cæli tranquillitas) Phocenſes recurrerunt: & dum ſibi arma induunt, confeſtim barbari adfuere: qui conſpicati viros arma ſibi circundantes, obſtupuere. [b] quippe qui (vt in exercitu aſſueratum fuerat) neminem ſibi ſperabant occurſurum. Ibi Hydarnes formidans ne Phocenſes Lacedæmonii forent, Epialten percontatus eſt [c] quiſnam ille eſſet exercitus. Mox certior rei factus, Perſas tanquam in aciem inſtruxit. quorum miſſilibus multis crebríſque Phocenſes quum ferirentur, fugam fecerunt in verticem montis, gnari aduerſum ſe ab initio illos veniſſe: & ſe præparabant tanquam perditi. Ita iſti ſentiebāt. Verùm his ſpretis ii qui circa Epialten & Hydarnem erant Perſæ rapidi de monte deſcendunt. At iis Græcis qui apud Thermopylas erant, primùm vates Megiſtias extis inſpectis indicauit mortem illis pariter & ſibi impendere. deinde tranſfugæ notum fecere, Perſas montem circuire: ſed hi adhuc per noctis tempus: tertio loco ſignificauere ſpeculatores diurni, qui à verticibus montis decurrerant iam die illuceſcente. Hic inter ſe conſultantes Græci, ſententiis diſcrepabant. alii enim ſtationem non deſerendam ſuadebant, alii id diſſuadentes contendebant. Ita diſſidentium partim abſcedunt, dilapſique in ſuam quiſque vrbem ſe recipiunt: partim, qui cum Leonide erant, ad illic perſtandum ſe accingunt. Fertur autem ipſe Leonides eos qui abſceſſere dimiſiſſe, de illorum vita ſolicitus: ſe verò & Spartiatas, qui adeſſent, non facturos è ſua dignitate ſi ſtationem deſererent, ad quam tutandā ab initio veniſſent. Cæterùm ego magis illi opinioni accedo: Leonidem, poſteaquā

a *Diuerſam à noſtra lectionem ſequutus eſt quā etiam ſequendo, nertendum fuit potius,* Adeo vt nihil eſſet vtil.

b Quum enim nullum aduerſarium ſibi occurſurum ſperaſſēt, in exercitū inciderūt.

c Cuias.

animaduertit ſocios ignauos & inuitos eſſe ad periculum ſubeundum, veniam eis abeundi dediſſe, ſibi verò decedere inhoneſtum putaſſe: permanenti autem illic, ingentem gloriam futuram, & Spartæ nunquam defuturam felicitatem ſperaſſe. Siquidem iam inde ab initio moti belli Spartiatis à Pythia redditum erat oraculum, fore vt aut Sparta euerteretur à barbaris, aut rex eius occumberet. Quod oraculum hexametris illa verſibus reddidit, in hæc verba,

» Vobis, ampliuagæ colitis qui mœnia Spartæ,
» Aut vrbs clara dabit Perſa victore ruinam:
» Aut (ſi non erit hoc) oriundus ab Hercule quidam
» Flebitur extinctus rex in Lacedæmonis ora.
» Nam neque taurorum neque vim feret ille leonum,
» Sed Iouis, & cuius reor haud tolerabile robur,
» Alterutrum donec paſſim diſcerpſerit horum.

Hæc reputantem Leonidem, [a]cupidúmque gloriæ comparandæ, crediderim ſolum ex Spartiatis remiſiſſe ſocios potius, quàm illos qui abierunt, in ſententiis diſſidentes, tam deformiter abiſſe. Cui rei non minimo id mihi teſtimonio eſt, quòd vates Megiſtias huius expeditionis comes (qui ferebatur Acarnas eſſe, & à Melampode oriundus) præloquutus ex extis ea quæ erant euentura, quum propalam à Leonide dimitteretur, ne ſecum periret, tamẽ abſcedere noluerit, filium modò, qui ei vnicus erat, vnà militantem miſſum fecerit. Ita ſocii quos Leonides remittebat, ei obtemperantes abiere. Theſpienſes tantùm atque Thebani perſtitere cum Lacedæmoniis: Thebani quidem, inuiti ac nolentes, quippe quos Leonides loco obſidum diſtinebat: Theſpienſes verò, libentiſſimi, qui negauerunt ſe Leonide & iis qui cũ eo erant deſertis abſceſſuros: permanentéſque vnà cum illo occubuerunt. quorum dux erat Demophilus Diadromei filius. Xerxes, ſub exortum ſolis libaminibus factis, tãtiſper moratus dum tempus eſſet quo forum ſolet maximè frequẽs eſſe hominibus, è caſtris mouit. etenim ita ab Epialte erat mandatum. nam deſcenſus à monte, compendiarius magis ac breuioris multo ſpatii quàm circuitus montis atque aſcenſus. [b]Barbari qui circa Xerxem erant, ad Leonidẽ & ad Græcos qui cum eo erant acceſſere: & iſti tanquam ad necem iam multo magis quàm à principio fecerant, progreſſi ſunt ad fauces introitus laxiores. nam munitiones muri eos tutabantur. Et quum ſuperioribus diebus in loca arctiora prodeuntes dimicaſſent, tunc extra anguſtias facto concurſu permulti barbarorum cædebant. Nam duces à tergo ſui quiſque agminis, verberibus quæ geſtabant vnumquenque cædebãt, aſſiduè ad procedendum adhortantes. vnde multi eorum in mare decidentes abſumebantur, multo plures inuicem viui proculcabantur, quũ nulla pereuntis ratio haberetur. Quúmque ſcirent impendere ſibi necem ab iis qui montem circuirent, quod roboris habebant, id omne in barbaros oſtendebant, ingruentes ac ſeſe intrudentes. Quorum pleriſque quum iam lanceæ diffractæ eſſent, nonnulli gladiis Perſas obtruncarent, tunc Leonides in hoc labore cecidit, nauata ſtrenuiſſimè opera, & cum eo alii inſignes Spartani: quorum ego tanquam ſtrenuorum virorum nomina audiui, & quidem trecentorum omnium. Perſarum quoque illic cum multi alii tam celebres ceciderunt quàm incelebres, tum verò duo Darii filii, Abrocomes & Hyperanthes: quos Darius ex Phrataguna Atarnis filia ſuſtulerat. Atarnes autem, Darii regis frater, Hyſtaſpíſque Arſamæi filius erat, qui quum Dario filiam nuptum dedit, omnẽ inſuper ei domum tradidit, vt qui eſſet vnicæ pater. Hi duo Xerxis fratres ſuper cadauer Leonidæ pugnantes occubuere, adeo vehementi Perſarum Lacedæmoniorúmque conflictu, vt Græci [c]ter hoſtibus in fugam verſis, cadauer Leonidæ virtute ſubtraxerint: & couſque perſtiterint dum ii qui cum Epialte erant adfuere. Quos vbi audiere Græci, tum verò pugnandi ardor immutatus eſt. nam ad anguſtias viæ ſeſe recepere: & introgreſſi murum, tumulum quendam occupantes, addenſati inſedere cuncti, præter Thebanos. eſt autem tumulus in ingreſſu, vbi nunc ſuper Leonidem ſtat lapideus leo. Hoc in loco defenſantibus ſeſe gladiis, qui adhuc eis ſupererant, barbari circunfunduntur, & manibus & vocibus inceſſentes: alii ex aduerſo vrgentes, & munitionem muri ſubruentes, alii vndique circũuenientes & circũſtantes. Lacedæmoniorum autem atque Theſpienſium, quum tales extiterint, præſtantiſſimus tamen extitiſſe fertur Dieneces Spartanus: quem, antequam cum Medis confligeretur, hoc dixiſſe aiunt: quum à quodam Trachinio audiſſet barbaros præ multitudine ſagittarum quas emitterent ſolem obducere, tantam eorum eſſe copiam, adeo non expauefactus eſt, vt parui faciens Medorum turbam, reſpõderit,

a Ac facere volen tẽ vt id decus Spartiatarum duntaxat eſſet, remiſiſſe ſoc.

b Barbari igitur qui cum Xerxe erant, acceſſerunt: & Græci itidem qui cum Leonide, tanquam multo magis quàm initio ad mortem pergentes, ad laxiorem faucium partem progreſſi ſunt.

c Quater.

omnia ſibi bona Trachinium hoſpitem nuntiare, ſi Medi ſolem obducérent: ſe enim ſub vmbra cum illis, non in ſole pugnaturos. Hæc & alia huiuſmodi dicta [a] memoratu digna aiunt Dienecem Lacedæmonium reliquiſſe. Secũdum hunc autem è Lacedæmoniis duo fratres præſtantiſſimi feruntur fuiſſe, Alpheus & Maron, Orſiphanto geniti: E Theſpienſibus autem Dithyrambus Harmatidei filius. His eò loci vbi ceciderunt ſepultis, & iis ſociis qui prius quàm à Leonide remiſſi ſunt, occubuerant, epigrammata his verbis inſcripta ſunt,

Terdecies centum hîc certarunt millibus olim
E Peloponneſo bis modò mille viri.

Hæc vniuerſis ſuperſcripta ſunt: iſta peculiariter Spartiatis,

Nos Lacedæmoniis refer hîc peregrine [b] iacentes,
Exhibito illorum vocibus obſequio.

Hoc epigramma inſcriptum eſt Lacedæmoniis: iſtud vati,

Nobilis hoc buſtum eſt (Medi occidere) Megiſtæ,
Sperchion ad fluuium: non ſed inultus obit.
Qui vates obitum quanuis præſciret adeſſe,
Spartæ haud ſuſtinuit deſeruiſſe duces.

[c] Qui hos epigrammatis & cippis exornarunt, Amphictyones fuere: præter epigramma vatis Megiſtæ, quod Simonides Leoprepis filius, propter hominis familiaritatem inſcripſit. Ex his trecentis duo, EVrytus & Ariſtodemus, feruntur [d] ob extremam lippitudinem è caſtris ab Leonide remiſſi, in Alpenis decubuiſſe: & quum liceret communicato inter ſe conſilio, aut ſalutem ſibi parare Spartam verſus, aut, ſi reuerti recuſarent, vnà cum aliis occumbere, in neutro horum quæ licebat eis facere, inter ſe conueniſſe: ſed quum ſententiis diſcreparent, Ariſtodemum quidem præ ignauia remanſiſſe: EVrytum verò audita Perſarum circuitione, petiiſſe arma: ſéque eis indutum iuſſiſſe ſeruum vt ad pugnantes deduceret. hunc vbi deduxit, fugæ ſe mandauiſſe: illum dato in agmen impetu occubuiſſe. Quòd ſi vel Ariſtodemus ſolus redire Spartam neglexiſſet, aut ſi ambo reduces fuiſſent, videntur mihi Spartiatæ nullam iis pœnam irrogaturi fuiſſe: nunc altero eorum extincto, in hunc qui habens eandem occumbendi occaſionem, tamen occumbere noluerit, neceſſariò debuiſſe magnopere iraſci. Quidam hunc in modum & ob hanc cauſam Ariſtodemum ſoſpitem rediiſſe Spartam aiunt. Alii autem, quum ab exercitu pro nuntio mitteretur, & poſſet pugnæ quæ fiebat adeſſe, tamen recuſaſſe, ſed moratum in via, fuiſſe ſuperſtitem: ſociúmque eius qui vnà mittebatur, in pugnam profectum oppetiiſſe. Lacedæmonẽ igitur regreſſus Ariſtodemus probro & ignominia notatus eſt: probro, [e] quòd eum nemo neque igni neque alloquio impertiuit: ignominia, quòd Ariſtodemus fugax appellatus eſt. Verùm hic omnem ſibi obiectam culpam in pugna apud Platæas geſta deleuit. Fertur item alius ex eiſdem trecentis ſuperfuiſſe, in Theſſaliam pro nuntio miſſus, cui nomen erat Pantitæ: ſed Spartam reuerſus, quum opprobrio eſſet, ſeſe ſtrangulaſſe. Thebani autem quorum dux erat Leontiades, [f] vi retenti aduerſus regis copias, tamen à partibus Græcorum, è quibus erãt, dimicauerunt: at vbi res Perſarum ſuperiores eſſe animaduerterunt, ibi à Græcis, quibuſcum fuerant, ad tumulum ire properantibus, ſe diſſociantes, manus ad barbaros protenderunt, ad eóſque propius acceſſerunt, referentes (quod veriſſimum erat) ſeſe cum Medis ſenſiſſe, terrámque & aquam regi inter primos dediſſe: ac vi coactos ad Thermopylas veniſſe, & à culpa cladis illatæ abeſſe. Hæc regi allegantes, (quorum etiam Theſſalos teſtes habebant) ſeruati ſunt: nõ tamen vſquequaque fortunati fuerunt. nam barbari qui eos cepere, aliquot vt accedebant obtruncauerũt: pluribus, iuſſu Xerxis, regias notas inuſſerunt, à duce Leontiade exorſi. cuius filium EVrymachum poſtea Platæenſes quadringentorum Thebanorum ducem, quòd vrbem ipſorum occupaſſet, interemere. Hunc quidem in modum Græci ad Thermopylas dimicauerunt. Xerxes autem accitum Demaratum interrogauit, hinc orſus, Demarate, virum te bonum eſſe indicio veritatis experior: quæ enim dixiſti, ea « omnia perinde euenere: nũc hoc mihi pandito, Quotnam ſunt Lacedæmonii, quótve eorum tales in re bellica? an & vniuerſi? Cui Demaratus, Multitudo, rex, inquit, « Lacedæmoniorum omnium magna eſt, & ciuitates multæ: quod autem diſcere vis « à me, ſcies: Eſt enim [g] Lacedæmone vrbs Sparta octo millium ferme virorum, qui « omnes iis qui hîc pugnauere ſunt ſimiles: cæteri Lacedæmonii, non illis quidem ſi- « miles, ſed tamen viri ſunt ſtrenui. Ad hunc Xerxes, Demarate, inquit, agedum ex- « pone quo pacto hos viros minima cum difficultate ſubigamus. tu nanque calles «

a Mnemoſyna ſui aiunt, *id eſt monimenta.*

b Iacere.

c *Veterum codicum lectionem ſequutus eſt Valla, qui addunt quod in vulgatis edit. deeſt. ita enim in illis legitur,* ὅπη χρήματα μὴ νῶν ᾖ σῴζηται, ἔξω ἢ τὸ τοῦ μαίνιος ἐπιγράμματα, ἀμφικτύονες εἰσὶ σφέας οἱ ἐπικοσμήσαντες· τὸ δὲ τοῦ μαίνιος Μεγιστέω Σιμωνίδης &c.

d Ob vehementiſſimum oculorũ morbum.

e Quòd nullus ex Spartiatis ignem illi accẽderet, aut cum eo colloqueretur.

f Ad tempus quidẽ, dum fuerũt vnà cum Græcis, neceſſitate adacti aduerſus copias dimicarunt: at vbi res Perſ.

g Lacedæmonio agro.

» quò tendant eorum consilia, vtpote quorum rex fuisti. Cui Demaratus, Quum, in-
» quit, me rex libenter consulas, æquum est me tibi quod optimum sit expromere. Id
» quod vis, hoc pacto fiet, si trecentas naues cum suis propugnatoribus in oram Lace-
» dæmonicam mittas. adiacet autem illi insula nomine Cythera: quam obrui mari
» quàm extare conducibilius esse Lacedæmoniis Chilon aiebat, vir apud nos sapien-
» tissimus: videlicet expectans semper ab ea aliquid tale futurum quale nunc ego ex-
» pono: non ille quidem tuam classem præuidens, sed quamcunque similiter extime-
» scens. Ex hac igitur insula proficiscentes tui Lacedæmonios territent. Ita illi dome-
» stico occupati bello, neque tibi erunt infesti, neque cęteræ Græciæ, quum à tuis pede
» stribus copiis expugnabitur, auxilia ferent. subacta autem reliqua Græcia, Lacones
» per se reddentur inualidi. Quod nisi feceris, hoc fore expecta: Est Peloponnesi arctus
» isthmus, quo in loco Peloponnensibus omnibus coactis, alia tibi prælia superiori-
» bus atrociora futura prospicio. At si illud feceris, & isthmus hic citra prælium & cæ-
» teræ ciuitates vltro tibi se dedent. Post hunc Achæmenes Xerxis frater, classis præfe-
ctus, quum ei colloquio interfuisset, veritus ne Xerxes ad id agendum induceretur,
» Animaduerto, inquit, te rex verba admittere viri qui tibi prosperè agẽti inuidet, aut
» etiam res tuas prodit. His enim moribus vti Græci gaudent, vt & fortunato inuideãt
» & meliorem oderint. Quòd si è præsenti cõditione, quum naues quadringentæ nau
» fragium fecerint, trecẽtas alias è cætera classe miseris ad obeundam Peloponesum,
» profectò fient nobis aduersarii pares ad decertandum. at si coniuncta classis fuerit,
» inoppugnabilis reddetur, & ante omnia nobis illi impares erunt: simúlque omnis
» exercitus nauticus terrestri, & inuicem terrestris vnà iter faciens, nautico erit auxilio.
» Quos si distraxeris, neq; tu illis vsui eris, neque illi tibi. Tu verò tua ipsius bene con-
» stitueris si aduersariorum res apud te non agitaueris. Hìc illi bellum sistent, hæc agẽt,
» tot numero sunt. Illi enim per sese ad sibiipsis prospiciendum sufficiunt, & nos itidẽ
» ad prospiciendum nobis. Quòd si Lacedæmonii aduersus Persas in pugnam ibunt,
» impendentem sibi cladem haudquaquã deuitabunt. Ad hæc subiiciens Xerxes, Re-
» ctè, inquit, Achæmenes mihi videris dicere: quod & faciam. Demaratus, quod opti-
» mum ille quidem mihi sperat esse, id suadet: eius tamen sententia à tua superatur.
» Neque verò illud admitto, eum nolle rebus meis bene consultum, vt ex iis quæ an-
» tea ab eo dicta sunt, & ex ipsa re coniecto. Quoniam ciuis quidem ciui secũdis rebus
» prædito inuidet, [a] eúmque malè odit: cum tamen patrio solo nihil eodem consul-
» tante, quòd optimum sibi videtur, suadet: nisi procul abfuerit à virtute, quales pauci
» sunt. Hospes autem hospiti prospera fortuna vtenti, omnium est beneuolẽtissimus,
» eique consultanti optimè consulit. Quapropter ab insectatione, qua in Demaratum
» veteris hospitẽ meũ, posthac [b] abstinere te iubeo. Hæc Xerxes loquutus, inter cæsos
transiit, vbi erat Leonides: quem quum audisset Lacedæmoniorum regem eũdémque ducem esse, iussit [c] abscisso capite in crucem tolli. vt mihi cum aliis multis indiciis, tum hoc præcipuè manifestum sit, regem Xerxem maximè omnium excanduisse in Leonidem viuentem. Nam alioqui nunquam in defunctum hoc genere deliquisset: quũ ex omnibus quos ego noui hominibus Persæ maximè soleãt viros in re militari præstantes honore afficere. Illi igitur quibus imperatũ erat, id exequuti sunt. Redeo ad eam narrationẽ vnde mihi discessum est. Lacedæmonii primi regẽ aduersus Græciã tendere acceperunt, atque ita Delphos ad oraculum miserunt: vbi responsum est id redditum cuius paulo antè memini. Acceperunt autem mirum in modum. Demaratus enim Aristonis filius qui profugit ad Medos, non ille quidem Lacedæmoniis beneuolus (vt & ego arbitror, & ratio dictat) tamen hoc fecit, siue in hoc bene illis consultum vellet, vt cõiectare licet, siue quòd insultaret: Nam posteaquam Xerxes statuit aduersus Græciam sumere expeditionẽ, id Demaratus qui Susis erat, quum accepisset, censuit Græcis esse indicandum: sed quum aliter nequiret, (quippe periculosum erat ne deprehenderetur) hanc rem commentus est: Sumptis duarum tabellarum pugillaribus, ceram illinc eradit: deinde in eorum ligno consilium regis exarat. quod literis exaratum, rursus cera inducit, nequid negotii apud viarum custodes exhiberent pugillares qui ferrentur. Qui vbi Lacedæmonem allati sunt, non poterant eos Lacedæmonii interpretari, antequam (vt ego accipio) Cleomenis filia, eadémque Leonidæ vxor, Gorgo, illos admonuit, [d] ipsam rem interpretata, iubens ceram effringi. fore enim vt literas in ligno reperirent. Ita ei auscultantes Lacedæmonii literas repertas legerunt, eásque deinde ad Græcos dimiserunt.

a Eúmque tacito prosequitur odio. neque consilium petẽti ciui dederit ciui quod putet esse optimum, nisi summum virtutis gradum attingat: quales pauci sunt. At hospes hospiti, &c. *Potest illud τῇ αγῇ aliter etiam exponi.*

b Abstinere quemlibet iubeo.

c *Vel*, Caput eius abscissum.

d Quum rem animaduertisset, *uel* excogitasset.

HERODOTI HALICARNASSEI historiarum liber octauus, qui inscribitur Vrania.

ATQVE hæc quidem ita gesta dicuntur esse. Græci autem quibus res classiaria delegata erat, hi fuere: Athenienses, qui naues centum viginti septem præbuere, iunctis sibi Plataeēsibus: qui etsi rei nauticæ inexperti, tamē strenuè alacritérq; pro se illorū naues armauerant. Corinthii, qui attulere naues quadraginta: Megarēses, qui viginti. Chalcidēses totidē sibi ab Atheniēsibus præbitas armauerūt: AEginetæ, [a] vndeuigīti: Sicyonii, duodecim: Lacedæmonii, decē: Epidaurii, octo: Eretriēses, septem: Troezenii, quinque: Styreenses, duas: Chii, totidem, cum totidem pentecōteris, *id est nauigiis quinquagenûm remorum*. Quibus auxiliares erant Locri Opuntii cum septem penteconteris. Hæ naues ad Artemisium in statione erāt: quarum quot quique præbuerint, mihi dictum est: Vniuersarum verò præter penteconteros, ad Artemisium coactarum, numerus fuit ducentarum septuaginta vnius. His ducem, penes quem summa imperii esset, Spartiatæ præbuerunt EVrybiadem EVryclidæ filium. Nam socii negauerunt se, nisi Lacon esset imperator, sequuturos esse Athenienses ductores, sed exercitum qui futurus erat solutu ros. Etenim iam inde ab initio, antequam in Siciliam ad societatem ineundam mitteretur, agitatum sermonibus erat tanquam expediret rem nauticam Athenien sibus permittere: cæterùm recusantibus sociis, cessere Athenienses, quòd magni facerent Græciam superesse: quam intelligebant esse perituram si de principatu conten derent: rectè sentientes. Nam intestina seditio tanto deterior est bello quod concorditer geritur, quanto bellum deterius est pace. Hoc itaque ipsum intelligentes, non repugnandum putauerunt, sed tantisper concedendum quoad magnopere illis indigebant, quemadmodum ostenderunt. Siquidem posteaquam expulso Persa, iam de illius terra diiudicabant, superbiam Pausaniæ causati, Laecdæmonios ducatu abdicauerunt. Verùm hæc posterius gesta sunt. Tunc autem ii Græci qui ad Artemisium se contulerant, vbi viderunt & multum nauium ad Aphetas esse contractum, & omnia plena exercitu hostili, perculsi metu, quòd præter opinionem suam expectationémque res barbarorum succederent, consultabant de facienda fuga ex Artemisio [b] interiorem in Græciam. Quorum consultatione cognita, EVbœenses obsecrabant EVrybiadem vt aliquantulum temporis præstolaretur, vsquedum ipsi liberos atque domesticos subducerent. Vbi non persuadent, ad ducem Atheniensium Themistoclem transgressi, paciscuntur cum eo triginta talentis vt tādiu antè EVbœā perstarēt donec pugna nauali decerneretur. Themistocles autē hac ratione Græcos retinuit: EVrybiadem ex hac, tanquam ex sua ipsius pecunia, quinque talentis impertit: hoc persuaso, Adimantū Ocyti filiū Corinthiorū ducem, qui solus reluctabatur, negans se permansurum, sed ab Artemisio profecturum, ita alloquutus est iureiurando interposito: Tu verò haudquaquam nos deseres, quem ego maioribus donabo muneribus quàm quæ rex Medorum tibi mitteret socios deserenti. Hæc loquutus, statim ad nauem Adimanti tria misit argenti talenta. Istis pecunia corruptis, cum EVbœensibus gratificatus est Themistocles; tum reliquum pecuniæ quam acceperat lucrifecit: quam eum interuertisse ideo latuit eos qui partem illius acceperant, quòd putabant eam ab Athenienſibus ad hoc ipsum profectam esse. Ita in EVbœa perstitere, ac prælium fecere, quod ita gestum est: Barbari quū ad Aphetas circa diluculum venissent, quúmque id quod etiam antè audierant cernerent, paucas Græcorum naues ad Artemisium stationem habere, libidine tenebantur aggrediendi, si fortè eos interciperent. Cæterùm ex aduerso inuadendum non videbatur, ne Græci, conspectis ipsis obuiam tendentibus, fugam capesserent, [c] nóxque fugientes exciperet. Sed euenire oportebat vt hi effugerent, & illorum insidiantium ne sacrificulus quidē euaderet. Igitur ad hāc rem trāsigendam hoc sunt machinati: Ducentas ex omnibus nauibus delectas extra Sciathum circumagunt, iuxta Capharea & Geræstum ad EVripum, ne circumuehentes EVbœam ab hoste cernerentur, sed eum circumuenirent: ducentis quidem nauibus quæ hac irent, viam quæ retrò ferebat obsepientibus, reliqua verò classe ex aduerso ingruente. Hoc capto

a Octodecim.

b In Græciæ interiora.

c Nóxque fugientes exciperet. alioqui enim euasissēt. quum tamen, vt quidem illi cōsiliū inibāt, ne igni ferū qdē fuga superesse oporteret. Q. d. *Rationem enim ineire nolebant qua omnes ad unū in suas manus venirent, & ne ignifer quidem elaberetur.* Ἐστὶ γὰρ τῷ ἀνδρὶ λόγῳ *quod dicimus* A leur conte, *aut, Selon qu'ils faisoyent leur conte.*

consilio quas constituerant naues miserunt, non habentes in animo ipsi eo die Græcos adoriri, nec priusquam signum quod conuenerat cum iis qui circumuehebantur, ab illis ederetur iam de suo aduentu. His circummissis nauibus, reliquarum apud Aphetas numerum inibant. In quibus recensendis dum occupati sunt, Scyllias quidam Scionæus qui iisdem in castris erat, omnium ea tempestate hominum optimus vrinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto multam pecuniam Persis seruauit, multa & sibi lucratus est. Hic Scyllias iampridem in animo habuerat ad Græcos transire, sed quum ad eam diem non fuisset nactus occasionē, tunc ad Græcos transfugit. Sed incertum quónam modo illinc transierit. demiror tamen si verum est quod refertur. refertur enim, quum ex Aphetis mare subisset, non prius emersisse quàm ad Artemisium peruenit, octoginta ferme maris stadia emensus. De hoc vero & alia memorantur, partim mendaciis similia, partim vera: de quo mihi ea probatur opinio, eum nauigio ad Artemisium peruenisse. Is vbi eò peruenit, Græcos certiores fecit & naufragii facti & nauium ad circumeundam EVbœam dimissarum. Hoc illi audito inter se colloquuti sunt: & quum multæ essent sententiæ dictæ, illa euicit vt eum diem illic maneretur & in statione perstaretur: dehinc media nocte soluentes proficiscerentur, & classi hostium quæ circumageretur occurrerent. Pòst, vbi nemo se ex aduerso fert, obseruato diei crepusculo, ipsi feruntur in barbaros, animo experiundæ fortunæ cum in pugnando tum in perrūpendo. Quos Xerxiani milites ducésque paucis cum nauibus venientes in se conspicati, magnæ hoc illis dementiæ dantes, & ipsi naues educunt, sperantes facilè se illos ire interceptum: meritò sanè id sperantes, quòd viderent paucas esse Græcorum naues, suas verò multo plures atque velociores. itaque præ contemptu illos in medio concludunt. Ex Ionibus tamen illi qui Græcis bene volebant, inuiti militabant, magnæ calamitatis loco ducentes quòd viderent circumueniri illos, quorum neminem animaduerterent esse rediturum. adeo enim infirmæ res Græcorum esse videbātur. At ii Iones quibus id quod fiebat voluptati erat, pro se quisque adnitebatur vt ipse primus aliqua naui Athenienſium capta, donum ab rege acciperet. Nam apud exercitum plurimus erat per hos de Athenienſibus sermo atque respectus. Græci, vbi eis signum datum est, primùm conuersis in barbaros proris, puppes in medium coegerunt: deinde secundo signo dato, opus capessunt, quanquam in exiguo spatio deprehensi, & à fronte. mox triginta barbarorum naues excipiunt, in quibus & Philaonem Chersis filium, Gorgis Salaminiorum regis germanum, & in eo exercitu virum eximium. Græcorum autem primus nauem hostium cepit vir Athenienſis Lycomedes AEschrei filius: idémque palmam rei bene gestæ retulit. In hac pugna quum inuicem nunc hi, nunc illi superiores essent, interuētu noctis dirempti sunt: & Græci quidem ad Artemisium reuecti, barbari verò ad Aphetas, multo maius opinione sua certamen experti. In hoc prælio, solus è Græcis qui cum rege erant, Antidorus Lemnius ad Græcos transfugit: quem Athenienses ob eam rem tractu soli in Salamine donarunt. Vbi nox adfuit (erat autem anni tēpus mediæ æstatis) immensa vis aquarū extitit per totam noctem, & dura tonitrua à Pelio. Cadauera quoq; ac [a]naufragia ad Aphetas efferebantur, & circa [b]nauium proras excipiebātur, & remorum palmulas perturbabant. Hæc audientes qui illic erant milites, metu consternabantur, credentes se esse vtique perituros, vt qui in tātum malorū deueniſſent: quippe quos, antequam respirassent è naufragio & tēpestate quæ ad Pelion extiterat, excepisset atrox pugna naualis, ex pugna nauali vehemens imber & validi aquarū in mare discursus, ac dura tonitrua. Et istis quidem huiusmodi nox contigit. At iis quibus negotium datum erat vt EVbœam circūirent, quanquam eadem nox, tamen etiam multo atrocior erat: tanto quidem, quanto maius est quòd eos dum in pelago ferrentur inuasit: adeo vt tristis exitus fuerit. Vt enim eos cursum tenentes tempestas ac pluuia adorta est, quū essent ad concaua EVbœæ, ac flatu ferrētur; ignari quò ferrentur, ad petras impingebantur. Et id omne à deo fiebat, quò Græcæ classi par redderetur id nauium quod superat, nec multo plus foret. Atque hi quidem circa EVbœæ concaua periere. Barbari verò qui apud Aphetas erant, vbi ipsis libentibus dies illuxit, [c]naues suas stabilierunt, satis habentes, quum malè rem gessissent, quietē agere in præsēs. At Græcis auxilio tres & quinquaginta naues Atticæ superuenere: quæ suo aduentu illis tum animū addiderunt, tum nuntiū attulerunt, eos barbaros qui EVbœam circumuehebantur, tempestate illa quæ extiterat cunctos interisse. Itaque Græci eadem qua pridie obseruata hora profecti, naues Cilicum inuasere.

a *Id est, Res naufragio demersæ.*

b Nauium proris aduoluebantur.

c Naues suas loco non mouebant. *Vel, Naues ipsarum stabant.*

Quas vbi corrupere, & nox aduenit, iterum se ad Artemisium receperunt. Tertio die barbarorum duces, tum indignè ferentes [a]à tantula se classe vexari, tum à Xerxe supplicium timentes, non expectandum sibi amplius censuerunt vt Græci priores pugnam capesserent, sed instructas naues circa meridiem eduxerunt. Contigit autem vt per hos eosdem dies & hæc naualia prælia & illa in Thermopylis terrestria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de EVripo, quemadmodum illis qui cum Leonide erant de transitu arcendo. & Græci quidem sese adhortabantur ne barbaros intrare Græciam sinerent: barbari verò, vt Græcorum copiis profligatis, transitu potirentur. Procedente autem Xerxianorum classe in aciem ordinata, dum Græci se apud Artemisium immotos tenerent, tunc eos barbari, vt comprehenderent, lunata classe circundabant. Ibi Græci ex aduerso prodeuntes conflixere. Qua in pugna pari marte pugnatum est. nam Xerxiana classis præ magnitudine & copia sua in se incidebat, perturbatis nauibus & mutuò incursantibus: resistebat tamen neque cedebat. Indigna enim res videbatur, à paucis nauibus in fugam conuerti. Itaque multæ Græcorum naues interibant, multi etiam viri, sed multo plures barbarorum & naues & viri: atque ita dimicantes vtrique ab alteris abscesere. Hoc in prælio Xerxianos inter milites optimam AEgyptii nauauerunt operam, cum aliis magnis editis operibus, tum hoc quòd quinque Græcas naues cum ipsis propugnatoribus cepere. E Græcis autem eo die præstantissimi extitere Athenienses, & inter Athenienses Clinias Alcibiadis filius: qui domestico sumptu ac propria naui cum ducentis viris militabat. Vbi vtrique libenter in diuersum abiere, ad suas stationes sese recepere. Græci autem dirempto prælio reuecti, etsi cæsorum corporibus ac naufragiis potiti erant, tamen quòd malè affecti essent, præcipuéque Athenienses (quorum dimidium nauium vulneratum erat) de fugiendo [b]in vlteriora Græciæ deliberabant. Themistocles, reputans, si ab amicitia barbari Iones & Cares abduceret, fieri posse vt reliquos superarent, dum EVbœenses pecora ad mare propellunt, illuc duces contraxit, eisque dixit se astutiam quandam habere, qua speraret optimos quosque sociorum ab rege abductum iri. Hactenus rem enudauit, addiditque, ad eam transigendam hoc ab illis agendum esse, vt EVbœicorum pecorum quantum vellet quisque mactaret. satius enim esse suorum copiis illos potiri quàm hostem. Ac monuit vt suis quisque popularibus præciperet ignem accendere: sibi autem de discessu sub tempus opportunum curam fore, vt sine noxa abirent. Hoc illis probatum quum esset, accensis ignibus ad pecora est itum. nam EVbœenses, contempto Bacidis oraculo, tanquam nihil dicente, neque exportauerant quicquam, neque importauerant: & velut impendente eis bello, res sibi quoque ipsis obscuras effecerant. ita enim habebat de his oraculum Bacidis,

Dum iuga barbaricus canabacea iactat in æquor,
EVbœa capræ mugientes fac procul absint.

His versibus quum nihil illi niterentur, tametsi mala tum aderant, tum imperidebant, fiebat vt in plerisque aduersa fortuna vterentur. Dum hæc isti agebant, aduenit ex Trachine speculator. nam erat apud Artemisium speculator Polyas, genere Anticyrensis, cui datum erat negotium cum expedito nauigio actuario, vt renuntiaret iis qui apud Thermopylas erant an classis discessisset. At Abronychus Lysiclis filius Atheniensis, apud Leonidem erat paratus cum lembo ad nuntiandũ iis qui ad Artemisium agebant, siquid noui pedestribus copiis contigisset. Hic igitur Abronychus aduenies, indicauit ea quæ circa Leonidem & eius exercitum gesta erant. Qua isti re audita non iam sibi differendum abitum putauerunt: sed vt quique locati erant, abscesserunt: primi, Corinthii, postremi, Athenienses. Quorum Athenienſiũ velocissimis nauibus delectis, Themistocles ad aquas potabiles se conferens, in lapidibus literas incidebat: quas postero die Iones ad Artemisium venientes legerunt, in hæc verba: Viri Iones, haud iustè facitis, militantes aduersus patres, & Græciam redigentes in seruitutem. Sed (quod præcipuum fuerit) state à nobis: sin hoc facere non potestis, saltem nunc sitis in medio. quod & ipsi facite, & Cares vt faciant obsecrate. Quòd si horum neutrum agere licet, & maiori necessitate estis obstricti quàm vt possitis desciscere, in re gerẽda, dum pugnam conseremus, sponte agatis instrenuè, memores à nobis vos esse oriũdos, & inimicitiarum nobis cum barbaro principium à vobis extitisse. Hæc Themistocles (vt arbitror) ancipiti consilio scripsit, vt si literæ regem laterent, Iones induceret ad deficiendum à rege ad se; sin ad eum deferrentur, darentúrque crimini, [d]infidos eidem redderet Iones, vt à

a Se tantulam suã classem profligare. *Id est, In periculum conijcere ne profligaretur à Græcis.*

b In Græciæ interiora.

c *Videntur hic mendosa esse Græca exemplaria: sed ex cõiectura elicitur hic sensus*, Et vos è medio nobis subducite. *Id est, Subducentes vos, me in mediũ aduersum nos prodite. Vel, Subducite vos, ne nobis prodeundum sit, &c. Vocantur autem Athenienses Ionum patres ut suprà, pag. 176.*

d Suspectos.

vt à præliis naualibus ſummouerentur. Poſtquam autem hæc Themiſtocles inſcripſit, extemplo vir quidam Hiſtiæus nauigio aduectus, barbaris nũtium attulit Græcos ab Artemiſio ; rofugiſſe. Illi homine, quòd fidem non haberent, ſeruari iuſſo, naues veloces ad rem explorandam miſerunt. quare per iſtos nuntiata, ſimulatque refulſit ſol, omnis claſſis addenſata ad Artemiſium contendit: vbi ad meridiem vſq; immorata, mox ad Hiſtiæam proceſſit. Eò appulſi, vrbe Hiſtiæorum potiti ſunt, & optimam portionem agri Hiſtiæi maritimóſque vicos omnes percurſauerunt. Dum iſti hoc in loco agunt, Xerxes præparatis quæ ad cæſos pertinebant, præconem ad claſſiarios mittit. Hæc autem præparauerat: Quicunque è ſuo exercitu apud Thermopylas cæſi (erant autem viginti millia) eorum mille ferme relictis, cæteros depreſſa foſſa humauit: &, ne à claſſiario exercitu cerni poſſent, eam humum exagitauit, foliíſque conſtrauit. Præco vbi ad Hiſtiæam peruenit, facto totius exercitus
» cœtu hæc dixit, Viri ſocii, rex Xerxes dat veniam cuicunque libet relictis ordinibus
» ire viſum quemadmodum pugnetur cum amentibus hominibus, qui ſe ſuperatu-
» ros ſperauerant copias regis. Hæc denuntiante præcone, mox nihil infrequentius fuit nauigiis: ita multi viſere cupiebant. Profecti eò, hos omnes Lacedæmonios eſſe ac Theſpienſes credebant qui ſtrati iacebant, quum etiam [a] ſeruos cernerent. [b] Itaque res eos qui tranſmiſere non latuit. Hoc Xerxes circa ſuorum cadauera fecit, rem profectò ridiculam, vt mille iacentes extarent, cæteri verò conferti eundem in locum quater milleni comportati ſitíque eſſent. Atque hunc quidem diem in ſpectaculo conſumpſerunt: poſtero autem claſſiarii Hiſtiæam ad claſſem remeauerunt. Reliqui qui cum Xerxe erant, iter ingreſſi ſunt: ad quos pauci quidam ab Arcadia perfugæ venerunt, victus inopes, & operam ſuam præſtare cupientes: qui in conſpectũ regis adducti, interrogatíque cum ab aliis Perſis, tum verò à quodam præcipuè, de Græcis, quídnam illi agerent, reſponderunt eos agere Olympia, & ſpectare certamen gymnicum atque equeſtre. Rurſus eodem percontante quódnam illis præmium eſſet propoſitum propter quod certarent, oleaginam coronam inquiunt eſſe qua donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius generoſiſſimam dixit ſententiam, [c] quæ apud regem pro timida eſt habita. Audiens enim præmium illis coronam eſſe, non pecuniam, ſilentium tenere non potuit quin coram omnibus diceret, Papæ Mardoni, in quos viros induxiſti nos ad pugnandum? qui non pecuni-
» arum certamen agitant, ſed virtutis. Hoc ille dixit. Eo interim tempore poſt acce-
» ptam apud Thermopylas calamitatem confeſtim Theſſali caduceatores ad Phocenſes mittunt, vtpote iis infenſi, cum ſemper antea, tum præcipuè poſt nouiſſimam cladem. Etenim non multis ante hanc regis expeditionem annis, quum ipſi Theſſali & eorum ſocii omni cum copia bellum Phocenſibus intuliſſent, à Phocenſibus fugati ſunt ac malè mulctati. [d] nam quum ad Parnaſſum vſque proceſſiſſent Phocenſes, ſecum habentes Telliam vaticinum illum Eleum, ibi Tellias hic huiuſmodi rem eis commentus eſt: Sexcentos viros è Phocenſibus præſtantiſſimos gypſo tam ipſos quàm arma illinit, eóſque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, dato præcepto vt quemcunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primùm Theſſalorum excubitores, aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſe exercitus adeo exhorruerunt, vt tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint: quorum ſcutorum dimidium apud Abas, alterum dimidium apud Delphos dedicauerunt: & ex decima pecuniarum huius pugnæ factæ ſunt ſtatuæ grandes, quæ circa tripodem eregione delubri Delphis viſuntur: & alteræ eiuſmodi in Abis repoſitæ. Hoc Phocenſes in peditatum Theſſalorum, à quibus obſidebantur, egerunt. Equitatum quoque eorundem, qui in ſuum agrum incurſauerat, inſanabili clade afflixit. ad ingreſſum enim qui eſt iuxta vrbem Hyampolin, depreſſa ingenti foſſa, amphoras illic inanes depoſuerunt, humúmque deſuper iniecerunt, eámque reliquo ſolo exæquauerunt: atque ibi Theſſalos expectarunt incurſuros. In eos Theſſali impetu dato, tanquam rapturi, in amphoras inciderunt, ibíque equorum crura confracta ſunt. Ob hæc ambo Phocenſibus infenſi Theſſali miſſo caduceatore ita dixere, [e] Nunquid diſſimulatis amplius
» Phocenſes agnoſcere non eſſe vos nobis pares? qui & antehac inter Græcos, quãdiu
» partes illorũ nobis placuerunt, ſemper vobis antecelluimus, & nunc apud barba-
» rum adeo pollemus vt penes nos ſit & agro vos exuere, & in ſeruitutem redige-
» re? Quam facultatem etſi obtinemus, tamen iniuriarum non ſumus memores, ni
» ſi vt eo nomine quinquaginta talenta rependatis: & nos vobis recipimus, omnia
» nos ab agro veſtro damna auerſuros. Hæc Theſſali Phocenſibus denuntiabant,

a Helotes. *quod erat ſeruis Lacedæm. peculiare nomen.*

b Sed enim eos qui illuc traiecerant non latebat quod Xerxes circa ſuorum cadauera egerat. Ac ridiculũ quidem certè iſtud erat, horum, *id eſt barbarorum* cadauera mille duntaxat iacentia cõſpici, illorum autem iacere quatuor millia, eundem in locũ confertim congeſta. *Illud autem γελοῖον, (id eſt ridiculum) non de re ipſa, ſed de Xerxe dicitur, qui tam uecors in comminiſcenda hac impoſtura fuerit. Quod ad uerbum ita Galli ca lingua expreſſeris, Et de faict c'eſtoit une grãde mocquerie de vouloir faire croire que &c. Valla autem in eo etiam lapſus eſt quòd illos mille ab hit quatuor millibus non diſtinxerit.*

c Propter quam à rege pro timido eſt habitus. *uel, ignauo.*

d Quumque *Theſſali* ad Parnaſſum compulſi eſſent, vates Tellies Eleus Phocenſibus apud quos erat, hoc excogitauit. At *Valla* κατάληψιν *ad Phocenſes retulit, quod tamen de uictoribus dici rationi conſentaneum non eſt. Sed Vallam in errorem induxit fortaſſe præpoſtera interpunctio quam in ſuo exemplari habuit, & nominatiuus pro genitiuo abſoluto poſitus, uidelicet* οἱ Φωκέες ἔχοντες, *pro* τῶν Φωκέων ἐχόντων: *quod nihil aliud eſt quàm ſi, omiſſo illo participio, ita (& quidem multo breuius) dixiſſet,* τῶν Φωκέων μάντις Τελλίης ὁ Ἠλεῖος συρίζειν πιόσι. *Quæ obſeruatio ad intelligendos alios Herodoti locos magno adiumento eſſe poteſt.*

e Nunc demum Phocenſes ſententia mutata agnoſcite etiã magis *quàm antea*, vos nequaquam nobis eſſe pares. At *Valla interrogatiuè hæc legit, quum tamen uera uerbi* γινώσκειν *ſignificatio interrogationem admittere nõ uideatur.*

quòd ſoli Phocenſes inter eius loci homines cum Medis non ſentiebant: idque nulla alia cauſa, (vt ego coniectura comperio) quàm Theſſalorum odio: partes Medorum (vt mihi videtur) ſequuturi, ſi Theſſali partes Græcorum fouiſſent. Hæc deferẽtibus Theſſalis, negarunt ſe Phocenſes pecuniam daturos: & ſibi itidem vt Theſſalis facultatem eſſe ſentiendi cum Medis, ſi aliter ſentire vellent: ſed nequaquam fore vt ſponte eſſent proditores Græciæ. His verbis renuntiatis adeo Theſſali ſunt in Phocenſes indignatione perciti, vt barbaro duces itineris extiterint, & ex Trachinia Doridem regionem incurſauerint. nam eius regionis [a] podeon anguſtus illic octoginta non amplius ſtadia in latum protenditur, inter Melidem ac Phocenſem regionem ſitus, quæ olim Dryopis erat. Hæc autem regio, Dorum qui ſunt in Peloponneſo, metropolis eſt. Hanc igitur Doridem regionem ingreſſi barbari nihil admodum læſerunt: cum Medis enim (etſi Theſſalis nõ videbatur) ſentiebãt. Poſteaquam autem è Doride in Phocidem ingreſſi ſunt barbari, ipſos quidem Phocẽſes non ſunt adepti: (eorum enim nonnulli cacumina Parnaſſi conſcẽderant, [b] qui vertex eſt iuxta vrbẽ Neonẽ illic ſitam, nomine Tithorea: eóq; ſe receperant: ſed plures ad Locros Ozolas, in vrbẽ Amphiſſam, quæ ſupra Criſæũ ſita eſt campũ) omnẽ tamẽ agrum Phocẽſem incurſauerunt: (ſic enim ducebantur à Theſſalis) & omnia quæ nacti ſunt, igni ferróq; vaſtarũt. Vrbes etiam ingreſſi, ignes in ſacras ædes iniecerunt. nam peragrantes eam iuxta Cephiſſum amnẽ, cuncta populati ſunt, & hinc vrbẽ Drymon incenderunt, illinc Charadram & Erochum & Tethronium & Amphicæam & Neonẽ & Pedieas & Triteas & Elateam & Hyampolin & Parapotamios, *id eſt fluminis accolas*: & Abas, vbi delubrum Apollinis erat locuples & theſauris donariiſque compluribus exornatum, in quo, vt tunc, ita nunc redduntur oracula. Hoc delubrum poſteaquam diripuere, incenderunt. Phocenſium etiam quoſdam per montana inſequuti ceperunt, & mulieres aliquot, quas præ multitudine ſtuprantium extinxerunt. Prætergreſſi quoque Parapotamios, peruenere ad Panopeas. Vnde bifariam copiæ iam diuiſæ fuerunt: quarum plurima pars ac validiſſima cum ipſo Xerxe Athenas verſus tendens in Bœotos, in agrum Orchomeniorum ingreſſa eſt. Bœoti autem cum Medis vniuerſi ſentiebant: quorum vrbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro miſſi fuerant, ſeruauerunt, volentes planum facere Xerxi Bœotos ſentire cum Medis. Et hi quidem barbari hâc iter intẽderunt. Cæteri verò cum ſuis ducibus Parnaſſum à dextra præſtringentes, ad templum quod eſt Delphis proceſſerunt, quicquid agri Phocenſis nanciſcebantur, id omne fœdantes. nam & Panopeorum oppidum incenderunt, & Dauliorũ & AEolidenſium. Ideo autem hâc ab aliis ſeiuncti pergebant, vt direpto quod Delphis eſt templo, pecunias repræſentarent Xerxi regi: qui omnia quæ in eo templo erãt memoratu digna, melius norat (vt ego audio) quàm quæ in ædibus ſuis reliquerat: permultis aſſiduè referentibus cum alia, tum præcipuè Crœſi Halyattis filii donaria. Hoc Delphi quum audiſſent, in extremam prorſus deuenere formidinem: qua attoniti, deum de ſacra pecunia conſultarunt, nunquid eã humi defoderent, an alium in locum tranſportarent. Eam deus illis interdixit ne amouerent: ſe enim ſuffecturum eſſe ad res ſuas tutandas. His auditis Delphi de ſemetipſis curandum putauerunt, liberis vxoribúſque in Achaiam traiectis. Pleriq; igitur vertices Parnaſſi ſuperauerunt, & ad Corycium antrum, quidam ad Amphiſſam Locridem ſe ſubduxerunt. Denique omnes Delphi vrbem deſeruerunt, præter ſexaginta viros, ac prophetam, *id eſt uaticinum*. Poſtea verò quàm barbari ſubeuntes appropinquabant, tẽplúmq; cernebãt, interim propheta cui nomen erat Aceratos, inſpicit ante delubrũ ſacra arma prolata è conclaui, quæ [c] intus propoſita fuerãt: eáque nefas erat cuiquã mortali contingere. quod oſtentum iis Delphis qui aderant perrexit nũtiatum. Vbi autem barbari properantes peruenere ad fanum Mineruæ [d] quod eſt ante tẽplum, tum verò etiã maiora quàm ſuperius prodigia repræſentata ſunt. [e] res profectò hæc valde miranda: nam arma Martia ſua ſponte extra delubrum propoſita apparuerunt. Quod tamen ſecundo loco actum eſt, ex omnibus miraculis maxima eſt admiratione dignũ. quum enim barbari ad ſacellum Mineruæ quod eſt ante tẽplum accederẽt, interea è cælo fulmina in eos deciderunt: & à Parnaſſo duo abſciſſi vertices, magno cũ fragore ſunt deuoluti, permultóſq; eorũ interceperũt: atq; ex ipſo ſacello Mineruæ vociferatio iubilatióq; extiterũt. Quibus omnibus pariter ingruẽtibus terror incuſſus eſt barbaris, vt fugæ ſe mandarent. Ea re cognita Delphi deſcendentes magnam eorum ſtragem edidere. Qui autem ſuperfuere, rectà ad Bœotos effugerunt: & quum rediſſent, referebant (vt ego accipio) alia ſe præter ea quæ

[a] *Quidam, Tractus anguſtus. Alii, Promincntia anguſta. Camerarius autem ita hũc locum reddit,* Regionis Doricæ hac in parte anguſtus eſt aditus, latitudine patens ad millia paſſuũ circiter quatuor. *i. quaſi pero extenditur.*

[b] Eſt autem multitudinis etiam capax vertex Parnaſſi, quâ ad vrbem Neonem vergit, ſeorſum ſitam: vocatúrque ille *uertex* Tithorea. *uel, Tithoreus, ut conueniat cum uoce Latina Vertex maſcul. gen. ut* Τίθορέα τῦ *Graca famin.* κορυφή. *Sic paulo pòſt* κορυφῆς *meminit uocatæ* Τιθορείης. *Lego autem* ἐπ' ἐωυτῆς, *pro* ἐπ' ἐωυτῦς. *ſed ne illius quidem lectionis ſenſus ſatisfacit.*

[c] *Ex iis quæ paulo pòſt ſequuntur, uidetur colligi hic pro* ἔσω *ſcribendum eſſe* ἔξω.

[d] *Videtur potius* Μηδείης *eſſe cognomentum Mineruæ, à prouidẽdo ita dictæ. niſi fortè legit Valla* μεσσήης, *qui pro eo quod hic Fanum, ſtatim Sacellum dicit, &* AEdem. *Cuius interpretationem ſequimur qua paulo pòſt habetur, uidelicet Fano Mineruæ proximi, hic reponendum fuerit, Mineruæ quæ eſt ante templum.*

[e] Nam & hoc, magnũ quidem miraculum eſt, (*quod uidelicet modò dictum fuit*) Martia arma conſpecta fuiſſe extra templum ex tantia ſua ſponte: (*uel à ſeipſis, i. ſine ullius opera*) ſed quæ illud ſequuta ſunt, inter quælibet ſpectra, maxima eſt admiratione dignum. *Vel, præ quibuſlibet ſpectris, aut oſtentis.*

dixi miracula vidiſſe, duos armatos [a] humana natura auguſtiores inſtitiſſe ſibi, cædem facientes atque inſequentes. Hos autem duos Delphi aiunt indigenas heroas eſſe, Phylacon & AVtonoum, quorum fana viſuntur, Phylaci quidem, ſecundum ipſam viam ſuper ædem Mineruæ: AVtonoi verò, prope Caſtaliam, ſub Hyampeo vertice. Saxa autem quæ à Parnaſſo deciderunt, adhuc ad noſtram vſque memoriam integra extant in fano Mineruæ protemplaris locata, ad quod [b] per barbaros deuoluta peruenere. [c] Atq; hic receptus à templo horum virorum fuit. Græcorum autem claſſis ab Artemiſio profecta, rogatu Athenienſium ad Salaminem ſubſtitit. Quod vt facerent ideo rogauerant Athenienſes, tum vt liberos atque vxores ex Attica ſubducerent, tum vt conſultarent quid ſibi agendum eſſet. Nam in rebus quæ contigerant, conſilium capiendum habebant, tanquam opinione fruſtrati: quippe qui quũ putaſſent inuenturos ſe Peloponnẽſes ad excipiendum barbarum in EVbœa ſubſidentes, horum nihil inuenerant, ſed audiebant illos Iſthmũ muro ſepire, hoc plurimi facientes vt ipſi ſupereſſent, & terram ſuam obtinentes tutarẽtur, omiſſis cæteris. Hæc Athenienſes quũ audiſſent, ita ſocios obſecrarunt vt ad Salaminem ſiſterẽt claſſem. Quò aliis appulſis, Atheniẽſes in terram ſuam profecti propoſuere edictum vt qua quiſque Athenienſium ratione poſſet ſeruaret liberos atque domeſticos ſuos. Ibi plurimi eorum ſuos in Trœzenẽ miſerunt, quidam in AEginã, nonnulli in Salaminem, pro ſe quiſque properantes ſua pignora exportare, quòd vellẽt oraculo obſequi: & ante omnia, quòd Atheniẽſes aiunt ingentem anguem arcis cuſtodem in templo fuiſſe obſeruatum. Et tanquam re vera eſſent quæ dicunt, ſerpenti menſtrua non ceſſant libamina proponere quæ ſint è melle cõfecta: quæ quum ſemper ſuperioribus temporibus depaſcerentur, tunc illibata mãſerant. Id quũ ipſa templi antiſtes indicaſſet, eo magis Athenienſes eóque promptius deſeruere arcem, tanquam à deo etiam deſtitutam. exportatis itaque rebus omnibus, ad caſtra nauigauerũt. Poſteaquam autem eos qui ab Artemiſio ſoluerant, ad Salaminẽ ſubſtitiſſe audierunt reliqui claſſiarii qui ad Trœzeniam erant, eodem confluxere. nam vt in Pogonem Trœzeniorum portum coiretur erat edictum. Pluréſque multo contractæ ſunt naues quàm ad Artemiſium decertauerant, & à pluribus ciuitatibus, eodẽ quo ad Artemiſium duce, EVrybiade EVryclidis filio, viro Spartiata, non tamen è genere regio: quarum multo plurimas ac maximè veloces obtinebant Atheniẽſes. quæ claſſis ex his conſtabat: Ex Peloponneſo Lacedæmonii ſedecim naues præſtabant: Corinthii, totidẽ quot ad Artemiſium præſtiterant: Sicyonii, quindecim: Epidaurii, decem: Trœzenii, quinque: Hermionenſes, tres. Hi Doricæ ac Macedonicæ gentis (Hermionenſibus exceptis) ex Erineo & Pindo & Dryopide nouiſſimè profecti. nam Hermionenſes Dryopes ſunt, ab Hercule & Melienſibus è regione quæ Doris nunc vocatur, abducti. Hæ copiæ Peloponnẽſium erant. Eorum autem qui ſunt in exteriore continente, Athenienſes ſuprà quàm cæteri naues præſtabant, ſoli cẽtum octoginta. quippe quibus non adfuerunt in pugna ad Salaminem geſta Plataæenſes, ob hanc cauſam, quòd quum Græci ab Artemiſio dilapſi ſunt, Plataẽſes, vbi iuxta Chalcidem appulſi fuere, deſcendentes in Pieriam oræ Bœotiæ, ad recipiendos domeſticos ſuos ſe conuerterant. ita dum in ſuis conſeruandis occupantur, relicti fuere. Atheniẽſes autem ſub Pelaſgis eam quæ nunc Græcia nuncupatur tenentibus, Pelaſgi erãt, Cranai nominati: ſub rege verò Cecrope, Cecropidæ cognominati: Erechtheo autem adepto imperium, immutato nomine Athenienſes appellati: deinde Ioues, ab Ione Xuthi filio, qui dux extitit Athenienſis exercitus. Megarẽſes autem tantundẽ copiarũ quantum ad Artemiſium attulerunt. Ampracii, ſeptẽ cum nauibus auxilio venerunt: Leucadii, cũ tribus, Dorica gẽs, & à Corintho oriũda. Ex inſulanis autem AEginetæ triginta naues exhibuerunt: quibus aliæ quoque erãt naues inſtructæ, ſed iis orã ſuam tutabãtur: verùm cum triginta omnino nauibus præcipuæ velocitatis ad Salaminẽ dimicauerũt. Sunt autẽ AEginetæ Dores, ab Epidauro. cui inſulæ nomen antea fuerat OEnone. Poſt AEginetas eaſdẽ quas ad Artemiſium viginti naues prębuere Chalcidẽſes: & Eretrienſes, ſeptẽ. hi Ioues ſunt. Dehinc autẽ Chii eaſdẽ præbuere, gens ab Athenienſibus Ionica. Naxii autẽ naues præbuere quatuor, qui quẽadmodũ & cæteri inſulani, à popularibus ad Medos miſſi erãt, ſed illorũ iuſſa aſpernati, trãſiere ad Græcos, ſuaſu Democriti, viri inter ciues illuſtris, & tũc trierarchi. Naxii autem Ioues ſunt ab Atheniẽſibus ducẽtes originem. Styreenſes quoq; eaſdem quas in Artemiſio naues præbuere. Cynthii, vnam omnino, & vnã pẽteconterum. horum vtriq; Dryopes ſunt. Seriphii etiam & Siphnii & Melii fuere in partibus. hi enim ſoli ex inſulanis terram barbaro & aquam

a Statura humana proceriores ipſos inſequi, ſtragẽ inter perſequendum edentes.

b *Id eſt, Per medium barbarorum.*

c *Id eſt, Atque ita mutati à templo ſe receperunt.*

negauerunt.intra Theſprotos iſti omnes & amnem Acherontem incolunt. Siquidem Theſproti, quum ſint contermini Ampraciotis ac Leucadiis, ex vltimis regionibus in militiam venerunt. Eorum autem qui extra hos habitant, ſoli fuere Crotoniatæ qui Græciæ periclitanti auxilium vna naui tulere, cui præerat Phayllus, vir [a]ter pythionices. Sunt autem Crotoniatæ genere Achæi. Et cæteri quidem ex hac claſſe triremes præbuerunt: Melii autem & Siphnii & Seriphii pentecõteros, [b] *id eſt biremes*: Melii duas, Siphnii Seriphiique vnam vtrique. Melii, à Lacedæmone genus ducentes: Siphnii & Seriphii, ab Athenienſibus Iones. Summa nauium, præter penteconteros, fuit trecentæ [c] quinquagintaocto. Quæ poſteaquam ex iis quas dixi vrbibus ad Salaminem conuenerunt, inter earum duces conſultabatur, EVrybiade rogante vt qui vellent ſententiam dicerent, vbínam ex iis locis quibus ipſi potirentur, commodiſſimum foret pugna nauali decernere. iam enim Attica pro derelicta erat: itaque de cæteris deliberabatur. Pleræque igitur illorum ſententiæ in hoc congruebant, vt profecti ad Iſthmum ante Peloponneſum decertarent, hac videlicet ratione, quòd, ſi malè pugnaſſent, ad Salaminem quidem, obſeſſis ſibi in inſula nullum ſubſidium oſtendebatur: ad Iſthmum verò dabatur ad ſuos effugium. Hæc ratio quum à ducibus Peloponnẽſium redderetur, aduenit quidam Athenienſis nuntiatum iam Atticam barbarum eſſe ingreſſum, eámque omnem igne vaſtare. nam copiæ quæ cum Xerxe erant, Bœotiam peragrantes, incenſa tum Theſpienſium, qui in Peloponneſum abſceſſerant, tum Platæenſium vrbe, Athenas peruenerant, & omnia illa peruaſtabant. Ideo autem Theſpiam & Platæam incenderunt quòd à Thebanis acceperant illas ciuitates non ſentire cum Medis. A traiectu autem Helleſponti, ex quo iter ingredi cœpere barbari, vnum menſem triuere tranſeundo in Europam, tres alios dum in Atticam peruenere, Calliade ſummum Athenis magiſtratum gerente: vrbémque deſertam cepere, paucis quibuſdam Athenienſibus in templo repertis, necnon quæſtoribus ærariis, & hominibus egenis, qui præſepta foribus atque lignis arce ſubeuntes arcebant: qui non exierant illinc ad Salaminem ſimul præ inopia victus, [d] ſimul opinione oraculi ſoluendi, quod recididerat ſibi Pythia, murum ligneum inexpugnabilem fore: id interpretantes ex oraculo effugium eſſe, non naues. Hos Perſæ, caſtris ex aduerſo arcis poſitis in prominenti colle, quem Areon pagon Athenienſes vocant, hunc in modum obſederunt: Sagittas ſtupa circumdatas vbi incenderant, emittebant in illorum vallum. Athenienſes, quanquam obſeſſi, & ad vltimum malorum deducti, etiam inſcenſo vallo, tamen reſiſtebant: ac ne verba quidem Piſiſtratidarum conditionem dedition is offerentium admittebant: & cum alia ad repugnandum excogitarunt, tum verò hoc, quòd in barbaros portis ſubeuntes deuoluebant ſaxa molaria: adeo vt Xerxes perdiu inops conſilii fuerit, quòd eos expugnare non poſſet. Tandem ex difficultatibus acceſſus quidam apparuit barbaris. neceſſe enim erat, ſecundum oraculum, omnem Atticam quæ in continente eſt, ſubiici Perſis. Igitur à fronte arcis, à tergo autem portarum & aſcenſus, qua parte nemo excubabat, quáque nemo credebat quempiam hominum aſcenſurum, hac parte, etſi loco prærupto, quidam conſcenderunt, iuxta templum Aglauriæ filiæ Cecropis. Quos vbi in arcem aſcendiſſe viderunt Athenienſes, partim è muro ſeſe præcipitauerunt, atque extincti ſunt, partim in ædem refugerunt. At Perſæ qui aſcenderant, primùm ad portas contendunt, eíſque patefactis ſupplices trucidant: atque vbi omnium ſtragem fecerunt, direpto templo arcem incendunt. Athenis omnino Xerxes pontus, equitem quendam Suſa ad Artabanum mittit, nuntiatum res bene geſtas, ac præſentem ſtatum. Poſtero die quàm nuntium miſerat, conuocatis Athenienſium exulibus expeditionis ſuæ comitibus, iuſſit vt conſcenſa arce hoſtias ſuo ritu immolarent: ſiue aliquo inſomniis viſo, ſiue ſua ſponte facti pœnitens quòd templum concremaſſet. Exules Athenienſes id quod iuſſi erant exequuti ſunt. Cuius rei cur mentionem fecerim exponam: Eſt in arce hac, Erechthei (qui fertur fuiſſe terrigena) templum, in quo olea eſt & mare, vt apud Athenienſes prædicatur, Neptuno & Mineruæ in teſtimonium poſita quòd de regione decertaſſent. Hanc igitur oleam vnà cum cætero templo contigit vt barbari exurerent: quam Athenienſes qui ab rege iuſſi erant rem diuinam facere, altero ab incenſione die quum in templum aſcendiſſent, aſpexerunt fruticaſſe, edito à ſtipite virgulto cubiti inſtar. Et hæc quidem illi narrauerunt. At Græci qui apud Salaminem erant, vbi nuntiatum eſt vti res circa Athenienſium arcem ſe haberent, eò perturbationis deuenere vt nonnulli è ducibus non expectarent dum propoſitum negotium conſtitueretur, ſed in naues

a *Id eſt, Ter in certamine Pythico victor.*

b *Atqui ipſemet huius libri initio pentecontoros interpret. nauigia quinquagenûm remorum.*

c Septuagintaocto.

d Simul quòd oraculum inueniſſe ſibi viderentur. *i. oraculi ſenſum, ſiue mentem.*

irruerent, ac vela tollerent tanquam profecturi: cæteríque qui relinquebantur, ſtatuerent ſibi ante Iſthmum prælio nauali decernendum. Et quum nox aduiſſet, digreſſi è concilio, naues conſcenderunt. Ibi Themiſtoclem pergentem ad nauem ſci ſcitatur Mnéſiphilus vir Athenienſis quídnam ab ipſis decretum eſſet: & quum ab eo audiſſet decretum eſſe vt ad Iſthmum proficiſcerentur, & [a] ante Peloponneſum dimicarent, Si iſti, inquit, à Salamine proficiſcantur, iam tu pro nulla amplius patria dimicabis. ad ſuam enim quiſque patriam remeabunt: vt nec EVrybiades, nec alius hominum quiſpiam cohibere poſſit quominus copiæ dilabantur: Græciáque peribit conſilii inopia. Quare ſiquid comminiſci potes, perge, & quod decretum eſt conare irritum reddere, & EVrybiadem à ſententia reuocare, vt hîc perſtet. Themiſtocles, quum hæc admonita ſibi admodum probarentur, nullo reddito reſponſo ad EVrybiadis nauem perrexit. vbi hominem conuenit, ait velle ſe de negotio communi cum eo colloqui. Hunc ille in nauem ingreſſum iubet loqui quæ vellet. Cui Themiſtocles aſſidens, quæcunque à Mneſiphilo acceperat, tanquam à ſemetipſo refert, & alia adiicit multa, donec EVrybiadem à ſententia reuocauit: perſuaſitque vt è naui prodiret, & duces ad concilium contraheret. Ii poſteaquam congregati ſunt, priuſquam ad eos EVrybiades referret id cuius gratia ipſos coegerat, Themiſtocles multis agebat verbis prout magnopere expediebat. Quem interfatus Corinthiorum dux Adimantus Ocyti filius, Themiſtocles, inquit, in certaminibus ii qui ante alios ſurgunt, *colaphis* cæduntur. Eum refellens Themiſtocles, At qui, inquit, relinquuntur, non coronantur. Comiter autē Corinthio quum reſpōdiſſet, ad EVrybiadem conuerſus, nihil eorum dicebat quæ dixerat prius illos, poſteaquam à Salamine profecti fuiſſent, dilapſuros: (præſentibus enim ſociis, non putabat ſibi decorum quempiam accuſare) ſed aliunde oratione ſumpta, In te nunc, inquit, ſitum eſt ſeruare Græciam, ſi mihi accedens, nauale hîc prælium facias, & non horum quibuſdam credens, claſſem ad Iſthmum abducas. vtrunque enim, quum audieris, inter ſe comparato. Si ante Iſthmum confliges, in patenti pelago dimicabis, vbi nobis minimùm expedit, naues habentibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo, etiamſi in aliis feliciter nobiſcum agatur, tamen amittes Salaminem & Megara & AEginam. nam illos vnà comitabitur ſuus pedeſter exercitus. atque ita tu eos in Peloponneſum ages, omnémque Græciam in diſcrimen adduces. Sin autem id feceris quod ſuadeo, hæc in eo reperies commoda: Primùm ſi in arcto conflixerimus nos, paucæ naues cum multis, profectò [b] ſi æqua belli contingent, multo ſuperiores erimus: quoniam in arcto oppugnare, pro nobis eſt: in ſpatioſo, pro illis. Præterea Salamis ſeruatur, vbi noſtri nunc liberi collocati ſunt & vxores. [c] Eſt & alia hîc cauſa propter quam item debes præcipuè hîc manere, quòd pro Peloponneſo & iſthmo pugnabis: quò caue (ſi ſapis) ne iſtos ducas. Quòd ſi id quod ſpero cōtinget, vt claſſe vincamus, barbari neque ad iſthmum nobis aderunt, neque vſquā longius ab Attica procedent, ſed nullo ordine abibunt: vnde nobis lucrifaciemus quæ ſeruauerimus, Megara, AEginámque, atque Salaminem, apud quam credibile eſt nos hoſtibus fore ſuperiores. [d] Credibilia enim ſuadentibus hominibus ferè proſperè cedit: ſecus facientibus ne deus quidem vult adeſſe, & humanæ ſententiæ indulgere. Hæc dicentem Themiſtoclem rurſus interpellans Adimantus, iubebat ſilere eum, vtpote cui patria non eſſet: quinetiam EVrybiadem non ſinere virum extorrem ſententiam dicere, & ita demum id ſinere quum vrbem Themiſtocles habuiſſet: videlicet exprobrans quòd Athenæ captæ eſſent, tenerentúrque ab hoſte. Tunc Themiſtocles, & illi & Corinthiis multa ingerens probra, ratione oſtendit, ſibi eſſe & ſolum, & vrbem multo maiorem quàm illis, [e] vnde naues ferme ducentæ eſſent armatæ, quas nulli Græcorum inuadentes poſſent propellere. Hæc quum ratione ſignificaſſet, ad EVrybiadem tranſiens, maiori cum acrimonia loquebatur, inquiens, Tu verò ſi hîc manes, vir eris egregius: ſinminus, Græciæ euerſor. totum enim belli momentum nobis naues ſuſtinent. Sed mihi crede, niſi hoc feceris, nos, [f] ſicuti ſumus, vbi domeſticos receperimus, in Sirin quæ eſt in Italia, profecturos, quæ olim iam noſtra eſt: & quam, vt oracula aiunt, à nobis condi oportet. Vos autem talibus ſociis deſtituti meorum verborum reminiſcemini. Hæc dicente Themiſtocle, EVrybiades [g] edocebatur: & ob id edocebatur (vt mihi videtur) quòd maximè formidabat ne ſi ad Iſthmum claſſem reduxiſſet, ab Athenienſibus deſereretur: quibus deſerentibus, iam reliqui non eſſent in pugnando hoſtibus pares. Ita ſententiam eam probauit, vt illic permanentes, pugna nauali decernerent. Quod vbi EVrybiadi placuit, ii qui altercationibus velitati fuerant

a Pro Peloponneſo, *alibi nertit.*

b Si rationi conſentaneus ſit belli exitus.

c Sed & hoc inter cætera eſt quod in primis amplecti debes: Hîc manens, pro Peloponneſo & Iſthmo nihilo ſecius pugnabis.

d Conſilia enim agitātibus rationi conſentanea ſuccedunt illa vtplurimùm: at ſiqui agitent conſilia rationi non conſentanea, ne ipſe quidem deus ad humanas deliberationes vult ſe accommodare.

e Tantiſper dum eſſent illis ducentæ naues armatæ, nullos enim ex Græcis illo in uad. poſſe propulſare.

f Ita vt nos habemus. *i. Iam nunc, & nihil innouantes circa rerū noſtrarum ſtatum.*

g In diuerſam à priore ſententiam adducebatur. *Vel, Ad ſententiam aliud quàm prius inducebatur. Ad verbum, Re docebatur. i. Diuerſum ſentire docebatur. Vel, Dedocebatur quod ſentire edoctus fuerat.*

circa Salaminem, quum illic seſe appararent tanquam prælium nauale facturi, dies illuxit: & simul oriente sole extitit terræ & maris motus: propter quod visum est faciendum vt AEacidas in auxilium inuocarent.[a] Id vbi fecerunt, & omnibus qui illinc è Salamine sunt diis vota fecerunt, & Aiacem Telamonis filium inuocauerũt: nauémque ad AEacum & ad alios AEacidas inuocandos AEginam miserunt. Narrabat autem Dicæus Theocydis filius, vir Athenienſis, atque idem exul, & apud Medos factus illustris, per id tempus quo Attica regio Athenienſibus desolata, à pedestri Xerxis exercitu vastabatur, se fortè fuisse vnà cum Demarato Lacedæmonio apud campum Thriasium, vidisséque puluerem triginta ferme millium virorum procedentem ab Eleusine: & quum demirarentur quorúm nam hominum esset ille puluis, statim se audisse vocem, quæ vox ipsi videretur iacchus mysticus: & Demaratum (vt qui esset sacrorum quæ fierent in Eleusine ignarus) interrogasse quídnam esset quod ita sonaret, séque dixisse, Demarate, [b] non aberit quin grandis aliqua clades contingat regis copiis. Hoc enim palàm est, quum Attica sit desolata, numen ab Eleusine resonans, venire auxilio Athenienſibus ac sociis. & si quidem in Peloponnesum incumbat, periculum regi erit, eiúsque copiis quæ sunt in continente: sin ad classem quæ ad Salaminem est conuertatur, periculum adibit rex ne nauticum amittat exercitum. Hæc autẽ solennia Athenienſes quotannis celebrant Cereri atque Proserpinæ: & his sacris quicunque vult & Athenienſium & aliorũ Græcorum initiatur: & vox quam audis, est in hoc festo bacchantium. Et ad hæc dixisse Demaratum, Sile, néve alteri cuiquam hoc verbum dixeris. nam si ad regem referatur, capite plecteris, vt nec ego te nec alius quispiam hominum queat eripere. quãobrem tene silentium. hæc autem expeditio diis curæ erit. Hoc Demaratum admonuisse aiebat. [c] Ex illo autem puluere ac voce factam esse nubem, eámque in sublime elatam, Salaminem versus ad Græcorum exercitum fuisse delatam. Ita se didicisse nauticas Xerxis copias esse perituras. Hæc dicens Theocydis filius referebat, Demaratum atque alios testes citans. Classiariæ autem Xerxis copiæ, vbi conspecta strage Laconica ex Trachinia in Histiæam traiecerunt, triduum illic moratæ, per EVripum nauigabãt, totidémque diebus ad Phalerum præstò fuerunt. Nec verò minori (vt mihi videtur) numero vel pedestres copiæ vel nauticæ Athenas promotæ sunt, quàm ad Sepiadem atque Thermopylas. nam in supplementum eorum qui aut tempestate ad Thermopylas, aut in naualibus ad Artemisium prælis interierunt, hos subſtituam qui nondum regem sequuti fuerant, Melienses, Dorienses, Locros, Bœotos, qui cum omni copia aduenerunt, exceptis Thespiensibus & Platæensibus: necnon Caryſtios, Andrios, Tenios, ac cæteros omnes insulanos, præter quinque ciuitates, quarum nomina superius commemoraui. nam quo magis penetrabat in Græciam Perses, eo plures eum nationes sequebantur. Qui omnes, exceptis Pariis, postquam Athenas venere, & ad Phalerum, (Parii autem in Cythno [d] relicti, quò bellum caderet expectabant) ibi Xerxes ipse ad classem descendit, animo cœtum classiariorum adeundi, & eorum audiendi sententias. Eò profectus vbi præsedit, assidentibus qui accitu eius aderant, suæ quoque gentis tyrannis ac nauium præfectis, vt cuique rex honorem dederat, quorum primus erat Sidonius rex, tum Tyrius, deinceps alii gradatim: misit ad eos Mardonium tentandi gratia, sciscitatum singulos prælium nauale faceret nécne. Posteaquam Mardonius à Sidonio exorsus, singulos circumiens interrogauit, cæteri quidem eandem dixere sententiam, iubentes fieri prælium: Artemisia verò, Hæc, inquit, Mardoni, quæ dico, regi referas: [e] me neque in prælis ad EVbœam gestis ignauissimam extitisse, neq; minima contulisse in te, domine ideo, quum talis sim, æquum esse, ea quæ in rem tuam maximè esse sentio, demonstrare. Itaque hoc tibi suadeo, vt nauibus parcas, nec prælium nauale facias cum iis viris qui tanto sunt tuis in mari præstantiores, quanto fœminis viri. Quid enim necesse habes omnino venire in discrimen pugnæ naualis? nónne Athenas habes quarum gratia expeditionem sumpsisti? nónne reliquam Græciam? ac nemo tibi obsistit? Qui tibi obsistebant, ita summoti sunt vt eos decebat. Quò autem ego recasuras hostium res arbitror, id exponam: Si non instabis pugnæ nauali committendæ, sed classem perges hîc continere ad terram, aut etiam tendere ipse in Peloponnesum, tunc tibi, domine, succedent ea quorum gratia venisti. neque enim diu tibi resistere Græci possunt, sed dilabentur, & abs te ad suas quisque vrbes defugient. quoniam neque commeatus est eis in hac insula, vt ego audio, neque, si tu in Peloponnesum pedestres copias duces, hîc eos credibile est perstituros qui illinc huc aduenerunt, neque de pugna pro-

a Sicut autem deliberatũ fuerat, ita hæc fecerunt. quum enim diis omnibus preces fudissent, illinc quidem, ex ipsa *nimirum* Salamine, Aiacem Telamonémque inuocauerũt, ad AEacum autem cæteróſque AEacidas inuocandos nauem AEginam misit.

b Fieri non potest quin magna aliqua cl.

c Post illum autẽ puluerem ac vocem ortam esse nubem.

d Quum remansissent,

e Me, quæ nec in naualibus ad Eubœã prælis me ignauissimè gessi, nec minima præstiti, par est, domine, sententiam meam proferendo, quæ maximè è re tua esse censeo, indicare: atq; ideo hæc dico, Parce nauibus, nec prælium nauale cum iis viris &c.

» Athenienſibus faciẽda curaturos. At ſi pugnam naualẽ gerere approperabis, vereor
» ne copiæ nauticæ malè re geſta pedeſtribus ſint exitio. Præterea hoc etiam rex in a-
» nimum dimitte: vſu venire vt bonis quidem hominibus mali ſerui ſint, malis au-
» tem boni. Ideóque tibi (qui virorum es optimus) ſerui ſunt mali, qui numero ſocio-
» rum cenſentur, AEgyptii, Cyprii, Cilices, Pamphyli, è quibus nulla vtilitas eſt. Hæc loquente Artemiſia, quicunque ei bene volebant, noxiam illi rebantur ſuam orationem, tanquam aliquid mali paſſuræ ab rege, quem vetaret pugnam facere naualem: at ii qui malè conſultum illi volebant inuidebántque, vtpote cui inter primos ſociorum omnium honos haberetur, gaudebant eius quam dixerat ſententia, tanquam perituræ. Sed Xerxes, poſtquam ad eum ſunt relatæ ſententiæ, magnopere delectatus eſt Artemiſiæ ſententia: & quum iam antea officioſam eſſe ſenſiſſet, tunc multo impenſius collaudauit. Nihilominus vt [a] pluribus ſtaretur iuſſit, ratus ad EVbœam ſuos ſponte malè pugnaſſe, quòd videlicet ipſe abfuiſſet: itaque conſtituit ſpectaculo pugnæ naualis intereſſe. Claſſiarii, vbi nuntiatum eſt illinc eſſe ſoluẽdum, claſſem Salaminem verſus ducũt, & per otium in aciem ſunt digeſti. Sed quum eos dies defeciſſet quominus prælium committerent, (nox enim interuenit) in poſterũ diem ſeſe inſtruebant: quum interim Græcos metus formidóque cepit, cum alios, tum verò Peloponnenſes, quòd ipſi deſidentes in Salamine, pro Athenienſium terra eſſent certaturi: qui ſi ſuperarentur, in inſula deprehenſi forent obſidendi, ſua terra ſine præſidio relicta. Per eandem noctem pedeſter exercitus barbarorum contendebat in Peloponneſum: quanquam cuncta quæ poterant excogitata erant ne barbari per continentem ingrederentur. Nam vbi Leonidem cum ſuis apud Thermopylas occubuiſſe accepere Peloponnenſes, celerrimè ex vrbibus concurſu facto, Iſthmum inſederunt, duce Cleombroto Anaxandridæ filio, Leonidæ fratre. Ibi conſidentes, primùm viam Scironidem obſtruxerunt, deinde conſilio inito Iſthmum muro inædificabant, opúſq; perficiebant, quippe nemine (quum tot millia virorũ eſſent) ceſſante. nã & lapides & lateres & ligna, & ciſtas ſabulo plenas afferebãt, nullo temporis momento opus intermittentes, neque diurno neque nocturno. Hi autem è Græcis fuerunt qui ad Iſthmum auxilio cum omni copia venerunt: Lacedæmonii, & Arcades omnes, & Elei, & Corinthii, & Sicyonii, & Epidaurii, & Phliaſii, & Trœzenii, & Hermionenſes. Hi fuerunt qui quidem auxilio venerunt metuentes periclitanti Græciæ. Cæteris enim Peloponnenſibus id nihil admodum curæ erat, & Olympia iam & Carnia præterierant. Incolunt autem Peloponneſum gentes ſeptẽ, quarum duæ indigenę eundem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades & Cynurii: vna, Achaica, quæ nunquam illa quidem è Peloponneſo exceſſit, ſed priſtino loco egreſſa, alienum incolit: reliquæ quatuor è ſeptem aduentitiæ ſunt, Dorienſes, AEtoli, Dryopes, Lemnii. Ac Dorienſium quidem multæ ſunt & inſignes ciuitates: AEtolorum autem ſola Elis: Dryopum autem, Hermiona & Aſina, quæ ad Cardamylam Laconicam ſita eſt: Lemniorum autem, omnes Pararetani. Cynurii autem, quum ſint indigenæ, ſoli putantur Iones eſſe, ſed effecti ſunt Dores, ſub imperio Argiuorum impoſiti, & progreſſu temporis, quum eſſent Orneatæ, itémque accolæ. Harum igitur ſeptem gentium cæterę præter eas quas recenſui, è medio ceſſerunt: & (ſi ingenuè loqui fas eſt) in medio ſedentes cum Medis ſentiebãt. Apud Iſthmũ quidẽ in tali labore iſti occupati erant, vtpote pro omni iam curſu, quòd nulla ſpes è claſſe affulgeret, currentes. Quæ audientes illi qui in Salamine erãt, formidine afficiebãtur, non tã pro ſeipſis quàm pro Peloponneſo ſoliciti, adeo vt alius alium adiens, & ſummiſſa voce loquens admiraretur in EVrybiade conſilii inopiam: tandem verò res erupit in medium, conciliúmque contractum eſt, & multa de hoc ipſo dicebantur, ab his quidẽ, oportere in Peloponneſum nauigare, & pro illa adire periculum, non autem manentes, pro regione captiua pugna nauali decernere: ab Athenienſibus verò & AEginetis & Megarenſibus, ſatius eſſe illic manentes dimicare. Ibi Themiſtocles, poſtquam ſententia Peloponnẽſium euicit, clanculum è concilio egreſſus, miſit ad claſſem Medorum nauigium, cum quodam iuſſo dicere quæ oporteret, cui nomẽ erat Sicino, contubernali ſuo, atque eodem pædagogo liberorum ſuorum: quem poſt has res geſtas ipſe Theſpiẽſem fecit, [b] (vbi Theſpienſes in ciuitatem ſunt recepti) atque locupletem. Is tunc nauigio ad duces barbarorũ
» profectus hæc inquit, Dux Athenienſium, quòd partibus regis fauet, præoptátque res
» veſtras quàm Græcorũ eſſe ſuperiores, miſit me iã clam aliis Græcis indicatũ vobis,
» illos metu perculſos fugã facere velle, & nunc offerri vobis occaſionẽ exequẽdi rem
» omnium præclariſſimam, niſi per negligentiã eos dilabi ſinatis. nam neque inter ſe

a *Id eſt, Semẽtijs plurium. Quãm ſe tenue à la plus grande voix.*

b *Quo tempore Theſpiẽſes ciues recipiebant, id eſt in ciuitatis donabant.*

conſentiunt, neque vobis amplius obſiſtent: ſed inter ſe dimicantes cernetis eos qui vobiſcum & eos qui contra vos ſentiunt. Hac re Sicinus indicata, ab illis abſceſſit. Cui fidem habentes barbari, tum in inſulam paruam nomine Pſyttaleam, quæ inter Salaminem & continentem ſita eſt, multos Perſarum traiiciunt, tum mediam circa noctem cornu quod ad veſperam ſpectabat producunt Salaminem verſus, eam circumituri: producunt itē qui circa Ceon & Cynoſuram inſtructi erāt, occupantes omne fretum Munychia tenus. Ideo autem & naues producebant nequa Græcis liceret effugere: ſed circumuenti vicem redderēt præliorum ad Artemiſium geſtorum. Ad inſulam autem Pſyttaleam traiiciebant Perſas, vt commiſſo nauali certamine, quum plurimum & virorum & naufragiorum eò efferretur, (erat enim inſula in traiectu pugnæ ſita) ii Perſæ [a] ſuos ſeruarent, alienos interimerēt. Hoc autem ne hoſtis ſentiret, clanculum egere, nulla noctis parte conceſſa ſomno. In has ego res intuens, non habeo aduerſari oraculis tanquā non, veris volens euidenter loquentia conari refellere,

Auricomæ poſtquam Dianæ littora iungent
Nauales pontes cum littoribus Cynoſuræ,
Spe ſtolida fortes quòd Athenas marte ſubegit,
Compeſcet iuuenem meritiſſima pœna ſuperbum,
Inſtinctum furiis, ſibi cedere cuncta putantem.
Nam miſcebitur æs æri, mars ſanguine pontum
Inficiet: Graiis tunc libera tempora reddet
Saturno genitus, ſimul & Victoria pollens.

Quum ita euidenter in his à Bacide dicatur, profectò neq; ipſe de fide oraculis deroganda auſim dicere, neque ab aliis dici ſuſtineam. Porro inter duces qui in Salamine erant ingens conflatus eſt tumultus, nondum ſcientes à barbarorum nauibus ſe circumueniri: vbi autem orto ſole inſpexerunt hoſtem inſtructum, cenſuerunt ibidem ſibi manendum. Quibus congregatis, applicuit ex AEgina Ariſtides Lyſimachi filius, Athenienſis quidem, ſed in exilium à populo electus, quem ego (vt eius mores accepi) virum optimum Athenis atque iuſtiſſimum cēſui. Hic vir concilio aſſiſtens, Themiſtoclem euocauit, non amicum ſibi, ſed in primis inimicum: verùm præ magnitudine præſentium malorum oblitus ſimultatum, euocauit hominem colloquē di gratia. præſenſerat enim Peloponnenſes maturare ad Iſthmum claſſem reducere. Qui, quum prodiſſet Themiſtocles, ad eum inquit, Nos & alio tempore & hoc ipſo contendere debemus inter nos hac de re, vter noſtrum de patria præclarius mereatur. te verò certiorem facio, peræquè eſſe Peloponnēſibus multa verba facere ac pauca de abducendis hinc nauibus. Ego enim tibi quod ipſemet vidi, refero: nunc, ne ſi velint quidem, Corinthios atque ipſum EVrybiadem enauigare poſſe, quoniam circumdati ab hoſtibus vndiq; ſumus. quare ingreſſus ad eos, hoc indicato. Cui reſpondens Themiſtocles, Vtilia ſanè, inquit, iubes, bonum afferens nuntium. Nam quod ego precabar vt fieret, id ipſe tu conſpicatus fieri veniſti nuntiatum. [b] vt enim ſcias, quæ fiunt à Medis, propter me fiunt: quoniam opus facto fuit vt Græci qui nolebāt ſua ſponte ad pugnam deſcendere, deſcenderent inuiti. Tu verò, quandoquidem vtilia nuntiatum veniſti, per teipſum nuntiato. Quoniam ſi ego retulero, videbor rē commentitiam dicere, nec ipſis perſuadebo, tanquam non hoc agentibus barbaris. Itaque tute ingreſſus, vti res habet ipſe referas. Quod vbi feceris, ſi tibi fidem habebunt, optimè habet: ſin minus, perinde nobis erit. neque enim ſi vndique circumdati ſumus, vt tu ais, amplius iſti defugient. Ariſtides conciliū introgreſſus, eadem retulit, dicens ſe ex AEgina veniſſe, & ægrè elapſum, latendo ſtationem hoſtium. Omnem enim claſſem Græcorum, à Xerxis claſſe circumuentam: ideóque hortari ſe vt ad defenſionem ſui illi ſeſe præpararent. Hæc loquutus Ariſtides, retrò abiit. Rurſus autem inter duces altercatio orta, pleriſq; eorum fidem nuntio non habentibus. Quibus non credentibus aduenit triremis tranſfuga virorum Teniorum, cui præerat Panætius Soſimenis filius, quæ omnē veritatem attulit. Cuius facti nomine Tenii in tripode qui Delphis dedicatus eſt, inter eos qui barbarum debellarunt, ſcripti fuere. Ex hac autem naui quæ ad Salaminem & altera quæ ad Artemiſium tranſfugit, expleta eſt Græcorum claſſis trecentarum & octoginta nauium. duæ nanq; prius ad explendum numerum defuerant naues. Græci, vbi eis verba Teniorum fecerunt fidem, ſeſe apparauerunt tanquam dimicaturi. Et ſub diluculū, quum propugnatorum cœtū feciſſent, Themiſtocles ex omnibus quæ expedirent præcipiebat: cuius orationis ſumma erat, meliorum cum peioribus comparatio, quæcunque in homi-

[a] Alios ſeruarent, alios interim.

[b] Scito enim quæ à Medis fiūt, à me profecta eſſe.

nis natura atque industria existunt, exhortatus vt meliora eligerent. Vbi perorauit, iussit illos ingredi naues. quibus ingressis, rediit ab AEgina triremis quæ profecta ad AEacidas erat. móxque omnes naues Græci soluerunt. In quos mouentes cõtinuò barbari sunt inuecti. Ibi cæteri quidẽ Græci [a] quum inhiberẽt remos, cessímq; irent, Aminias Palleneus vir Atheniẽsis, euectus naui in hostilem incurrit: cui implicitus quum hæreret, nec abstrahi posset, ita cæteri venientes auxilio conseruti sunt. Hunc in modum aiunt Athenienses extitisse initium pugnæ: AEginetæ verò, nauem quæ ad AEacidas abierat feciſſe initium. Quanquam etiam hoc refertur, simulachrum mulieris fuisse eis oblatum: & quum apparuisset, ita illos exhortatum vt omnis Græcorum exercitus exaudierit: sed prius his verbis cõuitiatum, [b] O dæmonii, quousque remos inhibebitis? Cæterùm aduersus Athenienses instructi erant Phœnices. nam hi cornu tenebant quod ad Eleusinem occidentémque vergebat. Aduersus Lacedæmonios instructi erant Iones. hi autem cornu tenebant quod ad auroram spectabat & Pireum: quorum pauci admonitu Themistoclis de industria ignauiter agebant, plerique minimé. Enimuerò complurium trierarchorum nomina commemorare possem, qui Græcas naues expugnauere: sed neminem nominabo præter Theomestorem Androdamãtis filium, & Phylacon Histiæi filium, ambos Samios. quorum duntaxat ideo mentionẽ facio, quòd Theomestor ob hanc nauatã operam à Persis tyrãnus Sami sit creatus: Phylacus inter bene de rege meritos adscriptus sit, & multo tractu soli donatus. Bene meriti autem de rege, Persica lingua Orosangæ vocãtur. De his quidem ita res habet. Multitudo autem regiarum nauium ad Salaminẽ expugnabatur, partim ab Athenienſibus corrupta, partim ab AEginetis, vtpote Græcis seruato ordine ac loco certantibus, barbaris & incompositè & inconsultè agentibus: vt non ab re fuerit talem eis rem contingere qualis contigit. quanquam eo die fuerunt atque extiterunt longè seipsis præstantiores, & quàm ad EVbœam extiterant, pro se quisque adnitentes, ac Xerxem reformidantes, quòd ab eo se singuli conspici arbitrabantur. Et de aliis quidem vel barbarorum vel Græcorum singulatim, quomodo dimicauerint, non possum pro comperto referre: circa Artemisiam verò hoc rei gestum, ex quo impẽsius illa regi commendata est: Posteaquam regiæ res in multum tumultuationis deuenerant, hoc interim tempore Artemisia, quum nauem suam Attica insequeretur, nullum habens effugium, quia ante ipsam naues amicorũ, sua verò proxima hosti erat, hoc sibi putauit faciẽdum, quod & feciſſe profuit. nam vt fugiebat Atticam nauem, in nauem sociam, quæ erat virorum Calyndensium, impegit, quáque rex Calyndẽsium Damasithymus vehebatur. Cum quo etsi huic iam inde quũ essent in Hellesponto, contentio intercesserat, tamẽ incertũ an consultò id fecerit, an fortuitò nauis Calyndensium oblata fuerit. Eam Artemisia vbi incurrit pariter ac demersit, prospero casu vsa & duplex hinc sibi bonũ est adepta. nam trierarchus Atticæ nauis eam cõspicatus incurrisse barbarorum virorum nauem, existimans hanc Artemisiæ nauem aut Græcam esse, aut è barbaris profugisse, & à Græcis pugnare, ab hac ad alias se conuertit. Ita ex hoc facto contigit Artemisiæ tum vt exitium euitaret, tum vt è malo opere præcipuè se probatam apud Xerxem redderet. siquidem fertur, quum rex spectans animaduertisset hanc nauem alteri incurrisse, quendam eorum qui aderãt dixisse, Cernis Artemisiam domine, vt bene præliatur, vtque nauem hostilem depressit? Et regẽ interrogasse nunquid verè id opus Artemisiæ esset: & illos, vtpote qui planè nossent insigne nauis Artemisianæ, ita rem habere adfirmasse, ratos eam nauem quæ corrupta esset, hostilẽ fuisse. nam præter cætera quæ mulieri (vt dictum est) prosperè cesserunt, hoc quoque accessit, quòd è naui Calyndensi nemo seruatus est qui existeret accusator. Vnde Xerxem ferunt ad ea quæ narrabãtur dixisse, Viri quidem extiterunt mihi fœminæ, fœminæ autem, viri. Hæc aiũt dixisse Xerxẽ. In eo prælio cum alii multi & illustres viri tam Persarum Medorúmq; quàm aliorum sociorum occubuere, tum verò dux Ariabignes Darii filius Xerxisq; frater: è Græcis pauci. quippe qui gnari natãdi, vbi suæ naues corruptæ erant, nec in pugna peribant, ad Salaminem enatabant. cuius rei quia imperiti erant barbarorum plerique, in mari periere. Posteaquam autem eorum primæ naues in fugam versæ sunt, tum verò plurimæ corrumpebantur. nam quæ in posterioribus locatæ erant, dũ earũ propugnatores conarẽtur præterire, vt & ipsi aliquam operam [c] regi nauarent, vndique in suorũ naues incidebant. Quo in tumultu etiam hoc actum est, vt quidam Phœnices quorum naues corruptæ fuerant, regem adeuntes, insimulauerint Iones tanquam proditores, quòd propter eos naues amissæ essent. vnde id contigit, non vt Ionum duces interficerẽtur, sed vt ii Phœnices qui

a Quum in puppim inhiberent vt appulsui. Bud.

b O miseri.

c In regis conspectu nauarent.

illos insimulabant,[a] eam acciperent mercedem. Etenim illis adhuc ea loquentibus, Samothracia nauis Atticæ impacta, eam demersit: & in hanc AEginetica impulsa ipsam depressit. Verùm Samothraces, vt qui iaculatores essent, epibatas nauis quæ suã depressérat, iaculorum ictibus excussérunt, eorúmq; conscensa naui potiti sunt. quod factum Iones liberauit. Nam Xerxes vbi id egregium facinus Ionum aspexit, conuersus ad Phœnices, vt erat supramodum mœstus, & omnes arguens, iussit eorum capita præcidi, ne, quum ipsi imbelles essent, meliores criminarentur. Quoties enim suorum quempiam aliquod opus edentem cernebat, de eo homine percontabatur, sedens sub monte qui est eregione Salaminis, nomine AEgaleo, & scribę trierarchum illum à familia & vrbe scripto annotabant. Quinetiam cladi Phœnicum qui aderant, additus est Ariaramnes vir Persa, quanquam amicus regis. Et isti quidem in Phœnices se conuertebant: barbaris autem in fugam versis, & ad Phalerum elabentibus, AEginetæ in freto subsistentes operam memoratu dignam ediderunt. nam Athenienses quidem in tumultuatione naues sibi obsistentes fugientésque expugnabant, AEginetæ verò eas quæ elabebantur: & quoties aliqua effugiebat Athenienses, eo ipso cursu in AEginetas incidebat. Quum interim conflixerunt naues duę, vna Themistoclis insequens aliam, altera Polycriti Crio geniti, viri AEginetæ, dum nauem Sidoniam inuadit, illam videlicet quæ speculatoriam in Sciatho AEgineticam ceperat, qua vehebatur Pytheas [b]Ischeni filius: quę Persæ seminecem plagis, tamen admiratione virtutis seruatum in naui habebant. Sidonia quæ hunc circumferebat nauis, vnà cum Persis est intercepta, vt Pytheas ita sospes rediret in AEginam. Polycritus vbi inspexit Atticam nauem, agnito signo nauis imperatoriæ, inclamans Themistoclem, iocatus est, exprobrans AEginetis quòd cum Medis sentirent. Hoc Polycritus sua naui incurrens, in Themistoclem iaculatus est. Barbari autem quorum naues supererant, fuga se proripuerunt in Phalerum pedestres ad copias. In hac pugna nauali è Græcis optimè audierunt AEginetæ, secundo loco Athenienses: è viris, Polycritus AEgineta: Athenienséque, EVmenes Anagyrasius, & Aminias Pallenęus, qui & Artemisiam est insequutus, non prius desiturus quàm aut illam cepisset, aut ipse captus esset, si Artemisiam ea naui vehi animaduertisset. quippe trierarchis Athenienstũ præceptum erat vt eam caperent, propositúmq; præmiũ decem millium drachmarum ei qui viuam cepisset. Indignè enim ferebant mulierem aduersus Athenas militare. At illa (vt antea dictum est) aufugit. Fuerunt & alii quorum naues incolumes in Phalerum euàserunt. Adimantũ autem Corinthiorũ ducẽ Athenienses ferunt statim inter initia concursus nauium expauefactum atq; perterritũ sublatis velis fugæ se dedisse: Corinthiósque inspecta fuga nauis imperatoriæ itidem abiisse: Et quum fugiẽdo venissent ad tẽplum Mineruæ Sciradis, quæ est in Salamine, occurrisse eis celocem diuina cum pompa: quę quísnam misisset quũ non constaret, scirémtque neminẽ suæ classis ad ipsos misisse, eos ob id coniectasse rem diuinam esse: & eos qui in celoce erant, vbi propiores fuerunt, ita loquutos fuisse, Adimante, tu quidẽ conuersis in fugam nauibus abscedere vis Græcorum proditor: at illi quantum votis conceperunt victores hostium euadẽt. Et quum his verbis fidẽ non haberet Adimantus, hæc iterum dixisse, [c]ipsos posse pro obsidibus ductos mortẽ obire nisi constaret Græcos esse victores. Ita conuersa naui Adimãtum cum cæteris ad classem suorum, re iam ab aliis nauata, venisse. Hic de illis apud Athenienses rumor extitit: quod ipsi Corinthii negant, sęque inter primos pugnatores extitisse affirmant. pro quibus testimonium dicit reliqua Græcia. Aristides autem Lysimachi filius vir Athenienśis, cuius paulo antè vt viri optimi mentionem feci, per eum tumultum qui circa Salaminem fiebat, hoc rei gessit: Permultis armatorum qui ad littus Salaminis locati erant sumptis, genere Athenienśibus, & in Psyttaleam insulam traductis, omnes Persas qui in ea insula erant interemit. Defuncti nauali pugna Græci, reductis in Salaminẽ nauibus, potiti sunt naufragiis quæ illic supererant: parati ad aliam dimicationem, quòd sperarent regem iis quæ sibi reliquæ erant nauibus vsurum. Porro naufragiorum pleraque vẽtus zephyrus asportauit in oram Atticæ nomine Coliadem: vt impletum sit omne oraculum, cum de cæteris quæ ad pugnam naualem pertinent faciens mentionem, tum verò de naufragiis illuc euectis, à Bacide & Musæo multis annis antea prædictum, ac redditũ Lysistrato Athenienśi, viro sortilego, quod omnes Grẹcos latuerat,

Horrebunt remis mulieres Coliadenses.

Hoc autem futurũ erat aduecto rege. Cognita sua clade Xerxes veritus nequis Ionum à Græcis subornatus, aut sua sponte ad soluendos pontes in Hellespontum na-

[a] Talem mercedẽ acciperẽt. *id est, quas pœnas nolebant dare Iones, ipsi eas darent.*

[b] *Supra, pag. 193 Ischenoi fil. Sed ibidem malè Pythius.*

[c] Se tales esse qui vellent obsides duci ac morte plecti nisi victores comperirentur Græci. *Vel, Se eo animo esse. Q. d. Se paratos esse ad &c.*

uigaret, vnde ipſe in Europa deprehẽſus ſalute periclitaretur, de fugiendo cõſultabat. nolẽs tamẽ neq; à Græcis neq; à ſuis detegi, aggerẽ in Salamine tẽtabat educere: nauéſque Phœnicũ onerarias, vt pro rate ac muro eſſent, innectebat: & ſe tãquam aliã pugnam naualem facturus, ad bellum inſtruebat. Quæ agẽtem videntes cæteri, pro certo habebant eum manendi animo atque bellandi illa apparare: ſed nihil eorum Mardonium latebat, vt probè gnarum ingenii illius. Xerxes & hæc fecit, & ſimul in Perſidem miſit qui præſentem cladem nuntiarent. His nuntiis nihil pernicius tranſcurrit in rebus humanis. quod negotium hunc in modum eſt à Perſis excogitatum: Quot ex diebus tota via conſtat, totidem equos ac viros ferunt eſſe diſtinctos ad ſingulorum dierum iter faciendum, quos neque vis niuium, neque imber, neq; æſtus, neq; nox diſtinet quin propoſitum ſibi curſum celerrimè conficiant. Quorum curſorum primus mandata tradit ſecundo, ſecundus item tertio: & ita deinceps illa mãdata in alium atque alium pertranſeunt, quemadmodum apud Græcos fax quam Vulcano per vices ferre curſores perſeuerant. Hanc equorum curſitationem Perſæ angarẽon appellant. Primus igitur nuntius Suſa perlatus, Xerxem Athenis potitum eſſe, tanta Perſas qui relicti erant voluptate affecit, vt omnes vias myrto conſterne-
rent, & per eas odores incenderent, & ipſi in ſacrificiis ac gaudiis verſarentur: ſecundus autem ita eos conſternauit vt vniuerſi veſtes dilaniarent, vociferationéque & eiulatu irrequieto vterentur, culpam in Mardonium refundentes, non tam de claſſe quàm de ipſo Xerxe ſoliciti: ídque tamdiu dum Xerxes illos ita affectos redeundo ſedauit. At Mardonius quum videret Xerxẽ magnam è pugna nauali iacturam feciſſe, ſuſpicans agitare fugam ex Athenis, pro ſeipſo anxius erat, tãquam pœnas daturus, qui regi perſuaſiſſet inferre Græciæ bellum: putabátque ſibi conducibilius eſſe periclitari aut ſubigere Græciam, aut magna opera aggreſſum honeſtè vita defungi: quanquam opinio eius de ſubigenda Græcia propenſior erat. Hoc quum ſecum
» agitaſſet, regem hac oratione eſt alloquutus, Domine, noli mœrorem ob hanc rem
» geſtã capere, aut pro ita magna hoc iactura ducere. non enim certamen, quo omnia
» noſtra conſtant, in lignis eſt, ſed in viris & equis. Itaq; nemo tibi aut horum qui tibi
» videtur omnia confeciſſe, egreſſus è nauibus conabitur obuiam ſe ferre, aut ex hac
» cõtinẽte: vnde qui ſe obuios tulere, pœnas dedere. Quòd ſi tibi videtur faciẽdum vt
» Peloponneſum tẽtemus, continuò tẽtemus: ſi videtur ſuperſedendum, ſuperſedea-
» mus licet. nec animo conſterneris: neq; enim vlla poſſunt ratione ſubterfugere Græ
» ci quominus rationem dent eorum quæ & nunc & antea perpetrarunt, tuíque ſint
» ſerui. Et hoc quidem præcipuè tibi agendum puta. Quòd ſi tibi conſtitutum eſt vt i-
» pſe cum exercitu reuertaris, aliud quoque habeo ex hac re conſilium. Ne commit-
» tas rex vt Perſæ Græcis ludibrio fiant. non enim res Perſarum afflictæ ſunt: neque
» tu vbinam viri fuerimus ignaui dicere potes. quales ſi Phœnices & AEgyptii & Cy-
» prii & Cilices fuere,[a] nihil iſta ad Perſas attinet culpa. Quare, quoniam Perſæ huius
» rei inſontes ſunt, iam mihi credito. ſi tibi non videbitur permanendum, remea ipſe
» ad ſolum natale cum pleraque parte copiarum: ego cum delectis de exercitu triginta
» myriadibus militum debeo Græciam in tuam redigere ſeruitutem. His auditis Xer-
» xes,[b] vt ex malis, gauiſus eſt, voluptatémque cepit: & ad Mardonium inquit ſe,[c] vbi
ad concilium retuliſſet, reſponſurum vtrum eorum eſſet facturus. Et quum in concilium vocaſſet delectos Perſarum proceres, placuit ei Artemiſiam quoque ad conſultandum accerſi: quam ſolam conſtabat antea quæ faciẽda eſſent intellexiſſe. Quæ vbi aduenit, eam Xerxes ſummotis aliis Perſarum conſiliariis atque ſatellitibus, hũc
» in modum alloquutus eſt, Iubet me Mardonius hîc permanere ad tentandam Pelo
» ponneſum, negans vllã culpã huius damni eſſe penes Perſas atq; pedeſtres copias,
» [d] ſed eis volentibus hoc tentari debere. Itaq; aut hoc me facere hortatur, aut ſibi tra-
» dere triginta myriades delectorum militum ad ſubigendam mihi Græciam: me ve-
» rò ad patrias ſedes cum reliquo exercitu reuerti. Tu igitur, quæ de pugna nauali non
» gerenda probè conſuluiſti, dicito vtrũ mihi ſuadeas horũ, quod eligendo bene mihi
» cõſuluero. Hæc Xerxi cõſultanti reſpõdens Artemiſia, Arduũ, inquit, rex,[e] me dicẽ-
» tem tibi optima, proſperum conſilium dare: tamen è ſtatu rerum præſentium mihi
» videtur eſſe faciendum vt tu ipſe domum remees: Mardonium verò hîc relinquas
» cum iis quos vult, ſi modò velit ille, atque recipiat ſe iſta facturum. Nam ſiue ea quæ
» ait ſe velle, ſubegerit, & hæc ei ex animi ſententia ſuccedant,[f] tua res domine agitur:
» quia id tui ſerui effecerint: ſiue Mardonio contra opinionem ſuam contingat, non
» magna ſanè calamitas erit, ſaluo & te & rerum domeſticarum ſtatu. Etenim ſi inco-
» lumis es & domus tua, profectò Græci ſæpenumero pro ſeipſis multa certamina

a Nullum enim rebus damnũ attulerunt Perſæ.

c *Sic Græca habent ad verbum: pro eo quod eſt,* Tã quam illo offerente aliquod inter tot mala ſolatiũ. *Vel,* Tanquam illo ex rebus alioqui deſperatis aliquẽ exitũ proponente.

c Vbi deliberaſſet. *Sed Valla ita uertit ratione habita eorum quæ ſequuntur.*

d Sed lubenter ſe reipſa id comprobaturos. *Vel, Huius rei ſe deo mentum eſſe daturos.*

e Me tibi conſulenti optimum dare conſilium.

f Quod geritur, tuũ eſt. *Id eſt, Tuum cenſetur. Eius laus tibi aſcribitur.*

curſitabunt: at ſiquid contingat Mardonio cladis, id nullius erit momenti, Græcíq; vincendo non vicerint, ſeruo tuo interempto. Tu verò Athenis incenſis (cuius rei gratia expeditionem ſumpſiſti) reuertêris. Delectatus eo conſilio Xerxes, quòd idé illa ſuaſiſſet quod ipſe haberet in animo: quippe qui (vt ego opinor) nõ remanſiſſet ſi vel cuncti atq; cunctæ id ei ſuaſiſſent. adeo perterritus erat. Artemiſiam igitur laudatam dimiſit, ducentem ſecum liberos regios Epheſum. nam aliquot eum filii nothi comitabantur. Cum quibus ad eorum cuſtodiã miſit Hermotimum, genere quidem Pedaſenſem, ſed apud regem inter eunuchos nulli ſecundum. Incolunt autem Pedaſenſes ſuper Halicarnaſſum: apud quos hoc rei fertur cõtingere, vt quoties Amphictyonenſibus qui circa eam vrbem habitant aliquid aduerſi certum intra tempus eſt euenturum, tunc Mineruæ antiſtiti, quæ illic eſt, grandis barba naſcatur: quæ res bis apud eos accidit. Ex his Pedaſenſib⁹ Hermotimus erat, cui maxima ex omnibus quos quidem ipſi nouimus, vltio contigit acceptæ iniuriæ. Siquidem eum captũ ab hoſtibus ac venalẽ mercatus eſt Panionius vir Chius, ex hoc impuriſſimo quæſtu quem factitabat, vitam ducens. nam quos pueros forma præditos coemerat, eos caſtrabat: ductóſq; aut Sardis aut Epheſum, magna pecunia venundabat. Apud barbaros enim pretioſiores eunuchi ſunt quàm qui non ſunt caſtrati, [a] in omni genere, fidei gratia. Cæterùm vt alios permultos, ita hũc quoq; Panionius execuit, vt qui ex hac re vitam toleraret. Sed non vſquequaque infelix Hermotimus, è Sardibus ad regem cum aliis muneribus deductus eſt, progreſſũque temporis ex omnibus eunuchis maximo in honore apud regem Xerxem eſt habitus. Quum autem rex aduerſus Athenas moueret è Sardibus, per id tempus Hermotimus cuiuſdam negotii gratia deſcendit in agrum Myſium, qui à Chiis incolitur, ſed Atarneus vocitatur. ibi inuentum Panionium atque agnitum alloquutus eſt & multis & comibus verbis, primùm recenſens ei quot per illũ eſſet aſſequutus bona, deinde pollicẽs quã gratiam illius meriti foret relaturus, ſi homo cum ſuis domeſticis illuc commigraſſet. Ea oratione libenter audita Panionius contulit ſe illuc cum vxore & liberis. Quem poſteaquam cum omni re familiari adeptus eſt Hermotimus, his verbis affatus eſt, O omnium poſt homines natos ſceleſtiſſimum, qui ex nefandiſſima negotiatione quæſtum facis: quid aut ipſe ego, aut meorum quiſpiam vel tibi vel tuorum cuipiã mali fecit, [b] quòd ex viro neutrum me reddidiſti? putabáſne fore vt quæ tunc machinabaris laterẽt deos? qui iuſta lege vtentes, te infandorum opificem tradiderunt in manus meas, [c] vt de pœna à me tibi irroganda queri non poſſis. Hæc vbi exprobrauit homini, filiis in conſpectum eius adductis, qui quatuor erant, coegit patrem genitalia illorum recidere: quod quũ coactus feciſſet, filii ſui adacti ſunt eius virilia abſcindere. Ita ſupplicium ab Hermotimo in Panionium rediit. Xerxes autem filiorum Epheſum deducẽdorum negotio Artemiſiæ demandato, accitum Mardonium iuſſit è copiis quas liberet eligere, vt conſentanea verbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die eſt actum. Noctu autem regis iuſſu præfecti claſſis è Phalero ſoluẽtes, retrò Helleſpontum verſus abierunt, pro ſe quiſque accelerantes ad cuſtodiendas rates quibus rex pertranſiret. Qui quum ad Zoſterem aduentaret, minuta quædam continentis protenta promontoria barbari ſuſpicati nauigia eſſe, perdiu illinc aufugerunt: tandem deinde edocti non nauigia eſſe, ſed promontoria, in agmẽ ſeſe receperunt. Vt autem dies illuxit, Græci cernentes ibidem pedeſtres copias hoſtium perſtare, rati claſſem quoque circa Phalerum eſſe, ac pugnam naualem commiſſum iri, ſe ad reſiſtẽdum apparabãt. Sed cognito illam vela feciſſe, confeſtim inſequẽdam ſibi cẽſebant: itaque eam inſequuti Andro tenus, cernere quum nequiſſent, ad Andrum profecti conſultabant. Quibus Themiſtocles ſuadebat vt inſulas verſus profecti, claſſem hoſtium inſequentes, rectà ad Helleſpontum nauigarẽt, ſoluturi pontes. Huic contrariam EVrybiades opponebat ſententiã, quòd diceret fore vt ſi diſſoluerẽt rates, maxima ob id calamitate afficerẽt Græciam. [d] Perſa enim, ſi deprehenſus manere in Græcia cogeretur, non quieturus, quòd ſibi otium quidẽ agẽti nec vlla res poſſet procedere, nec vllus retrò oſtẽderetur receptus, & exercitus ſuus fame conficeretur procedẽti. nec verò & rebus gerẽdis operam danti omnia poſſent per Europã ſuccedere, tum in vrbibus, tum in nationibus quæ vel captæ fuiſſent, vel antea ſeſe dedidiſſent: quinetiam rem frumentariam habiturum ex annuis ſemper fructibus Græcorum. Nunc autẽ videri, illum vtpote victum nauali prælio, non perſtiturũ in Europa: ideóq; permittẽdum fugere, dum in terrã ſuam fugiẽdo peruenirẽt. de qua terra deinde certamen fieri iubebat. Huic ſentẽtiæ aliorum Peloponnẽſium duces aſſenſere. At Themiſtocles, poſtquã animaduertit ſe nõ poſſe pleriſq; perſuadere vt ad Helleſpontum

a Omnis fidei gratia. *ad uerbum, pro Quacunque in re fidere ipſis aliquis nelit. i. Quæcũque illius quis committere, in quibus eorum fidem experiatur.*

b Propter quod me ex viro nihil eſſe fecerist *Sic ad uerbum habent Græca, quæ Valla exponere uidetur uoluiſſe nõ reddere. nam eunuchus nihil eſt, quòd ſit neutrum, nec uir, nec fœmina. Ouidius, Hei mihi quòd dominã nec uir nec fœmina ſeruat. Idẽ in Ibin, Dẽque uiro fias nec uir nec fœmina, ut Atys.*

c Vt de pœna quã mihi daturus es queri non poſſis. *Id eſt, Tã graues mihi des pœnas quàm tua flagitia mereantur.*

d Perſam enim, ſi interceptus manere in Græcia cogeretur, minimè quieturum. *id eſt aliquid tentaturum.* quòd quieſcenti nec quicquam ſucceſſurum foret, nec vllus ad ſua receptus futurus eſſet, & exercitus fame periturus foret: at ſi aliquid tẽtaret, õnia poſſ. *Vel, Fore enim ut Perſa ſi intercepti. &c. à bello non abſtineret.*

Hellespontum nauigarent, adiit Athenienses, qui præcipuè indignabantur hostem effugere, animatique erant ad nauigandum in Hellespontum, etiam per seipsos, si
» cæteri recusassent. Eosque ita est alloquutus, Et ipse multis iam huiusmodi casibus
» interfui, & de multo pluribus audiui talia contigisse, viros ad necessitatem redactos
» præliũ instaurasse, & superiorem quam accepissent calamitatem emẽdasse: itaque
» nos, quoniam inuenimus quo pacto & nosipsos & Græciam tueremur, repulsa tan-
« ta hominum nube, non insequamur eos fugientes. Neque enim nos ista effecimus,
» sed dii pariter & heroes, qui inuiderunt vnum esse virum & Asiæ regem & Europæ,
» qui sit impiissimus atque scelestus: qui sacra perinde atque profana habens, vtraque
» incendit, deorúmq; simulachra subuertit: qui & mare cecidit flagellis, & cõpedes in
» illud deiecit. Sed bene nobiscum in præsens tempus agitur. ideóque nunc quidem,
» vt & nostri ipsorum & nostrorum domesticorum curam geramus, & vt spatiũ quis
» ad reficiendas ædes, faciendámque sementem habeat, in Græcia maneamus, barba-
» ro prorsus ejecto: quum autem ver appetet, tunc in Hellespontum & Ioniam naui-
» gemus. Hæc dicebat Themistocles, animo sibi apud Persam subsidium cõparandi, vt siquid apud Athenienses accideret aduersi sibi, haberet quô se conuerteret: prout & contigit. Hæc dicẽti Themistocli Athenienses, quum tamen ab eo deciperẽtur, assensi sunt. [a] nam quum anteà prudens habitus fuisset, postea verò prudẽs ac bona consulens compertus esset, prorsus ad ei assentiendum prompti erant. Ille, vbi Athenienses ipsius sententiam probauere, misit eucstigio viros quosdam cum nauigio ad exponenda regi mandata, iussos tacere, etsi in omne tormentum deuenirent: quorum vnus erat [b] Sicinus eius contubernalis. Hi posteaquam ad Atticam peruenere, cæteris apud nauigium remanentibus, ipse ad regem ascendit, atque ita eum allo-
» quutus est, Themistocles Neoclis filius, dux quidem Atheniẽsium, sed inter omnes
» socios vir optimus ac sapientissimus, misit me tibi denuntiatum, gratia tibi inser-
» uiendi se retinuisse Græcos, classem tuam insequendi cupidos, pontésque qui sunt
» in Hellesponto soluendi: Itaque nunc [c] magno cum silentio te illuc recipias. Hac re nuntiata, isti abiere. At Græci, posteaquam decreuerunt neque persequendam sibi vlterius barbarorum classem, neque nauigandum in Hellespontum ad soluendum traiectum, Andrum obsederunt, animo illam delendi. nam primi ex insulanis Andrii pecunias poscenti Themistocli denegauerant, eique alleganti Athenienses illuc ire duobus magnis numinibus fretos, Suadela & Necessitate, & ita sibi dãdas vtique
» esse pecunias, respondérant [d] Athenas proportione magnas esse atque felices, & diis
» propitiis bene processisse. nam se ad maximam soli tenuitatem redactos, Andrio-
» rúmque insulam totidem propitia numina nunquam derelinquere, sed semper in-
» colere, Inopiam & Impossibilitatem: quibus diis obnoxios Andrios pecuniam non
» daturos. nunquam enim Andriorum impossibilitate validiorem fore Athenienſiũ
» potentiam. Hæc illi quum respondissent, nec pecuniam dedissent, obsidebantur. Themistocles verò ([c] neque enim vnquam acquirendo cessabat) ad cæteras insulas minacia verba mittens, pecuniam flagitabat, eisdem nuntiis eisdémq; verbis vtens quibus apud Andrios fuerat vsus: nisi pecuniam darent quam poscerentur, exercitum se Græcorum illuc adducturum, & eam insulam obsessam deleturum. Hæc dicendo, ingentem pecuniæ vim coegit à Caryſtiis atque à Parios: qui audito tum Andrum obsideri quòd cũ Medis sensissent, tum Themistoclem maximo in honore inter duces esse, hoc metu pecuniam misere. Aliarum autem insularum aliqua pecuniam dederit nécne, affirmare nequeo: reor tamen alias quoque dedisse, non has solúm. Quanquam Caryſtiis ne hac quidem re contigit effugere cladem, vt Pariis, qui Themistocle pecunia delinito, hostem deuitarunt. Ita Themistocles ex Andro profectus, clam cæteris ducibus exegit pecunias ab insulanis. At copiæ Xerxis illic aliquot post pugnam dies immoratæ, mouerunt in Bœotos eadem qua venerant via. Quippe Mardonio visum est simul regem præmittere, (intempestiuum enim propter anni tempus belligerari) simul in Thessalia satius esse hybernare, & deinde ineunte vere tentare Peloponnesum. Is vbi in Thessaliam peruenit, ibi ante omnia, decem millia Persarum qui immortales vocantur elegit, excepto eorum duce Hydarne, qui negauit se regem esse relicturum. Item ex aliis Persis thoracatos, & [f] mille equites: ad hæc Medorum, Sacarum, Indorum peditatum equitatúmque. Has nationes sibi totas desumpsit: ex aliis autem sociis paucos, quorum duntaxat aut [g] speciem animaduertebat, aut aliquod egregium facinus cognouerat. Sed plurimos ex vna gente Persarum delegit torquatos & armillatos: secundo loco Medos, qui non numero Persis inferiores erant, sed robore:

a Nam quũ vt antea prudens habebatur, ita etiam re ipsa prudens & consultus compertus esset. *Vel, ut antea sapiens habeb.*

b Ille Sicinus. *enim videlicet facta fuit modò mentio.*

c Sine vlla præcipitatione. *Ad verbum, Cum magna quiete. Gall. Tout à ton aise.*

d Athenas meritò esse magnas & opulẽtas, quippe quæ vtilibus deabus bene instructæ essent: *vel quibus duæ utiles deæ supperarent.* at verò Andrios solũ inops incolere, duásque inutiles deas nunquam insulam ipsorũ relinquere, sed in ea gratũ domicilium semper habere, Paupertatem videlicet & Impossibilitatẽ: quæ deæ quũ Andriis obtigissent, non esse daturos pecunias.

e Sẽper enim corradendæ alicunde pecuniæ cupidus erat.

f Illos mille eq.

g Indolem.

ita vt vniuersi, triginta myriades vnà cum equitibus essent. Hoc interim tempore quo Mardonius habet delectum copiarum, & Xerxes circa Thessaliã agit, oraculum è Delphis ad Lacedæmonios venit vt Xerxẽ pœnas necis Leonidæ reposcerẽt & quod daretur ex eo reciperent. Mittunt igitur quamcitissimè Spartiatæ caduceatorem. Is adhuc in Thessalia nactus exercitum, vbi in conspectum Xerxis venit, ita verba fecit: Rex Medorum, Lacedæmonii te & Heraclidæ qui è Sparta sunt pœnas « cædis reposcunt, quòd regem ipsorum interemisti dum Græciam protegit. Ad ea « Xerxes cachinnos tollit: ac diu responso non reddito, Hic, inquit, (monstrato Mar- « donio, vt ille ei assistebat) pœnas tales dabit quales illos decent. Caduceator hoc re- « sponso accepto discessit. Xerxes Mardonio in Thessalia relicto, ipse ad Hellespontum ire maturabat: intráque quinque & quadraginta dies ad traiectum peruenit, nullam propemodum partem copiarum ducens: quæ quocunque veniebant & ad quoscunque homines, eorum direptis fructibus vescebantur: vbi autem nihil fructuum reperiebant, ipsa herba, vt è solo germinabat: nonnulli, delibatis corticibus, & strictis frondibus arborum tam agrestium quàm mansuetarum, nihil omnino relinquentes. hoc autem præ fame facere cogebantur. Quos deinde pestilentia excipiente ac dysenteria, *id est torminibus*, inter viam extinguebantur. Eorum etiam nonnullos Xerxes ægrotos reliquit, iniungens ciuitatibus, vt in quamque veniebat, vti illos curarent & pascerẽt: quosdam etiam in Thessalia, & aliquot in Siri Pæoniæ, & in Macedonia: vbi sacrum Iouis currum, quem in Græciam tendens reliquerat, reuersus non [a] offendit. Eum Pæones Thracibus quum dedissent, tamen reposcenti Xerxi dixere, vnà cum equis inter pascendum fuisse abactum à Thracibus qui superiora Strymonis circa fontes incolerent. Quo in loco rex Bisaltcorum ac terræ Crestonicæ Thrax facinus eximium fecit. hic & se volentem negauit Xerxi seruiturum, eóque in edita montis Rhodopes abiit: & filiis vetuit ne aduersus Græciam militarent. Illi patre contemptui habito, siue alioqui belli libidine inspiciundi, militauere cum Xerxe. qui postquam incolumes reuerterunt, omnibus pater (erant autem sex) ob eam causam oculos effodit. Et isti quidem hanc mercedem acceperunt.

Persæ autem, vbi citato itinere ad traiectum peruenere, Hellespontum nauibus traiecere ad Abydum. non enim intentas iam rates inuenere, sed tempestate dissolutas. Ibi copiosiorem quàm in itinere commeatum adepti, nulla modestia sese reficientes, ac mutatis aquis, permulti interibant ex iis qui de exercitu superfuerant: cæteri cum Xerxe Sardis peruenere. Narratur autem & alia hæc res, Xerxem, postea quam Athenis profectus est ad oram super Strymonem, illinc non amplius terra iter feciſse: sed exercitu Hydarni permisso, quem ad Hellespontum deduceret, ipsum nauem Phœnissam conscendisse, vt in Asiam se reciperet: & dum cursum tenet, à Strymonia ingenti vento fuisse exceptum: & eo vehementius tempestate vexatum quòd nauis referta vectoribus erat, vtpote quum super contabulationes essent frequentes Persæ qui cum Xerxe vehebantur. Ibi metu perculsum regem cum clamore interrogasse gubernatorem num qua salus eis esset. Et quum ille respõdisset, He « re, nulla admodum est, nisi horum vectorum aliqua fiat abitio: tunc Xerxem eo au- « dito ita loquutum, Viri Persæ, nunc aliquis vestrûm declaret se curam habere regis. « in vobis enim videtur sita esse salus mea. Hæc vbi dixit Xerxes, illos eo adorato desi- « liisse in mare: atque ita leuata naui, Xerxem incolumem in Asiam peruenisse. Et vbi primùm in terram egressus est, hoc egisse: gubernatorem, quòd regis quidem animam seruasset, aurea corona donasse: quòd autem multos Persarum perdidisset, decollasse. Hic autem alter modus qui narratur reuersionis Xerxis, haud quaquam fidem apud me habet, cum propter alia, tum propter obitum Persarum. [b] nam si id regi à gubernatore dictum est, tamen ex infinitis rationibus, vel ob hanc vnam, cui repugnari non potest, negarim hoc regem fuisse facturum: quin potius Persas iussurum è tabulatis in ventrem nauis descendere, vtpote qui primores Persarum essent: & remiges Phœnices, Persis numero pares, in mare deiecturum. Sed is (vt dictum est superius) itinere pedestri cum reliquo exercitu in Asiam reuersus est. Cuius rei id quoque magno est testimonio, quòd constat Xerxem, quum rursus in Asiam reciperet se, Abdera peruenisse, [c] adhibuisséque conuiuio Abderitas, & acinace aureo eos [d] ac tiara auro intertexta donasse: & vt ipsi oppidani aiunt, illum, postquam ex Athenis retrò fugit (quod apud me fide caret) illic primùm zonam [e] resoluisse: adeo fuerat terrore correptus. Sunt autem Abdera magis ad Hellespontum sita quàm Strymon, atque littus ex quo nauem illum conscendisse ferunt. Cæterùm Græci postea quam Andrum expugnare nequeunt, conuersi in Carystum,

a Recepit.

b Nam si hæc ita Xerxi fuerũt à gubernatore dicta, ex decem millibus sententiã suã hac de re proferẽtibus haud vnus fuerit qui neget regẽ hoc facturũ fuisse: Persas iuss. *Ad uerbũ, Ex decẽ millibus sententiarũ, uel opinionũ, unã mihi repugnantẽ nõ habeo. Ex quibus uerbis uideat lector an alium sensum elicere possit.*

c Et hospitii fœdus cum illis iniisse. *Vel, hospitij necessitudinem cum illis contraxisse.*

d Ac triremi auro intertexta. *uel (ut alij) triremi inaurata. Certè intertexta impropriè hìc diceretur. At Valla ναΐρῃ legit pro* τιάρᾳ.

e Soluisse vt liberum omni metu.

vastato illorum agro rediere Salaminem. Ibi ante omnia diis primitias selegerunt cum aliarum rerum, tum Phœnissarum triremium tres: quarum vna reponeretur apud Isthmum (quæ ad meam vsque memoriam extabat) altera apud Sunium, tertia Aiaci illic apud Salaminem. Secundo loco prædam inter se dispartiere, ex qua primitias Delphos misere. Vnde statua effecta est longitudine cubitorum [a] decem, truncam nauis partem manu sustinens: eodem in loco stans vbi Alexander Macedo aureus. Missis Delphos primitiis, Græci publicè deum percontati sunt nunquid perfectas & gratas primitias accepisset. Quibus ille respõdit habere se quidem à Græcis aliis, verùm non ab AEginetis: sed reposcere donum optimè nauatæ ad Salaminem operæ in pugna nauali. Id quum audissent AEginetæ, aureas stellas tres dedicauerunt, quæ super malum nauis æreum stant apud angulum, proximè Crœsi craterem. Post dispartitam prædam Græci ad Isthmum nauigauerunt, daturi præcipuum præmium Græcorum meritissimo, qui in hoc bello præclarissimè rem gessisset. Eò vbi peruentum est, duces Græci in aram Neptuni suam quisque sententiam scriptam detulere, quémnam ex omnibus primum & quem secundum iudicarent. In ea autem suum quisque nomen inscripsit, se illum qui præstantissimus extitisset existimans: sed in secũdis partibus Themistocli adiudicãdis plerique congruerunt. Ita quum singuli in primo loco singulos calculos haberent, in secundo Themistocles multo superior extitit. Et licet hanc rem Græci liuore quodam supersederint indicare, in suam quisque patriam reuecti, tamen Themistocles & habitus est & celebratus per vniuersam Græciam omnium Græcorum longè prudentissimus. Ipse tamen quia non fuisset honore affectus ab iis qui ad Salaminem dimicassent, vt honore afficeretur Lacedæmonem se contulit. Eum Lacedæmonii & splendidè exceperunt, & magnificè honorauerunt: & primas quidem partes rei bene gestæ, EVrybiadæ, solertiæ verò ac dexteritatis, Themistocli dederunt, vtrũque oleagina corona donantes. præterea hunc [b] biga quæ apud Spartam erat præstantissima: laudatúmque verbis amplissimis, trecenti ex primoribus Spartiatarum, qui equites vocantur, discedentem ad Tegeaticos vsque fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus quos nouimus hominibus Spartiatæ abeuntem deduxerunt. Eidem, postquam ex Lacedæmone Athenas venit, ibi [c] Timodemus vnus ex inimicis eius, alioqui non è claris viris, liuore insaniens, crimini dabat itionem in Spartam: dicẽs illum Athenarũ respectu, nõ sui, ab Lacedæmoniis honores assequutum. Et quum „ non faceret finẽ talia dicẽdi, inquit ei Themistocles, O homo, ita res habet, neq; ego „ si Belbinitanus forẽ, sic à Spartanis honoratus fuissem: neq; tu, etsi Atheniẽsis. Atq; hæc hactenus. Artabazus autẽ Pharnacis filius, vir inter Persas cũ antea illustris, tum ex rebus Platæensibus factus illustrior, regem deducebat iis sexaginta millibus quæ sibi Mardonius delegerat: quẽ vbi traiectu tenus comitatus est, quũ iam ille in Asia esset, regressus circa Pallenen agebat, vtpote Mardonio per Thessaliam Macedoniámq; hybernãte, nec alias copias obire curãte. Nec è sua dignitate existimabat non diripere rebelles Potidæatas, in quos casu incidisset. Etenim Potidæatæ, postquã rex præteriit, & classis Persica à Salamine fugiens abiit è conspectu, à barbaris defecerant: mox aliis quoque qui Pallenen incolebant rebellantibus. Tunc verò Artabãzus Potidæam obsedit: & suspicatus etiam Olynthios ab rege defecturos, & ipsos obsedit. Eam autem vrbem tenebant Bottiæi qui è sinu Thermæo fuerant à Macedonibus ejecti. Hos Artabazus postquam obsidione cepit, in paludem deductos trucidauit, vrbémque administrandam Critobulo Toronæo tradidit, à genere Chalcidẽsi. Ita Chalcidenses Olynthum obtinuere. Expugnata Olyntho Artabazus Potidææ obsidendæ impensius incumbebat. Hoc faciens, cum Timoxeno Scionæorum magistratu de facienda proditione transegit, incertum mihi quónam modo ab initio: neque enim traditur. ad extremum ita actum est: Quoties exaratum libellum aut Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum mittere volebat, eũ sagittæ postremo inuoluebat, adaptatísque desuper pennis, ad locum de quo conuenerat sagittam emittebat. Sed Timoxenus qui Potidæam prodebat, proditionis cõpertus est. nam Artabazus ad conuentũ locum sagittam dirigens, frustrãte ictu humerum cuiusdã Potidæatæ percussit. Ad quem saucium turba (vt adsolet in bello fieri) quum concurrisset, subitò reuulsa sagitta, animaduertens libellum detulit ad magistratus. aderat autem & cæterorum Pallenensium cõmilitium. Perlecto libello magistratus & cognito proditionis authore, non tamen censuerunt Timoxenum esse plectendum, Scionææ ciuitatis gratia, ne in posterum semper Scionæi pro proditoribus haberentur. Atque hunc quidem in modum Timoxenus proditionis

a Duodecim.

b Curru omnium qui Spartæ erant præstantissimo. *vel pulcherrimo.*

c Timodemus Aphidnæus. *Valla autẽ ἀφιδναῖος omisit, aut potius non legit. quod certè suspectum etiam reddunt quæ sequuntur.*

manifeſtus fuit. Artabazum verò tres iam menſes obſidentem ingens æſtus maris excepit,& is diutius: vnde barbari videntes locum factum lacunoſum,in Pallenen conceſſerunt.quorum quum duæ partes permeaſſent eluuiem,tres aliæ ſupererant, quas vbi pertranſiſſent,oportebat intrare Pallenen. ſed eas tanta maris æſtuatio intraſit quanta nunquam extiterat,vt indigenæ aiũt, quum ea frequenter illic accidat. Eorum qui nandi erant ignari interiere: qui erant gnari, eos Potidæatæ nauigiis adorti trucidauere.Huius autem æſtus ac reſtagnationis & cladis Perſarum ferũt Potidæatæ hinc cauſam extitiſſe, quòd iſti è Perſis qui ſunt à mari oppreſſi, in templum Neptuni & eius ſimulachrum quod ſitum eſt in ſuburbanis,impiè geſſerant. Hanc fuiſſe cauſam illi videtur verè dicere. Eos autem qui ſuperauere, Artabazus in Theſſaliam ad Mardonium duxit.Et cum iis qui regem reduxerunt ita eſt actum. Claſſiarius autem Xerxis exercitus qui ſuperfuerat, vbi à Salamine fugiens attigit Aſiam,rege cum aliis copiis è Cherſoneſo Abydum traducto, hyemauit apud Cumam. Idem primo ſtatim vere Samum conuenit, vbi nonnullæ naues hyemauerant. Eius claſſis plerique epibatæ erant ex Perſis & Medis, ducéſque ſuperuenerant,Mardontes Bagæi,& Artayntes Artachæi filius,cuius patruelis Amitres ab eodem aſcitus erat iſtorum collega. Hi vtpote magnopere percuſſi, non audebant occaſum verſus producere,ne vnus quidem: ſed apud Samum ſubſidentes Ioniam à rebellando prohibebant,trecentas naues cum Ioniis habentes. Neque expectabant fore vt Græci in Ioniam irent, ſed vt ſua tutari contenti eſſent: ducta ex hoc coniectura,quòd ipſos è Salamine fugientes non fuiſſent inſequuti,ſed libenter abſceſſiſſent.[a] Atque vt ſe victos mari,ita longè ſuperiorem terra Mardonium futurum arbitrabantur. Qui dum apud Samum erant,ſimul conſultabãt ſi quid mali poſſent facere hoſtibus, ſimul ſubauſcultabant quónam res Mardonii ſpectarent. At Græcos excitabat tum veris aduentus, tum Mardonius in Theſſalia agens. & eorum quidem exercitus pedeſtris nondum cogebatur: naues autem in AEginam abierãt numero centum ac decem,præfecto atque nauarcho Leutychide,qui fuit Menaris, qui fuit Ageſilai, qui fuit Hippocratidæ, qui fuit Leutychidis, qui fuit Anaxilai, qui fuit Archidami,qui fuit Anaxandridæ, qui fuit Theopompi, qui fuit Nicandri, qui fuit Charili, qui fuit Eunomi, qui fuit Polydectis, qui fuit Prytanis, qui fuit EVryphontis, qui fuit Proclis, qui fuit Ariſtodemi, qui fuit Ariſtomachi, qui fuit Cleodæi,qui fuit Hylli,qui fuit Herculis filius,ex altera ab regia familia. Hi omnes, præter duos qui primi poſt Leutychidem commemorati ſunt, reges Spartæ fuerunt. Athenienſium autem,duce Xanthippo Ariphronis filio, hac omni claſſe AEginam profecta,adueniunt eò nuntii Ionum iidem qui nuper ierant ad orandos Lacedæmonios vt Ioniam liberarent, quorum vnus fuit Herodotus Baſilidis filius. Hi, ſeptem fuerant ab initio, qui coniuratione inter ſe facta de trucidando Stratte Chiorum tyranno, poſtea conſpiratione patefacta per vnum ex ipſis qui rem detulerat, cæteri qui ſex erant, è Chio ſe ſubduxerunt, Spartámque ſe contulerunt, & tunc AEginam, oraturi Græcos vt in Ioniam nauigarent: ægréque exoratos Delon vſque perduxere. Nam vlteriora omnia Græcis formidoloſa erant, cum locorum ignaris,tum plena hoſtium eſſe, & tantundem abeſſe Samum, quantum Herculis columnas credentibus.Contigítque id rei vt neque barbari ſupra Samum occidentem verſus nauigare auderent,metu perterriti:neque Græci Chiorum rogatu, orientem verſus,vltra Delon,ita timor medium eorum tuebatur.Dum Græci nauigauere in Delon, Mardonius qui in hybernis apud Theſſaliam erat, inde mouens miſit ad oraculum quendam genere Europeum, nomine Murem, iubens vt quantumcunque ſibi liceret peruaderet ad oraculum conſultandum: edocuítque quid vellet ab oraculis ſcire. Quid autem fuerit haud compertum habeo.non enim memoratur:opinor autem nihil aliud quàm de rebus præſentibus fuiſſe.Conſtat hunc Murem in Lebadiam veniſſe, & mercede corrupto quodam indigena Trophoniũ deſcendiſſe,& ad Abas Phocenſium,ad oraculum: quinetiam prius Thebas adiſſe. Ibíque tum Apollinem Iſmenium conſuluiſſe, quòd illic,quemadmodum in Olympia,fas eſt in templis ſciſcitari oracula:tum quodã non Thebano, ſed peregrino pecunia corrupto,in delubro Amphiarai obdormiſſe. Ideo autem nemini Thebano licet eo in loco vaticinum eſſe, quòd quum Amphiaraus optionem eis dediſſet vtrum mallent vate vti ſe an auxiliatore: Thebani ſibi auxiliatorem eum maluerunt. eapropter nefas eſt vlli Thebano illic obdormiſcere. Tunc autem maximum extitiſſe miraculum,vt à Thebanis mihi narratur: Murem Europeũ, peruestigatis omnibus oraculis,iſſe etiam ad fanum Apollinis Ptoi.vocatur autem id fanum ita:

[a] De mari igitur animũ abiecerant, ſed lõgè ſuperiorem, &c. *ad verbum,Circa mare igitur animo uicti erant. uel, animis ceciderant. Id eſt, De rebus igitur mari gerẽdis ſpem abiecerant.*

ſed ipſorum Thebanorum eſt, ſitum ſupra paludem Copaidem, ante mõtem, proximè vrbem Acræphiam. Ad hoc templum poſtquã peruenisſet is qui Mus appellaretur, ſequutos eum tres viros publicè delectos ad deſcribenda ea quę homini reſponderentur. & ſtatim antiſtitem barbara lingua vſam: & qui eos ſubſequebantur, ſtupuiſſe audientes barbarã linguam pro Græca. Quúmque neſcirent quid in præſenti negotio agerent, Murem Europeum pugillares ab eis quos ferebant abſtuliſſe, & in illis ea quæ dicerentur à propheta exaraſſe, eáque, vt dicebant, lingua Caria: & vbi illa ſcripſiſſet, digreſſum in Theſſaliam abiiſſe. Ea Mardonius intelligẽs quid diceret, nuntium dehinc Athenas mittit Alexandrum Macedonem Amyntæ filiũ, [a] tum quia in eum propenſi erant Perſæ, (quippe cuius ſororem Gygæam Amyntæ filiam in matrimonio habuerat Bubares vir Perſes, ex qua genuerat Amyntã in Aſia, aui materni ferentem nomen, cui ab rege Phrygiæ data erat incolenda vrbs Alabanda) tum quia audiebat hoſpitalem atque munificum eſſe virum, Mardonius mittendum duxit: hac præcipuè ratione arbitratus ſe conciliaturum ſibi Athenienſes, populum & multum & ſtrenuum eſſe audiens, [b] & qui cladis Perſicæ in mari acceptæ præcipuus author extitiſſet. Quibus ſibi conciliatis, ſpem concipiebat facilè potiundi maris, prout etiam contigiſſet: nam terreſtribus copiis longè ſibi ſuperior eſſe videbatur. Ita colligebat ſuas res fore ſuperiores rebus Græcorum. Cui fortaſſis oracula illa reddita ſuadebant vt Athenienſem ſibi ſocium aſciſceret. His obtemperans, Alexandrum hunc mittebat ſeptimum à Perdicca, qui Macedonum tyrannidem obtinuit hunc in modum: Tres fratres à Temeno oriundi, Gauanes, Aeropus, Perdiccas, ex Argo in Illyricos profugerunt: & ex Illyriis tranſgreſſi ſuperiorem Macedoniam, peruenerunt ad vrbem Lebæam. vbi ſe ad mercenariam operam regi locauerunt, vnus quidem equis, alter verò bobus, minimus autem natu minutis pecoribus paſcendis. [c] Erant autem priſcorum hominũ tyrannides in re nummaria exiles, non ſolùm populares facultates: adeo ipſi regi ſua vxor coquebat cibaria. Hæc quum animaduertiſſet panem pueri Perdiccæ mercenarii, dum coqueretur, effici duplum quàm erat, idque ſemper contingere, indicauit marito. [d] Ille re audita, illico ingreſſus eſt vt oſtentum cerneret, quónam modo quid malus excreſceret: móxque accitis mercenariis, vt à ſua domo diſcederent imperauit. Et quum iſti dicerent, ita demum ſe abſcedere iuſtum eſſe vbi mercedem accepiſſent: [e] tunc rex mercedem nominari audiẽs, Hunc, inquit (ſolem oſtendens, in deum contumelioſus) dignam vobis mercedem reddo. Immeabat autem in ædes per fumarium ſol.

» Hoc audiẽtes maiores natu Gauanes & Aeropus, ſteterẽt attoniti. at puer, Accipimus
» rex quæ das, præloquutus, gladio (nam gladium gerebat) circumſcripſit in pauimẽto domus ſolem: circumſcriptúmque quum ter in ſinum ſuum hauſiſſet, abiit cum cæteris. [f] Quale autem eſſet id quod faciebat puer, & quòd data cum illorum aſſenſu accipiebat minimus natu, renuntiauit quidam aſſeſſorum regi. Hoc audito, rex ira percitus equites ad eos interimendos mittit. Eſt autem in ea regione amnis cui tanquam liberatori immolant poſteri illorum qui ab Argo erant: hic amnis, poſteaquã eum Temenidæ tranſierant, ita vehemens effectus erat vt ab equitibus tranſiri nequierit. Temenidæ in aliam Macedoniæ plagam tranſgreſſi, habitarunt prope hortos qui ferebantur eſſe Midæ Gordio geniti, quibus in hortis ſua ſponte naſcuntur roſæ ſexagenũm foliorum, fragrantiori odore quàm cæteræ: & in quibus (vt fertur à Macedonibus) Silenus fuit exceptus. Super eos ſitus eſt mons nomine Bermius, per hyemem inacceſſus. Hinc egreſſi poſtquam eam plagam obtinuerunt Temenidæ, cæteram Macedoniam ſubegerunt. Ab hoc autẽ Perdicca hunc in modum Alexander oriundus eſt: Amyntæ filius fuit Alexander, Amyntas Alcetæ: pater Alcetæ fuit Aeropus, Aeropi Philippus, Philippi [g] Argęus, huius Perdiccas, qui parauit imperium. Ita Amyntæ fuit Alexander filius: qui vbi Athenas venit à Mar-

» donio miſſus, ita verba fecit: Viri Athenienſes, Mardonius hæc inquit: Nuntius
» mihi ab rege venit in hæc verba: Athenienſibus iniurias quas mihi intulerunt
» omnes remitto. nunc autem Mardoni ita facito: Suam eis regionem reddito:
» præterea aliam pro ſuo arbitratu eligant, ſuáque libertate potiantur. Quinetiam
» eorum templa, ſi mecum fœdus inire volent, omnia quæ ego incendi, reſtituito.
» Hic nũtius quum mihi allatus ſit, neceſſe habeo iſta exequi, niſi per vos ſteterit. Ego
» verò hæc vobis duco dicenda: quid inſanitis, bellum regi inferẽtes, cui nec vnquam

a Tum quòd affinitate cum Perſis iunctus eſſet.

b Et quem cladis Perſicæ in mari acceptæ præcipuũ authorẽ extitiſſe credebant.

c Erant enim olim regna etiam in re nummaria exilia, non ſolùm populus. Regis autem vxor illis ipſamet farinam ſubigebat: ſed dum coquebatur panis Perdiccæ pueri mercenarii, in duplam molem excreſcebat. Quod quũ ſemper cõtingeret, id marito indicauit. *Dicit autem τυφγνίδες pro τύφοι: perinde eſt enim ac ſi dixiſſet, Erant enim olim ipſi quoque reges pecuniæ inopes. Quod Herodotus ſubiungit nec ui mirum uideatur quòd rex ipſe illos paſcendis ſuis armentis & gregibus præfecerit. At Valla ex Enim faciens Autem, ita hoc interpretatur quod de regis uxore narratur, quaſi Herodotus hoc uelut argumentum illius inopiæ afferat: ideóque parũcula adeo utitur.*

d At illi, vt audiuit, ſtatim hæc cogitatio animum ſubiit, *uel illi in mentem uenit*, factum illũd, magnũ aliquid portendere. ideóque accerſitis mercenar. *Ad uerbum, Portentum eſſe [hanc rem] & ad magnum aliquid ſpectare. uel tendere. At Valla errorem inceptum ab ἐπὶλοδ. proſequutus eſt in φέρει.*

e Tunc rex, vbi mercedis mentionem fieri audiuit, ſole tũc fortè per fumarium, *ſiue cãminum* domum ingrediente, dixit furore correptus, At ego hanc mercedem vobis dignam rependo. oſtendebat autem ſolem. *Vel, At ego uobis hanc mercedem perſoluo id eſt, in mercedem. uel, pro mercede, ut paſsim dicatur per appoſitionem. Videtur autem uoluiſſe ſignificare illos debere abundè magna mercedis loco ducere quòd ſaluos illos à ſe dimitteret.* f At regi quidam ex eius aſſeſſoribus, quod egerat puer, & quòd ille, quum omniũ natu minimus eſſet, quæ ſibi data erant accepiſſet, id certo conſilio factũ eſſe, renuntiauit. *Nam τοῦτο (rariſſimũ alioqui loquendi genus) hoc uidetur ſignificare. q. d. Gallicè, Et qu'il ne faiſoit cela ſans y auoir bien penſé.* g Aræus.

præſtare, nec ſemper obſtare poteritis? Noſtis enim Xerxis & copias & facta: auditis « quoque nunc de exercitu qui mecum eſt [a]quem ſi ſuperaueritis atque ueceritis, nul- « la vobis (ſi ſapitis) ſpes erit, quum alius multo maior exercitus ſit adfuturus. Nolite « igitur, æquiparando vos regi, priuari ſolo veſtro, [b]& pro vobiſipſis aſſiduè diſcurre- « re. imò potius his moleſtiis vos explicate, quum adſit vobis pulcherrima explican- « di facultas, quòd ab rege prouocati vt ſocietatem belli nobiſcum ineatis citra do- « lum & fraudem, liberati eritis. Hæc me iuſſit Athenienſes apud vos Mardonius di- « cere. Ego verò de mea in vos beneuolẽtia nihil commemorabo. neque enim nunc « primùm eam cognouiſtis. Obſecro autem vt Mardonio morem geratis, quos ani- « maduerto non ſemper validos fore ad gerendum cum Xerxe bellum: quales ſi ani « maduerterem eſſe, nequaquam huc cum his mandatis veniſſem. Quippe regis vi- « res ſupra humanas ſunt, & manus prælõga. [c]Quòd niſi properè aſſẽtiamini magna « pollicẽtibus, quippe ex æquo fœdus facere volẽtibus, timeo veſtram vicem, qui ex « omnibus ſociis & maximè in via habitatis, & ſoli ſemper præcipuam cladem accipi « tis, poſſidentes terram inter diuerſas acies poſitam. [d]Itaque inducite hoc in animum « quod magnopere eſt è veſtra dignitate, quum rex magnus vobis Græcorum ſolis « iniurias remittens, cupiat effici amicus. Hæc Alexander. Quem Athenas ire ad indu- « cendos in barbari ſocietatem Athenienſes quum audiſſent Lacedæmonii, id ne fie- ret vehementer extimuerunt, reminiſcentes oraculorum, fatale eſſe vt ipſi cum cæ teris Dorienſibus è Peloponneſo eiicerentur à Medis pariter & Athenienſibus. ideó- que ſine mora mittendos illuc cenſuere legatos. Et ſanè contigit vt concioni adeſ- ſent Lacedæmonii. extraxerant enim Athenienſes tempus, probè ſcientes fore vt Lacedæmonii audirent venire à barbaro nuntium ad ſocietatem contrahendam. quare de induſtria id fecere ad declarandam Lacedæmoniis ſententiam ſuam. Vbi dicendi finem fecit Alexander, excipientes nuntii Spartanorum ita loquuti ſunt, Nos verò miſere Lacedæmonii oratum vos nequid noui in Græciam agatis, ne- « que verba quæ adferuntur à barbaro admittatis: quòd id neque iuſtum ſit vllo mo- « do, neque decorum cum aliis Græcis, tum præcipuè vobis: idque multis de cauſis. « Vos enim hoc bellum excitaſtis etiam nobis inuitis, & propter imperium veſtrum « eſt decertatum, quod certamen nunc in vniuerſam Græciam emanauit: [e]cuius to- « tius vos præcipui authores fuiſtis, & Græcis cauſa ſeruitutis, res nullo pacto toleran- « da. quum præſertim conſtet Athenienſes ſemper & iam inde à priſcis temporibus « vindicaſſe permultos homines in libertatem. Et triſtem quidem conditionem ve- « ſtram dolemus, quòd iam bis prouentu frugum fraudati eſtis, & iam domibus quæ « dirutæ ſunt caretis. quo nomine Lacedæmonii vobis ac cæteri ſocii ſpondent ſe v- « xores veſtras & omnia ad bellum inutilia [f]proximè domeſticos ſuos, quoad bel- « lum hoc ſteterit, alituros. Neque verò vos Alexander Macedo ſeducat, [g]commen- « dans Mardonii orationem. facit enim quod ſibi faciendum eſt: quippe qui tyran- « nus tyranno operam præſtat. Sed non idem veſtra facere intereſt, ſi rectè ſapi- « tis, qui ſcitis nihil barbaris eſſe neque fidum neque verum. Hæc quum nuntii di- « xiſſent, Athenienſes Alexandro ita reſponderunt, Et ipſi cognitum habemus hoc, « vires Medorum etiam atque etiam maiores eſſe quàm noſtras, vt id [h]nihil interſit « exprobrare nobis: attamen in tutanda libertate eatenus reſiſtemus quatenus va- « lebimus. Vt autem ſocietatem cum barbaro contrahamus, neque tu perſuadere « tentes, neque nos, ſi tu tentaueris, perſuadebimur. [i]Tu verò renuntia Mardonio A- « thenienſes dicere, quoad ſol eodem itinere meabit quo nunc meat, eouſque ſe nun- « quam cum Xerxe ſocietatem inituros, ſed ſe protegendo propulſaturos eum, fretos « ope deorum atque heroum, quorum ille, nihil penſi habẽs, & templa & ſimulachra « incendit. [k]Tu quoque poſthac cum iſtiuſmodi oratione ne committas vt Athenis « videaris, néve per ſpeciem emolumentorum infanda nos facere ſuadeas. nolumus « enim te ingratum quippiam ab Athenienſibus pati, quibus & hoſpes & amicus es. « Hæc Alexandro reſponderunt. nuntiis autem Spartiatarum iſta, [l]Lacedæmonios « vereri ne fœdus ineamus cum barbaro, ſanè humanum eſt: neque hoc verentes eos « turpe eſt veniſſe, quibus mens Atheniẽſium inexplorata eſſet: quoniam neque tan- « tum auri vſquam gentium eſt, neque regio vlla ſpecie & bonitate præſtans, quam « nos accipientes, vt cum Medis ſentiremus, ad tradendam ſeruituti Græciam indu- «

a Quò ſi potentiores extiteritis, eúmque ueceritis (quod nequa quã ſperatis, ſi ſapitis)

b Et ſemper de vita veſtra periclitari. Vos igitur potius in gratiam cũ rege redite, quum recõciliationis pulcherrima ſe vobis offerat occaſio, regem ad hãc propẽſũ habẽtib[9]. Inita nobiſcũ citra dolum & fraudem ſocietate belli, liberi eſtote.

c Niſi igitur ſtatim cum illis paciſcamini, luculẽtas cõditiões vobis proponẽtibus, quibus paciſci volunt.

d Etiamuero morem gerite. magni enim veſtra refert, regem magnum vobis ſolis Græcorum iniurias condonare, & amicitiam vobiſcum inire velle.

e Adde quòd Athenienſes, qui horum omnium authores extiterunt, primos ex Græcis iugum ſeruitutis ſubire, res eſt profectò intoleranda. quũ præſertim vos cõſtet ſemper & iam inde à priſc. *ut legatur* ἡγεῖσθαι δουλοσύνης.

f Ad rem domeſticam pertinentia.

g Poliens. *id eſt exornans.*

h Nihil opus ſit.

i Atque adeo nunc renuntia Mard.

k Tu quoque ne poſthac in cõſpectum Athenienſium venias orationem huiuſmodi adferens: neque, dum in nos officioſus eſſe videris, *uel bene de nobis mereri*, ad cõmittẽda ne faria nos hortare.

l Veritos quidem eſſe Lacedæmonios ne cum barbaro fœdus iniremus, humanum fuit: ſed tamen turpe eſſe videtur, vos qui ſciretis qua ſint animi magnitudine præditi Athenienſes, eo metu correptos fuiſſe. quoniã nequetantum, &c.

Vt ſit ſenſus, illum quidem timorem humanum fuiſſe, id eſt à diffidentia quadam naturæ hominum ingenita profectum eſſe: non debuiſſe tamen illum in illis reperire locum illã diffidentiam apud illos qui Athenienſiũ magnitudinẽ animi perſpectam habebant. Simpliciter tamen eſſet ſenſus, & ad uerba iſta quæ ſequuntur, accõmodatior, εἰ μὲν πρότερον ἐτύγχανε τὸ δεῖσαι ἐόν, ſi αἰχρὸς cum δεῖσαι μὴ iungi poſſet, eomodo quo dicitur κακῶς δεῖσαι & κακῶς εἰδέναι, pro οὐκ δεῖσαι. Sed & φρόνημα ſimpliciter pro propoſito ſeu mente poſſimus etiam fortaſſe accipere, cum Valla.

» ceremur. Quod ne faciamus, etsi velimus, multa & magna nos dehortantur: pri-
» mum atque idem maximum, quòd deorum ædes effigiésque incẽsæ pariter & ob-
» rutæ sunt, quas nos in primis vltũ ire necesse est potius quàm cũ iis fœderari qui i-
» sta fecerunt: deinde, quum simus Græci eiusdẽ & sanguinis & linguæ, quorum & fa-
» na & sacrificia communia sunt, & mores adsimiles, eorum proditores fieri Athe-
» nienses, non bene haberet. [a] Ex quo, si antea nesciebatis, nunc ita accipiatis, dum
» vel vnus Athenienſium supererit, nunquam nos conuenturos esse cum Xerxe. Ve-
» stram autem erga nos prouidentiam, [b] quòd consulatis nobis domo carentibus ita
» vt domesticos nostros alere velitis, gratam habemus: [c] & licet beneficium vestrum
» cumulatum sit, nos tamen ita illud tolerabimus vt nihil vobis molestiæ adferamus.
» Quod quum ita sit, copias primo quoque tempore emittendas curate. nam (vt nos
» coniectamus) non diu differet barbarus ingredi regionem nostram: sed simulatque
» acceperit nuntium nos nihil eorum esse facturos quæ orauit, aderit. qui antequam
» adsit in Attica, tempus est nos in Bœotiam auxilio ire.

a Atque adeo hoc scitote si antea nesciuistis.

b Quòd ita nobis prospiciatis quorum euersæ sunt fortunæ, vt alere domest. nostros velitis.

c Ac vos quidem beneuolentiæ officio plenè iam defuncti estis: nos verò quibus

poterimus modis nos sustentare pergemus, nihil vobis facessendo negotii. *Negant enim se velle uti beneficio illo quod obtulerunt Lacedæmonij, cuius tamen gratiam illis habeant non minus quàm si uterentur. Ideóque χάριτος ἐκτίνεσθαι πρώτους referendum est ad id quod obtulerunt Lacedæmonij, quamuis non præstiterint. q. d. Iam nos nobis abundè obstrinxistis, quum hoc beneficium in nos conferre paratos esse nos dixistis.*

HERODOTI HALICARNASSEI historiarum liber nonus, qui inscribitur Calliope.

HOC ab Athenienſibus reddito responso Lacedæmonii Spartam reuerterunt. Mardonius autẽ, posteaquam regressus ad eum Alexander Athenienſium responsa indicauit, mouens è Thessalia citato agmine Athenas ire contendit, quacunque iter faciebat, illinc viros ad bellum sumens, [d] Thessalis ducibus. Quos adeo non pœnitebat eorum quæ hactenus egerant, vt etiam multo stu diosius Persam inducerent. E quibus Thorax Lariſlæus & Xerxem effugiẽtem deduxerat, & tunc Mardonium propalam deducebat in Græciam. [e] Mardonium autẽ, vbi cum exercitu Thebas peruenit, Thebani exceperunt: suadendóque non sinébant progredi longius, quòd negarent vllum locum ponendis castris opportuniorem esse quàm illum, vbi subsidens consequeretur vt omnem Græciam sine præ-
» lio subigeret. Arduum enim esse vniuersis etiam hominibus vi subigere Græcos
» inter se conuenientes: quod & antea cognouissent. Si verò feceris (dicebant) quod
» nos suademus, occupabis nullo negotio validissima quæque illorum consilia. Mit-
» te pecuniam ad eos qui præpotentes sunt in ciuitatibus: missa pecunia Græciam ad
» factionem rediges: hinc eos qui tecum non sentient, admotis copiis facilè expugna-
» bis. Hæc Thebani suadebant: quibus ille obtemperandum non putauit, partim animi fastu, partim acri quadam libidine Athenas iterum occupándi: præsertim sperans incensis per insulas ignibus declaraturum se regi Sardibus agenti, Athenas ab ipso teneri. Igitur in Atticam contendens, quum illic Athenienses ne tunc quidem inuenissent, sed plerosque eorum in classe ad Salaminem esse audiret, vrbem cepit desertam, decimo mense quàm fuerat ab ipso rege capta. Eò postquã venit, mittit ad Salaminem Murichidem quendam Hellespontium, cum eisdem mandatis quæ Alexander Macedo pertulisset. Mittebat autem eadẽ mandata, gnarus ille quidem non beneuolo erga ipsum animo esse Athenienses, sed sperans contumaciam deposituros, tanquam subacta omni Attica regione, & sub ipsius imperio posita. hac de causa Murichidem misit in Salaminem. Is vbi in senatum venit, Mardonii mandata exposuit. è senatoribus Lycidas sententiam dixit, satius videri sibi esse vt ea quæ Murichides apud senatum diceret, ipsi admittentes ad populum referrent. Hæc ille dicebat siue quòd pecuniam à Mardonio accepisset, siue quòd id sibi probaretur. Quod simulatque audiere Athenienses, tam ii qui ex concilio, quàm qui extra concilium erant, indignè ferentes, Lycidam circumsteterũt, lapidibúsque interemerunt: Hellespontium verò Murichidem dimiserunt illæsum. Excitato de Lycida apud

d At Thessaliæ duces adeo non pœnit. Vel, *Thessalia principes, aut primores.*

e Porro quum in Bœotiam peruenissent exercitus, Mardoniũ adeuntes Thebani cõsilium illi dabant, nullum locum illo castris ponendis opportunio rem esse dicentes: neque vlterius progredi eum sinebant, sed ibi considentem dare operam *nolebant* vt Græciam vniuersam sine præl. subigeret.

Salaminem rumore, & cognito quod geſtum erat, Athenienſium vxores, alia aliam exhortantes atque prehendentes, vltrò domum Lycidæ adiere, hominiſque vxorem ac liberos lapidauerunt. Hunc autem in modum Athenienſes in Salaminem tranſierunt: Quandiu ipſi copias è Peloponneſo venturas ſibi auxilio expectabant, tandiu hoſtes in Attica habuere ſtatiua: at vbi & ſocii tardius ſegniúſque agunt, & Mardonius aduentans iam eſſe in Bœotia audiebatur, ita exportatis omnibus rebus & ipſi in Salaminem traiecerunt, nuntiósque in Lacedæmonem miſerũt conqueſtum de Lacedæmoniis, qui neglectui haberent barbarum eſſe Atticam ingreſſum, neque cum ipſis ei in Bœotiam occurriſſent: tum admonitum eorum quæ ſibi, ſi ad eum deficere vellent, Mardonius ſpopondiſſet: tum prædictum, niſi præſidio ipſis eſſent, ſe aliquod per ſemet remedium inuenturos. Agebant autem per id tempus Lacedæmonii ſolennia quæ vocantur Hyacinthia: quæ feſta dei celebrare plurimi faciebant. ad hæc murum ſibi in Iſthmo extruebant, qui iam pinnas acceperat. Ad hos poſteaquam nuntii Athenienſium Lacedæmonem venerunt, ducentes ſecum Megarenſium ac Platæenſium legatos, ephoris aditis, ita loquuti ſunt, Athenienſes ad hæc nos referenda miſerunt, regem Medorum cum noſtrã nobis regionem reddere velle, tum ſocietatẽ nobiſcum æquis cõditionibus inire citra fraudem & dolum, tum aliam regionẽ noſtræ addere, quã ipſi noſtro arbitrio optauerimus: nos tamen pudore [a] Græci numinis, & pro magno flagitio ducentes prodere Græciam, annuere nolle, ſed recuſare, quãuis iniuria affectos à Græcis ac proditos. Qui, etſi non ignoremus conducibilius eſſe nobis ſocietatẽ inire cum Perſa, quàm bellũ gerere, tamen ſpõte noſtra ſocietatẽ non inibimus. Et hæc quidem noſtra ſunt quæ in Græcos præſtamus officia. At vos, qui tunc in omnem metum deueneratis ne paciſceremur cum Perſa, poſteaquam compertam habuiſtis ſententiam noſtram nequaquam prodẽdi Græciam, & murum quem in Iſthmo inædificabatis abſoluiſtis, nullam habetis Athenienſium rationem: & quum conueneritis nobiſcum de occurrendo Perſæ ad Bœotiam, deſertores extitiſtis, pro nihilo ducentes barbarum Atticam eſſe ingreſſum. Itaque vobis Atheniẽſes in præſens vſque ſuccẽſent quòd non eſtis officio functi: quod ſupereſt, vt primo quoque tẽpore nobiſcum copias mittatis iubent: quò barbarum in Attica (quoniam [b] in Bœotia defecimus) excipiamus noſtra in terra, vbi campus Thriaſius appoſitiſſimus erit ad dimicandum. Hæc vbi accepere ephori, reſponſum in diẽ poſterum diſtulerunt, poſtero die in alterũ: ídq; in decẽ dies fecerunt, diem de die extrahẽtes. Intra quod tẽpus vniuerſi Peloponnẽſes magno ſtudio incumbentes, Iſthmum muro intercluſere, ad finémque perduxere. [c] Non auſim dicere hanc fuiſſe cauſam cur iſti tantopere ſoliciti fuerint, quum Alexander Macedo Athenas pergebat, ne Athenienſes Medorum partes ſequerentur: nunc autem nihil aliud curarent quàm vt ſibi Iſthmus inædificaretur, putantes non amplius ſe quicquam Athenienſibus indigere. At ſub aduentũ Alexandri in Atticam, muro quem extruebant nondum perfecto, Perſas vehementer extimeſcebant. Tandẽ & reſpõſum & exitus Spartiatarum fuit huiuſmodi: Pridie quàm iam vltimum concilium fieret, vir Tegeata nomine Chileus, apud Lacedæmonios maximæ inter hoſpites potentiæ, quum audiſſet ab ephoris omnia quæ Athenienſes dixiſſent, his verbis eos alloquutus eſt, Ita ſe habet, viri ephori: ſi Athenienſes non ſentiunt nobiſcum, ſed cum barbaro, quãuis valido muro ſit Iſthmus inædificatus, tamẽ magnæ fores patefactæ ſunt barbaro in Peloponneſum. Quare prius eos audiatis quàm aliquid decernant quod cladem Græciæ adferat. Hoc Chileus cõſilium dedit: quod in animum admittentes ephori, confeſtim nihil colloquuti cum nuntiis qui à ciuitatibus venerant, quinque millia Spartiatarum quum adhuc nox eſſet [d] dimiſerunt, præpoſito eis Pauſania Cleombroti filio. Quæ præfectura erat quidem Pliſtarchi Leonida geniti: ſed quum is puer eſſet, Pauſanias præfectus eſt, qui eius patruelis erat & idem tutor. nam Cleõbrotus Anaxãdridæ filius, pater Pauſaniæ, iam non ſupererat, non diu pòſt quàm copias quæ murũ extruebant in Iſthmo, reduxerat, vita functus. Reduxerat autẽ ab Iſthmo copias Cleõbrotus ob eã cauſam quòd ſibi inter ſacrificandum aduerſus Perſam ſol in cælo obſcuratus eſſet. Elegit autem Pauſanias ſibi collegam EVryanactẽ Doris filium, ſuum gentilẽ. His copiis è Sparta cum Pauſania profectis, nuntii de illarũ profectione ignari, vbi dies illuxit, ephoros adeunt, habentes in animo abire in ſuam quique ciuitatẽ. Vbi adierunt, ita verba fecere, Vos quidem Lacedæmonii deſidentes hic Hyacinthia agitis, ac luditis, ſociis proditis: Athenienſes verò, vt à vobis læſi, & ob penuriam ſociorũ, ita vt poterũt cum Perſa tranſigent. Soluta autem ſocietate vobiſcum, palàm eſt nos, quum regis

a Iouis Græci.

b Bœotia fruſtrati ſumus. *id eſt, ſpe confligendi cum hoſte in Bœotia.*

c Cur autem antea quidẽ, quum Alexander venit Athenas, tã anxiè obſtiterint quominus Atheniẽſes Medorum partes ſequerẽtur, tum verò nihil de hac re ſoliciti fuerint, huius rei cauſam aliã adferre non poſſum quàm quòd murum Iſthmi extruxerant, ſéque iam Atheniẽſium opera nil opus habere exiſtimabãt: at quum Alexãder in Atticam venit, nondum extructus erat, ſed opus hoc promouebant, Perſas vehementer extimeſcentes. Tandem verò & reſponſ. &c. *Valla imposuit vocabulum δήπου quod iunxit cum proximè præcedẽtibus verbis, quum ad τὸ αἴτιον feratur, hoc modo, οὐκ ἔχω εἰπεῖν τὸ αἴτιον δήπου γε ἢ ὅτι, &c.*

d Emiſerunt, ſeptenis Helotibus circa vnumquẽque collocatis. *Quæ verba à Valla hic omiſſa, repetũtur pag. 228.*

» fuerimus ſocii, militiæ comites futuros in quamcunque regionem nos illi educent.
» Inde vos diſcetis quidnam vobis ex ea re ſit euenturum. Hæc loquutis nuntiis Ephori iureiurando interpoſito dixere ſuas ſe copias putare in Oreſtio eſſe, tendentes aduerſum peregrinos. Peregrinos enim barbaros appellabant. Hoc illi non intelligentes, quid diceretur ſciſcitabantur. Sciſcitati, & rem omnem edocti atque ſtupefacti, quamcelerrimè abiere ad illos inſequendos, & cum iis quinque millia finitimorum Lacedæmoniorum delecta. His Iſthmum verſus ire maturantibus, Argiui, vbi primùm audiere copias è Sparta cum Pauſania profectas, præconem, quem optimum è diurnis curſoribus inuenerunt, in Atticam mittunt ad Mardonium: qui videlicet antea receperant ſe futuros impedimento quominus Spartiata egrederetur. Præco vbi Athenas peruenit, Mardoni, inquit, miſerunt me Argiui nuntiatum
» tibi iuuentutem è Lacedæmone eſſe progreſſam, ſéque ne illa progrederetur præ-
» ſtare nequiſſe. Ad hæc tu bonum cõſilium adhibe. Hoc ille loquutus, retrò abſceſſit. Quo audito Mardonius iam non fidebat amplius perſtare in Attica: vbi ideo hactenus immoratus fuerat quòd audire cuperet ac ſcire quid ab Athenienſibus ageretur, neque populans neque lædens Atticum agrum, aſſiduè ſperans fore vt ſecum illi paciſcerentur. Quod vbi deſperauit, re comperta, priuſquam Pauſanias cum copiis Iſthmum egrederetur, ſubduxit exercitum, incenſis Athenis, & ſiquid aut murorum aut ædiũ priuatarum ſacrarúmque extabat, eo omni diruto atque obruto. Ideo autem excedendum ſibi putauit, quòd neque adequitabilis eſſet Attica regio, neque, ſi ipſe malè pugnaſſet, euadi poterat niſi per anguſtias, vbi à paucis tranſitu prohiberi poſſet. Statuit igitur recedere illinc Thebas, tum ciuitatem amicam, tum regionem equitibus opportunam. Profecto illinc Mardonio & iam iter facienti perfertur nuntius properans, alium exercitum mille Lacedæmoniorum Megara iter habere. Eo audito conſultabat ſiquo pacto hos primùm poſſet excipere. Itaque conuerſum exercitum ducebat Megara, præmiſſo equitatu qui omnem oram Megaridem incurſaret. Huc vſque Europæ ad ſolem occidentem verſus longiſſimè proceſſit hæc Perſica expeditio. Poſt hæc nuntius ad Mardoniũ venit, Græcos in Iſthmo coactos eſſe: atque ita retroceſſit per Deceleam. Magiſtratus enim Thebani accolas Aſopiorum accerſierant, qui Mardonium in Sphendaleas & illinc in Tanagram duces itineris deduxerunt. In Tanagra noctem moratus Mardonius, poſtero die in agri Thebani Scolon trãſuerſis tramitibus peruenit. Ibi Thebanorum rura, tametſi Medicas partes fouentium, vaſtauit: non illorum odio, ſed ingenti neceſſitate adactus: quòd vellet cum caſtra communire, tum, ſi ſibi in acie non cederet ex ſententia, effugium comparare. Exporrexit autem caſtra ſua ab Erythræis, ſecundum Hyſias, Platæenſi tenus agro, iuxta flumen Aſopum: muro communiens, ſed non pro magnitudine caſtrorum, verùm per ſingulas frontes dena ſtadia habente. Hoc in opere barbaris occupatis Attaginus Phrynonis filius vir Thebanus conuiuio magnificè apparato Mardonium ipſum & Perſarum honoratiſſimos quinquaginta inuitauit. fiebat autem cœna Thebis. inuitati illi hominem ſunt ſequuti. Cætera quæ referam, ex Therſandro accepi, viro quidem Orchomenio, ſed Orchomeni inter primos honeſto: qui ſe quoque aiebat ad hanc cœnam ab Attagino inuitatum cum quinquaginta Thebanis: nec vtroſque ſeorſum diſcubuiſſe, ſed [a] in ſingulis lectis alternos Perſam & Thebanum. Secundum cœnam quum potioni daretur opera, Perſam qui eodẽ toro recũbebat, Græcè ipſum interrogaſſe cuias eſſet: ſe verò reſpondiſſe Orchomenium eſſe: tum illum dixiſſe, Quoniam tu mihi menſæ conſors & libaminum effectus es, volo tibi relinquere ſententiæ meæ monumentum,
» vt ipſe quoque præſcius huius rei, queas tibi conſulere. Cernis hos Perſas in conui-
» uium acceptos, & copias quæ ad flumen in caſtris relictæ ſunt? horum omnium
» paruo poſt tempore pauculos cernes ſuperſtites. Et inter dicendum multas lacry-
» mas Perſam effudiſſe. Admiratúmque ſe eam orationem, ad illum dixiſſe, Nónne
» hæc Mardonio expedit dicere, & iis Perſis qui ſecũdum eum in honore ſunt? Et illũ
» ſubiecciſſe, Hoſpes, quicquid ex deo fieri oportet, id homini ineuitabile eſt. nam ne
» credibilia quidem dicentibus credere quiſquam vult. Atque hæc permulti Perſa-
» rum quum ſciamus, tamen Mardonium ſequimur illigati neceſſitate. Eſt autem
» hoc in hominibus acerbiſſimum, eum qui multum ſapit, [b] minimè potentem eſſe.
Hæc ego ex Orchomenio Therſandro audiebam, atque adeo ipſum hæc ſtatim aliis enarraſſe priuſquam prælium ad Platæas factum eſt. Porro Mardonio in Bœotia ſtatiua habenti, præbuerunt copias cæteri circà Græci, qui cum Medis ſentiebant, [c] & ad Athenas congregati ſunt, præter Phocenſes. nam & iſti vehementer

a In ſing. lectis binos, Petſ.

b Nihil in poteſtate habere. *Id eſt, Eum quẽ ſapientia magna præditum ſit, uel prudentia, non habere res ullas in poteſtate, ſed cogi ad res eas à quibus alioqui eum ſua prudentia dehorretur. Alium ſenſum ex tempore elicere ex hoc loco non potui.*

c Et vnà cum eo aduerſus Athenas mouerunt.

partibus Medorum ſtudebant, non tamen voluntarii, ſed coacti. Sed iidem nō multis pòſt diebus quàm Thebas itum eſt, & ipſi aduenere, mille armati, duce Harmocyde inter populares ſpectatiſſimo. Eos Mardonius, vbi Thebas peruenere, miſſis equitibus iuſſit ſeorſum in campo ſubſidere: quod quum feciſſent, protinus adfuit vniuerſus equitatus. Vnde poſtea rumor exercitum Græcorum qui cum Medis erant, peruaſit, Phocenſes ab equitatu iaculis confoſſum iri. quinetiam per ipſos Phocenſes idem diuulgatum eſt: quos tunc dux ſuus Harmocydes his verbis adhortabatur, O Phocēſes, palàm eſt hos homines certæ nos neci deſtinaſſe, accuſatos (vt opinor) à Theſſalis. Quare vnumquenque veſtrûm oportet egregium virum eſſe, potius quàm dedentes nos fœdiſſima morte trucidari. Ipſi quoque intelligant ſe barbaros eſſe inter Græcos, quibus mortem [a] intulerunt. His ſuos Harmocydes hortabatur. Quos vbi concluſere equites, inuehebantur tanquam ad eos occidendos, telis intentis veluti emiſſuri: nonnullique emiſerunt: Phocenſes ex aduerſo ſtantes facto orbe quoquouerſus quum ſeſe opponerēt, ibi equites digreſſi retrò abiere. [b] Incertum an ad hos interficiendos rogatu Theſſalorum ierint equites: & poſteaquam animaduerterunt eos ad defendēdum ſe conuertere, veriti ne ipſi vulnerarentur, ita retrò abſceſſerint, tanquam à Mardonio iuſſi: an experiri voluerint num quid iſti præſtantiæ haberent. Poſt abſceſſum autem equitatus, miſſo ad eos præcone Mardonius ita inquit, Bono eſtote Phocenſes animo: viros enim ſtrenuos vos eſſe dediſtis ſpecimen, non tales quales ego audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. non enim aut me beneficiis aut regem vincetis. Hactenus quæ circa Phocenſes ſunt geſta. Lacedæmonii vbi ad Iſthmum venere, illic caſtra communiere. quod quum audirent cæteri Peloponnenſes, vtique ii quibus meliora cordi erant, cernerēntque Spartiatas egredi volentes, indignū ſe putauerunt à Lacedæmoniis ſe in eundo ſuperari. itaque quum pulchrè litatum eſſet, cuncti ex Iſthmo profecti ſunt & in Eleuſinem peruenerunt: vbi quum pulchra etiam fuiſſent exta, ire perrexerunt. Quibus Athenienſes è Salamine tranſmittentes, in Eleuſine admixti ſunt, Iſti poſteaquam ad Erythras Bœotiæ venere, cognito barbaros ad Aſopum caſtra habere, inito de hac re conſilio, eregione tetenderunt ſub Githæronis radicibus. In quos Mardonius, quòd in campum non deſcenderent, omnem immittit equitatum, cui præerat Maſiſtius (à Græcis Maciſius dictus) vir apud Perſas inclytus, Nyſæo equo inſidens, aureo fræno & aliis inſignibus eximiè ornato. Equites vbi promouere ad Græcos, per turmas egreſſi, multum detrimenti inferebant, fœminas eos appellando. Erant fortè Megarenſes ea parte collocati qua nulla alia magis oppugnari nulláque magis ab equis adiri poterat: hac, impreſſione facta equitum, Megarenſes quia premebantur, mittunt ad duces Græcorum præconem, qui ita, quum venit, verba fecit, Megarenſes aiunt, viri ſocii, Nos ſoli excipiendis hoſtibus impares ſumus, qui tenemus eandem in qua collocati ſumus à principio ſtationem: vbi hactenus tametſi ægrè, tamen ſtrenuè fortitérque reſiſtimus. nunc niſi alios nobis ſubſtituatis, ſcitote nos ab acie diſceſſuros. Hæc vbi præco renuntiauit, Pauſanias experiri fecit Græcos, ſiqui alii vltrò ad locum irent, vt Megarenſibus ſuccederent. Recuſantibus cæteris, Athenienſes ſuſcepere hoc munus, videlicet eorum trecenti delecti, quibus præerat Olympiodorus Lamponis filius. Hi fuere qui præ omnibus Græcis ad Erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſſere, ſagittariis ſibi aſſumptis. qui quum aliquandiu pugnaſſent, hic fuit pugnæ exitus: Impreſſionem faciente per turmas equitatu, equus Maſiſtii, vt erat præ aliis eminens, ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore in pedes erectus, Maſiſtium excuſſit. Collapſum confeſtim Athenienſes circumſiſtunt: equóque prehenſo, hominem ſeſe defenſantem interimunt, quum aliquandiu non potuiſſent. Ita enim erat armatus: ſcilicet intus gerebat thoracem aureis ſquamis conſertum, deſuper Phœniceum paludamentum. [c] Eius thoracem quum ferirent, non prius aliquid profecerunt quàm quidam re animaduerſa illum percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interiit. Hæc autem res latebat alios equites. non enim eum aut ab equo cadentem viderant aut occumbentem. ac ne tum quidem quum ſe recipiebant, quod actum erat cognouere: ſed poſtquam conſtitere, quia nemo ipſis imperabat, ſtatim deſiderauerunt ducem: cognitóque quod geſtum erat, mutuò ſe adhortati, omnes in hoſtem equos admiſere, vt mortuum eriperent. Eos autem conſpicati non iam turmatim ſed vniuerſos pariter irruere, cæterum exercitum inclamauerunt. Sed dum omnis peditatus auxilio veniebat, interea cietur acre prælium de cadauere, at vbi præſidio venere copiæ, non amplius perſtitere equites: ita nec mortuum eripere po-

a Machinati ſint, vel molui.

b Affirmare autem non poſſum an &c.

c Eius autem thoracem percutientes, nihil proficiebāt: donec quidā re animaduerſa &c. Id eſt, Sed quidam tandem re animaduerſa &c.

tuerunt, sed alios [a] super illum è suis amisere. Digressi illine duo circiter stadia, consultantes quid facto opus esset, decreuere sibi carentibus præfecto eundum ad Mardonium. Vbi in castra rediere, ingens luctus cum omnem exercitum, tum verò Mardonium cepit, extincti Masistii, viri secundum Mardonium honoratissimi tam apud Persas quàm apud regem: ita vt eiulatus eorum omnem Bœotiam peruaserit, & seipsos & equos & iumenta totonderint. Et barbari quidem suo more Masistium defunctum honorabant. Græci autem, postquam equitatum inuadentium excepere, & exceptum repulere, multo sunt audaciores effecti, & ante omnia cadauer plaustro impositum per stationes circumtulerunt. erat autem spectaculo digna proceritatis ac formæ gratia. Quod ideo faciebant quia cuncti relictis stationibus ad intuendum Masistium pergebant. Dehinc censuerunt ad Plataeas descendendũ, quòd sibi Plataensis ager multo esset opportunior habendis castris quàm Erythræus, cum propter alia, tum propter aquandi commoditatem. Vbi visum est in eum locum & ad fontem Gargaphium, qui ibidem est, satius abire, & dispositis stationibus illic habere castra, sumptis armis abierunt per radices Citharonis secundum Hysias in agrum Plataensem. Eò quum peruenere, stationes nationatim communierunt, proximè fontem Gargaphium, & fanum Androcratis herois, per non editos tumulos & locum planum. Ibi in distinguendis nationibus magna sanè altercatio extitit inter Tegeatas & Athenienses, vtrosque sè dignos qui alterum cornu tenerent arbitrantes: & sua facinora præclara tum recentia tum prisca referentes. Dicebant quidem his verbis Tegeatæ, Hoc nos semper digni honore à sociis » omnibus habiti sumus, quotiescunque à Peloponnensibus communiter in exter- » nas peregrinationes itum est, & proximè, & quondam, iam inde ex quo Heracli- » dæ post mortem EVrysthei sunt conati in Peloponnesum redire. quo tempore » hanc dignitatem assequuti sumus ob hanc rem gestam: Posteaquam cum Achæis » & Ionibus, qui tunc Peloponnesum incolebant, nos auxiliarii in Isthmum profecti » consedimus aduersus eos qui redire conabantur, tunc Hyllus orationem habuit, » non expedire vt vterque exercitus confligendo periclitaretur: sed vt aliis acquiescen » tibus, secum singulari certamine dimicaret is quem Peloponnenses iudicarent » è suo exercitu præstantissimum. Accepta conditione Peloponnenses fœdus in hæc » verba percussêrunt; Si vinceret Hyllus Peloponnensium ducem, vt Heraclidæ in » paterna reuertèrentur: sin victus esset, retrò Heraclidæ cederent, & exercitum ab- » ducerent, néve per annos centum de redeundo in Peloponnesum agitarent. Ab » omnibus sociis ad eam rem voluntarius electus est dux atque idem rex noster E- » chemus Aeropi filius, Phegei nepos, qui singulari congressus certamine Hyllum » interemit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponnenses assequuti su- » mus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, vt alteri cornu præessemus quoties commu » niter itur in expeditionem. Et vobis quidem Lacedæmonii non aduersamur, sed » optionem cedimus vtri cornu præesse malitis: alteri vero cornu vt præfimus nobis » vendicamus, quemadmodum vsque fecimus ad hoc tempus. Etiam verò citra hoc » factum quod narrauimus, Athenensibus sumus digniores qui hanc dignitatem » obtineamus: quippe qui prosperè & multa vobiscum viri Spartiatæ certamina » decertauimus, & multa cum aliis. Quo fit vt æquius sit nos alterum cornu tenere » quàm Athenienses; à quibus non tales gestæ res sunt quales nobis, neque recentes » neque vetustæ. Hæc Tegeatæ. Ad quæ hunc in modum respondere Athenienses, » Etsi scimus has copias pugnandi cum barbaro non altercandi gratia esse contra- » ctas, tamen quoniam Tegeata referre constituit præclara facinora tum vetusta » tum noua, quæ per omne tempus vtrique fecerunt: necesse habemus & nos expo- » nere apud vos vnde nobis patrium sit, [b] qui semper egregii fuimus, esse primos po- » tius quàm Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem isti apud Isthmum se prædi- » cant interfeciſſe, nos soli excepimus, eiectos prius ab omnibus Græcis, quos illi My- » cenæorum seruitutem fugientes adibant: & EVrysthei iniuriam vnà cum eisdem » pugnando propulsauimus, victoriáque potiti sumus de iis qui tum Peloponnesum » tenebant. Præterea Argiuos, qui aduersus Thebas cum Polynice militauerant, vi- » ta defunctos & insepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos & in no- » stra terra apud Eleusinẽ humatos fuisse dicimus. Iam verò nostrum præclarum fa- » cinus extat etiam in Amazonidas, quæ à flumine Thermodonte aliquando in no- » stram terram excurrere. Ac ne in heroum quidem laboribus qui ad Troiam bel- » lauerunt, fuimus in postremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere men- » tionem. [c] etenim siue qui tũc egregii fuere, nunc instrenui sunt, siue tunc instrenui,

[a] Præter illum.

[b] Bonam operam nauantibus.

[c] Qui enim tunc strenui fuere fieri, possit vt nũc sint ignaui?

& qui tũc ignaui, fieri poſſit vt nunc ſint fortiores. De rebus igitur olim geſtis, *uel, de natata igitur olim opera*, hæc dixiſſe ſit ſatis.

nunc egregii ſunt, ſatis ſit de rebus priſcis iſta dixiſſe. Vt nullæ autem res aliæ nobis geſtæ ſint, (quæ multæ & præclariſſimæ ſunt, præut quorumcunque aliorum Græcorum) certè ob rem in Marathone à nobis geſtam digni ſumus qui hoc decus & alia inſuper obtineamus: qui ſoli Græcorum per nos cum Perſa dimicauimus, & rem tantam aggreſſi, victores euaſimus, ſex & quadraginta nationibus ſuperatis, quo ſolo nomine digni ſumus vt hunc loci honorem conſequamur. Verùm non decet in hac rerum conditione de loci dignitate contendere: vbicunque & iuxta quoſcunque vobis Lacedæmonii videbitur appoſitiſſimum nos ſtare, illuc euntes obtẽperabimus. Vbicũq; enim loci nos collocati fuerimus, conabimur ſtrenui exiſtere. itaque ducite nos, tanquam vobis parituros. Hæc quũ pro ſua parte dixiſſent Athenienſes, cunctus Lacedæmoniorum exercitus ſuccłamauit digniores qui cornu tenerent Athenienſes quàm Arcades. Ita Athenienſes Tegeatis ſuperiores habuere cornu. Mox hunc in modum inſtructi ſunt & qui ſuperuenere Græcorum, [a] & qui à principio venerant: Dextrum cornu tenebant Lacedæmoniorum decem millia: quorum quinque millia erant Spartiatarum, quos cuſtodiebant leuiter armata triginta quinque millia ſeruorum, ſeptenis ſeruis circa ſingulos Spartiatas collocatis. [b] Applicauerant autem ſibi Spartiatæ, & honoris & virtutis ergo, Tegeatas numero mille & quingentos armatos. Secundum hos ſtabant Corinthiorum quinque millia. [c] Præter hos inueniebantur apud Pauſaniam ſtantes trecenti Potidæatæ eorum qui ex Pallene erant. Iuxta hos ſtabant Arcadum Orchomeniorum ſexcenti: iuxta hos Sicyoniorum tria millia. Hos ſequebantur Epidauriorum octingenti: ſuper hos locati erant Trœzenii mille: iuxta Trœzenios [d] totidem Lepræatæ. poſt hos Mycenæorum & Tirynthiorum quadringenti. Secundum hos, mille Phliaſii: dehinc Hermionenſes trecenti: iuxta Hermionenſes, Eretrienſium & Styreorum ſexcenti. iuxta hos, Chalcidenſium quadringenti. poſt hos, Ampraciatarum quingenti. poſt eos, Leucadiorum & Anactoriorum octingenti. Hos ſequebantur Pallenenſium qui ſunt ex Cephallenia, ducenti. poſt hos inſtructi AEginetarum quingenti. iuxta hos Megarenſium tria millia, quos ſequebantur Platæenſium ſexcenti. Vltimi & iidem primi ſtabant Athenienſes, læuum tenentes cornu, octo millia, duce Ariſtide Lyſimachi filio. Hi omnes, præter eos qui ſepteni circa ſingulos Spartanos ſtabant, fuerunt numero triginta octo millia & ſeptingenti, omnes grauis armaturæ, aduerſus barbarum contracti. Leuiter verò armati, triginta quinque millia, ſepteni circa ſingulos Spartiatas collocati, quorum vnuſquiſque ad pugnãdum erat inſtructus. [e] Circa cæteros autem Lacedæmonios ac Græcos ſinguli ferme leuiter armati numero triginta quatuor millia quingenti. Summa igitur totius leuis armaturæ, quæ pugnare poſſet, [f] ſexaginta millia quingenti. Totus autem Græcus exercitus qui ad Platæas conuenit pugnæ aptus, tam leuis quàm grauis armaturæ, fuit vndecim myriades, minus mille & octingentis, *id eſt centum octo millia ducenti*. Sed numerum vndecim myriadum expleuere Theſpienſes, qui aderant ad mille & octingentos, qui nec ipſi arma habebant. Et hi quidem Græci ad flumen Aſopum caſtra diſtributi communierant. Barbari verò qui cum Mardonio erant, poſteaquam Maſiſtium luxerunt, cognito Græcos apud Platæas eſſe, & ipſi ad Aſopum qui illac fluit, ita ſunt eregione à Mardonio collocati: Aduerſus quidem Lacedæmonios Perſæ, qui quia numero antecedebant, eorũ acies quæ multæ erant, vſque ad Tegeatas opponebantur: ita vt quod robuſtiſſimum in exercitu erat, id omne contra Lacedæmonios: quod infirmius, id contra Tegeatas eſſet. Hæc faciebat Mardonius Thebanorum indicio atque admonitu. Iuxta Perſas autem idem collocauit Medos, vt ex aduerſo eſſent Corinthiis & Potidæatis & Orchomeniis & Sicyoniis. Poſt Medos collocauit Bactrios ex aduerſo Epidauriorum & Trœzeniorum & Lepræatarum ac Tirynthiorum, Mycenæorúmq; & Phliaſiorum. Secundũ Bactrios collocauit Indos ex aduerſo Hermionenſiũ & Eretrieorum Styreorúmq; & Chalcidenſiũ. Poſt Indos ſtatuit Sacas oppoſitos Ampraciatis, & Anactoriis, & Leucadiis, & Pallenẽſibus, & AEginetis. Poſt Sacas poſuit ex aduerſo Athenienſiũ Platæẽſiúmq; ac Megarenſium, Bœotos & Locros & Melienſes & Theſſalos, & [g] mille Phocenſium. Non enim Phocenſes omnes à partibus Medorum ſtabant, [h] ſed eorum nonnulli cum Græcis ſentiebant apud Parnaſſum deprehenſi, & illinc profecti deduxerãt comitatíque fuerant Mardonii copias pariter & Græcorum qui cum illo erant. Contra Athenienſes item poſuit Macedonas, Theſſaliæque accolas. [i] Hæ nationes à Mardonio in aciem inſtructæ erant maximè celebres maximéque inſignes, & præcipuè mentione dignæ:

a Pro οἱ ἀρχὴν ἐκλοιπὸς *hunc legiſſe ſuſpicor* οἱ ἀρχῶν ἐκλοιπότες, *quæ lectio, non illa, mihi probatur.*

b Delegerant autem Spartiatæ Tegeatas qui iuxta ipſos ſtarent, & honoris & virtutis.

c Impetrauerant autem à Pauſania vt ſibi adſtarent trecenti Potid.

d Ducenti Lepræatæ.

e Reliquorum autem Lacedæmoniorũ & Græcorum milites leuiter armati erant triginta quatuor millia quingenti, vtpote viro vno vnumquenque circumſiſtẽte. *Id eſt, Ita quidem rationem huius numeri ineundo, vt reliquos Lacedæmonios & Græcos unum habuiſſe uirum ſibi adſtantem ſingulos dicamus, non ſeptem, ut Spartiatas: Dixit autem* ὡς ἑπτὰ ἑπτὼν *pro* ὡς ἑπτὰ ἑβδόμους, *ut modò dixerat* ὡς ἑβδόμων ἑπτά. *Quod & ipſum Valla potius quàm per nominatiuum, uerisſe ita debuit, Vtpote ſeptenis circa ſingulos Spartiatas collocatis. Vel, Vtpote ſeptenis unumquenque Spart. circũſiſtentibus.*

f *Sexaginta nouem millia. nam inter ſex myriades (quæ ſexaginta millia efficiunt) & ἑκατοντάδες πέντε (id eſt quingenti) interiectũ eſt ἑβδομήκοντα χιλιάδες, quæ Valla fortaſſe in ſuo exempl. non habuit.*

g Illos mille Phoc.

h Sed partes etiam Græcorum nonnulli ex illis fouebant, qui in loca Parnaſſo vicina ſe receperant: è quibus excurrẽtes Mardonii exercitũ & Græcos qui cum eo erant agebant ac ferebant.

i Hæc ſunt nomina nationum à Mardonio in aciem inſtructarum, earum quidem quæ quum ampliſſimæ eſſent, celeberrimæ erant, maximique fiebant.

necnon

necnon cæterarum quoque gentium viri memoratu digni, cum aliarum, tum Phrygum, Myſorum, Thracum, Pæonum. Quinetiam AEthiopum [a] & AEgyptiorum qui Hermotybies & Calaſiries nominantur, gladio cincti, qui ſoli ſunt ex AEgyptiis pugnaces: à Mardonio, quum adhuc eſſet in Phalero, è nauibus in quibus epibatæ erant, in terram tranſlati. non enim cum pedeſtribus copiis, quæ cum Xerxe Athenas ierant, AEgyptii cenſi fuerant. Barbarorum igitur (vt etiam ſuperius oſtenſum eſt) triginta myriades fuere: Græcorum verò Mardonii auxiliariorum, nemo numerum (neque enim numerati fuerant) nouit. Vt autem coniectura colligi licet, ad quinque myriades fuiſſe coniecto. Tot ex aduerſo inſtructi fuere pedites: equitatus verò ſeorſum erat collocatus. Ita diſpoſiti nationatim manipulatímque, vtrique poſtero die ſacrificauerunt. Apud Græcos haruſpex erat Tiſamenus Antiochi filius. is enim hunc exercitum vates comitabatur, Eleus quidem & ex genere Iamideorum Clytiades, ſed à Lacedæmoniis ciuitate donatus. Nam conſultanti vaticinium apud Delphos de prole reſpondit Pythia quinque ipſum maximas palmas è certaminibus reportaturum. oraculo non intellecto Tiſamenus gymnaſiis operam dabat, tanquam gymnicas victorias adepturus: quúmq; ſe exerceret in quinque certaminibus, in vno, dum currit Olympia, venit in contentionem victoriæ cum Hieronymo Andrio. Lacedæmonii autem interpretantes non ad gymnica certamina ſpectare Tiſameni oraculum, ſed ad bellica, conabantur eum mercede conducere vt vnà cum Heraclidis bellorum dux regibus foret. Hic animaduertens Spartiatas plurimi facere ipſius amicitiam, abnuebat: quòd negaret ſe alio pretio id facturum quàm ſi Spartiatam ſe ciuem facerent, omnia iura ciuitatis impertientes. Id Spartiatæ quũ audiſſent, ab initio ferentes indignè, oraculũ miſſum omnino fecerunt: tandem imminente hoc ingenti Perſici exercitus metu, annuebant, impertiréque homini volebant. Eos iſte immutatos intelligens, negare iam ſe eo ſolo eſſe contentum: ſed oportere fratrem ſuum Hegiam etiam fieri Spartiatam eadẽ conditione qua & ipſe fieret. Hoc autem dicens imitabatur (vt coniectare licet) Melampodem, regnum pariter & ciuitatem depoſcens. Etenim Melampus quum ab Argiuis mercede conduceretur è Pylo ad compeſcendum morbum furoris mulierum Argiuarum, depoſcebat pro mercede dimidium regni. recuſantibus id Argiuis atq; digreſſis, quum plures è mulieribus inſanirent, ita obtemperantes, quod Melampus popoſcerat daturi reuerterunt. Ibi ille cernens hos eſſe immutatos, plura optauit, negans ſe indulturum quæ vellent, niſi & fratri ſuo Bianti tertiam partem regni donaſſent. Argiui in arctum redacti hoc quoque annuerunt. Ita Spartiatæ Tiſameno, quo maiorem in modum egebant, prorſus aſſenſerunt: & conceſſu iſtorum Tiſamenus Eleus Spartiata effectus quinque maxima certamina ex oracuio illis obtinuit. Hi duo ex omnibus hominibus ſoli ſunt à Spartiatis ciuitate donati. Quinq; autem certamina hæc fuere: Vnum & id primum hoc quod pugnatum eſt ad Plateas: alterũ, quod in Tegea cum Tegeatis atque Argiuis: tertium, quod in Dipæenſibus cum vniuerſis Arcadibus præter Mantineos: quartum, quod cum Meſſeniis ad Iſthmum: vltimum, quod in Tanagra cum Atheniẽſibus & Argiuis. Hoc autem vltimum peractum fuit quinque certaminum. Tiſamenus igitur Spartiatarum tunc ductor vaticinatus eſt Græcis in agro Platæenſi: & apud Græcos quidem pulchrè litatum eſt, ſi ſe defenderent, nõ ſi Aſopum tranſgreſſi pugnam capeſſerent. Mardonio autem capeſſendæ pugnæ auido non extitere pulchra exta, niſi & ipſe ſeſe defenderet. nam is quoque Græcis ſacrificiis vtebatur, haruſpicem habens Hegeſiſtratum virum Eleum, & Telliadeorum præſtantiſſimum. Hunc ante ea tempora Spartiatæ quum cepiſſent, in vincula coniecerant morte affecturi, vt à quo multa intoleranda perpeſſi fuiſſent. Ille in hac calamitate poſitus, vtpote pro anima ſolicitus, & qui ante mortem multa ac triſtia foret paſſurus, rem perpetrauit fide maiorẽ. nam vt erat ligneis atque ferratis [b] ſoleis vinctus, ferro quod illatum fuit potitus, confeſtim excogitauit opus omnium quæ nos nouimus animoſiſſimum. [c] Commentus enim qua ratione reliquum pedis educeretur, præcidit ſibi dimidium pedẽ. hoc acto, quanuis ab excubitoribus obſeruaretur, tamẽ ſubruto muro profugit Tegeam verſus, noctu iter faciẽs, interdiu ſyluis ſe abdens atque immorans, vt trinoctio Tegeam peruenerit: Lacedæmoniis eum paſſim perſcrutantibus, admirantibúſque magnopere hominis audaciam, cuius dimidiatum pedem iacẽtem cernerẽt, ipſum inuenire non poſſent. Ita Hegeſiſtratus Lacedæmoniis elapſus, in Tegeam, quæ per id tempus non erat pacata Lacedæmoniis, tranſfugit. Sanato vulnere & ligneo pede aſcito, ex profeſſo Lacedæmoniis hoſtis extitit. Sed non ad poſtremum ei protractũ

Sed & ex aliis nationibus aliqui immixti illis erant, Phrygum & Thracum, & Myſ. & Pæonum.

a Et Ægyptiorum Hermotybies & Calaſiries, qui vocãtur Enſiferi. qui ſoli ex Ægyptiis ſunt ad pugnam apti. hos autem è nauibus quibus vehebãtur eduxerat, quum adhuc apud Phalerum eſſet.

b *Sunt qui caſtaſſam interpretentur.*

c Pedis enim extremam partem reſecuit, quum prius ad reliquã educendam dimenſus ſpatium eſſet.

in Lacedæmonios odium profuit. nam in Zacyntho quum vaticinaretur, ab his captus atque interemptus est. Verùm hic Hegesistrati interitus posterior rebus Platæensibus fuit. Tunc autē is à Mardonio non exigua summa conductus, cupidè sacrificabat cum in Lacedæmonios odio, tum lucri gratia. Quum igitur exta non essent pulchra ad pugnam committendam neque ipsis Persis, neque Græcis qui cum illis erant, (habebant enim & Græci suum haruspicem quendam Leucadium Hippomachum) [a] quúmque dilaberentur multi Græci, suasit Mardonio Timogenides Herpyis filius vir Thebanus vt exitus Citharonis custodiēdos curaret, quòd diceret [b] assiduè Græcos ad hostē quotidie transire, séque complures deprehēdisse. Iam autem dies octo abierant positis eregione castris, quum iste Mardonio hoc consilium dedit. Mardonius, admoneri se probè intelligens, primis tenebris equitatum mittit ad ingressus Citheronis qui Platæas ferunt: quæ Bœotii Tria capita, Athenienses Capita quercus appellant. Equites missi non frustra peruenere. nacti enim ingredientia campum quingenta iumenta quæ commeatum è Peloponneso ad exercitum subuehebant, diripiunt: & eos qui iumenta sequebantur, immisericorditer trucidant, neque iumentis neque hominibus parcentes. In quibus occidendis posteaquam satis sunt grassati, cum cæteris quæ eripuerant, ad Mardonium sunt & ad exercitum reuersi. Post hanc rem gestam biduum absumptum est, neutris pugnam lacessere volentibus. nam etsi Asopo tenus barbari processerant irritandi Græcos gratia, neutri tamen sibi transeundum statuebant. equitatus modò Mardonii progrediebatur, & Græcos molestia afficiebat: quia Thebani, vtpote in amorem Medorum vehementer propensi, ferebant alacriter bellum, & assiduè prouehebantur vsque ad prælium: deinde excipientes Persæ pariter ac Medi præcipuè præclara facinora edebant. His amplius ad decem vsque dies nihil est actum. [c] at vbi vndecimus dies illuxit, quum & Græci multo plures efficerentur ad Platæas castris eregione positis, & Mardonius stationem grauaretur, ibi venere in colloquium Mardonius Gobryæ & Artabazus Pharnacis filius, vir apud Xerxem inter paucos Persarum virtutis expertæ. quorum consultantum hæ fuere sententiæ: Artabazi quidem, expediens esse contractis quamprimùm copiis ire ad mœnia Thebana, quò multum rei frumentariæ ipsis multúmque pabuli iumentis compararent: atque ibi confidentes per otium rem conficerent, videlicet quum multum auri tum signati tum non signati haberent, multum etiam argenti ac poculorum, ne parcerent illis, sed ea ad Græcos mitterent, eos præcipuè qui ciuitatibus præsiderent. fore enim vt illi suam traderent libertatem: neque oportere pugnandi adire discrimen. Eadem autem Thebanorum quæ istius sententia erat, tanquam aliquid vltra hoc prospicientis. Mardonii autem sententia ferocior pertinaciórque, & nullo modo cedens: quippe opinantis meliorem suum esse quàm Græcorum exercitum, & satius primo quoque tempore confligere, quàm committere vt plures quàm coacti erant Græci cogerentur. Hegesistrati verò auspicia valere sinere, nec eis vim afferre: quinimo Persarum more seruato debere confligere. Mardonio ita opus facto esse censenti nemo contradicebat. qui, vbi sententia sua vicit, accitis cohortium præfectis & qui secum erant ducibus Græcorum (penes eum nanque erat summa imperii, non penes Artabazum) percontabatur num aliquod oraculū scirēt de Persis tanquam perituris in Græcia. Silentibus euocatis, partim quòd ignorarent oracula, partim quòd haud tutum putarent proferre quod scirent, inquit ipse Mardonius, Quoniam vos aut nihil nostis, aut promere non audetis, ego rem proferam, « vtpote bene cognitam habens. Est oraculum, Persis fatale esse vt in Græciam profecti diripiant templum quod Delphis est, vtque direpto templo omnes intereant. « Quocirca, quum hoc sciamus, neque diripere conabimur, neq; adibimus templum, « ob hanc causam interitum deuitaturi. quo nomine quicunque vestrūm bene Persis « volunt, voluptatem capiant, tanquam Persis Græcos superaturis. Hæc loquutus, se- « cundo loco signū dedit vt omnia [d] apparārent, & corpora curarent, veluti sub lucis exortu prælio futuro. Oraculum autē, quod ad Persas aiebat spectare Mardonius, id ego scio non Persis redditum esse, sed Illyriis & Encheleorum copiis. Quod autē de hoc prælio redditum est à Bacide, id verò hoc fuisse,

Gramineis ripis Asopi ac Thermodontis
Barbaricæ Graiis acies clamore coibunt.
Hîc multi occumbent defuncti munere vitæ,
Quando sagittiferis aderit lux vltima Medis.

Hæc ego atque alia his similia è Musæo noui ad Persas spectauisse. Fluuius autem

a Quúmq; subingrederentur Græci, & eorum numerus creſceret.

b Subingredi quotidie Græcos, & fore vt ipse multos interciperet. Iam autem d.

c Quū autem iam vndecimus ageretur dies ex quo castra castris oppoſuerāt, & valde auctus fuisset Græcorum numerus, necnon Mardonius stationem illam grauatè ferret, ibi venere in colloq.

d Apparārēt, & singula ordine disponerent.

Thermodon Tanagram ac Gliſantem interfluit. Inſequenti nocte quàm Mardonius de oraculis interrogauit, exhortatúſque ſuos eſt, excubitores diſpoſiti fuere. Eius noctis quum multum proceſſiſſet, conticiniúmque in exercitu eſſet & tempus concubium, tunc Alexander Amyntæ filius, dux & idem rex Macedonum, ad excubias Athenienſium adequitauit, efflagitauítque ſuos vt cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores, plerique remanſerunt, nonnulli ad duces concurrerunt: quibus aditis inquiunt quendam equo aduectum eſſe è caſtris Medorum: qui nihil aliud proloqueretur, niſi nominatim appellans Athenienſium duces, velle ſe in colloquium illorum venire. Duces, hoc audito, confeſtim ad locum excubiarum ſequuti ſunt. quos Alexander, vbi venere, his verbis alloquutus eſt, Viri Athenienſes, hæc ego vobis verba pro depoſito trado, necui efferatis niſi Pauſaniæ: ne ob id me perditum eatis. Quod haudquaquam dicerem niſi de vniuerſa Græcia ſolicitus eſſem: quippe qui vetuſta origine Græcus ſum, nec vellem videre Græciam [a] pro libera ſeruientem. Itaque vos certiores facio, Mardonium atque exercitum litare non poſſe, alioqui olim iam conflicturum fuiſſe. Is nunc ſacrificia valere ſinere conſtituit, & vbi primùm illuxerit, vobiſcum confligere: extimeſcens admodum (quantum ego coniicio) ne plures ad copias veſtras accedant. Ad hæc vos parati eſtote. Quòd ſi differet Mardonius, nec committet certamen, vos perſeuerate hîc manere: ad paucos enim dies eis ſuppeditat cõmeatus. Quòd ſi hoc bellum vobis ex ſententia finietur, debebit aliquis veſtrûm reminiſci mei meæque liberationis, qui Græcorum cauſa rem adeo [b] temerariam, libenter tamen feci, vt ad vos conſilium Mardonii deferrem: ne barbari ex improuiſo vos adorirentur. Ego autem ſum Alexander Macedo. Hæc loquutus Alexander, ad exercitum ſe recepit ad ſuámque ſtationem. Duces Atheniẽſium ad cornu dextrum profecti, quæ ab Alexandro audierant Pauſaniæ retulere. Hac ratione Pauſanias in metum Perſarum adductus, Quoniam, inquit, ſub auroram prælium fiet, [c] expedit vos Athenienſes ſtare in acie aduerſus Perſas vobis cognitos, vt qui cum Medis in Marathone pugnaueritis: nos verò qui eorum ſumus inexperti atque ignari, (nemo enim Spartiata Medorum periculum fecit) contra vobis oppoſitos Bœotos & Theſſalos: quorum ſumus experti, horum Græcorum gratia. Itaque opus eſt ſumptis armis vos in hoc dextrum, nos in ſiniſtrum cornu tranſire. Ad hæc ita reſpondere Athenienſes, Nobis quoque olim iam inde ab initio, poſteaquam aſpeximus Perſas aduerſus nos eſſe inſtructos, fuit in animo iſtud dicere quod vos dicere occupaſtis: ſed verebamur ne non grata eſſet vobis oratio. nunc quandoquidem ipſi feciſtis huius rei mentionem, & nobis iucũda oratio eſt, & parati ſumus iſtud exequi. Vbi hoc vtriſque complacitum eſt, & loca permutauerunt, ſub auroram rem aduertentes Bœoti ad Mardonium detulerunt. Ea audita Mardonius extẽplò & ipſe conatus eſt Perſas contra Lacedæmonios trãſferre. Pauſanias autem hoc fieri intelligens, nec latere factum ſuum, rurſus in dextrum cornu Spartiatas reducit. At vbi Mardonius & ipſe ſuos in ſiniſtrum reduxit, & acies priſtino in loco ſtetere, miſſo caduceatore ad Spartiatas ita inquit, Lacedæmonii, vos verò fama fert omnium qui iſtic ſunt eſſe præſtantiſſimos, qui neque è bello fugiatis, neque ordines deſeratis, ſed perſtantes aut interficiatis hoſtes, aut ipſi occumbatis. Horum nihil admodum veri eſt. quippe antequam manus conſerantur, vos cernimus fugientes, aciémque deſerentes, & relegato Athenienſibus periculo, conſiſtentes ex aduerſo noſtrorum ſeruorum: quod neutiquam eſt factum præſtantium virorum. Ex quo plurimùm de vobis nos fefellit opinio, quos expectabamus [d] ex nominis gloria miſſuros veſtra ſponte caduceatorem nos prouocatum, quòd cum ſolis Perſis, tanquam huic rei ſufficientes, pugnare velletis. At [e] nihil tale inuenimus quale ferebatur, ſed potius eſſe vos metu perterritos. Nunc igitur quoniam ipſi non occupaſtis hoc dicere, occupamus: vt quãdoquidẽ vos inter Græcos præſtantiſſimi eſſe exiſtimamini, & nos inter barbaros, dimicemus totidẽ vtriq; numero, &, ſi videatur vt cæteri quoque itidem, & illi poſtmodum pugnent: ſin hoc non videatur, ſed ſatis eſſe nos ſolos decernere, nos ſoli decernamus, & vtri è nobis vicerint, ii totum exercitum viciſſe cenſeantur. Hæc fatus caduceator, quum aliquandiu expectaſſet, nemine quippiam reſpondente, retrò abiit, & rem Mardonio retulit. Ille maiorem in modum lætatus, & frigida victoria elatus, equitatum in Græcos immiſit. Equites in Græcos inuecti, omnẽ illorum exercitum perturbabant, iaculis ſagittiſq; inceſſentes. qui quum eſſent hippotoxotæ, *id eſt equites ſagittarii*, cominus pugnare [f] inſueti, fontẽ Gargaphium, vnde cunctus Græcorũ aquabatur exercitus, cõfuderũt

a Ex libera factam ſeruam. *uel, in ſeruitutẽ redactam.*

b Periculoſam.

c Vos quidẽ Atheniẽſes in acie ſtare aduerſus Perſas neceſſe eſt, nos autem aduerſus Bœotos & eos qui vobis oppoſiti ſũt Græcos. idque hac de cauſa quòd Medos eorũm que pugnam noueritis, ex prælio apud Marathonẽ geſto: nos verò viros hoſce incognitos habeamus. nullus enim Spartanorũ Medorum periculum fecit, at Bœoros & Theſſalos experti ſumus. Itaque ſumpt. arm.

d Pro celebritate veſtra. *Id eſt, ut conſentaneum eſt illi famæ quæ de veſtra fortitudine ſparſa eſt.*

e Nihil tale vos dicere comperimus, ſed pot.

f *Sequutus eſt lectionẽ quæ & in quibuſdam uet. cod. habetur, ἄπορι pro ἄπορ.*

obſtruxerúntque. Eum iuxta fontem ſoli Lacedæmonii ſtationem habebant: cæteri Græci, vt quique ſtationes habebant, maius minúſve procul illinc aberant. Et erat quidem Aſopus in propinquo: ſed aquari ex eo ab equitibus miſſilibúſque prohibiti, ita ad fontem pergebant. hunc in modum aqua exercitus exutus quum eſſet, & ab equitatu perturbaretur, duces Græcorum tum his tum aliis de cauſis frequentes ad Pauſaniam in dextrum cornu veniunt. Qui, etſi talis eſſet rerum ſtatus, tamen ob id præcipuè angebantur quòd iam re frumentaria deficiebantur, quum ipſorum ſerui in Peloponneſum miſſi frumentatum, intercluderẽtur ab equitatu quominus ad caſtra reuerterentur. De hoc autem deliberantibus ducibus viſum eſt, ſi Perſæ eo die ſuperſederent committere prælium, eſſe eundum in inſulam quæ ab Aſopo & à fonte Gargaphio, vbi caſtra habebant, decem ſtadiis aberat, ante oppidum Platæenſe ſita in continente, hunc in modum: Fluuius ſupernè è Citharone delabẽs in campum, diuortia facit: rurſúſque intercapedine trium fermè ſtadiorum ſua fluenta commiſcet. Huic inſulæ nomen eſt Oeroe: quam Aſopi filiam eſſe indigenæ aiunt. In hunc locum Græci tranſire decreuerant, vt & affatim aquæ ad vſum haberẽt, neque ab equitatu, ſicuti quum ex aduerſo erant, infeſtarentur. Et decreuerant tranſire ſecunda noctis vigilia, ne ipſos proficiſcentes conſpicati Perſæ, inſequente equitatu in tumultum venirent. quinetiam quum ad eum locum ventum eſſet vbi Aſopi filia Oeroe diuortio aquarum è Citharone cingitur, mitterent ſub noctem dimidium copiarum in Citharonem ad recipienda ſeruitia quæ frumentatum conceſſerant. erant enim illa in Citharóne intercluſa. Hæc vbi ſtatuerunt, totum illum diem inceſſente equitatu immenſum laborem pertulerunt. Sub exitum diei digreſſis equitibus ea noctis hora qua de abeundo conuenerat, plerique ſumptis vtenſilibus abſceſſerunt,[a] non habentes in animo quem ad locum vt irent conuenerant. Nonnulli, vt moueri cœptum eſt, iter Platęenſem ad vrbem intendunt, cupidi equitatum effugere. in templúmque Iunonis fugiendo perueniunt, quod ſitum eſt ante vrbem, à fonte Gargaphio viginti ſtadiis diſtans. Quò vbi peruenere, poſitis pro templo armis, circa templum ipſum caſtra poſuere. Hos Pauſanias cernens ab exercitu digreſſos, præcepit & ipſe Lacedæmoniis vt ſumptis armis irent quâ cæteri præcederent, ratus illos tendere ad locum conſtitutum. Ibi ad obtemperandum Pauſaniæ cæteri præfecti parati quum eſſent, Amompharetus Poliadæ filius tribunus cohortis Pitaneorum negare ſe fugiturum [b] peregrinos, neque vltrò dedecoraturum eſſe Spartã: quinetiã mirari id quod fieri cerneret, quippe qui colloquio ſuperiori interfuiſſet. Pauſanias autem & EVryanax cum indignè ferẽtes nõ parere ſibi illum, tum indignius cohortem Pitanetem relictum iri tribuno repugnante: quod erat futurum ſi ipſi eos miſſos facerent, gratia exequendi ea quæ cum aliis Græcis conſtituiſſent: hoc reputantes ſubſtiterunt cum Laconicis copiis, conabantúrque perſuadere homini non id facto opus eſſe. & alii quidem hortabantur [c] ſolum Amompharetum à Lacedæmoniis ac Tegeatis relinqui. Athenienſes autem hoc ſibi faciendum putarunt, vt vbi collocati erant, ibi perſiſterent, intelligentes Lacedæmoniorum ingenia aliud ſentientium, aliud dicentium. Itaque vbi exercitus mouere cœpit, equitem è ſuis miſerunt ſpeculatum nunquid Spartiatæ tentarent abire, & abire prorſus in animo haberent: ſciſcitatúmque à Pauſania quídnam facere oporteret. Præco vbi peruenit ad Lacedæmonios, cernit in loco inſtructos, eorúmque primores tendere ad rixas. Hortantibus enim Amompharetum EVryanacte & Pauſania, ne Lacedæmonios qui ſoli remanebant, in periculum traheret, necdum perſuadentibus, donec ventum eſt ad iurgia, interuenit præco Athenienſis, Amomphareto inter altercandum ſumente ambabus manibus ſaxum, & illud ante pedes Pauſaniæ ponente, ac dicente, ſe illo calculo ſententiæ ſuæ calculum dare, non fugiendos eſſe peregrinos: appellans barbaros. Eum Pauſanias inſanum nec potentem mentis vocans, ad præconem Athenienſium, quæ iuſſus erat percontantem, reſpondit vt illis referret præſentem rerum ſuarum ſtatum, obſecrans eos vt ad ſeſe venirẽt, & de diſceſſu eadem quæ ipſi agerent. Præcone ad Athenienſes reuerſo, hos inter ſe altercantes aurora deprehendit. Ad id tempus Pauſanias moratus, dato ſigno cæteros omnes Lacedæmonios, Tegeatis ſequentibus, per edita abduxit, ratus Amompharetum non deſerturum alios: prout & contigit. [d] Horum itinere rurſus inſtructa acie Athenienſes iere: & quia Lacedæmonii prærupta occupauerant & Citharonis radices, metu equitatus, ipſi deorſum ad campum deflexere. Amompharetus autem, non credens auſurum ipſos relinquere Pauſaniam, circuire eos qui manebant, ne deſererent ordinem. At vbi ii qui

a Non hab. in animo eum de quo conuenerat locum petere. ſed quum ſe loco mouiſſent, iter Platæã ver ſus tenebant, lubenter equitatum effugiẽtes.

b *Id eſt barbaros, vt ipſe Herodotus antea docuit, pag. 225. ſed & paulo pòſt rurſum exponit.*

c Amompharetũ, qui ſolus ex Lacedæmoniis & Tegeatis remanſerat.

d Athenienſes autẽ acie inſtructa, contrarium Lacedæmoniis iter tenuerũt. Lac. enim prærupt. occup. & Cith. radices metu equitatus, at ipſi deorſ.

cum Pausania erant iam abibant, tunc ratus è disciplina militari se deseri, sumptis armis cohortem suam lento gradu ducere ad agmẽ, quod decem circiter stadia progressum ad amnem Moloentem, in loco qui dicitur Argiopius (vbi situm est templum Cereris Eleusiniæ) substiterat, opperiens Amompharetı cohortem, eo cõsilio vt si Amompharetus cum sua cohorte non discederet loco in quo instructa erat, sed in eo persisteret, retrò ad hominem suppetias iret. Itaq; & Amompharetus cum suis ad cæteros peruenit, & omnis barbarorum equitatus ingruebat, agens pro sua consuetudine. nam quum inspexisset locum vbi superioribus diebus habuerant Græci castra, vacuum, admissis equis assiduè insequi pergens, illos adeptus vrgebat. Mardonius quoque cognito hostium nocturno abitu, inspectóque loco deserto, accitis
» Thorace Larissæo & fratribus eius EVrypylo & Thrasydio, inquit, Filii Alevæ quid-
» nam dicetis adhuc, quum hæc deserta cernatis à Lacedæmoniis, quos negabatis vos
» finitimi ex acie fugere, sed viros summos esse in re bellica? qui & prius (vt omnes vi-
» dimus) locum in acie immutauerũt, & nunc proxima nocte se fuga proripuerunt.
» [a] Proripuerunt autem, quia illis necesse erat cum iis prælio decernere qui non falsò
» sunt hominum prestantissimi. vnde nullius esse se pretii, inter Græcos, & ipsos nul-
» lius pretii viros, ostenderunt. Cæterùm vobis Persarum inexpertis, sanequàm i-
» gnoscebam, laudantibus istos vobis expertos: Artabazum autem vehementius ad-
» mirabar formidare Lacedæmonios, & præ formidine sententiam dicere ignauissi-
» mam, expedire ex his castris nos in vrbem Thebanorum concedere obsidendos.
» [aa] quam sententiã rex antea aliunde quàm ex me audiet. Sed de hoc aliâs dicetur.
» Nunc autem istis ita facientibus non est remittendum, sed instandum, donec inter-
» cepti nobis dent pœnas eorũ quæ in Persas perpetrarũt. Hæc loquutus, Persas Asopo transmisso cursim ducit contra Græcorum agmẽ, tanquam fugã capessentium: Lacedæmoniósque solos ac Tegeatas adeptus est. nam Athenienses transuersis tramitibus subter prærupta in planum digressos non cernebat. Cæteri autem barbarorum agminum præfecti Persas mouentes ad Græcos insequẽdos conspicati, sublatis & ipsi signis cuncti insequuntur, pro se quisque maturantes, [b] nulla diligentia, nullo ordine viam ingressi. Et isti quidem cum vociferatione ac tumultu instabant Græcis, tanquam excepturi. Pausanias autem, vbi equitatu premi cœpit, equitem ad
» Athenienses mittit, qui hæc diceret, Viri Athenienses, proposita dimicatione maxi-
» ma, vt aut libera Græcia sit aut seruituti obnoxia, proditi sumus à sociis noctu ela-
» psis & nos Lacedæmonii & vos Athenienses: quod reliquum est, ita nobis videtur
» esse faciendum, vt quàm strenuissimè possumus nosmetipsos defensantes, mutuo
» simus auxilio. Ac si quidem in vos priores impetum dedisset equitatus, è nostra di-
» gnitate erat & Tegeatarum qui nobiscum Græciam non prodiderunt, subsidio vo-
» bis venire: nunc, quoniam totus in nos equitatus contendit, debetis vos ad partem
» maximè laborantem suppetias ferre. Quòd si vobis aliquo discrimine occupatis fas
» non est subsidio venire, saltem hoc gratificamini nobis vt sagittarios mittatis: quos
» agnoscimus longè omnium qui in hoc bello sunt promptissimos esse ad nos ex-
» audiendos. Hæc vbi audiere Athenienses, quum mouerent ad ferendam strenuè o-
pem, & iam aduẽtarent, ibi in eos ii Græci qui partes regias sequebantur, ex aduerso instructi inuadunt. Quo factum est vt [c] Athenienses ab iis vrgentibus auxilium ferre non possent, ægrè admodum id ferentes. Ita destituti Lacedæmonii, numero cũ leui armatura quinquaginta millia, & Tegeatæ numero tria millia (hi enim nusquam ab Lacedæmoniis dirimebantur) sacrificauerunt tanquam conflicturi cum Mardonio præsentibúsque copiis: & quum litare non potuissent, multi eorum interea cadebant, multo plures vulnerabantur. Confertis enim gerris Persæ ingentem vim sagittarum emittebant, adeo instanter vt [d] satagentibus Spartiatis, & quia litare non poterant, respiciens ad templum Iunonis Platęensium Pausanias, implorauerit deam, obsecraueritque ne spes sua ipsos omnino frustraretur. Adhuc eo deam his verbis inuocante, Tegeatæ prius exurgentes in barbaros tendunt: statimque post Pausaniæ preces sacrificantibus Lacedæmoniis exta pulchra extitere: qui aliquãto pòst & ipsi in Persas eunt. Persæ omissis arcubus ex aduerso stetere. Ad quorum gerra primùm pugna atrox commissa est iuxta ipsum Cereris templum, eáque pertinax, donec ad propulsionem ventum est. Siquidem barbari prehensantes lanceas confringebant, nec audacia nec robore inferiores: sed inermes erant & imperiti, nec hostibus prudentia pares. qui etsi deni plurésve aut pauciores in singulos irruebant, tamen quia confusi incidebant, à Spartiatis conficiebantur. Mardonius, qua parte ipse ex equo albo ciens pugnam, mille delectis Persarũ præstãtissimis

a Atque (vt declarãrũt posteaquã illis necesse f. c. iis pr. d. qui non f. sunt h. præstantissimi) quum ipsi nullius pretii essent inter Græcos, nullius pretii viros se ostentabant.

aa Quam ipse quoq; rex ex me audiet.

b Nullo delectu, nullóque ordine v. ing. Vel, Inordinatè & cõfusè.

c Athenienses ad ferendas suppetias ire non possent. quod enim obiectum erat, negotiũ illis faceſſebat.

d Quum premerentur Spartiatæ.

ſtipatus erat, ea maximè parte hoſtem vrgebat. qui quãdiu ſuperfuit, tamdiu Perſæ reſiſtẽtes ſeſéque defenſantes, ſtrauere multos Lacedæmoniorũ. Poſtea verò quàm Mardonius, & agmen quod circa illum robuſtiſſimum erat, occubuit, tum demum alii quoque terga vertentes ceſſere Lacedæmoniis,[a] quorum pleriſque officiebat veſtis armis vacans. inermes enim cum armatis prælium faciebant. Ibi & vltio necis Leonidæ de Mardonio peracta eſt, ſecundum oraculum Spartiatis redditum: & victoria omnium quas vnquam nouimus ſpecioſiſſima potitus eſt Pauſanias Cleombroti filius, Anaxandridæ nepos. Huius autem ſuperiora maiorum nomina in Leonida recenſui. illius enim iidem qui & Pauſaniæ maiores fuere. Oppetiit autem Mardonius ſub Aimneſto, viro inter Spartiatas eximio: qui aliquandiu poſt bellum Medicum trecentos viros ſecum habens, apud Stenyclerum cum omnibus Meſſeniis quibuſcum erat bellum, conflixit, vbi ipſe & trecenti illi occubuere. Ad Platæas autem Perſæ, poſtquam à Lacedæmoniis in fugam verſi ſunt, nullo ordine ad caſtra ſua contendunt, & ad murum ligneum quem fecerant in parte quadam agri Thebani. Tenet autem me admiratio, quum iuxta lucum Cereris dimicaretur, ne vnum quidem Perſarum viſum eſſe intraſſe fanum, neq; circa templum occubuiſſe, ſed pleroſque in profano: ſed opinor (ſiquid de rebus diuinis opinari oportet) deam ipſam eos non recepiſſe, quia templum quod eſt in Eleuſine Anactorium concremauerant. Hactenus pugna hæc geſta eſt. Artabazus autem Pharnacis filius, cui iam inde ab initio diſplicuerat Mardonium relinqui ab rege in Græcia, quíque multis verbis pugnam diſſuadens nihil profecerat, hoc ſibi agẽdum putauit. Is, quòd ſibi non placerent quæ à Mardonio fiebant, eos quibus præerat (præerat autem non paruis copiis, ſed ad quadraginta vſq; millia hominũ) ducebat inſtructos, dũ prælio fiebat, quid futurum è prælio eſſet probè intelligens, iuſſerátque omnes ire confertos quacunque ipſe duceret, & quâ viderent ipſum feſtinantem. Sic iuſſas tanquam ad pugnam copias ducens, cernit Perſas fugientes. ita non ſeruato amplius eodem ducendi ordine, ſed repentè effuſo curſu fugæ ſe dedit, non ligneum murum verſus, aut Thebana mœnia, ſed ad Phocenſes, animo celerrimè perueniendi ad Helleſponthum. & hi quidem horſum iter intenderunt. Cæteris autem Græcis qui ſtabant à regis partibus, ignauiter de induſtria agentibus, Bœoti tamen perdiu cum Athenienſibus decertauerunt. Nam ex Thebanis ii qui cum Medis ſentiebant, hi non parum ſtrenuos ſe præſtiterunt: qui nolentes vltrò ignauiter agere, ita dimicarunt vt trecenti primores eorum ac fortiſſimus quiſque illic ſub Athenienſibus occubuerint. Vbi autem & iſti terga dederunt, non quò Perſæ & alia multitudo,[b] quæ aut cum nemine pugnauerat, aut non expectauerat, ſed Thebas verſus fugerunt. Omnem autem rem pependiſſe à Perſis, (quanquam & ipſorum quidam, antequam cum hoſte conſererentur, fugæ ſe mandauerunt) apud me fidem facit,[c] quòd ad Perſas intuebantur: atque ita cuncti illis victis fugam capeſſerunt, præter equitatum tum alium, tum Bœotorum: qui hactenus profuit fugientibus, vt aſſiduè adhærens hoſti, arceret eum ab amicis quos Græci inſequebantur. Inſequebantur enim Græci victores, vrgendo Xerxianos atque interficiendo. Inter hunc tumultum nuntiatur Græcis qui circa templum Iunonis inſtructi à prælio aberant, geri prælium & Pauſanianos vincere. Ea re audita, Corinthii, Megarenſes & Phliaſii nullo ordine eunt: Corinthii rectà per colles quâ itur ad Cereris templum: alii per campum, quæ planiſſima viarum erat. Quos iam hoſti propinquos nullo ordine irruere conſpicati Thebani equites, quorum præfectus erat Aſopodorus Timandri filius, equos in illos incitauerunt, eóſque adorti ſexcentos ſtrauerunt: cæteros ad Citharonem vſque perſequuti, terga ceciderunt. Et iſti quidem Megarenſes atque Phliaſii nulla cum laude perierunt. At Perſæ cæteráque multitudo poſtquam ad ligneum murum effugerunt, turres, antequam Lacedæmonii aduenirent, aſcendere occupant. Illis conſcenſis quamcommodiſſimè poſſunt murum præſtruunt. ex quo ſubeuntibus mox Lacedæmoniis, acrior extitit muri oppugnatio. Nam quoad Athenienſes abfuere, non modò ſeſe barbari defenſabant, ſed etiam Lacedæmoniis antecellebant, vtpote ignaris murorum oppugnandorum: vt verò Athenienſes ſuperuenere, tum atrox muri oppugnatio propugnatióque extitit, eáque permagno temporis ſpatio: ſed tandem virtute & pertinacia Athenienſes murum tranſcenderunt, ſubruerúntq;. atque ea parte ſe Græci infuderunt,[d] quorum Tegeatæ introiere principes: iidémque tentorium Mardonii diripuerunt, & ex eo cum alia, tum verò equorum præſepe Mardonii ex ære totum, ſpectatu dignum: quod præſepe Mardonii Tegeatæ in templo Aleæ Mineruæ repoſuerunt. nam cætera quæ cepere,

a Plurimùm enim illis *Perſis* officieb.

b Quæ nec cũ quoquam pugnauerat, nec vllum egregium facinus ediderat.

c Quòd quum Perſas fugiẽtes vidiſſent, ita demum omnes fugæ ſe dederunt, præter equit.

d Ex quibus primi Teg. introiere.

in vnum cum cæterorum Græcorum præda contulerunt. Proruto muro barbari non amplius cateruam cogere, nemo ſtrenuitatis memor eſſe, videlicet oppreſſi intra exiguum tempus, & tot myriadibus interceptis exterriti. [a] Quos tanto ſtudio Græci trucidabant vt ex triginta myriadibus (exceptis quatuor, cum quibus Artabazus aufugit) ne tria quidem millia hominum cædi ſuperfuerint. E Lacedæmoniis autem qui Spartani eſſent, vnus & [b] triginta ſunt omnino deſiderati: Tegeatarum, ſedecim: Athenienſium, duo & quinquaginta. Porro inter barbaros ſtrenuiſſimi extiterunt, è peditibus quidē Perſæ, ex equitibus autē Sacæ, è viris verò, Mardonius: inter Græcos autem cum Tegeatæ Athenienſeſque multùm eminuerunt, tum multo plus Lacedæmonii. Quod nulla alia re poſſum oſtendere, niſi quòd omnes hi eos qui ſibi oblati ſunt vicerunt: Lacedæmonii verò quod robuſtiſſimum fuit hoſtilis exercitus ſuperauerunt. Quorum longè præſtantiſſimus extitit mea ſententia Ariſtodemus, [c] is qui ſolus trecētorum, quòd ex Thermopylis euaſiſſet, dedecus ignominiámque acceperat. Secundum hunc nauauere operam Poſidonius & Philocyon & Amompharetus Spartiata. Quanquam quum ſermo haberetur quiſnam præſtantiſſimus extitiſſet, ii Spartiatæ qui adfuere, cenſuerunt Ariſtodemum, etſi præclara facinora edidit, tamen ad eluendam eam quam cōtraxerat inuidiam, ordinem deſeruiſſe, & propalàm mori voluiſſe: Poſidonium verò, qui perire noluiſſet, ob id extitiſſe tanto præſtabiliorem virum. verùm id fortaſſe liuore dixerūt. Qui hac in pugna mortem oppetiere, omnes honore affecti ſunt, præter Ariſtodemum: qui ideo caruit honore quòd ob cauſam prædictam ſibi occumbendum putauit. Hi ſunt qui ad Platæas nobiliſſimi extitere. nam Callicrates extra prælium occubuit: quo nemo tūc in caſtra Græcorum [d] præſtantior venerat, non modò Lacedæmoniorum, ſed etiam aliorum Græcorum. Hic, quum Pauſanias ſacrificaſſet, ſedēs in ordine, ſagitta per latera ictus eſt: & quum aliis pugnantibus ipſe exportaretur, ſeſe morientem miſerabatur, ad Aimneſtum virum Platæenſem inquiēs, non ſibi dolere quòd pro Græcia periret, ſed quòd nihil manu vſus eſſet, nullámque operam nauaſſet dignam ſe & ſua cupiditate nauandi. Ex Athenienſibus eminuiſſe fertur Sophanes Eutychidis filius, è tribu Decelenſi. Decelenſes autem rem aliquādo geſſerunt (vt ipſi Athenienſes aiunt) in omne æuum fructuoſam. ſiquidem quū olim ad inueſtigandam Helenam Tyndaridæ cum magnis copiis oram Atticam inuaſiſſent, & populos è ſedibus ſuis eiicerent, ignari quónam loci ſubducta Helena eſſet, tunc Decelenſes feruntur, & (vt quidam volunt) ipſe Deceleus, tum dolore contumeliæ quæ Theſeo fieret, tum metu totius Athenienſium ſoli, ne vaſtaretur, expoſuiſſe illis omnem rem geſtam, eóſque deduxiſſe ad Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Decelenſibus permanſit ad hanc vſq; memoriam in Sparta immunitas vectigalium, & dignitas præſidēdi: adeo quidem vt bello quod multis poſtea annis inter Athenienſes atque Peloponnenſes geſtum eſt, Lacedæmonii quum cæteram Atticam popularentur, à Decelea temperauerint. Ex hoc populo ortus Sophanes, & præclariſſimè inter Athenienſes nauata opera, ancipiti ſermone celebratur: vno, fertur geſtaſſe ferream ancoram è balteo thoracis catena alligatam, quam, quoties aduentantibus hoſtibus propinquus erat, obiiciebat, ne illi irruentes, ipſum ex ordine ſummouere poſſent: rurſus eiſdem in fugam ſe vertentibus, reſumpta ancora ita fugientes inſequebatur. Altero ſermone à ſuperiori differente fertur geſtaſſe ancoram non ferream ex balteo alligatam, ſed inſignitam in ſcuto, quod nunquam quieſcens, aſſiduè rotabatur. Extat & alterum Sophanis præclarum facinus, quòd obſidentibus AEginam Athenienſibus, Eurybiadem virum Argiuum quinque certaminum victorem ex prouocatione interemit. Sed aliquanto poſt hoc bellum in quo vir egregius extitit, dum Athenienſium vnà cum Leagro Glauconis filio dux eſſet, & de metallis aureis decertaret, contigit vt ſub Edonibus apud Daton occumberet. Poſt barbarorum ſtragem ad Platæas editam, tranſfugit illuc ad Græcos mulier quædam, quæ erat pallaca Pharandatis filii Theaſpis viri Perſæ: hæc quum accepiſſet Perſas fuſos eſſe, Græcos victores, tum multo auro ornata, inter ancillas & ipſas ornatas, cum veſte ſpecioſiſſima, carpento aduenit: ex eóque deſcendens pergit ad Lacedæmonios adhuc in cæde occupatos: & intuita Pauſaniam illa omnia adminiſtrantem, agnouit hominem, cuius & nomen iampridem & patriam didicerat. Eius genua amplectēs, Spartæ rex, inquit, libera me ſupplicem captiuitatis ſeruitute, quam etiam hoc facto demeritus es quòd iſtos extinxiſti neque dæmonum neque deorum reſpectum habentes. Equidem gerere ſum Coa, Hegetoridæ Antagoræ filia, quam vi raptā ex Co vir Perſes habuit.

a Quos adeo facile erat Græcis trucidare vt ex trig.

b Nonaginta.

c *Vide ſuprà, pag. 200.*

d Formoſior.

Huic reſpondẽs Pauſanias, Bono, inquit, animo eſto, [a] tum quia ſupplex, tum quia « multa loqueris vera. nam filia es Hegetoridæ Coi, mihi inter omnes qui illa circa « loca incolũt hoſpitis ſummi. Hæc loquutus, eam impræſentiarum ephoris qui aderant commendauit: poſtmodum in AEginam, quò illa voluit, ducendam curauit. Poſt huius mulieris digreſſum continuò Mantinei ſuperuenerunt re iam cõfecta: qui ſe animaduertentes veniſſe ſerò ad pugnam, magnæ iacturæ loco id ſibi eſſe putauerunt, ſed idoneos ſe eſſe ad ſumendas de ipſis pœnas dixere. Itaque cognito, Medos qui cum Artabazo erant, fugæ ſe mandaſſe, eos in Theſſaliam vſque perſequuti ſunt, etſi vetantibus Lacedæmoniis inſequi fugientes. Iidem poſtea domum reuerſi, duces ſuos exilio mulctauerunt. Poſt Mantineos aduenere Elei, qui itidem vt Mantinei magno id ſibi detrimento exiſtimantes, domum regreſſi ſunt, ſuóſque & ipſi duces exilio mulctauerunt. Hactenus de Mantineis & Eleis. Erat autem apud Platæas in exercitu AEginetarum è primoribus Lampon Pythei filius, qui Pauſaniam adiens, infandiſſima vſus eſt oratione, inquiens, Fili Cleombroti, rem tu mi- «
rificam & magnitudine & fulgore geſſiſti, cui dii tribuerunt vt liberata Græcia, o- «
mnes quos nouimus Græcos gloria ſupergredereris. quod ſupereſt in hac re, agas «
ita vt & tu maiore fama celebreris, & aliquis barbarorum poſthac caueat nefanda «
facinora perpetrare in Græcos. Etenim Leonidæ apud Thermopylas interempti «
reciſo capite Mardonius ac Xerxes truncum in crucem ſuſtulerũt: quibus ſi vicem «
reddes, laudem nanciſceris primùm ab omnibus Spartiatis, ſecundo loco ab vni- «
uerſis Græcis. ſiquidem ſuffixo Mardonio, Leonidam patruum tuum fueris vltus. «
Hæc Lampon, gratiam ſe initurum ratus apud Pauſaniam dicebat. Cui reſpondẽs Pauſanias, Tuam, inquit, hoſpes AEgineta, beneuolẽtiam atque prouidẽtiam am- «
plector: tamen ab æquitate iudicandi deerras. nam & me & patriam quos in altum «
extuliſti ob hæc geſta, ad nihilum redigis, quum ſuades mihi ſæuire in mortuum, «
aíſque me auditurũ melius ſi iſtud fecero. quod barbaros decet potius facere quàm «
Græcos, quódque in illis exprobramus. quare ego neque AEginetis, neq; iis qui- «
bus iſta probantur aſſentior: contentúſque ſum Spartiatis placere vt honeſtè agam, «
honeſtéque dicam. Leonidæ autem, cui me iubes parentare, affirmo & ipſi & cæte- «
ris qui apud Thermopylas occubuerunt, magnificè eſſe parentatum, innumerabi- «
libus horũ funeribus. Tu verò poſthac ad iſtud conſulendũ ne me adieris: quod tibi «
impune eſſe, loco beneficii ponas. Hoc quũ ille audiſſet, abiit. Pauſanias autẽ edicto «
propoſito nequis de præda quid tãgeret, iuſſit [b] ſeruos omnẽ cõportare pecuniam. Illi per caſtra diſperſi inueniũt tẽtoria auro & argẽto referta, lectóſq; auro & argẽto cõſtratos: crateras etiã aureos, phialáſq;, & alia vaſa potoria, necnõ ſaccos ſuper plauſtra, interlucentibus intus incluſis ex auro & argento lebetibus. Quinetiam è cæſorum cadaueribus exuebant armillas & torques & acinaces aureos. Nam varii generis veſtimenta nullius momẽti habebantur, earúmque rerum multum furto ſubtrahentes ſerui AEginetis venundabant, multum, quod occultare non poterant, repræſentabant. vnde principium extitit ingentium diuitiarum AEginetis, vtpote aurum à ſeruis pro ære mercantibus. Collata autem pecunia decimam ſelegerunt, ex qua tum deo qui Delphis eſt, tripes aureus ibi repoſitus eſt, inſiſtens ſuper tricipiti ex ære colubro, proximè aram: tum deo qui eſt in Olympia, æreus decem cubitorum Iupiter: tum deo qui eſt apud Iſthmum, æreus ſeptem cubitorum Neptunus. Hac parte ſelecta, cæteras inter ſe diſtribuerunt, pro ſuo quiſque merito accipientes: itémque pallacas Perſarum, & aurum & argentum & reliquam pecuniam, cum iumentis. Quæ autem peculiariter data ſint iis qui optimam operam nauauerant ad Platæas, refertur à nemine, data tamen fuiſſe arbitror: certè Pauſaniæ ſunt ex omnibus dena, & ea delecta, dono data, ex mulieribus, equis, talentis, camelis, & item ex cæteris rebus. Feruntur autem hæc quoque acta eſſe: Xerxem, dum è Græcia fugit, omnem apparatum ſuum ex auro argentóque & [c] peripetaſmatis Mardonio reliquiſſe, & Pauſaniam dum eum apparatum vidit, iuſſiſſe piſtores & coquos cœnam ſibi vti Mardonio inſtruere. quod quum illi feciſſent, tum Pauſaniam lectos intuentem aureos argenteóſque [d] probè inſtratos, menſas etiam aureas ac argenteas, magnificúmque cœnæ apparatum, propoſitis bonis ſtupefactum, imperaſſe per iocum ſuis miniſtris vt Laconicam inſtruerent cœnam. [e] Id quũ illi ex ſpatio multùm diſtante feciſſent, ibi eundem cachinnantem accerſiſſe Græcorum duces, eíſque, vbi conuenerunt, inter oſtendendum vtriuſque cœnæ apparatum dixiſſe, Viri Græci, hac ego vos de cauſa cõuocaui, quòd volebam vobis amentiam Me- «
dorum ducis oſtendere, qui quum talem vitam duceret, ad nos ſubigendos venit «

a Tum quòd ſupplex, tum quòd ſis (ſi modò vera loqueris) Hegetoridæ Coi filia, quocum mihi maior quàm cum alio quoquam circum illa loca habitantium, hoſpitii neceſſitudo intercedit. *i. Tum eo nomine quòd ſis ſupplex, & ideo inuiolabilis.*

b Helotes, *quod erat peculiare ſeruorum Lacedæm. nomen. quod & paulo pòſt & aliis variis locis obſeruandum.*

c Aulæis, *ſecundum quoſdam.*

d *Vallam apparet uerba quæ in vulg. edit. deſunt legiſſe, uidelicet* ὧν ἐγραψάμην, καὶ ἀρτίζας χρυσίας καὶ ἀργυρίας, *quæ & in noſtris uet. cod. habentur.*

e Quum autẽ hæc cœna inſtructa longo interuallo ab illa ſuperaretur, ibi eund. cachinn.

qui tam miserè victitamus. Hæc Pausanias apud Græcorum duces dixisse fertur. Interiecto deinde tempore complures Platæensium repererunt loculos auri argentique & aliarum pecuniarum. Hoc quoque rei apparuit postmodum in his mortuis carne nudatis, vt quum eorum ossa comportarent vnum in locum Platæenses, inuentum sit caput nullam suturam habens, sed ex vno osse solidum: item maxilla, cum eo quod super maxillam est, habens dentes, etsi distinctos, tamen ex vno osse vniuersos tam molares quàm cæteros. quinetiam ossa viri quinq; cubitorum.[a] Postero die quum Mardonii cadauer non extaret, incertum à quibus hominibus subtractum. audiui tamen iam diuersos illum sepelisse: & ob id permultos scio ingentia dona ab Artonte Mardonii filio accepisse. Sed quis curam susceperit cadaueris Mardonii humandi, pro comperto non potui audire. habet tamen huius rei nonnihil famæ Dionysiophanes vir Ephesius. Mardonius quidem hoc modo tumulatus est. Græci verò, posteaquam prædâ dispertierunt, cæsos seperatim quisque suos tumularunt. Lacedæmonii, tribus sepulchris effectis, in eorum vno sacerdotes, è quibus fuere Posidonius & Amompharetus & Philocyon & Callicrates: in altero reliquos Spartiatas, in tertio seruos humauerunt. Hunc in modum Lacedæmonii sepulti sunt.[b] Tegeatæ verò & Athenienses suos vtrique promiscuè condiderunt: necnon Megarenses atque Phliasii suos ab equitatu interemptos.[c] Horum omnium sepulchra fuerunt plena. Nam aliorum sepulchra quæ ad Platæas ostenduntur, ea sunt (quantum ego accipio) ab iis excitata qui erubescebant se à pugna abfuisse, quũ serò superuenissent. Quippe tumulus illic visitur qui dicitur AEginetarum: quem ego audio decẽ post hanc pugnam annis rogatu AEginetarum à Cleade AVtodici filio viro Platæensi illorũ hospite excitatum fuisse. Græcis statim à cæsorum humatione in agro Platæensi, inito consilio visum est bellum Thebis inferendum, petendúmque eos qui cum Medis sensissent: & in primis Timegenidẽ & Attaginum, qui principes factionis extitissent: &, ni eos dedidissent, non prius ab vrbe discedendum quàm eam euertissent. Hoc vbi decreuere, vndecimo à pugna die mouentes obsedere Thebanos, iussos dedere quos diximus viros. Abnuentibus dedere Thebanis, agrum eorum populabantur, murúmque adoriebantur. Quibus ab agro vastando non discedentibus, vicesimo die Timegenides ad populares ita inquit, Viri Thebani, quandoquidem Græcis ita constitutum est, non prius abscedere ab oppugnatione Thebarum quàm aut eas expugnauerint, aut nos dedideritis, absit vt nostra causa Thebanus ager amplius vexetur: sed siue per causam deposcendi nos, pecunias cupiũt, pecunias eis è publico demus: (nam & publicè cum Medis sensimus: non autem nos soli.) siue reuera deposcentes nos vrbem obsident, nosipsi nos in disceptationẽ exhibemus. Eum Thebani sanè probè & opportunè loquutum arbitrantes, eucstigio caduceatorem ad Pausaniam misere, velle se viros dedere. Ea re inter eos conuenta, Attaginus ex vrbe profugit: cuius liberos ad se Pausanias adductos culpa absoluit, negans pueros factionis Medicæ esse participes. Cæteri quos Thebani dedidere, ipsi quidem putabant se crimen refutaturos, ac pecunia elapsuros: Pausanias autem hoc ipsum suspicans fore, vbi illos accepit, dimissis omnibus sociorum copiis, Corinthum deductos supplicio affecit. Hæc hactenus quæ ad Platæas & ad Thebas gesta sunt. Artabazum autẽ Pharnacis filium, vt è Platæis fugiens porrò se proripuerat, Thessali, quum ad ipsos venit, hospitio inuitatum interrogabant de reliquo exercitu, ignari prorsus rei ad Platæas gestæ. Iste intelligens, si omnem veritatem pugnæ referret, aditurum se vitæ discrimen cum suo exercitu: fore enim vt omnes cognita re ipsum adorirentur: hæc considerans, nec apud Phocẽses retulerat quippiam, & tunc ad Thessalos ita loquutus est, Equidem, viri Thessali, maturo (vt cernitis) quamcelerrimè peruenire in Thraciam, missus cum hac exercitus parte ad quoddam negotium transigendum. Mardonius autem ipse cum suo exercitu aderit, nostris vestigiis insistens, cui hospitium & officium præstate. hæc enim vos in tempus præstitisse non pœnitebit. Hæc fatus, copias festinabundus per Thessaliam Macedoniámque agebat, rectà Thraciam versus, tanquam verè properans: ac regionem mediterraneam præcidens, peruenit Byzantium, permultis sociorum in itinere relictis, qui vel à Thracibus obtruncati fuerant, vel quòd fame atque labore fuerant enecti. Ex Byzantio nauigiis transmisit in Asiam. Hunc in modum iste rediit. Quo autem die ad Platæas pugnatum est à Persis, ea die cõtigit hoc apud Mycalen Ioniæ geri: quum apud Delon Græci considerent, ii qui vnà cum

a At Mardonii cadauer postridie *quàm ille occubuit*, ex oculis summotum fuit: sed à quo, id verò mihi certò cõpertum non est.

b Tegeatæ verò seorsum *à Lacedæmoniis* omnes *suos* confertos humauerũt. Athenienses quoque, suos vno eodẽmque in loco, & Megarenses, & Phliasii &c. *ut ὁμοῦ id sit quod de Tegeatis per ἀλλαχοῦ significauit: quod reddidit Confertos, accipiẽs pro In eundem locum coacernatos. Potest tamen ὁμοῦ ita etiam accipi (& fortassè melius) vt commune fuerit Athenien sibus, Megarensibus, & Phliasiis sepulchrum.*

c Πλὴν δὲ *uidetur ex sequentibus exponendum οὐ πάνυ. q.d.* Atque horum quidem omniũ sepulchra, vacua non fuerunt, sed in iis cadauera verè condita fuerunt. Quod autem ad reliquorũ attinet sepulchra quæ Platæis visuntur, hos ego accepi, quòd abfuisse à pugna puderet, singulos aggeres communes excitasse, posterorum rationem habentes. Ibi enim est AEginetarum quod vocatur sepulchrum à Cleade AVtodici filio, illorum hospite, eorum rogatu decem etiam pòst annis (vt audio) extructum. *Obseruandum est autem χώματα dicere, non τάφους, eo quòd illi quidem pro sepulchris ea uellent haberi, (unde dicit καλεόμενος τάφος. q. d. καλούμενος τάφος ἀλλ' οὐκ ἐών, χῶμα ἦ μᾶλλον) at re uera sepulchra non essent, sed aggeres tãtùm sepulchra simulantes, siue imitantes. quos inquã pro sepulchris haberi uellent, non à suæ ætatis hominibus (utpote quibus cognita fraus esset) sed à posteris. Ideo illud τῶν ἐπιγινομένων ἕνεκα ἀνθρώπων uerto Posterorum rationem habentes, uel, Posterorum ratione habita. Neque enim placet interpretari In posterorum gratiã: quòd illos in hanc opinionem adducere, esset illis imponere, non autẽ gratificari. Potest tamen simplicius*

uerti, Id facientes propter posteros. At Valla, alium quem uerba ferre non possunt sensum sequutus, uertit, Quum serò superuenissent.

Leutychide Lacedæmonio nauibus venerant, eò appulsi sunt è Samo legati, Lampon Thrasyclei & Athenagoras Archestradidæ & Hegesistratus Aristagoræ filius, missi à Samiis clam Persis ac tyranno Theomestore Androdamantis filio, quem Persæ tyrannum Sami constituerant. Hi quum adierunt duces, verba fecit Hegesistratus multa & varia: Fore enim vt si tantummodo viderent hos Iones, à Persis deficerent, nec barbari expectarent: etiam vt expectarent, tamen fore vt non aliam prædam talem isti reperirent. Præterea deos inuocans obsecrabat vt Græcos Græci liberarent, vlciscerentúrq; barbarum. quæ facilia dicebat factu esse, quia naues illorum segnes essent ad cursum, nec pares Græcis ad prælium. Siquid verò apud hos suspicionis subesset ne dolo deducerentur, dicere paratos esse se vt in horum nauibus pro obsidibus agerẽtur. In his obsecrandis quum multus esset hospes Samius, sciscitabatur eum Leutychides, (siue ominis gratia volens audire nomẽ, siue casu, id deo agente) Samie hospes, quod est tibi nomen? Ille respondet, Hegesistrato. Leutychides interpellata reliqua eius oratione, si quam instituerat, Accipio, inquit, pro augurio Hegesistratũ. Hospes Samie, effice tu vt nauigemus, data nobis per te & istos qui tecum sunt fide, Samios promptos fore ad ineundam nobiscum societatẽ. Hæc loquutus, & rem pariter exequi aggressus est. nam quum Samii extẽplo fidem interposito etiam iureiurando dedissent de sua societate cum Græcis, Leutychides dimissis domum cæteris legatis, iussit eum cuius nomẽ pro augurio acceperat, secum nauigare. Græci eũ illic diẽ cõmorati, postridie pulchrè litauere, haruspice Deiphono EVenii filio Apolloniata, ex Apollonia quæ est in sinu Ionico. Huius patri EVenio res huiusmodi cõtigit: Sunt in hac Apollonia sacræ Solis oues, quæ interdiu secundum flumẽ pascuntur quod è monte Lacmone per Apolloniatem agrum fluit in mare iuxta Oricum portum. noctu autem eas stabulantes in antro, [a] non procul ab vrbe, custodiunt delecti viri, diuitiis & genere inter populares suos splẽdidissimi, singulis annis singuli, quòd ex oraculo quodam Apolloniatæ eas oues permagni faciant. Ibi EVenius hic, quum aliquando delectus ad custodiẽdas oues non excubaret vigilans, sed obdormisset, ingressi antrum lupi oues circiter sexaginta trucidarunt. Id vbi iste animaduerit, rem suppressit, neminique aperuit, habens in animo totidem mercari, quas substitueret. at Apolloniatæ vbi acceperunt (neque enim eos quod gestum erat latuit) adductum in iudicium EVenium condemnauerunt vt, quia vigiliam edormisset, visu priuaretur. Quem posteaquam excæcauerũt, mox eis neque pecora fœtificabant, neque humus pro consuetudine fructum ferebat. Erant autem illis pecora & in Dodona & in Delphis. Interrogati prophetæ de causa mali præsentis, responderunt causam esse quia custodem sacrarum ouium EVenium iniquè luminibus orbassent. se enim immisisse lupos: nec prius ab illius vltione cessaturos quàm ei satisfeciissent de iis quæ in eum perpetrassent, prout ipse sibi suo arbitrio satisfactum putaret. His perfectis, daturos se EVenio tale donum quod habẽtem plerique hominum putarent beatum. Hæc Apolloniatis sunt reddita oracula. Quæ Apolloniatæ silentio supprimentes, quibusdam è ciuibus exequenda delegauerunt. Isti hunc in modum putarunt exequenda: EVenium in statione sedẽtem adeunt, eíque assidentes aliis de rebus verba faciunt, donec deueniunt ad miserandam hominis calamitatem. Ita introducta eius rei mentione, percõtantur quam mulctam optaret si eam vellent pendere Apolloniatæ. Hic, qui oraculum non audisset, se optare dixit duo prædia ciuium, quos nominabat, quorum patrimonia omnium Apolloniatarum putabat esse pulcherrima, & præterea domicilium quod in vrbe sciebat esse optimum. Horum si compos effectus esset, nõ infensum se posthac fore dicebat, sed hac satisfactione contẽtum. Hoc quum respondisset EVenius, tum ii qui ei assidebant, excipientes, EVeni, inquiunt, hanc tibi satisfactionem Apol
« loniatæ pro ereptis oculis tibi rependunt, ex oraculo eis reddito. Euenius, vbi omnẽ rem audiuit, indigno animo tulit se fuisse deceptum. At ciues ea prædia à dominis mercati, huic illa quæ optarat dedere: qui mox deinde insitam diuinationem obtinuit, vnde celebratissimus euasit. Huius EVenii filius fuit Deiphonus, qui ductus à Corinthiis exercitui vaticinabatur. Quanquam illud quoque audiui, Deiphono negotium in Græcia fuisse exhibitum, quòd se filium EVenii, cuius non esset, nuncuparet. Cæterùm postquã litauere Græci, classem è Delo Samum versus soluerũt: & quum Samum applicuissent, ad templum Iunonis eam locauere, sese ad prælium nauale apparantes. Eorum cursum ad se esse Persæ audientes, & ipsi cæteras naues ad continentem reducunt, præter Phœnissas, quas abire permiserant. non enim censebant pugnam naualem sibi esse capessendam, quum pares hosti non esse

[a] *Addit negationem quæ in vulg. edit. non habetur.*

ſibi viderentur. In continentem autem ideo nauigabant vt eſſent ſub ſuo peditatu, qui apud Mycalen agebat, præcepto Xerxis ab aliis copiis relictus ad Ioniam tutandam, numero ſexaginta millia, duce Tigrane, omnium Perſarum & ſpecie & ſtatura eminentiſſimo. Ad hunc exercitum conſtituerant refugere duces Perſicæ claſſis, ſubductiſque nauibus, munimenta valli circundare, in illarum ſuúmque præſidium. Hoc inito conſilio, profecti ſunt ad Potnienſium templum Mycales, præterueĉti ad Gæſonem & Scolopoentem, vbi Cereris Eleuſiniæ cernitur templum, quod Philiſtus Paſiclis filius cõdidit, ſectans Neleum Codri filiũ qui ad coloniam Mileti locandã veniebat. Ibi ſubductas naues munimento circumdederunt: & è ſaxis ſtipitibúſque mitium arborum, quas ipſi exciderunt, & circum munitiones depactis ſudibus ſe inſtruxerunt, tanquam & obſidendi & victoria potituri. in vtrunque enim caſum ratione inita ſeſe apparabant. Hos abiiſſe in continentem poſtquam accepere Græci, tanquam eos barbari effugiſſent, ægrè ferebãt, incerti quid agerent, retrõne ſe reciperent, an tenderent in Helleſpontum. Tandem neutrum horum viſum eſt eſſe faciendum, ſed porrò eundum in continẽtem. præparatis igitur ad pugnam naualem tabulatis, aliiſque quibuſcunque opus erat, ad Mycalẽ nauigant: & quum proximè caſtris hoſtium fuere, neminem ex aduerſo obuiam ferri vident, ſed naues intra murum ſubductas, & magnam vim peditatus pro littore diſpoſitam. Ibi primùm Leutychides nauem littori applicans quammaximè appropinquare poterat, Iones per præconem compellabat, inquiẽs, Viri Iones, quicunque è vobis me exauditis, intelligite quæ dico. nihil enim horum quæ vobis mando intelligẽt Perſæ. Vbi pugnam conſeruerimus, debetis ante omnia reminiſci libertatis. deinde teſſeræ Hebes. Atque hoc qui è vobis non audiit, ab eo qui audiit diſcat. Huius autem facti eadem mens fuit quæ Themiſtoclis ad Artemiſium: quòd videlicet hæc verba, ſi laterent barbaros, inductura ad obſequendum Iones eſſent: ſin delata ad barbaros, redditura eis Græcos ſuſpectos. His per Leutychidem admonitis, ſecundo loco Græci naues littori admouent, & ex illis in littus egreſſi, ſeſe ad pugnandum inſtruebant. Quod facientes quum cernerent Perſæ, & ſcirent Samios fuiſſe adhortatos, arma Samiis adimũt, ſuſpicati illos ſentire cum Græcis. Quippe Samii exceptos circa Atticam Athenienſes à Xerxe, & illuc claſſe barbarorum deuectos, redemerãt omnes, Athenáſque cum viatico remiſerant. Quo nomine non in minimam ſuſpicionem venerant, quòd quingenta hominum capita hoſtium Xerxis liberaſſent. Præterea Mileſiis, tanquam maximè locorum gnaris, Perſæ imperant vt compita quæ ad cacumina Mycales ferunt cuſtodiant: eo conſilio facientes id, vt Mileſii ab exercitu abeſſent. Hunc in modum ab iis Ionibus qui aliquid rerum nouarum moliturí videbantur, ſi facultatem nacti eſſent, Perſæ ſibi præcauerunt. Iidem facta ex gerris teſtudine ſeſe conſtipauerãt. Græci, vbi inſtructi fuere, ire in barbaros tendunt: quibus euntibus aduolauit in vniuerſum exercitum rumor, caduceúmque ſupra fluctus poſitum apparuit. Rumor autem huiuſmodi ad eos ferebatur, Græcos acie in Bœotia ſuperaſſe Mardonii copias. Multis autem ſignis res quæ diuinitus fiunt, declarantur. etſi tunc eodem die contigit vtraque clades, ea quæ ad Platæas accepta, & quæ ad Mycalen accipienda erat, fama quæ huc ad Græcos venit, reddidit eos multo ferociores, & ad ſubeundum vltrò periculum alacriores. Alterum etiam quiddam concurrere contigit, vt ad vtranque pugnam fuerint Cereris Eleuſiniæ tẽpla. nam apud ipſum Cereris fanum (vt à me ſuperius demonſtratum eſt) in agro Platæenſi pugna commiſſa eſt, & item in Mycale iuxta Cereris delubrum pugna erat committenda: vt non ab re venerit ad iſtos fama victoriæ Pauſaniæ atq; Græcorum. nam pugna ad Platæas diluculo diei geſta eſt, apud Mycalẽ veſperi. quarum vtranque eodem eiuſdem menſis die geſtam eſſe, non diu pòſt ab his rem repetentibus declaratum eſt. Ante rumoris autem aduentum ſubibat iſtos timor non tam de ſeipſis quàm de Græcia, ne Mardonio ſubiiceretur: at vbi fama hæc ad eos aduolauit, impenſius atque properantius ad congrediendum proceſſerunt: tanto animo Græcis ac barbaris in pugnam tendẽtibus, tanquam inſulæ eis & Helleſpontus propoſita præmia eſſent. Athenienſes porro, & qui iuxta erant inſtructi, penè dimidium copiarum, iter tenebant per littus atque planitiem: Lacedæmonii autem, & deinceps collocati, per confragoſa & montes. Quæ dum Lacedæmonii circuibant, interim Athenienſes in altero cornu præliabantur. Perſæ, quoad ſibi gerra manſere recta, ſeſe defenſauere, nihilo inferiores hoſtibus: poſtea verò quàm Atheniẽſium & eorum qui cum Athenienſibus erant copiæ adnixæ ſunt, vehementius ſe mutuò adhortantes, vt laus operis ipſorum eſſet, non Lacedæmoniorum, tum commutari

iam res,& deiectis gerris Græci confertim impreſſionẽ facere in Perſas. Illi excepto impetu perdiu reſtitere, ad poſtremum in munitiones refugere: cum quibus pariter irruperunt Athenienſes & Corinthii & Sicyonii & Trœzenii.ita enim erant ii in acie collocati. Vbi verò & murus captus eſt, ibi barbari non roboris memores eſſe, ſed fugæ,præterquam Perſæ:hi autem ſoli ad paucos redacti pugnabant, Græcis aſſidue in murum irruentibus. Quorum duo claſſiarii exercitus duces, Artayntes & Ithramitres,effugerunt:totidem pugnantes occubuerũt,Mardontes,& pedeſtrium copiarum dux Tigranes. Adhuc autem dimicantibus Perſis ſuperuenere Lacedæmonii ac ſocii,qui eos qui ſupererant trucidauerunt. Ipſorum quoque Græcorum complures illic cecidere,& cum alii ex Sicyoniis,tum eorum dux Perilaus. Quinetiam Samii qui in exercitu Medorum militabant, quibus adempta arma fuerant, vbi viderunt ſtatim ab initio [a] pugnam pertinaciorem, quoad poterant Græcis ſuppetias iere. Quos inchoaſſe cernentes alii Iones, ita & ipſi à Perſis deficientes adorti ſunt barbaros.Mileſiis autem præceptum erat vt exitus viarum cuſtodirent, Perſarum ſalutis gratia,vt ſiqui caſus (quemadmodum accidit)eos deprehendiſſent, Mileſiis ducibus ſalutem ſibi ad Mycales cacumina compararent. huius quidem rei cauſa Mileſii illic collocati fuerant,néve ſi pugnæ adeſſent,aliquid innouarent.At illi è contrario prorſus quàm iuſſi fuerant fecere:qui & per alias quæ ad hoſtem ferebant vias barbaros deduxere, & ad extremum in eis mactandis omnium exutere hoſtiliſſimi.Hunc in modum Ionia iterum defecit à Perſis. In hoc prælio præclariſſimam inter Græcos operam nauauerunt Athenienſes,& ex Athenienſibus Hermolycus EVthœni filius, vir in pancratio celeber:cui poſtea contigit vt bello inter Athenienſes & Caryſtios, in pugna apud Cyrnum agri Caryſtii facta, cæſus in Geræſto iaceret. Secundum autem Athenienſes egregii extitere Corinthii Trœzeniique ac Sicyonii.Græci verò perquam multis barbarorum aliis in pugna, aliis in fuga interfectis,eorum naues incenderunt, totúmque murum, egeſta illinc in littus præda,& quibuſdam pecuniarum theſauris repertis. Vbi caſtra atque naues cremauere,vela fecerunt.& quũ Samum appulſi ſunt,conſultabant de gente Ionica tranſferendá, & vbinam in Græcia illam locari oporteret, [b] cuius ipſi imperium obtinerent. Neque enim videbatur eis fieri poſſe vt per omne tempus Ionibus tutandis præeſſent,ſperandum eſſe vt Iones à Perſis rebellaſſe gauderent. Ad hæc magiſtratus Lacedæmoniorum cenſebant emporia nationum Græcarum quæ cum Medis ſenſiſſent, eiectis incolis danda cum territorio Ionibus habitanda.Atheniẽſes è contrario, [c] non eſſe principatum Ioniæ ſummouendum, nec Lacedæmoniis de ipſorum coloniis conſultandum. & quum in hoc contenderent Athenienſes, libenter eis ceſſere Peloponnenſes : atque ita Samios & Chios & Leſbios ac cæteros inſulanos,qui ſecum militabant,ad ſocietatis fœdus adegerunt, data acceptáq; fide cum iureiurando,ſe permanſuros in ſocietate,nec ab ea deſcituros. Hoc iureiurando accepto,ad pontes ſoluendos nauigauerunt, rati adhuc illos intentos ſe eſſe inuenturos.Et iſti quidem in Helleſpontum nauigabant. Ii verò barbari qui profugerant, non ita multi quum ad cacumina Mycales peruenirent,ſe Sardis recipiebant. Qui dum iter faciunt, Maſiſtes Darii filius, qui pugnæ malè geſtæ adfuerat, conuiciari Artayntæ cum aliis multis probris, tum verò dicere, illum muliere fuiſſe ignauiorem, [d] qui ita illam præfecturam adminiſtraſſet: dignúmque omni malo eſſe, qui de regia domo malè meritus eſſet.Apud Perſas autem ſummo opprobrio datur,audire ſe muliere eſſe ignauiorem. Artayntes igitur, vbi multa audiit, indignè ferens, acinacem in Maſiſtem ſtringit,interficiendi auidus. quem irruentem cernens Xenagoras Praxilai filius,vir Halicarnaſſeus,vt ſtabat à tergo, hominem medium accipit,ſublatúmque humi allidit. intereáque ſatellites Maſiſtis adfuere. Eo facto Xenagoras & ipſius Maſiſtis gratiam iniit,& Xerxis,cuius fratrem ſeruaſſet. quippe ab eo ob hãc rem totius Ciliciæ præfectura donatus eſt.Nihil hoc amplius inter viam barbari egerunt,Sardiſque peruenerunt,vbi rex erat ex eo tempore quo,prælio nauali malè geſto,Athenis illuc profugerat. Sardibus autem tunc agens, adamabat vxorem Maſiſtis,quæ & ipſa illic erat. ea quum potiri non poſſet, neque donis miſſitandis,neque vi,quam afferre nolebat fratris Maſiſtis reſpectu:(quæ res & mulierem retinebat,probè gnaram non ſe coactum iri vi) ibi Xerxes cæteris prohibitus, huc euaſit vt filio ſuo Dario in matrimonium daret filiam huius mulieris, ac Maſiſtis:exiſtimans,ſi hoc feciſſet,commodius ſe illa potiturum. Contracto matrimonio,aliiſque ex conſuetudine celebratis,Suſa profectus eſt. eò poſtquam peruenit,& vxorem Dario domum duxit, ita demum ab vxoris Maſiſtis amore ceſſauit,

adamata

a Pugnam alteram in partem inclinare. *Alii, Pugnam ancipitem eſſe.*

b Cuius ipſi imp. obtinerẽt.Ioniam autẽ barbaris relinquerent.neque enim vid. eis f.p.vt per o.t.Io.tutandis præeſſent : ſin autem non tutarentur, Ionibus ſuã à Perſis defectionem ingratam fore putabant.

c Nullo pacto ſedibus ſuis ſummouendos eſſe Iones cenſebant.

d Qui ita munere imperatorio functus eſſet.

[a] adamata ex familiaritate nurus Maſiſtæ filia, cui nomen erat Artayntæ. Qua quũ potiretur, proceſſu temporis res patefacta eſt, hũc in modũ: Ameſtris vxor Xerxis, amiculum quod ipſa texuerat, grande atque variegatum, & ſpectatu dignũ, viro donauit. Quo ille delectatus atq; amictus, ad Artayntam ſe confert: atq; vbi ſe oblectauit cũ ea, iuſſit à ſe petere mulierem quæ optaret ſibi fieri in remunerationem obſequii. omnia enim quæ peteret, impetraturã. Ad hoc illa reſpondens, (debebatur enim toti familiæ infortuniũ) Dabiſne, inquit, mihi quicquid à te petiero? Xerxes omnia alia potius eam petiturã ratus, cum iureiurãdo promiſit. Qui poſtquã iurauit, mulier intrepidè amiculũ popoſcit. Xerxes enimuero recuſare, non ob aliud quàm quòd vereretur Ameſtrin, ne ſic illa rem quę agebatur, iampridẽ ſuſpicata, deprehẽderet: ſed offerre ei & vrbes, & immenſam vim auri, & copias militũ, quibus nemo præter illã eſſet imperaturus. Eximium autẽ donũ eſt apud Perſas, exercitu donari. Verùm quũ non poſſet perſuadere mulieri, amiculũ dedit. Quo dono illa ſupramodum læta, eo geſtando geſtiebat. Ameſtris vbi mulierem habere amiculũ ſciuit, & rem geſtam, non in puellam concepit odiũ, ſed in illius matrẽ, penes quam culpã & quam huius rei authorẽ eſſe credebat, exitium machinatur. Obſeruato itaq; tẽpore quo vir ſuus Xerxes regalem inſtrueret cœnã, quæ cœna ſemel quotannis eo die quo rex creat⁹ eſt inſtruebatur: (cœnæ nomẽ Perſicè Tycta, Græcè τέλειον, *id eſt perfecta*: in qua rex ſolùm caput[aa] ornatur, Perſáſq; ſtrenis donat) hoc die obſeruato Ameſtris à Xerxe petiit vt ſe Maſiſtæ vxore donaret. Xerxes id indignũ factu nefariúmque arbitrari, vxorẽ germani dono dari, eámque inſontem negotii illius cuius cauſa vxor ſua eam flagitaret. Tandẽ huius precibus euictus, & inſtituto, quo nefas eſt, regia cœna propoſita orantem non exorare, inuitus admodũ annuit: tradénſque vxori, ac iubẽs facere quod liberet, germano ad ſe accerſito, ita inquit, Maſiſta, tu Darii filius es, idémque mihi frater, prẽterea vir eximius: tamẽ cum iſta muliere, cum qua contubernium habes, noli habere: in cuius locũ dabo tibi filiam meam cũ qua contubernium habeas. Iſtam autem quam in matrimonio habes (non enim mihi videtur habenda) miſſam facias. His verbis ſtupefactus Maſiſtes, Domine, inquit, [b] quam tu mecũ orationem habes importunam: qui vxorem, [c] ex qua liberi mihi ſunt adoleſcentes, & filię, (quarũ vnam tu filio tuo duxiſti vxorẽ) iubes me relinquere, (quæ mihi eſt ex animi mei ſententia) vt filiam tuã in matrimonio ducam? Equidem, rex, etſi magni facio me dignari coniugio filię tuæ, tamen neutrũ iſtorum faciam. [d] tu verò, qui nequaquam neceſſe habes, noli ad hoc rei me cogere. alius non inferior me exiſtet maritus filiæ tuæ: ſine me meæ vxoris cõſuetudine frui. Hæc ille quum reſpondiſſet, percitus ira Xerxes, Atqui, inquit, [e] ita tecũ, Maſiſta, agetur, vt neq; iam tibi filiam meam nuptũ dem, neque tu cõſuetudine tuæ diutius fruaris: vt diſcas accipere oblata. Maſiſtes his auditis, extrà abiit, hactenus loquutus, Domine, nondũ me interemiſti. Hoc interim tẽpore dum Xerxes cũ fratre colloquitur, Ameſtris accitis ſatellitibus Xerxis, vxorẽ Maſiſtæ excarnificat, mamillas præcidit eáſque canibus abiicit: præcidit nares, aures, labra, linguã: atq; ita excarnificatã remittit domum. Harũ rerũ quum nihil audiſſet Maſiſtes, metuẽs tamen aliquid ſibi eſſe mali, curſu ſe domũ proripiebat. vbi verò mutilatã vxorem vidit, confeſtim inito cum liberis cõſilio, abiit Bactra cum illis & aliis quibuſdã, tanquam prouinciam Bactriam ad defectionẽ inducturus, & plurimum mali regi facturus. Quod & cõtigiſſet (vt mihi videtur) [f] ſi occupaſſet ad Bactrios & ad Sacas aſcendere. etenim præſes erat Bactriorũ, à prouincialibúſq; diligebatur. Sed hæc eum [h] perpetraturũ Xerxes audiens, miſſis aduerſus hominẽ copiis, & ipſum & liberos & copias in itinere trucidauit. De amore Xerxis & nece Maſiſtæ hęc hactenus. Græci à Mycale profecti Helleſpontũ verſus, primùm circa Lecton ſtationẽ habuerũt, à ventis intercepti. Inde ſoluẽtes, Abydum tenuerũt: & quum pontes quorũ præcipuè cauſa illuc ierãt, credẽtes ſe adhuc eos intẽtos eſſe inuẽturos, reperiſſent ſolutos, deliberabãt. Leutychidi & qui cũ eo erãt Lacedæmoniis, videbatur in Græciã redeundum: Atheniẽſibus autẽ & eorũ duci Xãthippo, illic manendũ, vt Cherſoneſum tentarẽt. Itaq; Peloponnẽſes quidẽ abiere: Atheniẽſes verò Abydo in Cherſoneſum traiiciẽtes, Seſtũ obſidebant. Huc, poſtquam auditũ eſt Græcos in Helleſponto adeſſe, tãquam ad omniũ eius tractus vrbiũ validiſſimo muro præditam, conuenere cum alii ex aliis circà oppidis, tũ ex Cardia OEbazus, vir Perſa, qui arma è pontibus illuc comportauerat. Tenebant autem id oppidum indigenæ AEoles, iunctis Perſis pariter & magna ſociorũ frequentia. Tyrannidem illius prouinciæ obtinebat Xerxis prætor Artayctes, vir ille quidẽ Perſa, ſed dirus tamen & facinoroſus, qui [i] Xerxem Athenas tendentem ex Eleũte

[a] Et permutatis ſui amoris vicibus, adamauit, atq; adeo potitus eſt ea quæ Darii quidem vxor, Maſiſtæ autem erat filia.

[aa] Diuerſam à noſtra, lectionem videtur eſſe ſequutus.

[b] Quæ eſt iſta futilis quã vteris apud me, oratio? Quid. Quorſũ ſpectat?

[c] Ex qua tres mihi lib.

[d] Tu verò ne mihi vim adferas, hanc à me rem contendens.

[e] Ita res tuæ comparatæ ſunt. Vel, Ita ſe res tuæ habent. Vel (ratione do idem loquendi genus) Ita tecum actum eſt.

[f] Id eſt, Si ad Bactrios & Sacas prius peruenire potuiſſet, quàm rex de eo quod moliebatur, certior factus eſſet.

[h] Molientem, vel, aggredientem.

[i] Xerxem Athenas tendentem circumuenit.

ſubreptis ex Eleunte pecuniis Iphicli.

circumuenit, petitis Proteſilai Iphiclo geniti pecuniis. Etenim eſt in Eleunte Cherſoneſi Proteſilai ſepulchrum, & ei fanum circumiectũ vbi inerat ingẽs vis pecuniæ, necnon phialæ aureæ argenteæque, & æs & veſtis, aliáq; donaria quæ Artayctes rege donante compilauit, his verbis eum circũueniens, Here, eſt hoc in loco domus viri " Græci, qui cum militũ copiis terram tuam adortus, meritas morte pœnas dedit: e- " ius mihi domum dato, vt diſcant alii non militare aduerſus regionẽ tuam. Hæc di- "

a Facilè domum illius viri à Xerxe impetraturus erat, de iis quæ illecogitabat nihil ſuſpicato.

çendo [a] facile erat perſuadere Xerxi vt largiretur ſibi domum eius viri de quo nihil ſuſpicabatur iſtum ea ſentire. Enimuero ſentiebat Artayctes Proteſilaum in prouinciam regis militaſſe, quòd videlicet Perſæ omnem Aſiam ſuam eſſe arbitrabantur, & eius ſemper qui potitur regno. Hic, poſtquã pecuniis ab rege donatus eſt, eas ab Eleunte ad Seſton exportauit, fanúmque ſeuit & coluit: & quoties Eleuntẽ pergebat, in adyto, *id eſt in templi loco inacceſſo*, cum mulieribus concũbebat. Tunc autem ab Athenienſibus obſidebatur, nullis rebus præparatis quæ pertinerent ad tolerandam obſidionem, quam non expectauerat, ex improuiſo à Græcis inuaſus. Illi, poſteaquam ſibi obſidentibus aduenerat autumnus, grauari peregrinam à patria expeditionem, quoniam murum expugnare non poſſent. itaque orare duces ſuos vt ſe illinc reducerent. Duces negare ſe prius id facturos quàm aut murũ expugnaſſent,

b Ita tandẽ illi præſentem rerum ſtatũ boni conſulere cœperunt.

aut ipſos Reſpublica Athenienſium accerſiſſet. [b] adeo res illa eis cordi erat. At ii qui cum Artaycte intra muros erant, in omnem adducti calamitatem, adeo vt funibus lectorum elixis veſcerentur, vbi iam ne hæc quidem habebant, ita ſub noctem capeſſerũt fugam, cum alii Perſæ, tum Artayctes & OEbazus, delapſi à poſteriori murorum parte, quæ præcipuè deſtituta ab hoſtibus erat. Poſtquam illuxit, Cherſonitani è turribus rem indicauere Athenienſibus, portáſque patefecere. Athenienſium pleriſque fugientes Perſas perſequentibus, alii vrbem tenuere. OEbazum in Thraciam fuga elapſum, Thraces Apſinthii exceptũ, Pleſtoro indigenæ deo, ritu ſuo immolauerunt, cæterùm eius comites aliter interfecerunt. Artayctes autem cum ſuis inita poſterius fuga, quum pauci eſſent, ſuper AEgos fluenta circumuenti, quũ perdiu ſeſe defenſaſſent, partim occubuerunt, partim viui ſunt capti. Quos Græci alligatos Seſtum duxerunt, intérque eos Artayctem cum filio ſuo. Fertur à Cherſonitanis, vni eorum qui iſtos ſeruabant, dum [c] carnem ſalſam torret, tale oſtentum extitiſſe: Offa illa ſalſuræ prius impoſita reſiliit palpitauítque, quemadmodũ piſces recèns capti. Qua de re quum circumfuſi admirarentur, Artayctes oſtẽtum vt vidit, accito viro qui ſalſuram coquebat, Hoſpes, inquit, Athenienſis, non eſt quòd iſtud " metuas oſtentũ: quod non tua cauſa extitit, ſed mea: Proteſilao qui eſt apud Eleun- " tem ſignum dante, qui mortuus ac ſale conditus, habet à diis poteſtatẽ, [d] eum à quo " iniuriam excepit, vexandi. Nunc igitur ei [e] donaria reſtituere in animo habeo: pro " pecuniis quidem quas è templo ſuſtuli huius dei, centum talenta pẽdam: pro mea " verò ipſius ſalute ac filii, [f] ducenta. Hæc pollicens, Xanthippum Athenienſium du- " cem non perſuaſit, tum ſua ſponte animatum, tum ab Eleuntinis exoratum, quò Proteſilaum vlciſcerentur, vt hominem interimeret. Itaque adductum hunc in littus in quo Xerxes traiectum iunxerat, (vt alii aiunt, in tumulũ vrbi Madyto imminentem) depactis humi aſſeribus ſuſpenderunt, filio eius ante patris oculos lapidibus obruto. His actis Athenienſes in Græciam remeauerũt, portantes tum alias pecunias, tum verò arma pontium, tanquam apud templa repoſituri. Nec aliud præterea quippiam geſtum eſt per eum annum. Huius autem Artayctæ, qui ſuſpenſus eſt, auus paternus fuit Artembares, qui orationem quandam habuit apud Perſas, quam excipientes Perſæ, ad Cyrum detulerunt in hæc verba, Quandoquidem Per- " ſis Iupiter principatum dedit, & ex viris tibi Cyre, Aſtyage deiecto, agedum demi- " grantes ex hac regione, quam exiguam habemus & aſperam, obtineamus meliorẽ " aliam. Multæ ſunt nobis confines vrbes, multæ longinquæ: quarum vnam incolẽ- " tes, efficiemur admirabiliores apud pleroſque. Decet autẽ hoc eos viros facere [g] qui " poſſunt. nam quando facultas nobis præſtabitur melior quàm dum multorũ ho- " minum imperium habemus, & vniuerſæ Aſiæ? Hac oratione audita, Cyrus haud- " quaquam admiratus, iuſſit eos illud facere: ſed ita vt iubendo admoneret, ſe poſthac præpararent non ad imperandum aliis amplius, ſed aliis parendum. natura enim comparatum eſſe vt è mollibus regionibus molles viri exiſtant, néve ex eadẽ terra admirandæ fruges & egregii bello viri gignantur. Hac Cyri ſententia Perſæ ſuperati, à ſua deſtiterunt: præoptarúntq; exile ſolum incolentes, imperare aliis, quàm campeſtre colentes, aliis ſeruire.

c Piſces ſalitos torret, *vt alii interpret.*

d De eo à quo iniuriam acceperit, pœnas ſumendi.

e Hæc redemptionis præmia ei tribuere volo.

f Ducenta Athenienſibus, ſi ſeruatus fuero.

g Imperium obtinẽt. Vel, *imperio pollẽt.*

EIVSDEM HERODOTI Halicarnaſſei de genere vitáque Homeri libellus,

Ex Conradi Hereſbachij interpretatione, ab Henrico Stephano multis locis recognita.

At verſus qui paſſim inſerti occurrunt, Conradus non verterat: ideóque eos partim ex eiuſdem Henrici Stephani, partim ex aliorum interpretatione habes.

HERODOTVS Halicarnaſſeus [a] de genere, vita atque adeo ætate Homeri ſtudens quamveriſſima referre, hæc tradidit. Quum vetuſta illa AEolum ciuitas Cuma primùm cõderetur, eodem cum aliæ permultæ omníſque generis gentes conuenæ confluxerunt, tum è Magneſia illuc plerique commigrarunt: inter quos fuit Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus, [b] homo fortunæ non perinde amplæ, attamen expeditæ. Hic Melanopus Omyretis Cumani filiam duxit vxorem, procreauítque è legitimo toro fœmineam prolem, cui nomen indidit Critheidẽ. At ipſe Melanopus vnà cum vxore vita functus eſt, commiſſa interim filia Cleanactis Argiui tutelæ, quo familiariſſimè vti conſueuerat. Porro tempore interiecto accidit fortè vt puella iſta è furtiuo concubitu prægnans deprehenderetur: [c] id quod pauliſper ſuppreſſum quum Cleanax reſciuiſſet, vehementer rei indignitate commotus, Critheidẽ ſeorſum ad ſe accerſitam acerbè obiurgauit, commemorans quæ futura eſſet apud populares infamia. Poſtremò huiuſmodi quippiam *quo illam excuteret*, comminiſcitur: Cumani iam tũ in Hermei ſinus receſſu ædificabant. Ciuitati autem quæ condebatur, nomen impoſuit Smyrnam Theſeus, ab vxoris nomine, cuius memoriam relinquere volebat. Hic Theſeus è primariis Theſſalorum fuit, qui Cumam condiderant, ab Eumelo Admeti filio oriundus, vitæ facultatibus apprimè inſtructus. Clàm exportatã huc Critheidẽ Cleanax Iſmeniæ Bœotio cõmiſit, ex iis qui coloniam illuc duxerant, in primis ſibi amico. Progreſſu deinde temporis, Critheis cum aliis mulierculis ad feſtum quoddam egreſſa, iuxta fluuium Meletem, quum partui iam vicina eſſet, Homerum peperit, non cæcum, ſed videntem: nominauítque eum Meleſigenem, à fluuio videlicet prope quem editus eſſet. Quum autem apud Iſmenian Critheis antea diuerſata eſſet, ab eo digreſſa, manuaria induſtria ſe filiúmque alebat, aliunde alia ſumens opera: vnde filium quoque quantum potuit, honeſtis diſciplinis erudiuit. Erat autem eo tempore Smyrnæ quidam nomine Phemius, qui iuuentuti illic literas muſicénque tradebat: hic [d] quum citra vxorem viueret, Critheidem conduxit quæ lanam illi exerceret quam à diſcipulis in mercedem acceperat. [e] Illa verò induſtria multa atque elegantia freta, Phemio cœpit impenſè placere: adeo vt tandem Phemius eam verbis ad coniugium ſolicitaret, referens cum alia quíbus ei fidem facere confidebat, tum præcipuè, quòd Meleſigenem in filium adoptaturus, libera-

a De Homeri natalibus, ætate & vita, hæc memoriæ prodidit quæ exactiſſimè ad veritatem perſequi eſt conatus.

b Non cum multis ſarcinis *illuc ſe conferẽs*, ſed tenues fortunas habens.

c Quod initio quidem celatum fuit: ſed quum Cleanax reſc.

d Quum vitam ſolitariam degeret.

e Illa igitur opus apud eũ faciebat, modeſtè & caſtè ſe gerẽs. quo nomine Phemio tantopere placebat vt eam ad nubẽdum ſibi ſollicitaret, cum alia quibus ſe id illi perſuaſurum ſperabat, tum ſe filiũ eius adoptaturum, eúmque ita educaturum & inſtitu

turum vt in virum egregiũ euaderet pollices. Siquidem hunc cern.

litérque ſimul aliturus inſtituturúſque eſſet. Siquidem hũc cernebat iam miram quãdam & ingenii & indolis ſpem de ſe polliceri. Perſuaſa igitur Critheis, Phemio aſſentitur. Meleſigenes cum naturæ bonitate præſtans, tum cura accedente inſtitutionéque, continuò omnes ſui ordinis adoleſcentes facilè præuertit: atque non ita multo pòſt eruditionis auctibus creſcens, nihilo ipſo Phemio [a] in diſciplinis factus inferior. Et quum Phemius vita functus vniuerſa ei legaſſet, paulo pòſt Critheis quoque fato concedit. Meleſigenes itaque ludo præfectus, ſuíque iam iuris effectus, in magna fuit hominum admiratione, non apud ſuos modò, verùm apud peregrinos etiam, qui frequentes illuc, mercatus gratia, conueniebant. Erat enim Smyrna emporium celebre, vnde frumenta è vicinis agris abundè conuecta exportabantur. Peregrini igitur quum ab opere ceſſarent, Meleſigeni libenter vacabant. Commodùm inter hos Mentes fuit nauicularius, qui è finibus Leucadis ſoluens, nauem meritoriam comparauerat, qua frumenta Smyrna deueheret, vir, quantum illa ferebant tempora, & eruditus, & multarum rerum vſu exercitatus. Hic Meleſigeni perſuaſit vt relicto ludo ſecum nauigaret, accepturus & mercedem & quæ ad profectionem eſſent neceſſaria. [b] Ad hæc Meleſigenes, quandiu iuuenis eſſet, ciuitates regionéſque ſpectare operæpretium fore ducebat ſibi, qui conſcribendæ poeſeos iam argumentum in animo concepiſſet, qua nimirum occaſione potiſſimùm eum arbitror pellectum. Proinde relicto ludo cum Mente nauigauit Meleſigenes: & quocunque locorum appellebat, ſtudioſè vniuerſa rimans, contemplabatur ſiquid eſſet loci alicuius peculiare memoratu dignum: [c] adeo vt appareat cõmentarios eum profectionis ſuæ deſcripſiſſe, eorúmque quæ quoque loco luſtrando didicerit. Porro quum ex Hiſpania Thuſciáque delati in Ithacam deueherentur, contigit Meleſigenem oculis iam antè parum valentem, extremè laborare: ita vt Mentes, negotiorum gratia in Leucadem traiecturus, eum apud Mentorem Alcimi filium Ithacẽſem reliquerit, hominem ſibi vehementer amicum: multis precibus adigens eundem quò Meleſigenis curam haberet tantiſper dum è Leucade reuerteretur ipſe. Mentor verò ægrotantem Meleſigenem ſedulò curauit, vir nimirum facultatibus pollens: quíque ob egregiam æquitatem hoſpitalitatémque inter cæteros Ithacenſes maximè prædicaretur. Atque hîc accidit vt de Vlyſſe multa Meleſigenes percõtando cognoſceret. Narrántque ipſi Ithacenſes, tum viſum eum amiſiſſe ibidẽ: atqui ego affirmare non dubitem, iam tum eundem conualuiſſe, at poſtea apud Colophonem prorſus cæcum factum fuiſſe. id quod ipſi quoque Colophonii mecum fatentur. At verò Mentes è Leucade Ithacam reuerſus, Meleſigenem recepit, [d] cum quo iam inde diu vltrò citróque nauigauit, donec Colophonem appellenti eueniret vt in veterem morbum recideret. quem quum effugere non daretur, viſu putatur priuatus fuiſſe. E Colophone autem iam cęcus Smyrnam remeans, ad poemata conſcribenda animum conuertit. Tempore deinde interiecto, quum Smyrnæ victu neceſſariíſque deſtitueretur, conſtituit Cumam proficiſci: commodúmque Hermi prata tranſiens, ad eum locum peruenit qui appellátur Nouus murus, Cumanorum coloniã. qui locus poſt Cumam habitatus fuit annis octo. Hîc memoratur primùm Meleſigenes apud coriarii officinam cõſiſtens, huiuſmodi quædam carmina recitaſſe,

a In docendo *pueros* erat inferior.

b Addens etiam, decere eum, dum iuuenis eſſet, regiones & vrbes viſere. Atque his potiſſimũ adductum eum fuiſſe arbitror. fortaſſis enim poeſin aggredi iã tũ cogitabat. Proinde r.

c Veriſimile eſt autem eum illarum omnium rerum commentarios confeciſſe. Porro q.

d Eúmque diu variæ nauigationis ſocium habuit.

Αἰδεῖσθε ξεινόων κεχρημένον ἠδὲ δόμοιο
Οἵ πόλιν αἰπεινὴν κύμην ἐριώπιδα κοῦρην
Ναίετε, Σαρδόνιος πόδα νείατον ὑψικόμοιο,
Ἀμβρόσιον πίνοντες ὕδωρ ἱεροῦ ποταμοῖο
Ἑρμοῦ δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. id eſt,

Hoſpitium præbete viro profugóque vagóque,
Vrbem qui celſam Cumen, Eriopida prolem,
Radicem incolitis Sardenes alticomantis,
Diuini potatis aquam qui fluminis Hermi,
Vorticibus torti, pater eſt cui Iuppiter ipſe.

Sardena autem, cuius hîc commeminit, mons eſt ad Hermum fluuium Nouúmque murum ſitus. At coriario illi nomẽ erat Tychio, cui continuò auditis verſibus viſum eſt hominem recipiendum. commiſeratione enim motus eſt quum videret oculis tam miſerè mulctatum: iuſſítque præſentibus ſecum frui. Meleſigenes

ingreſſus ſutrinam, præſentibus etiam aliis, poeſin ſuã oſtẽdit, Amphiarai in Thebas expeditionem, atque hymnos in deos à ſe ſcriptos. [a] Et quum inter fabulandum crebras ſententias in medium, multámque eruditionem afferet, in magna habitus eſt ab auſcultantibus admiratione. Atque iam tum apud Nouum murum agens, è poeſi victus ſubſidia habebat. Oſtenditúrque ad noſtra vſque tempora ibidẽ locus vbi Meleſigenes ſedens carmina ſua exhibuerit. qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, memoratúrque populus arbor ab Homeri aduentu in eodem loco enata. Porrò egeſtate poſtea adactus, quũ vix alimenta haberet, ſtatuit in animo Cumã ad feliciorem ſucceſſum reuerti. Iturúſque hæc pronuntiauit carmina,

[a] Et quum ſententiam ſuam proferret de iis quæ in mediũ proponebantur ab illis qui aderant, admiratione dignus ab audiẽtibus iudicabatur.

Αἶψα πόδες μὲ φέροιεν ἐς αἰδοίων πόλιν ἀνδρῶν·
Τῶν γὰρ θυμὸς ἄριστος ἐφ' ἁρπαλέῃσι μήτισι θρίξῃ. id eſt,
Vos me hominum rapidè plantæ portetis in vrbem,
Quorum animus promptus, pollent qui mente ſagaci.

Proficiſcens igitur Cumam è Nouo muro, per Lariſſam iter fecit, vtpote cõpendioſiſſimum. Vbi, vt Cumani narrant, flagitante ſocero, epigramma hoc ſcripſit Midæ Phrygum regi Gordii filio, id quod etiam nunc in Gordii cippo inſcriptum viſitur,

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·
Ἐς τ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
Ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ λαμπρόν τε σελήνη,
Καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀναβλύζῃ δὲ θάλασσα,
Αὐτῆ τῇδε μολοῦσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ
Ἀγγελέω παρίουσι μίδης ὅτι τῇδε τέθαπται. id eſt,
AEnea ſum virgo, Midæ quæ incumbo ſepulchro:
Dum fluit vnda leuis, ſublimis naſcitur arbor,
Dum ſol exoriens & ſplendida luna relucet,
Dum fluuii labuntur, inundant littora fluctus,
Hic conſtanter ago, lacrymáſque in marmore tincto
Fixa, Midam moneo tumulatum hic chare viator.

Reuerſus autem Cumam, in ſenum paſſim conuenticulis carmina ſua quæ fecerat oſtentabat, colloquiíque ſuauitate auſcultantes in ſui admirationem facilè pertrahebat. Intelligens igitur Cumanos poeſin ſuam recipere, pergit eoſdem conſuetudine ſua oblectare, ac poſtremò huiuſmodi conditionem proponere, ſi publicè eum alere vellent, ſe ciuitatem Cumanorum celeberrimam rẽdditurum. Qui præſentes hæc audiebant, inſtitutum probabant: addentes ſe quoque adiuturos, ſi petitionem ſuam ad ſenatum referret, vt votis ſuis fieret ſatis. Meleſigenes his verbis erectus, collecto ſenatu in curiam proceſſit: rogatóque eo cuius id muneris erat, vt in ſenatum duceretur, ille nihil recuſans, vbi opportunum videbatur, hominem deduxit. Hîc conſiſtens Meleſigenes, eadem verba habuit in ſenatu quæ paulo antè in illis conuenticulis de alimentis præſtandis propoſuerat. Vbi dixiſſet, egreſſus pro curia ſedebat. Dum autem ſenatores agitarent quídnam par eſſet homini reſpondere, viſúmque eſſet cum ei qui deduxerat, tum aliis omnibus quotquot in conuenticulis Meleſigenem audierant, petitionem admittendam: vnus tantùm è ſenatoribus refertur Meleſigenis poſtulatis calculo ſuo repugnaſſe, intérque alia multa, hæc quoque commemoraſſe: quòd ſi ſemel ὁμήρους, hoc eſt cæcos alendos ſuſciperent, futurum eſſet vt continuò turbam & multã & inutilem haberent. Atque hîc primùm Homeri nomen Meleſigeni inditum eſt, à cæcitatis videlicet calamitate. nam Cumani cæcos ὁμήρους appellant. Iámque inde, qui prius Meleſigenes, nomen obtinuit Homeri. Breuiter hæc ſententia euicit, pérque prætorem fuit approbata, qua contendebatur non alendum Homerum. Hæc quum illi nuntiaretur, vehementer commotus, his verſibus calamitatem ſuam deplorabat,

Οἵη μ' αἶσα δῶκε πατὴρ ξείνῃ κύρμα γενέσθαι,
Νήπιον αἰδοίης ὅτι γίνασι μηδὲς ἀπάλλων,
Ἣν ποτ' ἐπουρήσωσιν βουλῇ διὸς αἰγιόχοιο
Λαοὶ φειδωνος, μοῦνον ὀπιδέπορες ἵππων.

Οπλότεροι μαλεροῖο πυρὸς χρίοντες ἄρηα,
Αἰολίδα σμύρνιλλα ἀλιγείτονα ποτνιάναχτον.
Ην τε δ' ἀγλαὸν εἶσιν ὕδωρ ἱεροῖο μέλητος.
Ενθεν ἀποῤῥύμβαι χοῦραι διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
Ηγελέτιν κλῆσαν δῖαν χθόνα καὶ πόλιν ἀνδρῶν.
Οἱ δ' ἀπεμνήσαθεν ἱερὸν ὄπα, φημὶ ἀοιδήν.
Αφρασίην τὴν μοῦ τε παθὼν τις Φρύγιος αὖθις,
Ος σφιν ὀνείδισεν ἐμὸν διεμήσατο πότμον.
Κῆρα δ' ἐγὼ τλὺς μοι θεὸς ὤπασε γηρομύρῳ ὥρῃ,
Τλήσομαι, ἀχρεῖον φέρων τετληότι θυμῷ.
Οὐδέ τι μοι φίλα γοῦνα μολόντι ἱερὰς ἐπ' ἀγυιὰς
Κύμης ὁρμήσουσι· μέγας δέ με θυμὸς ἐπείγει
Δῆμον ἐς ἀλλοδαπὸν ἱερὰν ὀλίζονα ῥῆσαι. id est,

Hei mihi quàm fatum dat Iuppiter almus iniquum.
Infanti mihi lac venerandæ ex vbere matris
Præbuit, AEolicæ Smyrnæ, quam martia quondam
Gens Phriconitis, certamine fortis equestri,
Condidit ad pelagus, præterlabente Melete.
Docta Iouis proles mecum hinc digressa volebat
Carminibus celebrare vrbem quam nomine dicunt
Cumam, quóque viros intra sua mœnia claudit.
Illi audire sacræ spreuerunt carmina vocis.
Sed quicunque mihi cladem exitiúmque parauit,
Non impunè feret læua quod mente volutat.
At mihi quam dederint nascenti numina sortem,
AEgro animo quanuis, certum est perferre patique.
Sed iam per sacræ vestigia ponere Cumæ
Compita non suadet mihi mens, potiúsque remota
Inque peregrina sedem mihi quærere terra.

Cuma deinde abiens ad Phoceam contendit, imprecans interim Cumanis nequis vnquã insignis poeta in illa regione existeret qui Cumanos celebraret. Apud Phoceam autem eodem modo sibi victum parauit, in conuenticulis videlicet passim carmina sua ostentans. Erat autem eo tempore apud illam Thestorides quidam, qui pueros illic literas docebat, homo fidei parum probatę. Hic animaduersa Homeri poesi, huiusmodi verbis Homerum compellauit, paratum se inquiens & ministrare ei, & victum suppeditare, si carmina quæ meditatus esset, describere pateretur, & alia subinde faciens, ad se deferret. Homerus, iam ministerii alicuius atq; adeo necessariorum indigens, recipiendam hanc conditionem putauit: commoratúsque apud Thestoridem, minorem illam fecit Iliadem, cuius initium est,

Ιλιὸν ἀείδω, καὶ δαρδανίην εὐπτώλον,
Ης πέρι πολλὰ πάθον δμῳαὶ θεράποντες Ἄρηος. id est,

Troiam & Dardaniam canto, quæ mater equorum,
Quæ Danais Mauorte satis mala plurima vexit.

Phocaidem quoque quam vocant, Phocenses apud se conditam ab Homero asserunt. Iam verò Thestorides, vbi Phocaidem atque alia pleraque ab Homero communicatà descripsisset, constituit è Phocea discedere, Homeriq; poesin pro sua venditare. Vnde factum vt quum Homeri non perinde curam haberet, ille ad Thestoridem huiusmodi sit vsus disticho,

Θεστορίδη, σπιτοῖσιν αἰωίζων πολέεσσι,
Οὐδὲν ἀφρασύτερον πέλεται νόου αἰὲν ἐόντος.

Id eſt,

a Theſtoride, ex multis, mortalibus abdita quæ ſunt,
Mens habet in primis cæcos humana receſſus.

a Legendo Θεστορίδη, ſunt. gr.

Theſtorides igitur relicta Phocea in Chium conceſſit: vbi erecto ludo, carmina illa pro ſuis euulgans, egregiam ſimul laudem ſibi parauit & fructum haudquaquam vulgarem. Porro Homerus ſuo eodémque more viuere pergebat apud Phocenſes, nimirum è poeſi victum habens. Tempore deinde non ita multo pòſt, viri aliquot è Chio eruditi, audientes eadem carmina quæ iam ſæpius in Chio à Theſtoride pro ſuis recitari audierant, indicabant in Chio hæc ipſa à quodam ludimagiſtro pro ſuis cum magno fructu oſtentari. Homerus intelligens continuò Theſtoridem eſſe, magno ſtudio properabat in Chium tranſmittere. Et quum portum adiiſſet, neque offendiſſet nauem qua traiiceret, eſſent autem qui pro lignis deuehendis in Erythræam ſoluere pararent, bellè conuenire videbatur ſi per Erythræam iter faceret. Accedens igitur nautas, flagitauit vt comitem ſe nauigationis reciperent, multis blandiſque vſus verbis, quibus quod poſceret perſuaderet. Nautæ admittentes hominis preces, iuſſerunt nauem eum conſcendere. Quo impetrato Homerus conſidens in naui, his verſibus nautis bene precatur,

Κλῦθι ποσιδάων μεγαλοδυνὲς ἐνοσίχθων,
Εὐρυχόου μεδέων ἠδὲ ξαθοῦ ἑλικῶνος.
Δὸς δ' οὖρον καλὸν καὶ ἀπήμονα νόστον ἰδέσθαι
Ναύτῃσιν, οἵ μοι πομπὸν ἠδ' ἔρχοι ἔασι.
Δὸς δ' ἐς ὑπερφίαλον ὑψικρήμνοιο μιμάντος
Αἰδδίον μ' ἐλθόντα βροτῶν ὀσίων γε κυρῆσαι.
Φῶτά τε πευσάμενον ὃς ἐμὸν νόον ἠπροπεύσας,
Ὠδύσατο ξεῖνόν τε καὶ ἱκέσιον ξενίῃ τε τεραπεύειν. id eſt,

Audi qui pelagus valido Neptune tridenti
Imperióque regis, ſpatioſáque culta Heliconis:
Da precor his nautis reditum, ventóſque ſecundos,
Qui mihi ſunt comites placidi, nauiſque magiſtri:
At mihi da miſero ſacram contingere terram,
Aerius qua parte Mimas ad ſidera ſurgit.
Inde hominis iuſti me fac ſuccedere tectis,
Vlciſcíque virum qui me improbitate fefellit,
Læſit & hoſpitii ſacra iura Iouémque benignum.

Vbi verò ſecundo vento Erythræam appuliſſent, Homerus in naui diuerſatus eſt. poſtero autem die nautas rogauit vt aliquem præberent qui ad vrbem eum perduceret. Illi obſequuti, ducem itineris vnum è ſuis permiſerunt. Quúmque iam pergendo ad Erythræam appropinquaſſet, deprehendiſſétque vrbem aſperam atque mõtoſam, in hæc prorupit carmina,

Πότνια γῆ, πολύδωρε, δότειρα μυίφεσσιν ὄλβου,
Ὡς ἄρα δὴ τοῖς μὲν φωτῶν βίοτος ἐτύχθης,
Τοῖσι δὲ δύσκωλος ἠδὲ πεπηγεῖ' οἷς ἐχολώθης. id eſt,

O ſacra multorum largitrix terra bonorum,
Quàm tu plana aliis & parte æqualis ab omni,
Aſpera contrà aliis, in quos conuerteris iram.

Ingreſſus deinde Erythræorum vrbem, percontatur de naui. Et quum fortè quidam occurriſſet ſalutaturus, qui eũ in Phocea vidiſſet, ab hoc contendit vt ſecum diſpiceret ſicubi nauis appareret qua in Chium tranſmitteret. Atque quũ in portu naualibúſque nullum reperiretur traiectitium nauigium, ille Homerum ad eum locũ ducit vbi piſcatoriæ nauiculæ ſtationem habebant. Et forte fortuna incidit in quoſdam qui in Chium erant traiecturi. Hos adiens precatus eſt vt Homerũ trãſportarent. Verùm illi nullis precibus permoti, non recepto Homero ſoluerunt. Homerus autem hæc cecinit carmina,

Ναῦται ποντοπόροι κυνδῆ ὀδιλίχιοι ἄτη,
Πτωχάσιν αἰθυίῃσι βίον δύσζηλον ἔχοντες,
Αἰδεῖσθε ξενίοιο διὸς σέβας ὑψιμέδοντος.
Αἰνὴ γὰρ μετόπισε ξενίου διὸς, ὅς κ' ἀγίπτας. id est,
Infidi nautæ, gens diris triſtior ipſis,
Sæua quibus veluti mergis dant æquora victum,
Si vobis nulla eſt hominum reuerentia cordi,
At ſperate Iouem, ſummo qui regnat Olympo.
Triſtis enim vultus Iouis eſt, pœnæque paratæ,
His quibus hoſpitii non eſt pia teſſera curæ.

At verò in altum iam prouectis contigit vt aduerſo vento rapti, eodem vnde ſolue-rāt recurrerent, vbi etiamdum Homerum in littoris crepidine conſidentem offen-derunt. qui cognito nauis recurſu, hunc in modum eos alloquitur,

Ὑμᾶς, ὦ ξένοι, ἔφαεν ὁ ἄνεμος αὖτις ὑγρόμυθος· ἀλλ' ἔτι καὶ νεῶ με δέξασθε, καὶ ὁ πλοῦς ὑμῖν ἔσται.

Id eſt, Vos, o peregrini, ventus aduerſus excepit: ſed me nunc quoque admit tite, & ſecunda vobis nauigatio erit.

Piſcatores autem, pœnitentia ducti quòd prius hominem non receperant, compel lato eodem, iubent conſcendere, ſi velit, nauem. Recepto Homero rurſus vela faci-unt: quúmque exacto itinere littus appuliſſent, piſcatores ad ſua quiſque opera di-greſſi, Homerum in littore ea nocte relinquūt. Vbi diluxit, itineri ſe accingens ob-erránſq;, ad eū locū peruenit qui appellatur Pinus: illícq; quieſcenti noctu pini fru-ctus eſt illapſus, quē aliqui πίτυλον, alii κῶνον appellāt, Homerus aūt hos cecinit verſus,

Ἀλλη τις σῦκον ἀμείνονα καρπὸν ἔνεικε
Ἰδῆς ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου ἰὼ μοῖσα,
Ἔνθα σίδηρος ἄρηος ὀρίνεται βροτοῖσιν
Ἔστεται δ' ὅτ' αὖ μιν κεδρώιοι ἄνδρες ἔχωσι. id eſt,
Funduntur fructus alia magis arbore dulces,
Quam fouet vmbroſis felix in collibus Ida,
Hinc ferrum veniet Martis validæque ſecures,
His vbi conſiſtet campis Cebrenia pubes.

Eo enim tempore Cumani Cebrenia ad Idam montem ædificare parabant, vnde ferrum effoditur. Cæterùm illinc abiens Homerus, vocem caprarum quæ ibidem fortè paſcebantur, ſequutus, in canes incidit paſtorales: qui quum ferocius eum adorirentur, vociferabatur. Quod audiens Glaucus (id enim erat caprario nomen) accurrit feſtinanter, compellatóſque canes, ab Homero excuſſit. Atque vbi diu mul túmque admiratus fuiſſet, quòd nimirum cæcus exiſtens eò locorum peruenisſet, tandem accedens rogabat quíſnam eſſet & cuius rei indigens, quibúſque modis ad inhabitata illa vaſtáque loca diuertiſſet. Homerus, omnem ſuam calamitatem cō-memorās, ad commiſerationem Glaucum pertraxit. [a] ſiquidem homo erat (vt ap-paret) cordatus. Excipiens igitur Homerum ad ſuum deduxit tugurium, incenſóq; igne cœnam inſtruxit: qua appoſita iuſſit cœnare ſecum hoſpitem. At verò quum canes à cibo abſtinentes non ceſſarent ſuo more cœnitantem adlatrare, Homerus Glaucum his verſibus alloquitur,

Γλαῦκε πέπον ἐπίαν ὄφρ' ἔπος ὄφρ' ἐὺ φρεσὶ θήσω,
Πρῶτον μὲν κυσὶ δεῖπνον ἐπ' αὐλείοισι θύρῃσι
Δοιῶαι· ὡς γὰρ ἄμεινον· ὃ δὲ καὶ πρῶτον ἀκούσῃ
Ἀνδρὸς ἐπερχομένου, καὶ ἐς ἔρκεα θηρὸς ἰόντος. id eſt,
Glauce precor, paucis me audi, paréque monenti.
Præ foribus ſtabuli canibus ſua fercula primùm
Fac tradas: nam ſic melius. cuſtodibus illis,
Nec fera nec fures venient ad ſepta doloſi.

a Nec enim inhumanus (vt coniicere licet) erat Glaucus. Vel, Non inhumanum enim fuiſſe Glaucū uerisimile eſt.

Hæc

Hæc audiens Glaucus, lætatus est admonitione illa, habuítque in magna hominem admiratione. Cœnati autẽ, vltro citróque habitis sermonibus, mutuis quoq; colloquiis oblectabantur: Nam quum Homerus errores suos, ciuitatésque quas adiisset, commemoraret, Glaucus hæc audiens præ admiratione stupebat: erátque iam tum cubandi tempus, & quieti se dabant. Postero die Glaucus cogitauit ad herum suum proficiscí, animo hæc de Homero indicãdi. Proinde commissis socio capris pascendis, Homerum intra tecta reliquit, promittens se quam festinantissimè iturum. Descendens autem ad Bolissum (id erat vicino huic loco nomen) herúmque suum adiens, narrauit de Homero quemadmodũ res se habebat: quòd nimirum pro miraculo aduentum hominis duceret: demum rogat quid facere conueniat. Herus parum delectatus hoc nuntio, cœpit cum Glauco expostulare, qui quoslibet citra delectum errones mutilósque reciperet alerétque: tamen præcepit vt hospitem ad se perduceret. Glaucus verò ad Homerum reuersus narrauit, iussitque sequí se in vrbem. fore enim hæc ei ad felicem fortunæ successum. Quibus non grauatim assentiens Homerus, caprarium sequitur. Hîc Chius *Glauci herus* vbi in colloquium cum Homero venisset, reperissétque hominem esse [a] cordatum, multáque rerum peritia instructum, cœpit suadere ei vt apud se commoraretur, liberorúmque quos habebat adolescentes, formandorum curam susciperet. Ille accepta conditione, pueros sibi concreditos erudiuit. Interim Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, & alia omnia quæcunque iuuenilia ludicráque eius extant, apud Chium illũ condidit in Bolisso. híncque cœpit per vrbẽ inclarescere. Iam verò Thestorides, vt primùm intellexit Homerum adesse, nauigãs è Chio fugam capessebat. Deinde progressu temporis impetrata ab hero Chium viséndi copia, vrbem adiit, ludúmque illic instituens, pueros carmina docebat. Id quum magna [b] felicitate Chiis facere videretur, multos sibi admiratores conciliauit. [c] Hinc igitur victum parans tolerabilem, vxorem duxit, è qua duas suscepit filias, quarũ vna decessit innupta, alterã viro Chio elocauit. Enimuerò hîc poesi manum admolitus, gratiam habuit bene de se merentibus. Et primùm quidem Mentori Ithacensi, in Odyssea, vt qui laborantem ex oculis curauisset in Ithaca. huius enim beneficii gratia eius nomen poesi suæ inserens, Vlyssis fingit socium: cuius fidei Vlysses, Troiam nauigans, domum familiámque concrediderit, tanquam Ithacensium præstantissimo atque æquissimo. Aliis etiam plerisque locis eundem laudibus vehit. siquidem Mineruam, quoties cum aliquo humana specie congredi fingit, Mentori identidem tradit assimilatam deam. Ad hæc Phemio præceptori gratiam eruditionis simul & nutricationis in Odyssea retulit, in hæc verba,

Κῆρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν περικαλλέ' ἔθηκε
Φήμιῳ, ὅστις πολλὸν ἐκήδυτο πάντας ἀείδων. Id est,
Phemius at cunctis præstantior arte canendi
Insignem citharam, dederat quam præco, tenebat.

Et rursum,

Αὐτὰρ ὃ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀοιδήν. Id est,
Fundere & hanc pulsans modulamina dulcia cœpit.

Meminit & nauicularii in cuius comitatu nauigans, vrbes locáque plurima perlustrauit. Huic nomen erat Mentæ: cuius commeminit his versibus,

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος ὄρχαμος ἦεν
Υἱός, ἀτὰρ ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσων. Id est,
Anchialo Mentes forti genitore creatus,
Imperito Taphiis, quibus est ars nautica cordi.

Habuit etiam Tychio coriario gratiam, nimirum qui venientem ad sutrinam apud Nouum murum hospitio excepisset. Hunc enim Iliadi inserit his versibus,

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠύτε πύργον,
Χάλκεον, ἑπταβόειον, ὃ οἱ τύχιος κάμε τεύχων,
Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. Id est,
Comminus accessit clypeo septemplice tutus
Aiax: huic clypeum turris fabricarat adinstar
Vrbe in Hyle Tychius: non sutor doctior alter.

a Naturali ingenii dexteritate præditũ.

b Dexteritate.

c Hinc igitur quum satis supérque facultatum comparasset: Vel, Quũ abundè magnas facultates acquisisset.

A poesi verò hac inclarescens Homerus non per Ioniam solùm celebrabatur, sed in ipsam vsque Græciam multus de eodem sermo perferebatur. Et quum iam eruditionis existimatione augescente multi viserent, inciderunt fortè qui suaderent vt in Græciam se transferret. Quod consilium admittens, impensè cupiebat adornato itinere illuc demigrare. Commodúmque intelligens Argos multis egregiisque elogiis celebratum, Athenas non item, poesi suæ inserit, in maiori quidem Iliade hos versus, quibus Erechtheum magnificè laudibus vehit, in nauium catalogo,

Δῆμον ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' ἀθήνη
Θρέψε διὸς θυγάτηρ, τέκε δ' ζείδωρος ἄρουρα. Id est,
Ortum ab Erechtheo populum: nutriuerat illum
Pallas Erechtheum, tellus quem vasta crearat.

Menestheú etiam, ducem Atheniẽsium, tradit in exercitu tam pedestri quàm equestri ordinando peritissimum, idque his carminibus,

Τῶν αὖτ' ἡγεμόνευε φίλος πεπτεῶτο μενεσθεύς·
Τῷ δ' ἅπωτ' ἄλλος ὁμοῖος ἐπιχθονίους διακόσμει
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. Id est,
Hos tunc ducebat patria virtute Meneſtheus,
Maximus: huic nemo poterat certare regendis,
Aut etiam ornandis vel equis, vel in arcta locandis
Agmina militibus.

Aiacem verò Telamonium ipsósque Salaminios Athenienſibus in nauiũ nomenclatura annumerauit, sic scribens,

Αἴας δ' ἐκ σαλαμῖνος ἄγων δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἀγὼν ἵν' ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες. Id est,
Bis sex è Salamine rates Telamonius Aiax
Egit, & adduxit ſtatuens in littore iuxta
Cecropias naues.

Postremò in Odyssea Mineruam, postquam cum Vlysse in colloquium venerit, ad Athenienſium vrbem, quam præcipuè colebat, concessisse fingit.

Ἵκετο δ' ἐς μαραθῶνα καὶ εὐρυάγυιαν ἐς ἀθήνας·
Δῦνε δ' ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον. Id est,
Ad Marathona dehinc & magnas venit Athenas,
Tectáque Erechthei ſubiit.

a Quum igitur hæc poesi ſuæ inſeruiſſet, & res ad ſuam in Græciam profectionem neceſſarias comparaſſet Samum app.

[a]Hæc vbi hunc in modum meditatus compoſuiſſet, animo in Græciam traiiciẽdi, commodùm profectionem capeſſens, Samum appulit: cõrigítque fortè vt eodem tempore Samii Apaturia feſtum agerent. Hîc Samius quidam agnito Homero, (vtpote quem iam antè in Chio vidiſſet) contribules ſuos adiens, indicauit tanti hominis aduentum. Illi, audita multa hominis prædicatione, iubebant adduci eum. Conueniens igitur Homerum Samius, Quandoquidem, inquit, hoſpes, Apaturiorum feſtum agit ciuitas, inuitant te contribules ad idem feſtum concelebrandum. Homerus adfuturum ſe affirmans, comitatur inuitantem. Porro quum iam illuc quò vocatus erat pergeret, in mulieres impegit quæ in triuio Cyrotropho ſacra faciebant. Sacrificæ occurſantis aſpectu indignata, exclamat, Vir, inquiens, faceſſas à ſacris. Homerus dictum illud in animo voluẽs, rogabat quíſnam eſſet qui loqueretur, & cui deo ſacrificaret. Dux eius indicauit mulierem eſſe quæ Cyrotropho ſacrificaret. Quod audiens Homerus, huiuſmodi carmina protulit,

Κλῦθί μοι ὀμφαίη χθονίη θύγατερ, δὸς δ' ἱμάσθαι.
Τὼ δὲ νέων μὴ αἰνήσασθαι φιλότητα καὶ ὑμνεῖν,
Ἣ δ' ὀπιτερπέσθω πολιοχροτάφοισι γέρουσιν,
Ὧν ὥρη μὴ ἀπαμβλυνέτην, θυμὸς δ' ἀθυοινᾷ. Id est,
Diue preces audito meas, muliérque fac iſta,
Auerſata torum iuuenili ætate vigentum,
Canorum veterúmque ſenum capiatur amore,
Eſt ætas effœta quibus, ſed prompta voluntas.

Vbi verò ad contribulum collegium accessisset Homerus, iámque in limine ædiũ consisteret in quibus epulum instructum erat, aliqui narrant iam tum ardente igne poetam cecinisse, alii postea accensum quàm carmina ista cecinisset,

Ἀνδρὸς μὲν στέφανος, παῖδες πύργοι δὲ πόληος·
Ἵπποι δ' ὀν πεδίῳ κόσμος νῆες δ', ἁλαφόωσι·
Χρήματα δ' αὐξῇ οἶκον· ἀτὰρ γεραροὶ βασιλῆες
Ἡμῖν εἰν ἀγορῇ, κόσμος τ' ἄλλοισιν ὁρᾶσθαι·
Αἰθομένου δ' πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.
Vt patris, nati, sic turres sunt decus vrbis:
Sic & equi campum decorant, sic æquora naues,
Sic & opes ornant ædes: præsentia regum
Augusto in solio decorat fora lata sedentum:
At lucente domus multo est augustior igne.

[a] Ingressus autem reclinatúsque; cum illis contribulibus epulo fruens, in magno honore admirationéque ab accũbẽtibus est habitus, ibidémque ea nocte cubile sibi parauit. [b] Crastino die cõspicantes eũ figuli quidã qui in figlina laterũculos tegulásque coquebant, quum intellexissent hominem esse eruditum, [c] compellatum iusserunt canere, pollicentes cum tegulas, tum alia, qualia ea cunque essent quæ haberent, se illi daturos. Homerus hæc illis cecinit carmina quæ vocantur Caminus, *id est fornax.*

a Quum autem ingressus esset, & accubuisset.
b Postridie autẽ abeuntem eum conspicati fig.
c Adiocarũt & iuss.

Εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω ὦ κεραμῆες,
Δοῦρ' ἀΐσσοντα, καὶ ὑπείροχα χεῖρα κάμινου·
Εὖ δ' ἐμβαλθεῖεν κύτεα, καὶ πώτα μάλ' ἱερά·
Φρυχθεῖεν δ' καλῶς, καὶ τιμῆς ὦνον ἄροιτο;
Πολλὰ μὲν ἀγορῇ πολυθύμενα, πολλὰ δ' ἀγυιαῖς,
Πολλὰ δ' κερδίονα, ἡμῖν δὲ δὴ ὥς σφι νοῆσαι.
Ἦν δ' ὅτε δὴ αἰσχρὸν τεφθέντες ψεύδηται ἄρηται,
Συγκαλέω δ' ἡπεπα καμίνῳ δηλητῆρας,
Σιώπιον ὅμως σμάραγόν τε καὶ ἄσβετον, ἠδὲ σαλάκτιον,
Ὠμόδαμον δ' ὅς τῆδε τέχνῃ κακὰ πολλὰ ποιεῖται.
Πρῶτα πυραίθουσαν καὶ δώματα σιτὼ δὲ κάμινος
Γᾶσα κυκηθείη, κεραμέων μεγὰ κακὸν σθένος.
Ὡς γάθος ἵππειον βρύκει, βρύχοι δ' κάμινος;
Παῖδ' ἔντοσθ' αὐτῆς κεραμίδα λεπτὰ ποιοῦσα.
Δοῦρε καὶ ἠΐου θυγάτηρ πολυφαρμάκα χύρκη;
Ἄγεια φάρμακα βάλλε, κέκευθε δ' αὐγάς τε καὶ ἔργα.
Δοῦρε δ' καὶ χείρων ἀγάπτω πολέας κεντεύοισι·
Οἵ δ' ἠεκλείους χεῖρας φύγον, οἵ τ' ἀπόλοντο,
Τύπτοισιν τάδε ἔργα κακῶς, πίπτοι δ' κάμινος.
Αὐτὰρ δὴ οἱ μὲν ζοντες ὁρῶσι ἔργα πονηρά·
Γηθήσω δ' ὀφθὼν αὐτῷ κακοδαίμονα τέχνην.
Ὃς δέ χ' ὑπερφιάλῳ, τεῖ τούτου πρὸ τοῦ πόσιν
Φλεχθεῖη, ὡς πώτας διέσαιτ' ἄσιμα ῥέζων. Id est,
Si mihi mercedem dabitis figuli, ista canemus,
Huc ades o Pallas, dextráque foueto caminum,
Pulchrè vt durescant calices, & mollia cuncta,
Siccentúrque probè, & figulis lucra magna reportent,
Vendita pérque forum multa, & per compita, multa.
Sic illis quæstus crescat, prudentia nobis.

At ſi depoſito iuuat irridere pudore,
Huc precor vt peſtes veniant quæcunque per orbem
Graſſantur, fundant & in hunc mala cuncta caminum.
Irruat huc Smaragus, grauis Aſbetus, atque Sabactes:
Contere tu Pallas flammámque & vaſa camini,
Ille licet rapido multùm nunc ferueat æſtu.
Inſuper Omodamus feruátque & damna det arti.
Omnia miſceto, fornacem, vaſa, domúmque,
Vt fragor immenſus fiat, figulíque tremiſcant:
Non ſecus ac malæ crepitu clauduntur equinæ,
Sic ſubita fornax crepitétque cadátque ruina,
Inque lutum redeant calices & vaſa minuta.
Huc quoque Solis ades nata, incantare perita,
Inque ipſos & opus tua noxia ſparge venena.
Huc ducat longo Centauros agmine Chiron:
Quíque manu Herculea cecidere ſupérque fuerunt,
Illi contundant opus omne, ipſúmque caminum
In nihilum penitus redigant. figuli iſta videntes
Plorent, & lacrymis ſpectent ingentia damna.
Improbitatis ego ſpectabo hæc præmia lætus.
Denique qui pronus fornacem reſpicit, illi
Flamma vorax faciem rapiat, penitúſque perurat.
Sic ſcelus agnoſcent omnes, atque inde cauebunt.

At verò in Samo hybernans, calendis potentiorum ædes oſtiatim adiens aliquid accipiebat, canens hæc carmina quæ Ereſione *hoc eſt ramalia* vocantur: ducente eum comitantéque aliquot puerorum indigenarum choro,

Δῶμα τῶνδε μετὰ μέσθ' ἀνδρὸς μέγα δινεμέσσιο,
Ος μέγα μὲν δύναται, μίγα δ' βρέμει ὄλβιος αἰεί.
Αὐτὰρ ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος γὰρ ἕπεται
Πολλὸς, σὺν πλούτῳ δ' ἠὼ θυσσούσῃ τεθαλυῖα,
Εἰρήνη τ' ἀγαθὴ. ὅσα δ' ἄγλεα, μεσταὶ μὲν εἴη,
Κυβαίη δ' αἰεὶ χεὶρ καρδόπου ἔρπετο μάζα.
Τοῦ παιδὸς δ' ἡμῖν χεὶρ διφρεύδα βήσεται ὕμμιν·
Ημίονοι δ' ἄξουσι χρατὶ ποδες ἐς τόδε δῶμα.
Αὐτὴ δ' ὑφαίνοι ἴσον ὅτ' ἠλέκτρῳ βεβαῖα.
Νῶμαί σοι νώμῃ σὺν αὐσίος, ὥστε χελιδών.
Εσηκ' ὦ τῶνδ' θύρσι. καὶ εἰ μὴ τοι δώσομεν, εἰ δὲ μή,
Οὐχ ἑσπόμεθ. ἁ γὰ σὺν οἰκήσοντι θαλάμῳ ἤλθομεν. Id eſt,

Venimus ad magnas ædes ciuémque potentem,
Cuius diuitiis reſonat domus atque redundat.
Vos aditum præbete fores: feliciter intrent
Diuitiæ, & requies hilaris, Charitéſque ſequantur:
Vaſa opibus tumeant, nihil hic videatur inane:
Síntque laboratæ Cereris repleta caniſtra.
Excelſo curru nurus hic portetur, & ipſam
Veloci curſu reuehant ad limina muli.
Hæc premat electrum pedibus, teláſque laboret.

Aſt ego vos repetam, repetam (mihi crede) quotannis,
Non ſecus atque redit ſub tectum garrula Progne.
Aſſumus in porta: ſeu munera ferre placebit,
Seu nihil, eſt tamen hinc abeundi certa voluntas.
Non etenim hic habitare diu nec adeſſe paramus.

Atque hæc carmina poſtea in Samo diu à pueris decantabantur, quoties ad Apollinis feſtum collecti conueniebant. Ineunte deinde vere moliebatur Homerus è Samo Athenas proficiſci: ſoluénſque vnà cum popularibus quibuſdam, ad Ion appulit: vbi ſtationem non ad vrbem ſed in littore habebant. Hîc contigit Homerum grauiter ægrotare: egreſſus igitur è naui, in crepidine littoris iacebat ægrotus. Quúmque diutius illic ob nauigandi difficultatem in portu remorarentur, ſubinde plerique [a] ex vrbe Homero vacabant, eúmque audientes, reuerenter obſeruabant. Iam verò nautis cæteríſque aliquot qui è ciuitate conuenerant, illic apud Homerum cõſidentibus, fortè pueri piſcatores eò appulerunt: qui è nauicula egreſſi, hæc illis verba fecerunt, Agite peregrini, audite nos, num quid eorum quæ proponemus explicabitis. Ibi è præſentibus quidam iubebat eos proloqui. Illi, Nos, inquiunt, quæcunque cepimus, reliquimus: quæverò non cepimus, nobiſcum portamus. Et quũ nemo id ænigmatis interpretari poſſet, piſcatores explicabant: ſignificantes nimirũ ſe, quum piſcium nihil capere poſſent, deſidentes in ſicco pediculos venatos: & horum quotquot cepiſſent, abieciſſe: quos autem non inueniſſent, domum retuliſſe. Quæ audiens Homerus, hæc dixit carmina,

[a] Ex vrbe deſcendentes, operam Homero dabant, eúmque audiẽtes admiratione proſequebantur.

Τοίων γὸ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε,
Οὔτε βαθυκλήρων, ὅτ' ἄαστα μῆλα νεμόντων. Id eſt,
Hi vos, o pueri, tales genuere parentes,
Nec latis fundis, gregibus neque mille potentes.

Ex hac autem ægritudine extremum diem clauſit Homerus in Io, non (vt arbitrantur aliqui) ænigmatis perplexitate enectus, ſed morbo. Extinctus verò in Io Homerus, à comitibus ſuis atque ciuibus qui ex vrbe in colloquium cum eodem venerãt, in littore ibidem honorificè ſepultus eſt. Cuius ſepulchro multo pòſt tempore lenſes, vbi poeſis eius iam publicata ab omnibus celebraretur, huiuſmodi inciderunt carmen elegiacum,

Ενθάδε τὸ ἱερὸν κεφαλὴν χθὼν γαῖα κεκεύθει,
Ανδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον. Id eſt,
Condit humus caput hæc ſacrum, qui verſibus arma
Fortia diuinis heroum ornauit, Homerum.

Porro quòd AEolius fuerit Homerus, & non Ion, neque Dorienſis, partim è iam dictis perſpicuum eſſe poterit, partim etiam his cõiecturis deprehenditur. Siquidem poetam tantum, qui hominum peculiares mores in ſuam poeſin tranſferre ſtuduerit, par eſt aut laudatiſſimos excogitaſſe, aut patrios commemoraſſe. Iam verò carmina eius expendentes, indidem pronuntiabitis. nam quum ſacrificii ritum huiuſmodi quendam referat, aut ipſe eundem tanquam probatiſſimum excogitauit, aut quòd cum patriis inſtitutis conueniret. Sic enim inquit,

Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα κατ' ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν. Id eſt,
Protractas iugulant pecudes, & tergora coſtis
Diripiunt, femorúmque toros & crura recidunt,
In partéſque ſecant geminas: tum pinguia nidor
Viſcera nube tegit denſa.

In hîs verſibus de iliis nulla mentio, quibus in ſacrificiis tamen vtebantur cæteri, præter vnam AEolicam gentem, quæ ilia non concremabat. Indicat præterea his quoque verſibus quòd AEolius exiſtens, ſuæ gentis ritibus vſus ſit,

Καὶ δ' ὅτε δὴ κνίσης ὁ γέρων, ὅτε δ' αἴθοπα οἶνον

Αἰολεῖς δὲ πρὸ αὐτῶν ἔχον πεμπώβολα χερσίν. Id est,

--tum ſegmina carnium
Ipſe focis multo crepitantibus admouet igni
Cruda ſenex, & vina ſuper nigrantia fundit:
Quem verubus quinis iuuenes onerata tenentes
Brachia circunſtant.

AEoles enim ſoli inteſtina quinque verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus: etenim πέμπε dicunt AEoles pro πέντε, *id eſt quinque*. Atque hæc ſanè de genere, vita interitúque Homeri à nobis relata ſint. Cæterùm ætatem Homeri, ſiquis diligenter rectéque ratiocinetur, ex hiſce facilè deprehendet. Nempe ab expeditione Græcorum quam Agamemnon & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum pòſt atque triginta Leſbus oppidatim habitari cœpit, quum antea nullam prorſus haberet ciuitatem. Poſt Leſbum habitatam annis viginti Cuma AEolica & Phricotis appellata habitata fuit. Porro à Cuma annis duodeuiginti in Smyrnam Cumani colonias deduxerunt: quo tẽpore natus fuit Homerus. Ab Homero autẽ nato anni ſunt ſexcenti vigintiduo ad Xerxis vſque in Græciam traiectum, qui videlicet iuncto pontibus Helleſpõto cum exercitu ex Aſia in Europam penetrauit. Ex his igitur tempus illud calculo colligere facile fuerit ei qui prætorum Athenienſium rationem habuerit. Centum autem & ſexaginta octo poſt Troianum bellum annis extitit Homerus.

EIVSDEM HERODOTI VITA EX SVIDA.

HERODOTVS, Lyxi & Dryonis filius, Halicarnaſſeus, illuſtri genere natus, fratrem habuit Theodorum. Samum ſe contulit, propter Lygdamidem, tertium ab Artemiſia tyrannum Halicarnaſſi. Piſindelis enim, Artemiſiæ, Piſindelidis filius Lygdamis fuit. Sami autem Ionicam dialectum excoluit, & hiſtoriam libris IX. ſcripſit, auſpicatus à Cyro Perſa, & Candaule Lydorum rege. Sed Halicarnaſſum reuerſus, quum tyranno expulſo, tandem inuiſum ciuibus ſe eſſe cerneret, Thurium, quò tum Athenienſes coloniam deducebant, vltrò abiit: ibíque defunctus & in foro ſepultus eſt. Alii Pellæ mortuũ tradunt. Libri eius Muſæ inſcribuntur. De Herodoto, in epiſtola ſcribit Iulianus apoſtata, Quis ignorat AEthiopum ſermonem de cibo apud nos optimi alimenti? Nam quum placentam attigiſſent, ſe mirari dixerunt quomodo ſtercoribus veſcentes viueremus. ſiquis fidem Thurio ſcriptori habet. Gentes autem ichthyophagas & ſarcophagas nẽ per ſomnium quidem noſtram victus rationem vidiſſe tradunt ii qui orbem terrarum deſcripſerunt. Quorum victum ſiquis apud nos æmulari vellet, nihilo cum eo melius quàm cum iis qui cicutam aut aconitum aut helleborum bibunt, ageretur.

EX CICERONE LIB. II. DE ORAT.

Apud Græcos autem eloquentiſſimi homines remoti à cauſis forenſibus, cum ad cæteras res illuſtres, tum ad ſcribendam hiſtoriam maximè ſe applicauerunt. Nanque & Herodotum illum qui princeps genus hoc ornauit, in cauſis nihil omnino verſatum eſſe accepimus. Atqui tanta eſt eloquẽtia vt me (quantum ego Græcè ſcripta intelligere poſſum) magnopere delectet.

EX EODEM IN ORAT.

Quo magis ſunt Herodotus Thucydidéſque mirabiles, quorum ætas quum in eorum tempora quos nominaui incidiſſet, lõgiſſimè tamen ipſi à talibus deliciis vel potius ineptiis abfuerunt. Alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit: alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. primíſque ab his (vt ait Theophraſtus) hiſtoria commota eſt, vt auderet vberius quàm ſuperiores & ornatius dicere.

DE CTESIA.

Xenophon De Cyri minoris exped. lib. 1,

Interea Cyrus regem *Artoxerxem* ſuo incinctum globo conſpicatus, cõtinere ſe amplius nequit. Video, inquit, hominem: ſtatímque in eum inuadit, & infeſta haſta per loricam pectus verberat. Quod ſe vulnus Cteſias medicus curaſſe refert. Ibi hoſtem incautius ferientem tragula ex hoſtili acie neſcio quis Cyrum altè ſub oculo vulnerat. Pugnatur vtrinque acriter, dum ſuum vtraque pars regem protegit. Cteſias quidem, qui ceciderint circa regem, memorat. in illis enim fuit partibus.

Suidas,

Cteſias, Cteſiatchi vel Cteſiochi filius, qui in Perſia medicus fuit Artoxerxis cognomento Mnemonis, Perſica ſcripſit tribus & viginti libris.

EX CTESIAE SCRIPTIS quæ Perſica nominata ſunt, excerptæ à Photio hiſtoriæ, Latinæ nunc primùm factæ.

CTeſiæ Cnidii Perſica libris vigintitribus continentur: ſed in ſex prioribus res Aſſyriorum & quæcunque res Perſicas præceſſere, tractat: à ſeptimo autem libro de Perſicis rebus agit: at in ſeptimo, octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo & decimo tertio, quæ ad Cyrum & Cambyſem, & magum illum, Dariúmque & Xerxem ſpectant, commemorat: ferè in omnibus repugnantia Herodoto narrans, illúmque in multis mendacem & ſcriptorem fabularum appellans. illo enim poſterior eſt. Se autē eorum quæ narrat, magna ex parte oculatum teſtē fuiſſe, aut certè, quæ videre non licuit, de iis à Perſis qui viderant, edoctum, ita demum ea memoriæ prodidiſſe dicit. Nec verò tantummodo ab Herodoti, ſed etiam in aliquibus à Xenophontis Grylli filii hiſtoria diſſentit. Floruit temporibus Cyri Dario & Paryſatide geniti: qui frater fuit Artoxerxis ad quem regnum Perſicum deuenit.

Scribit itaque ſtatim de Aſtyage, eum genere Cyro iunctum non fuiſſe: illúmque etiam Aſtyigā vocat. Fugiſſe autem Aſtyigan à conſpectu Cyri in Ecbatana, & in criſcranis regiarum ædium ab Amyti filia ſua & eius viro Spitama occultatū fuiſſe dicit. at ſuperuenientem Cyrum, non ſolùm Spitaman & Amytin, ſed eorum etiam liberos Spitacem ac Megabernem de Aſtyiga per cruciatus interrogari voluiſſe: Aſtyigan verò ſeipſum patefeciſſe, ne propter ſe pueri cruciarentur, captúmque & compedibus craſſis ab OEbara vinctum: nec multo pòſt ab ipſo Cyro liberatum, & non ſecus ac patrem honoratum obſeruatúmque fuiſſe: filiámque Amytin primùm quidem tanquam matrem in honore habitam, poſtea verò Cyro nupſiſſe, quum Spitamas eius vir eſſet interfectus propterea quòd mentitus eſſet, ignorari à ſe dicens Aſtyigan de quo interrogabatur. Hæc dicit Cteſias de Cyro, iis quæ ab Herodoto referuntur diſſimilia. Itémque illum aduerſus Bactrios pugnauiſſe, & eam pugnam æquo marte geſtam fuiſſe. ſed Bactrianos, poſtquam Aſtyigan Cyri patrem factum eſſe, Amytin autem matrem & vxorem, intellexerunt, ſponte ſeipſos Amyti & Cyro dedidiſſe. Tradit etiam Cyrum cum Sacis bellum geſſiſſe, & Amorgem Sacarum regem Sparethræ maritum cepiſſe: eam autem, capto marito, exercitum coegiſſe, bellúmque Cyro intuliſſe, & virorum quidem trecenta millia, mulierum verò ducenta in aciem eduxiſſe: & Cyrum ſuperauiſſe, viuúmque eum cum multis aliis cepiſſe: itémque Parmiſem Amytis fratrem & tres eius filios. propter quos poſtea Amorgem liberatum fuiſſe, quòd & ipſi liberati fuiſſent. Tradit etiam, Cyrum Amorgis ope adiutum, Crœſo & Sardibus bellum intuliſſe. Narrat etiam quomodo OEbaræ conſilio lignea Perſarum ſimulachra in muro conſpecta timorem incolis iniecerint, & propter hanc cauſam ipſa vrbs capta fuerit: & quo pacto ante captam vrbem, Crœſi filius pro obſide datus fuerit, quum Crœſus diuino quodam ſpectro deceptus fuiſſet. Narrat etiam quomodo dolos nectente Crœſo, filius in eius conſpectu fuerit interfectus, & mater hanc calamitatem intuita ſeipſam ex muro præcipitarit, nec tamen mortua ſit: & quomodo, capta vrbe, ad Apollinis ædem, quæ erat in vrbe, confugerit, ac mortua ſit: & quomodo ter in templo vinctus à Cyro Crœſus, tertiùm arte oculos fallente ſolutus ſit, quanuis templo ſigilla circumpoſita eſſent, eorúmque cuſtodia OEbaræ commiſſa eſſet: quomodo item illis qui vnà cum Crœſo vincti fuerant, amputata fuerint capita, vt quorum proditione ſolutus Crœſus fuiſſet. Narrat etiam Crœſum in regias ædes adductum vinctúmque firmius fuiſſe: ſed quum tonitrua fulminá que irruiſſent, rurſum fuiſſe ſolutum: túmque Cyrum vix tandem eum miſſum feciſſe. à quo tempore Cyrus cum aliis humanitatis officiis eum proſequutus ſit, tum verò vrbem magnam nomine Barenen prope Ecbatana ei donauerit: in qua erant quinque millia equitum, peltatorum autem iaculatorúmque & ſagittariorum decem millia. Commemorat item quomodo Cyrus Petiſacan eunuchum, qui apud ipſum plurimùm authoritate valebat, in Perſas miſerit vt Aſtyigā à Barcaniis adduceret. nam & ipſe & Amytis filia patrem videre cupiebat. Quomodo item OEbaras cōſiliū dederit Petiſacæ vt in deſerto loco Aſtyigan relinqueret, & fame ſitíque conficeret. id quod factum eſt. At in ſomnis ſcelere patefacto, Petiſacas puniendus traditur Amyti, quæ eum expoſcerat. Illa verò oculos eius effodit, pellémque detraxit, & cruci deinde affixit. OEbaras autem, timens ne eadem quæ ille pateretur, quauis Cyrus nihil tale ſe permiſſurum affirmaret, nihilominus decem dierum inedia ipſe ſibi mortem conſciuit. Aſtyigas verò magnificè ſplendidéque ſepultus eſt, atque in deſerto loco cadauer eius intactum

permanſit,neque fuit à feris comeſum.leones enim cadauer eius,donec Petiſacas reuerſus acciperet,ſeruabãt. Cyrus autem aduerſus Derbices expeditionẽ ſuſcipit, quorũ rex erat Amoræus: at Derbices ex inſidiis producũt elephãtes, ac Cyri equites fugãt. vbi ipſe Cyrus ex equo cecidit &quidã Indus.nam Indi Derbicibus in bello opẽ ferebant:à quibus etiã acceptos elephantes in bellum ducebant. Hic igitur Indus,quum Cyrus iam cecidiſſet, eũ iaculo vulnerauit ſub coxa in femore: ex quo vulnere poſtea mortuus eſt. tũ verò ipſum adhuc viuum,quum familiares ſui erexiſſent,ad caſtra profecti ſunt. Occubuerunt autem in pugna illa multi Perſæ,& æquales numero Derbices. nam illorum quoque decem millia erant. Amorges verò quum audiuiſſet quod Cyro contigerat, feſtinanter venit,Sacarum equitum viginti millia ducens.& quũ Perſæ ac Derbices inter ſe conflixiſſent,tam ſtrenuè Perſæ ac Sacæ pugnarũt,vt penes eos victoria fuerit:interfecto Derbicũ rege Amoræo, cũ duobus eius filiis. occubuerũt autẽ Derbicum triginta millia, Perſarum nouẽ millia: & regio in ditionem Cyri conceſſit. Cyrus verò ſub mortis tẽpus Cambyſem primum filiũ regẽ creauit: iunioré verò nomine Tanyoxarcem, dominum Bactriorũ & ipſius regionis, necnon Choramniorum, Parthiorúmque & Carmaniorum: & vt ſuas regiones à tributo ſoluendo liberas haberet,ſtatuit.Ex Spitamæ autẽ liberis,Spitadẽ quidem Derbicibus præfecit, Megaberné autẽ Barcaniis:eóſq; matri in omnibus obtẽperare iuſſit.Quinetiam illos & mutuò & cum Amorge dexteras in amicitiæ teſtimonium iũgere voluit: & illis quidem qui in mutua beneuolẽtia permanerent,omnia fauſta precabatur: at illos qui priores iniuriam illaturi eſſent,deuouebat.His dictis diem ſuũ obiit,tertio à vulnere accepto die,quum annos triginta regnauiſſet. Atque hîc finem habet vndecimus Cteſiæ Cnidii liber.

Duodecimus verò à regno Cambyſis incipit. Hic regnans iuſſit patris corpus per Bagapatẽ eunuchum apud Perſas ſepeliri, & alia quẽadmodum à patre cõſtituta erant, adminiſtrauit.Plurimum verò apud ipſum authoritate valebat Artaſyras Hyrcanius: ex eunuchis autẽ Ixabates & Aſpadates & Bagapates,qui etiam apud patrem maximus fuerat. Poſt Petiſacæ autẽ mortẽ, hic aduerſus AEgyptum & Amyrtæum AEgyptiorũ regem exercitũ ducit,quum Combapheus eunuchus,qui plurimum apud AEgyptiorũ regẽ poterat,pontes & alias AEgyptiorũ res prodidiſſet,vt ipſe AEgypti præfecturã cõſequeretur.id quod factum eſt. ita enim cum eo Cambyſes pactus fuerat,primùm per Ixabatẽ Combaphei patruelem,& ſuis ipſe verbis poſtea.Quum autẽ Amyrtæum viuũ cepiſſet, nullo alio ipſum detrimento affecit, niſi quòd illum in Suſa cum ſex millibus AEgyptiorum quos ipſe delegit,relegauit.Sed & vniuerſam AEgyptum ſubegit: obierúntque in ea pugna AEgyptiorum quinquaginta millia, & Perſarũ viginti. Quidam autẽ magus cui nomẽ erat Sphendadati, quum fuiſſet ob delictum verberibus à Tanyoxarce cæſus,accedit ad Cambyſem, & apud eum fratrem Tanyoxarcem accuſat,eum ipſi inſidias moliri dicẽs: argumẽtum etiam rebellionis addens,quòd,ſi vocaretur,non veniret.Cambyſes igitur fratrẽ ad ſe venire iubet. ille verò aliquo negotio detentus,profectionem diſtulit. Tunc verò magus eũ audacius criminari.At mater Amytis verba magi ſuſpecta habens, Cambyſum filium ne fidem haberet mago,admonebat.at rex ſe non credere fingebat: quum tamen maximopere crederet.Quum autem tertiùm à Cambyſe frater eſſet accerſitus,venit: ipſúmque frater amplexatus eſt, quum nihilominus de illo interficiendo cogitaret. ſed hanc cogitationem ad exitum inſcia Amytide perducere conabatur.id quod perfectum eſt.nam magus conſilium cum rege communicans,hunc dolum machinatur: Quum ipſe Tanyoxarci eſſet ſimillimus, conſilium regi dat vt ipſi tanquam falſo fratris regis accuſatori, caput abſcindi coram omnibus iubeat:clàm autem Tanyoxarcem interfici imperet.quinetiam illius veſtem ſibi indui magus poſtulat, vt ex ipſo veſtitu Tanyoxarces eſſe iudicetur. atq; hæc fiũt. nam hauſto ſanguine taurino interficitur Tanyoxarces: at magus illius veſte induitur, & Tanyoxarces exiſtimatur: diúque latet omnes præter Artoſyran, Bagapatem & Ixabatem. his enim ſolis rem Cambyſes aperire auſus eſt. Cambyſes autem Labyzo qui primus erat inter Tanyoxarcis eunuchos, & aliis ad ſe vocatis, magum illa veſte indutum, oſtendit ſedentem, dixítque, Hunc eſſe Tanyoxarcem exiſtimatis? Labyzus verò miratus, Quem alium, dixit,eſſe putemus? Adeo propter ſimilitudinem magus latebat. Mittitur ergo ad Bactrios,& omnia non ſecus ac ſi Tanyoxarces eſſet, adminiſtrat. Poſt annos verò quinque, res tota declaratur Amyti per Tibetheum eunuchum, quem magus verberauerat, petítque Sphendadatem à Cambyſe: qui dare noluit: quamobrem illa eum execratur, & hauſto veneno moritur. Sed contigit vt ſacrificante Cambyſe,quum victimæ iugularentur, ſanguis non flueret. qua ipſe ex re magis etiam deiecto animo erat. Sed & Roxane puerum capite carentem peperit: magíque ipſi dicebant, hanc prodigiorum ſignificationem eſſe, nullum regni ſucceſſorem ab eo relictum iri. Mater etiam

noctu illi in somnis apparens, ob cædem perpetratam minabatur: ideóque magis etiam angebatur. Quum autem Babylonem accessisset,& ibi paruum lignum cultro poliens, tépus vt falleret, femoris musculum percussisset: vndecimo die mortem obiit, quum duodeuiginti annis regnauisset.

Bagapates autem & Artasyras, antequam Cambyses moreretur, consilium inierunt regni mago tradendi, qui quidem illo mortuo regnum adeptus est. At Ixabates sumptum Cambysis corpus in Persidem portauit. vnde veniens, dum magus sub Tanyoxarcis nomine regno potiretur, de eo apud vniuersum exercitũ indicium professus est, eúmq; infamauit. Quod quum feciſſet, in templum confugit: indéque comprehensus est, & ei caput abscissum. Vnde septem inter Persas principes viri vnà aduersus magum conspirauere, Onophas, Idernes, Norondabates, Mardonius, Barisses, Artaphernes & Darius Hystaspis filius. Hi, quum inter se fidem dedissent, assumitur etiam Artasyras, prætereáque Bagapates, qui claues omnes regiarum ædium habebat. Illi igitur septem viri Bagapatis opera in regias ædes ingressi, magum inueniunt cum pellice Babylonia dormientem. Qui quum illos vidisset, prosiliit, & nullo instrumento bellico reperto, (quoniam omnia Bagapates clàm subtraxerat) sedile aureum confregit, eiúsque pede arrepto, quum pugnaret, tandem à septem illis viris vulneratus, mortem obiit, quum septem menses regnauisset.

Regnat verò ex septem illis viris Darius, quum eius equus (iuxta id quod inter eos conuenerat) arte quadam adhibita primus post solis ortum hinnisset. Cæterùm quo die Sphendadates magus interfectus est, festum magophonia dictum apud Persas celebratur. Hic Darius sepulchrum sibi extrui in duplici monte iubet, atque id extruitur: sed quum id videre cuperet, à Chaldæis & à parentibus prohibetur. Quum autem parentes eius ascendere voluissent, ceciderunt atque interierunt: quum sacerdotes qui illos sursum trahebant, illud conspicati & inde timore correpti, funes laxassent. Quæ res ingentem Dario mœrorem attulit: & illis qui eos trahebant, numero quadraginta, amputata capita fuerunt. Darius præterea Ariaramnem Cappadociæ satrapam aduersus Scythas proficiscí, & viros fœminásque captiuos abdùcere iubet. Ille autem cum triginta nauibus quinquagenûm remorum traiiciens, id exequutus est. Comprehendit autem & fratrem regis Scytharum Marsagetem, quum eum à suo fratre ob malè administratum munus in vincula coniectum inuenisset. At Scytharces Scytharum rex, iratus litteras Dario scripsit contumelioſas: & similiter ipsi responsum est. Darius tandem octingentorum millium exercitu coacto, & Bosphoro Istróque ponte iunctis, aduersus Scythas profectus est: & quindecim dierum itinere progressus est, sibíque mutuò arcus miserunt. Sed quum Scythici validiores essent, Darius pontes transiuit, atque festinanter dissoluit antequam totus transiret exercitus: quare Scytharces octoginta illa hominum millia in Europa relicta, interfecit. Darius verò, quum pontem pertransisset, domus templáque Chalcedonensium combussit: quoniam pontes qui versus regionem suam spectabant, dissoluere tentauerant, & aram quam Darius transiens in honorem Iouis diabaterii statuerat, euerterant. Datis autem ex Ponto rediens & Medicum exercitum ducens, insulas Græciámque populabatur: cui apud Marathonen Miltiades occurrit, vicítque barbaros: & ipse quoque Datis occubuit, eiúsque cadauer petentibus Persis denegatum est. Darius autem ad Persas reuersus est, vbi celebratis sacrificiis, quum triginta dies morbo laborasset, mortuus est: qui annos * ante regnum vixerat, & annos vnum & triginta regnauerat. Obiit etiam diem suum Artasyras. Bagapates autem, quum sex annos sepulchro Darii assedisset, mortuus est.

Regnat Xerxes filius eius, apud quem Artapanus Artasyræ filius maximâ obtinet authoritatẽ, quemadmodum eius pater apud patrem regis obtinuerat, itémq; Mardonius antiquus. Ex eunuchis autẽ plurimùm apud eum poterat Natacas. Xerxes vxorẽ ducit Onophæ filiam Amistrin, ex qua filium suscipit Dariæum: & post biennium, alterum Hystaspẽ nomine: & præterea Artoxerxem: duásq; filias, quarum vna, Amytis nomine auiæ vocatur: altera, Rhodogune. Xerxes aduersus Græcos expeditionem suscepit, quòd Chalcedonenses pontem soluere conati essent, (quemadmodum iam dictum est) & aram à Dario erectã diruissent: quódq; Datin Athenienses interfeciſſent, neq; cadauer eius dare voluissent. Primùm igitur Babylonem profectus est: & Belitanæ videre sepulchrũ exoptauit: viditq; opera Mardonii adiutus: & vnã olei non potuit, quẽadmodum scriptũ erat, implere. Inde Ecbatana profecto, defeciſſe Babylonios & Zopyrum suum ducem interfeciſſe nuntiatur. In hũc modum de his loquitur Cresias, non quemadmodũ Herodotus. nã quæcunq; hic de Zopyro, (nisi quòd mula ipsi peperit) ille à Megabyzo facta fuisse scribit, qui Xer-

xis gener erat, quum filiam eius Amytin vxorem duxiſſet. Ita Babylon capta eſt per Megabyzum: cui Xerxes præter alia multa, molam auream ſex talenta pendentem donauit: quod apud Perſas omnium regiorum munerum eſt pretioſiſſimum. Xerxes autem, Perſico exercitu coacto, qui ex millibus octingentis conſtabat, præter currus, inſtructis etiam mille triremibus, in Græciam profectus eſt: Abydúmque ponte iunxit. Ad eum Demaratus Lacedæmonius tum primùm acceſſit, & cum illo traiecit, eúmque ab inuadenda Lacedæmone prohibuit. Xerxes porrò per Artapanum quindecim millia ducentem, apud Thermopylas cum Leonida Lacedæmoniorum duce prælium iniit, in quo magna Perſarum cæſa eſt multitudo, ex Lacedæmoniis tantummodo duobus aut tribus interfectis. Poſtea viginti millia in aciem educi iubet: qui & ipſi ſuperantur. Quum autem verberibus etiam cæſi vt acriores ad pugnam redderentur, nihilominus victi fuiſſent, quinquaginta millia iubet educi: & quum nihil proficeret, bellandi finem fecit. Sed Thorax Theſſalus, & apud Trachinienſes potentiſſimi Calliades & Timaphernes cum exercitu aderant: quos Xerxes quũ vocaſſet, vnáque Demaratum & Hegian Epheſium, Lacedæmonios nulla ratione vinci poſſe, niſi circumdarentur, intellexit. Perſarum itaque quadraginta millia, quum duo illi Trachinienſes per inuia eos duxiſſent, Lacedæmonios à tergo adoriuntur: qui circumdati, omnes ad vnum fortiter pugnantes occubuerũt. Rurſus Xerxes aduerſus Platæenſes exercitum centum & viginti millium mittit, & Mardonium eius ducem conſtituit. Qui autem Xerxem in Platæenſes concitabant, erant Thebani. Mardonio occurrit Pauſanias Lacedæmonius, trecẽtos Spartanos & mille accolas, ex aliiſque vrbibus ſex millia ſecum ducens. Ibi ſuperato exercitu Perſarum, Mardonius vulneratus aufugit. Hic Mardonius quum à Xerxe ad diripiendam Apollinis ædem miſſus eſſet, ingruente ingenti grandine oppreſſus moritur: quæ res Xerxi maximum mœrorem attulit. Is cum ſuis copiis Athenas proficiſcitur: ſed quum Athenienſes armatis centum & decem triremibus ad Salaminem fugiſſent, vrbem vacuam capit, quam incendit, præter arcem. in ea enim etiam aliqui relicti pugnabant: tandémque quum & illi noctu fugiſſent, illam etiam noctu combuſſerunt. Xerxes autem quum inde ad anguſtiſſimũ Atticæ locũ Heracleum appellatum veniſſet, aggerem Salaminem verſus ducere cœpit, pedeſtri itinere ad eam traiicere cogitans. Sed conſilio Themiſtoclis Athenienſis & Ariſtidis, ſagittarii ex Creta accerſuntur, ac veniunt: deinde bellum nauale Perſarum & Græcorum geritur. Perſæ naues habebant pluſquam mille, ducémque Onophan: Græci verò ſeptingentas. Græci tamen victores euadunt: & quingentæ naues Perſarum profligantur: & fugit Xerxes conſilio rurſus & arte Ariſtidis atque Themiſtoclis. In reliquis verò omnibus præliis ceciderunt Perſarum centum & viginti millia. At Xerxes, quum in Aſiam traieciſſet, & Sardis proficiſceretur, miſit Megabyzum vt templum Delphicum diriperet: illóque id ſuſcipere recuſante, Matacas eunuchus iniuriam Apollini illaturus omniáque direpturus mittitur. Is confectis ita rebus ad Xerxem reuerſus eſt. Xerxes ex Babylone ad Perſas proficiſcitur. At Megabyzus ſuam vxorem Amytin (quæ filia Xerxis erat, quemadmodum iam dictũ eſt) adulterii inſimulat. quamobrem Amytis à patre acriter reprehenditur: at illa impudicitiæ crimen à ſe remouet. Verùm Artapanus, qui plurimum apud Xerxem authoritate valebat, cum Spamitre eunucho (qui & ipſe plurimum apud eum poterat) de Xerxe interficiendo conſilium agitat: ídque perpetrant, & Artoxerxi filio perſuadent ab altero filio Dariæo patrẽ ſuum necatum eſſe: adducitúrq; Dariæus ab Artapano domum Artaxerxis, cum ingenti clamore ſe parricidam eſſe negans. is tamen capite plectitur.

Artoxerxes igitur Artapani opera regno potitur. ſed idem Artapanus eius vitæ inſidians, conſilium ſuum cum Megabyzo (qui iam ob ſuſpectam adulterii vxorem ſuam, mœrore affectus erat) communicat, fidémque mutuò datam iureiurando firmant. Sed re tota Megabyzi indicio prodita, Artapanus ea morte qua Artoxerxes erat afficiendus, afficitur: atque adeo quæcunque in Xerxem Dariæúmque perpetrata fuerant, patefiunt. Aſpamitres quoque, qui cædis Xerxis ac Dariæi conſcius fuerat, acerbiſſimo genere mortis, adhibitis videlicet per ſcapham tormentis, plectitur. At poſt Artapani mortem, eorum qui cum illo coniurarant, & Perſarum aliorum pugna oritur, in qua cadunt tres Artapani filii, & grauiter Megabyzus vulneratur. Quem caſum Artoxerxes itémque Amytis & Rhodogune ac ipſarum mater Amiſtris ingenti luctu proſequuti ſunt: atque adeo vix tãdem hæc Apollonidis medici Coi opera, ſummam adhibentis diligentiã, mortis periculo liberatur. Deſciſcunt ab Artaxerxe Bactra, aliúſque item præfectus Artapanus: & æquo marte pugnatur. Quum autem commiſſa iterum pugna, ventus in facié Bactrianorum ſpiraret, vincit Artoxerxes, & in eius ditionem vniuerſa Bactria concedit. Deficit etiam AEgyptus, Inaro Lydio & altero AEgyptio defectionis authoribus: omniáque ad

bellum pertinentia parantur. Athenienſes quoque Inaro petenti quadraginta naues mittunt: & ipſemet Artoxerxes exercitum educere cogitat: ſed, non ita conſulentibus amicis, mittit Achæmenidem fratrem cum quadringentis millibus peditum, & octoginta nauibus. Confligit Inarus cum Achæmenide, AEgyptiíque vincunt: atque Achæmenides quũ ab Inaro vulnus accepiſſet, moritur, eiúſque cadauer ad Artoxerxem mittitur. Idem Inarus mari victor euadit, Charitimide magnum inde nomen conſequuto, qui quadraginta nauium Athenis miſſarum nauarchus erat. Ex quinquaginta Perſarum nauibus, viginti cum ipſis hominibus captæ, triginta profligatæ fuerũt. Deinde aduerſus Inarum mittitur Megabyzus, præter exercitum qui reliquus fuerat, alium ducens, qui ex ducentis hominum millibus conſtabat, nauibus autem trecentis, quibus Oriſcus præerat. adeo vt præter naues reliqua multitudo quingentorum hominum millium eſſet. nam quum cecidit Achæmenides, centum hominum millia ex quadringentis quæ duxerat millibus, vnà cæſa fuerũt. Pugnatur acriter, & vtrinque multi, ſed plures ex AEgyptiis cadũt. Tandem Megabyzus Inarum in femore vulnerat, fugátque: & fortiter pugnantes Perſæ victores euadunt. Inarus verò fugiens Byblum proficiſcitur, (hæc eſt munita vrbs in AEgypto) & cum eo Græci quicunque in prælio & cum Charitimide cæſi non fuerant. AEgyptus præter Byblum partes Megabyzi ſequitur: & quoniam Byblus expugnari non poſſe videbatur, Megabyzus cum Inaro & Græcis, quorum erant ſex millia & amplius, fide data paciſcitur, nullam eos à rege iniuriam accepturos, & Græcos domum quum liberet reuerſuros. Quum igitur Sarſaman AEgypti præfectum conſtituiſſet, vnà cum Inaro & Græcis ad Artoxerxẽ proficiſcitur: eúmque inuenit iratum Inaro vehementer, quoniam is fratrem Achæmenidem interfecerat. Megabyzus omnia quæ geſta fuerãt narrat, & quomodo fide Inaro Græciſque data Byblũ ceperit: atque pœnam illorum pertinaciter deprecatus, efficitur voti cõpos. tandémq; ad exercitum defertur, Inarum & Græcos nihil detrimẽti paſſuros. Verumenimuero Amytis vicem interẽpti filii Achæmenidis dolens, grauiter cõquerebatur quòd Inarus & Græci pœnas ſibi non darent. atque adeo illos à rege expoſcit: ſed is tradere recuſat. Deinde Megabyzum ab eo expoſcens, repulſam itidem patitur. Tandẽ tamen illa quũ inſtãdo moleſta eſſet, impetrauit. & quinq; pòſt annis, Inarum pariter & Græcos à rege accepit. Atque hunc quidem tribus crucibus ſuffixit, Græcis autem quinquaginta (nam plures capere nõ potuerat) capita amputauit. At Megabyzus magno dolore & luctu affectus eſt, petiítque vt ſibi in Syriam regionem ſuam proficiſci liceret. Huc etiam clàm præmiſit Græcos alios, & profectus eſt, atque à rege deſciuit: maximáſque copias coegit, quæ, præter equites, ex centũ & quinquaginta millibus cõſtabant. Aduerſus eũ Vſiris mittitur cum ducentis millibus: pugna conſeritur, ſéque mutuò vulnerant Megabyzus & Vſiris. hic quidẽ iaculo Megabyzum in femore percuſſit, & vulnus duos digitos altum infligit: ille verò ſimiliter iaculo Vſirin in femore, deinde & in humero vulnerauit. vnde Vſirin ex equo cadere contigit. ſed eum circunſiſtens Megabyzus attolli & ſeruari iubet. Multi autem Perſæ ceciderũt, Zopyro Artyphióque Megabyzi filiis fortiter pugnantibus. itaque tãdem viribus longè ſuperior euadit Megabyzus, & victoria potitus magnam Vſiris curam gerit, eúmque ad Artoxerxem mittit id petentem. Rurſus autem exercitus aduerſus eum mittitur, & Menoſtanes Artarii filius (Artarius autem erat ſatrapa Babylonis, & Artoxerxis frater) cõfligunt inter ſe: ſed Perſarum fugatur exercitus, & Menoſtanes in humero à Megabyzo percutitur: præterea in capite ſagitta, ſed nõ lethali vulnere feritur. vnà tamen cum omnibus ſuis fugam capit, & Megabyzus ſplendida potitur victoria. Artarius Megabyzum per legatos monet vt cum rege paciſcatur. Ille ſe paciſci quidem cum rege, non tamen ad eum proficiſci ſed in ſua regione manere velle indicat. Hæc regi nuntiantur, cui Artoxares Paphlagon eunuchus & Amiſtris ſtudioſè conſilium dant vt paciſcatur. Itaque ipſe Artarius & Amytis vxor, & Artoxares, iam viginti annos natus, & Petiſas Vſiris filius & Spitamæ pater, mittuntur. Multis igitur ſermonibus & iuramentis ad fidem faciendam adhibitis, vix tamen Megabyzo vt ad regem proficiſcatur perſuadent. Cui tãdem reuerſo rex per nuntios veniam ſe illi eorum quæ admiſiſſet, dare ſignificauit. Sed quum egreſſo ad venationem rege, & cum adorto leone, Megabyzus beluam hanc in pedes ſe erigentem iaculo percutiens interfeciſſet, ſuccenſens ei rex quòd eam percuſſiſſet antequam ipſe eam vllo ictu attigiſſet, caput abſcindi imperauit. Sed Amiſtris & Amytis aliorúmque precibus remiſſa ei mortis pœna, ad vrbem quandam nomine Cyrtæ circa mare rubrum relegatur. Artoxares quoque eunuchus in Armeniã relegatur quòd ſæpe pro Megabyzo liberius apud regem loquutus eſſet. Sed Megabyzus, quum in exilio quinque annos eſſet commoratus, aufugit, ſe piſagan eſſe ſimulando. (piſagas autem à Perſis dicitur leproſus, ad quem nemini accedere licet) & ad Amytin domúmque proficiſcitur, & vix agnitus, per Amiſtrin & Amytin cum rege reconciliatur: qui eum, quemadmodum antea, ſuæ menſæ participem

facit.& quum ſex & ſeptuaginta vixiſſet annos,mortuus eſt : propter quod magno rex eſt mœrore affectus. Mortuo Megabyzo Amytis cum multis conſuetudinẽ habebat, & ante hanc ſimiliter mater Amiſtris: Apollonides verò Cous medicus, quum Amytis leuiter ægrotaret,& ipſe eius amore captus eſſet,fore dixit vt ea in priſtinam valetudinem reſtitueretur ſi cum viris rem haberet.vuluæ enim eſſe morbum. Sed quum hac arte voti compos factus cum ea concumberet,illa autem tabe laborare cœpiſſet,à concubitu abſtinuit. Tandem igitur illa morti vicina,matri in mandatis dedit vt Apollonidem vlciſceretur. Hæc ipſi regi Artoxerxi rem totam expoſuit,& quomodo cum illa concumbere ſolitus,non prius deſiiſſet quàm ei illius mali author fuiſſet:& quomodo ſupplicium de Apollonide ſumi illa ſibi mandaſſet . Ille matri quicquid ipſi viſum fuerit agendi poteſtatem facit.Hæc,quũ vinctum Apollonidem bimeſtri ſpatio cruciatibus affeciſſet, viuum poſtea defodit, quo nimirum tempore Amytis diem ſuum obiit . Sed Zopyrus Megabyzi & Amytis filius , vbi iam patrem & matrem amiſit, à rege deſciuit , atque Athenas profectus eſt , propterea quòd Athenienſes mater eius beneficiis affecerat.Caunum vnà cum illis nauigauit,& Caunios ciuitatem tradere iuſſit : at illi vrbem ipſi quidem tradituros ſe reſpõdebant, Athenienſibus verò qui eum ſequebãtur,nequaquam . In Zopyri igitur murum ſubeuntis caput ſaxum iecit Alcides Caunius, ex quo ictu Zopyrus mortem obit . Amiſtris verò auia Caunium illum cruci affixit . Poſtea autem & ipſa moritur , iam ætate valde confecta . Artoxerxes item obit, quum duos & quadraginta regnaſſet annos.

Artoxerxe mortuo regnat Xerxes eius filius, qui ſolus erat legitimus ex Damaſpia ſuſceptus, quæ eodem ipſo die quo Xerxes mortuus eſt, è vita diſceſſit: Bagorazus verò cadauer patris & matris in Perſiam tulit. Fuerunt autem Artoxerxi ſeptemdecim filii ſpurii, in quibus fuit Secũdianus ex Alogune Babylonia ſuſceptus, & Ochus,& Arſites,ex Coſmartidene, quæ etiam erat Babylonia. Ochus autem poſtea regnat , & præter hos liberi eius. Fuerũt ex his , &Bagapæus & Paryſatis, ex Andia, quæ etiã erat Babylonia. Hæc Paryſatis, Artoxerxis & Cyri mater fuit. & Ochum pater viuens Hyrcaniorũ præfectũ cõſtituerat, eíque in vxorem dederat mulierem quæ Paryſatis appellabatur , Xerxis filiã, & regis ſororẽ. Secundianus autem,poſtquã ſibi Pharnacyã eunuchum conciliauit, (qui ſecundum à Bagorazo,& Menoſtane,& quibuſdam aliis locum tenebat) quum Xerxes in quodam feſto ebrius eſſet atque in regia ſua dormiret, ingreſſi eum interficiunt , die à patris morte quinto & quadrageſimo. Euenit ergo vt amborum ſimul ad Perſas corpora ferrentur. nam mulæ quæ currum trahebant , tanquam filii cadauer expectantes, iter facere nolebant:ſed poſteaquam aduenit,magna cum alacritate iter fecerunt.

Regno autem potitur Secundianus , qui Azabaritem & Menoſtanem *eunuchos* apud ſe habuit.At Bagorazo ad Secundianum reuerſo , Secundianus iampridem cum eo ſimultatem exercens,eum criminatus quòd abſque eius conſilio cadauer patris ibi reliquiſſet, lapidibus obrui imperauit. Quod factum ægerrimè exercitus tulit: qui quanuis ab eo muneribus donaretur , eum nihilominus ob Bagorazi & fratris Xerxis cædem odio proſequebatur . Poſtea autem Ochus à Secundiano accerſitus , venturum ſe promittit: ſed minimè venit: & hoc ab eo ſæpius fit. tandem Ochus multo ſe munit exercitu , & regnum occupaturus ſperatur . Arbarius equitum Secundiani præfectus ab eo ad Ochum deficit:deinde Arxanes AEgypti ſatrapa:quinetiã Artoxares ex Armenia venit ad Ochũ: & ipſi citarin inuito impoſuerunt.

Regnat Ochus,& nomine mutato Dariæus appellatur,qui dolis iuramentíſque, monitu Paryſatidis,Secundianũ tentat.at Menoſtanes Secundianum diligẽter hortabatur ne crederet eius iuramẽtis, neq; cũ fallacibus hominibus paciſceretur: ſed nihilominus Secũdianus perſuadetur & capitur,& in cineres coniectus moritur,quũ VI mẽſes & dies XV regnauiſſet. Regnat igitur ſolus Ochus,qui etiã Dariæus nominabatur : apud eũ autẽ authoritate valebant tres eunuchi, primũ quidem locum Artoxare,ſecundum Artibarxane,tertium Athoo tenente. Vxorem autem potiſſimùm in conſilium adhibebat , ex qua, antequam regnũ adipiſceretur,duos ſuſceperat liberos, Amiſtrin fœminam,& Arſacan marẽ, qui poſtea mutato nomine dictus eſt Artoxerxes. Ex eadem autem etiam regnãte alterum ſuſcepit marem, & ei nomen Cyri à ſole eſt impoſitum,deinde Artoſtẽ:alióſque deinceps vſque ad tredecim.atque iſta hiſtoricus ex illa ipſa Paryſatide ſe audiſſe tradit.Sed reliqui filii celeriter è vita migrauerunt: ſuperfuerúntque illi quorum fecimus mentionem, & quartus filius,qui Oxendras eſt appellatus. Deſciſcunt à rege,Arſites frater eius germanus, ex eadem matre eodémque patre genitus: & Artyphius Megabyzi filius.In eos mittitur Artaſyras,& Artyphium bello Inuadit:atque in duabus pugnis Artaſyras vincitur:deinde rurſus congreſſus Artyphium ſuperat , & eos qui cum illo erant Græcos muneribus ad ſe allicit, adeo vt ille cum tribus tantummodo Mileſiis relictus fuerit. tandem quum iuſiurandum

fidémque ab Artaſyra accepiſſet, quoniam Arſites non comparebat, regi ſe dedidit. Paryſatis verò regi ad Artyphium interficiendum animato, cõſilium dedit vt ne tunc temporis illum interficeret: (hoc enim modo Arſitem deceptũ ei ſe dediturum) ſed poſtquam ille deceptus captúſque eſſet, tunc vtrunque necaret. id quod ita factum eſt, conſilio exitum conſequuto. Artyphius enim & Arſites in cineres coniiciuntur. Arſitem tamen rex morte mulctare nolebat, ſed Paryſatis partim precibus, partim vi id effecit. Pharnacyas item, qui vnà cum Secũdiano Xerxem occiderat, lapidibus eſt obrutus: & Menoſtanes ſibi ipſi mortem conſciuit, quum iam ad pœnam ſubeundam comprehenderetur. Deſciſcit Piſuthnes, & in eum Tiſſaphernes mittitur, atque Spitradates, & Parmiſes. Piſuthnes verò aduerſus eos tendit, ſecum habens Lyconem Athenienſem, cum Græcis quorum ille dux erat. Sed regis duces pecuniis Lyconem Græcóſque captant, & vt à Piſuthne deſciſcant perſuadent. deinde Piſuthni fide data, & ab eo accepta, eum ad regem ducunt, qui eum in cineres coniicit, eiúſq; ſatrapiã Tiſſapherni tradit. Lycon verò & vrbes & regiones mercedẽ proditionis accipit. Artoxares autem, qui plurimùm apud regem poterat, ei molitur inſidias, de regno inuadendo cogitans. nam, quum eſſet eunuchus, imperauit vxori ſuæ vt ſibi barbam conficeret, ídque vt vir eſſe exiſtimaretur. Sed per eam patefacto hoc dolo, comprehenditur, & Paryſatidis in poteſtatem traditur, à qua interficitur. Arſaces autem regis filius, qui poſtea eſt nominatus Artoxerxes, vxorẽ ducit Idernis filiã Statirã: atque regis filiã ſimiliter vxorem ducit filius Idernis. Amiſtris autem erat filia, cuius ſponſo nomẽ erat Terituchmes: qui patre ſuo mortuo, pro ipſo ſatrapa conſtitutus eſt. Habebat autem ſororem ex eodem patre natam, quæ Roxane vocabatur: quæ cum formoſa erat, tum verò ſagittandi iaculandíq; peritiſſima. Huius amore captus Terituchmes, & cum ea rem habẽs, oderat Amiſtrin: tandémque eam in ſaccum coniicere ſtatuit, vt à trecentis viris, cum quibus defectionem molitus eſt, confoderetur. Sed quidam cui nomẽ erat Vdiaſtes, qui authoritate apud Terituchmem valebat, & literas à rege acceperat, quibus multa ei pollicebatur ſi ſua filia ei ab illo periculo liberaretur, Terituchmem aggreſſus interfecit: quum ipſe Terituchmes aduerſus eos qui in ipſum inſurgebãt, ſtrenuè pugnãdo, multos interfeciſſet. nã ab eo triginta ſex homines occiſos fuiſſe tradunt. Sed filius Vdiaſtis Mitradates nomine, qui Terituchmis armiger erat, nec adfuerat, poſtquam rem didicit, patri diras imprecatus eſt: & quum vrbem Zarin occupaſſet, eam filio Terituchmis conſeruauit. At Paryſatis matrem Terituchmis, fratréſque Metroſtem & Helicum, & ſorores, quæ præter Statirã duæ erant, viuas terra obrui, Roxanem autem viuam ſecari iuſſit. Id quod factum eſt. Rex verò vxori ſuæ, vt ſimili pœna Statirã afficeret Arſacis filii ipſius vxorẽ imperauit. Sed quũ matrem & patrem multis fletibus & planctibus placaſſet, & Paryſatidis animus flexus eſſet, pœnã remiſit. Sed & ipſe Ochus Dariæus Paryſatidi dixit fore vt valde ipſam aliquando pœniteret. At in libro decimooctauo narrat quomodo Ochus Dariæus mortuus ſit quum Babylone ægrotaſſet, & annos triginta quinque regnauiſſet.

Regno igitur Arſaces potitur, qui & Artoxerxes mutato nomine dictus eſt. hoc regnum adepto, Vdiaſti lingua abſcinditur, éique ponè auellitur: atque ita tandem ille moritur, & filius eius Mitradates pro patre ſatrapa conſtituitur. Facta autem hæc fuere impulſu Statiræ: vnde Paryſatis dolore afficiebatur. Criminatur Tiſſaphernes Cyrum apud Artoxerxem fratrem: is ad matrem Paryſatin confugit, & à crimine obiecto abſoluitur. Reuertitur Cyrus ad ſuam ſatrapiam, ignominia à fratre affectus, ideóque de defectione cogitat. Satibarzanes Oronté criminatur, cum Paryſatide conſuetudinem eum habere dicens, quum alioqui caſtè illa viueret. Morte igitur mulctatur Orontes: & mater iraſcitur ipſi regi quòd Paryſatis veneno Terituchmis filium necauerit. Et de eo qui patrem igne contra legem ſepeliuit, *ſit mentio*. vnde Hellanicus & Herodotus mẽdacii arguuntur. *Refertur etiam* Cyri à fratre defectio: & quomodo Græcum pariter & barbaricũ exercitum coegerit, & Clearchus Græcorum exercitus dux fuerit. *Commemoratur deinde* quo pacto Syennefis Cilicum rex ambos, Cyrum videlicet & Artoxerxem, in bello gerendo adiuuerit, & quomodo Cyrus ſuum exercitum, & Artoxerxes viciſſim ſuum exhortatus fuerit. Sed Clearchus Lacedæmonius Græcorum dux, & Menon, ambo Cyrum ſequentes, ſemper inter ſe diſſidebãt, quòd Cyrus Clearchi conſilio in omnibus vteretur, Menon autem in nullo apud eum loco eſſet. Et ad Cyrum quidem ab Artoxerxe multi tranſfugiebant, ſed nullus à Cyro ad Artoxerxem. quam ob cauſam barbarus quum ad Cyrum deſciſcere tẽtaſſet, & accuſatus ea de re fuiſſet, in cineres eſt coniectus. *Narratur etiam* vt Cyrus in regis exercitum impreſſionem fecerit, & victoria potitus ſit: deinde vt occubuerit, dum Clearcho morem non gerit. Vt Artoxerxes contumelioſis modis in fratris cadauer ſæuierit: quippe qui non ſolùm caput ſed & manũ qua percuſſus ab eo fuerat, abſciderit, & velut de ea triumphãs, circũtulerit. *Scribit &* vt Clearchus Lacedæmonius cum ſuis Græcis noctu receſſerit, & vnã ex Pa-

ryſatidis vrbibus occupauerit:& vt rex cum Græcis fœdus inierit. Vt Paryſatis Babylonem profecta ſit Cyrum lugens,& vix tandē caput eius manúmque recuperauerit,quæ Suſa miſerit,ibíque ſepeliuerit. De Bagapate qui iuſſu regis caput à cadauere Cyri auulſit:& quomodo regis mater vbi in talorum luſu eum vicit,ex pacto Bagapatem obtinuit. & quomodo ipſi pellis detracta fuerit à Paryſatide, & cruci deinde fuerit affixus ab eadem. quo tempore ipſa propter multam Artoxerxis obſecrationem flere Cyrum ceſſauit. Quomodo Artoxerxes dona cuidam dederit qui Cyri tiaram attulit,&Carem qui Cyrum à ſe vulneratum arbitrabatur,honorificè exceperit. Paryſatis autem illum qui honorificè exceptus fuerat, cruciatibus adhibitis interfecerit. Vt Artoxerxes petenti Paryſatidi Mitradatem tradiderit, quippe qui in menſa ſe Cyrū interfeciſſe gloriatus eſſet:&vt ſibi traditū acerba morte mulctauerit. Hæc in libris XIX & XX continentur.

In libris autem XXI & XXII,& XXIII,(quo tota hæc finitur hiſtoria)hæc continentur, Quo pacto Tiſſaphernes Græcis inſidias molitus ſit, quum ſocium ſibi adiunxiſſet Menonem Theſſalū,& per eum dolo iuramētíſque Clearchum ducéſque cæteros in poteſtatem ſuam redegerit,quanuis Clearchus præuideret,inſidiáſque amoliretur. Sed tum multitudo per Menonem decepta,Clearchum etiam inuitum ad Tiſſaphernem coegit accedere, tum etiam Proxenus Bœotius antè dolo circumuentus, vt id faceret hortabatur. Quomodo Clearchū & cæteros compedibus vinctos Babylonem ad Artoxerxem miſerit, & quomodo ad conſpiciendum Clearchum omnes confluxerint: & quomodo Cteſias ipſe, quum medicus eſſet Paryſatidis, Clearcho, dum in carcere eſſet, multa humanitatis officia per eam præſtiterit. Et vt illum Paryſatis à vinculis liberaſſet, niſi Statira virum Artoxerxem ad eum interficiendum hortando compuliſſet. Ita Clearchus morte mulctatus eſt: & circa eius cadauer oſtentum hoc extitit, quòd flante vento vehementiſſimo, ſepulchralis agger magnæ altitudinis ſponte ſua id contexerit. Interfecti etiā fuerunt Græci cum eo miſſi,præter Menonem. *Narrantur deinceps* Paryſatidis in Statiram cōuicia, & quomodo Statira fuerit veneno necata,quod hunc in modum paratum erat, (cauebat enim ſibi Statira diligēter ab hoc malo,quod ei tamen contigit.) Vna pars cultelli veneno ſuperillinitur, cuius reliqua pars intacta remanſit:hoc ſecatur auicula parua, oui habens magnitudinem.(auiculam hanc Perſæ ryndacē appellant)diuiditúrque in duas partes: & ipſa Paryſatis dimidiam partem quæ veneno carebat, accepit, comeditque: at parte veneno tinctam porrexit Statiræ. Illa quum eam quæ porrexerat edere dimidiam partem vidiſſet, nec quicquam *fraudis* animaduertere potuiſſet,ipſa quoque vnà mortiferum comedit venenum. Hinc matri rex iraſcitur,& eius eunuchi comprehenſi cruciantur & morte mulctantur. Prætereáque Ginge comprehenditur, quæ Paryſatidi familiaris erat, atque de ipſa iudicium exercens, à iudicibus quidem abſoluitur,à rege autem condemnatur. Tandem verò cruciatibus afficitur & necatur,eóq; nomine Paryſatis filio, hic viciſſim matri ſuccenſet. De Clearchi tumulo qui octo pòſt annis palmarū plenus apparuit:quas Paryſatis clàm per eunuchos,quo tēpore ille mortuus eſt,aggeſta terra obruerat. Cauſæ propter quas rex Artoxerxes & EVagoras Salaminis rex inter ſe diſſiderent. & EVagoræ nuntii ad Cteſiam vt acciperent epiſtolas ab Abulite:& Cteſiæ ad ipſum epiſtola de reconciliatione cum Anaxagora Cypriorum rege. EVagoræ nūtiorum in Cyſtrum aduētus, & à Cteſia datæ ad EVagoram literæ, vt ei fuerint redditæ. Et,Cononis ad EVagoram oratio,ſuadentis vt ad regem aſcenderet. Et EVagoræ epiſtola de honoribus quibus ab eo affectus fuerat. Et Cononis ad Cteſiam epiſtola. Et,tributum regi datum ab EVagora. Et,epiſtolæ Cteſiæ redditæ. Et,Cteſiæ ad regē oratio de Conone,& epiſtola ad ipſum. Munera ab EVagora miſſa Satibarzani traduntur, & nuntii in Cyrum perueniunt. Et Cononis epiſtola ad regē & Cteſiam. Quomodo adhibita cuſtodia retenti ſint nuntii à Lacedæmoniis ad regem miſſi. Epiſtola regis ad Cononē & ad Lacedæmonios,quam ipſe Cteſias tulit.& quomodo à Pharnabazo Conon conſtitutus ſit nauarchus. Cteſiæque in Cnidum patriam ſuam aduentus & Lacedæmonem.& diſceptatio aduerſus Lacedæmoniorum legatos apud Rhodum:& emiſſio ab Epheſo vſque ad Bactra.& Indicæ regionis,dierum,paraſangarum. Catalogus regum à Nino & Semiramide vſque ad Artoxerxem,quibus ille librum ſuum claudit.

EX EIVSDEM CTESIAE ſcriptis quæ Indica nominata ſunt, excerptæ ab eodem Photio hiſtoriæ, Latino ſermone nũc primùm redditæ.

INdica Cteſiæ vno libro continentur, in quibus magis Ionicè loquitur. Scribit Indum fluuium, quà anguſtiſſimus eſt, quadraginta ſtadiorum eſſe: quà latiſſimus, ducentorum. Indos multitudine cæteros ferè vniuerſos mortales ſuperare dicit. De ſcolece, *id eſt quodam uerme*, qui eſt in flumine, & ſolus ex omnibus animalibus in eo naſcitur. *Dicit etiam* vltra Indos non alios homines habitare. In Indica regione non pluere, ſed eã à flumine rigari. De pantarba gemma, & quomodo ſeptuaginta ſeptem gemmas & lapides pretioſos in flumen proiectos, (quæ omnia erant cuiuſdam Bactriani inſtitoris) pantarba retraxerit inter ſe cohærentes. De elephantibus murifragis. De paruis ſimiis caudas quatuor cubitorum habentibus. De maximis gallis gallinaceis. De aue pſittaco, quam lingua humana & voce præditam eſſe dicit, corui magnitudine, & roſtro purpureo, barbámque geſtare nigram, collum habere cæruleum, quemadmodũ cinnabari: loquiq; ipſam Indicè, vt hominẽ: necnon Græcè, ſi Græcũ ſermonẽ docta fuerit. De fonte qui quotannis auro humido impletur, ex quo fonte cẽtum vrcei fictiles ſingulis annis hauriuntur. ideóque fictiles eſſe oportet quoniam aurum dum hauritur concreſcit, vt ad ipſum extrahendum frangere vas neceſſe ſit. Fons hic quadratus eſt, cuius ambitus eſt ſexdecim cubitorum, altitudo vnius vlnæ: ſinguli autem vrcei *qui auro pleni hauriuntur*, talenti pondus exæquãt. De ferro quod in fundo huius fontis extat: ex quo duos gladios ſe habuiſſe dicit ipſe Cteſias, vnum à rege, alterum à regis matre Paryſatide donatum. Id ferrum ſi in terrã defigatur, nebulas & grandines turbinéſque auertere, & ſeipſum hæc vidiſſe, rege bis periculum faciente, commemorat. De canibus Indicis, qui maximi ſunt, adeo vt etiam cum leone pugnent. De magnis montibus ex quibus ſardo & onyches aliæque gemmæ effodiuntur. De acerrimo qui ibi eſt calore: & vt ſol duplo maior quàm in aliis regionibus eſſe videatur, multúque æſtu ibi ſuffocentur. Tradit etiam mare ibi non minus ſpatioſum Græco eſſe, atque id in ſummo quidem, donec quis ad quatuor digitorũ altitudinem peruenerit, calidum eſſe, adeo vt piſcis iuxta calorem illum viuere non poſſit, ſed in fundo degat. Indum fluuium campos & mõtes interlabi *tradit*, in quibus naſcatur qui calamus Indicus appellatur: eius quidem craſſitudinis quam hominum duorum iunctæ vlnæ complecti poſſint: altitudinis autem, quanta eſt mali nauis onerariæ prægrandis. Eſſe & quoſdã maiores, quoſdam item minores, vtpote in ſpatioſo monte. Eſſe autem inter hos calamos & marem & fœminam: & fœminam quidem nucleũ habere, marem verò nequaquam: & eſſe validiſſimum. De animali Indico martichora dicto, quod facie hominem refert, leonis magnitudine, cinnabaris ruborem habens. Triplex eſt illi dentium ordo: aures humanis ſimiles, oculi item cæſii, velut ſunt hominum. Caudam autem qualem ſcorpius epirotes habet, in qua & aculeus eſt cubitali maior. Sed & per tranſuerſum aculeis munita eſt cauda. Aculeum item in ſumma parte, velut ſcorpius, gerit: quo accedentes pungit: nec mortem quicunque punctus fuerit, effugere poteſt. Quôd ſiquis eminus aduerſus ipſum pugnet, & ab anteriori parte caudam prætendens aculeis petit, tanquam ab arcu eos eiaculans, & à poſteriori parte eam rectà intentans. Ad plethri autem longitudinem iaculando peruenit, & quoſcunque ferit, omnes ad vnum interficit, præter elephantem. Eius autem aculei longitudinem pedalem, funis tenuiſſimi latitudinem habent. Martichora autẽ Græcis *ἀνθρωποφάγος* ſonat, *id eſt hominiuorus*, quòd multos voret quos interfecerit. Sed & animalia cætera vorat. Pugnátque & vnguibus & aculeis. Aculeos autẽ vbi eiaculatum fuerit, renaſci ſcribit. Abundat autem his animalibus India: quæ ab hominibus interficiuntur, qui elephantis inſidentes, telis ea petunt. De ſumma Indorum iuſtitia, & de moribus ac ritibus eorum. De loco ſacro qui eſt in tractu inhabitabili regionis, quẽ ſub nomine ſolis & lunæ venerantur: ad quem à monte Sardonis quindecim eſt dierum iter. Vt ſol ibi ſingulis annis per dies triginta quinque aliquid refrigerationis illis concedat, propter id feſtum, vt ne dum ipſum celebrant & dum reuertuntur, torreantur. Tonitrua & fulgura & pluuiæ non ſunt in India, ſed frequentes ventos & turbines habet, qui omnia ſibi obuia abripiunt. Sol autem oriens in maiori Indiæ parte, alteri diei parti frigus, alteri vehemẽtem calorem affert. Indi non à ſole ſed à natura ſunt nigri, in quibuſdam enim viris & mu-

lieribus inter eos ſummum candorem conſpici tradit: in paucioribus tamen & ſe tales Indas duas & Indos quinque vidiſſe addit. Confirmare volens quod de ſole dixerat, eum Indiæ triginta quinque dierum refrigerationem concedere, ſcribit & flāmam quæ ex AEtna erumpit, medium regionis tractum, vtpote qui à iuſtis hominibus incolatur, non labe factare, quum cætera labefactet. & apud Zacynthum fontes eſſe piſcium fertiles, è quibus pix educatur: & apud Naxum fontem eſſe è quo vinum, & quidem ſuauiſſimum, nonnūquam profluat. Et ignem iuxta Phaſelidem in Lycia eſſe perpetuum, qui ſuper petrā ſemper noctes diéſq; ardeat: & qui aqua non extinguatur, ſed redardeſcat: at fimo extingui poſſit. Media India nigros habet viros qui Pygmæi appellantur, eadem qua Indi cæteri lingua vtentes. ſunt autem valde parui, adeo vt bona pars dimidii cubiti magnitudinem, qui autem eorum maximus, duorum cubitorum magnitudinem non ſuperet. Capillum autem vſque ad genua & infra etiam demiſſum, barbam quoque quibuſuis aliis hominibus promiſſiorem geſtant. Atque adeo poſtquam illis promiſſa barba exorta eſt, nullo iam veſtitu vtuntur, ſed capillos quidem à tergo multo infra genua demittunt, barbam autem antè ad pedes vſque protrahunt: deinde, quum totum corpus pilis obduxerunt, ſeipſos cingunt, illis veſtimenti loco vtentes. Sed & veretrum illis eſt valde craſſum, adeóque magnū vt ad pedum vſque malleolos pertingat. Sunt porro ſimi atque deformes. Oues autem eorum ſunt agnis *noſtris* pares: boues & aſini ad *noſtrorum* arietum magnitudinem accedunt. equi item eorum & muli cæteráque veterina animalia arietes magnitudine non ſuperant. Horum Pygmæorum tria millia rex Indorum in ſuo comitatu habet. ſunt enim ſagittarii peritiſſimi. Iuſtiſſimi autem ſunt, & iiſdē quibus reliqui Indi legibus vtuntur. Lepores & vulpes non canibus ſed coruis, miluis, cornicibus & aquilis venantur. Lacus eſt apud eos octingentorum ſtadiorum ambitum habens, cui, quoties à nullo vento agitatur, oleum ſupernatat: quod quidā ex eius medio ſcaphiis hauriunt, nauigiolis per eum nauigantes. atque eo vtuntur. Vtuntur autem & oleo ex ſeſamo, & ex nucibus: ſed præſtantius eſt quod è lacu illo hauritur. Habet verò etiam piſces hic lacus. Abundat præterea argento hæc regio, in qua ſunt & argenti fodinæ, non tantæ tamen, vt aiunt, altitudinis, quantæ apud Bactra. Aurum quoque habet India, ſed quod non reperitur in fluuiis & abluitur, vt fit in flumine Pactolo: ſed multi & ſpatioſi montes id ſuggerunt, quos incolunt grypes, aues quadrupedes, lupi magnitudine, cruribus & vnguibus leoninis: qui pennas in pectore rubras, in reliquo corpore nigras habent. Propter has illud quod in montibus eſt copioſum aurū non facilè obtinetur. Oues Indorum & capræ maiores ſunt aſinis, & vtplurimum quaternos atque adeo ſenos pariunt. Caudæ autem illis adeo ſunt magnæ vt amputandæ ſint illis quæ enixæ fuerint vt à mare poſſint iniri. At porcum India nec manſuetum nec ſylueſtrem vllum habet. Palmæ Indicæ eorúmque fructus triplo Babyloniis ſunt maiores. Eſt ibi & quidam fluuius (vt ille ſcribit) è petra mel fundens. Sed multa de illorum iuſtitia & de beneuolentia qua regem ſuum proſequūtur, & de illorum contemptu mortis commemorat. Meminit & fontis cuiuſdam, cuius aquam, ſimulatque hauſta fuerit, in morem caſei coagulari dicit: cuius coagulatæ ſiquis tres obolos cū aqua biberit, quæcunque admiſerit patefacit. eo enim die mente alienatur. Eo autem vtitur rex erga eos qui an obiectis criminibus ſint affines, certò vult cognoſcere. nam ſiquis *id de quo accuſatur* effutiuerit, mortem ſibi cogitur conſciſcere: ſin *indicio ſuo* nullius criminis cōuincatur, abſoluitur. Nullum ex Indis capitis aut oculorum aut dentium dolore laborare tradit, nullique circa os puſtulas oriri: eorúmque vitæ ſpatium eſſe centum viginti, & triginta & quinquaginta annos: atque adeo ducentos, quorum ſit longiſſima. Eſt apud eos ſerpens dodrantali magnitudine, aſpectu ſimilis pulcherrimæ purpuræ: caput candidiſſimum habens, dentibus omnino carens. quē venatores in feruentiſſimis montibus nāciſcuntur, ex quibus ſardo *gemma* effoditur. Hic non mordet, ſed quemcunque locum vomitu ſuo conſperſerit, in eo putredinem oriri neceſſe eſt. Si autem è cauda ſuſpendatur, venenum duplex emittit, vnum dum viuit, quod nigrum eſt, electri ſpeciem referens: alterum, vbi mortuus eſt, nigrum & ipſum. Et illius quidem prioris quod ab eo viuente profluxerit, ſi tantum detur quantum eſt ſeſamum, cōfeſtim enecat, cerebro eius qui ipſum biberit, per nares effluente: alterum autem ſi detur, tabem inuehit, & vix intra anni ſpatium perimit. Meminit & auis δικαίου cognominatæ, (eſſe autem δίκαιον idem quod Græcis δίκαιον, *id eſt iuſtum*) quæ oui perdicis magnitudinem non excedat. hanc ſtercus ſuum defodere tradit, ne inueniatur: quòd ſi inuentum ſeſami menſura bibatur, manè ſomnus eum qui biberit corripit, & ita dormit vt nihil ſentiat: vergente autē ad occaſum ſole, expirat. Eſt ibi & lignum πύρρον dictum, oleæ magnitudine, quod in regiis duntaxat inuenitur hortis: nec florem nec fructum producens: ſed quindecim duntaxat ſub terra ſunt ei craſſæ radices, quarum vnaquæque brachii craſſitudinē habet. huius ſi dodrātē quis ſumpſerit, omnia quibus illa admouetur ad ſe trahit,

aurum,argentum,æs,lapides,& alia quælibet,præter electrum: ſin quis tantum eius quanta eſt cubiti menſura,acceperit, & agnos & aues ad ſe trahit. nam & hac maiorem auium partem venantur.Quinetiam,ſi aquam concreſcere velis, in aquæ congium radicis huius obolum iniiciens,concreſcere facies.Idémque in vino efficere poteris:manúque,velut ceram,tenebis. ſed poſtridie ſoluitur. Auxiliatur & cœliacis. Eſt præterea fluuius Indiam interlabens,duorum ſtadiorum latitudinem non excedens: qui ab Indis ὕπαρχος appellatur,quod Græcè ſonat φέρων πάντα τὰ ἀγαθά, *id eſt ferens omnia bona*.ex hoc per triginta cuiuſque anni dies electrum emanare dicit. Eſſe enim in montibus arbores aqua extantes (montes enim alluuntur aqua)quæ certo anni tempore lacrymas emittant, velut amygdalus, aut pinus,aut alia quæpiam arbor: (atque hoc per triginta potiſſimùm anni dies contingere) has autem lacrymas in fluuium cadentes concreſcere. vocaríque hanc arborem Indica lingua ſiptachora, quod Græcis ſignificet γλυκὺ,ἡδύ, *id eſt dulce, ſuaue*. atque Indos electrum inde colligere. Sed & fructum qui à quibuſdam illarum arborum,velut à vitibus producatur,eſſe racemos, quorum acini nuces Ponticas magnitudine æquent. His in montibus degere ſcribit homines caninum caput habentes, qui agreſtium animalium exuuiis amiciantur:& ſermone nullo vtantur,ſed latratum duntaxat more canum edant,cuius ſignificatio perinde ac ſermonis intelligatur. His dentes quàm canibus eſſe maiores:vngues caninis eſſe ſimiles, niſi quòd longiores ſint & rotundiores. Incolere autem montes vſque ad fluuium nomine Indum : atque eſſe atro colore. Hos, ſicut & cæteros Indos cum quibus commercium habent,eſſe iuſtiſſimos. & hos quidem quæ ab illis dicantur intelligere, quum autem ipſi loqui non poſſint, latratu & manibus atque digitis, velut eos qui ſurdi ac muti ſint,ſigna dare.Hos ab Indis Calyſtrios nominari,quod Græci dicerent κυνοκεφάλους, *id eſt capita canum habentes*. Addit,hanc nationem non pauciorum eſſe quàm centum viginti millium hominum. Ad illius autē fluminis fontes purpureum florem naſci,ex quo purpura tingatur nihilo Græca inferior, quin potius multo ea floridior. Ibi & animalia ſcarabei magnitudine naſcuntur,minii ruborem,longiſſimos autem pedes habentia:quæ mollia ſunt vt vermes.naſcuntur autem hæc in arboribus quæ electrum ferunt,eorúmque fructum depaſcuntur & corrumpūt,vt phthires in Grecia vites corrumpere ſolent. Hæc animalia terentes Indi,puniceo colore ſaga & tunicas,& quicquid aliud volunt,inficiūt:ſúntque hæ tincturæ Perſicis præſtantiores. Hi Cynocephali in montibus habitantes, nullum artificium exercent, ſed è venatu ſibi victum comparant: & quæ occiderint animalia,ad ſolem torrent. Multas præterea oues,capras & aſinos alunt. lac autem ouium & oxygala(*q.d.lac acidum*)illis eſt potus.Veſcuntur autem & fructu ſiptachoræ *arboris ſuprà memoratæ*,è qua prouenit electrum,eſt enim dulcis.Sed & illis arefactis (vt à Græcis vuæ arefiūt) ſportas à ſe contextas implent, quas deinde ratibus impoſitas, vnà etiam cum flore purgato ex quo purpureus color conficitur, & cum electri ducentis ſexaginta talētis, & totidem illius pharmaci quo ad punicei coloris tinctūram vtuntur,& *alis* * electri mille talētis, Indorum regi quotannis aduehunt. Sed & cæteris Indis merces huiuſmodi aduehentes vendunt, ab illis viciſſim panes & farinam & ligneos amictus accipientes. Sed & gladios quibus ad ferarum venatum vtuntur,arcúſque & iacula illis vendunt.ſunt enim & ſagittarii & iaculatores peritiſſimi. Sunt autem inexpugnabiles,quòd montes altos & inacceſſos habitent.Munera autem illis quinto quoque anno rex donat, trecenta arcuum & totidem iaculorum millia,peltarum centum viginti millia,gladiorum quinquaginta millia.His Cynocephalis nullæ ſunt domus,ſed in ſpeluncis habitant.Quas autem feras inter venandum ſagitta vel iaculo petierint,eas perſequentes aſſequuntur.veloces enim ſunt ad curſum. Earū vxores ſemel duntaxat in menſe ſe lauant, quum menſtrua aduenerunt, aliâs nunquam. At viri ſe non lauant, ſed manus duntaxat abluunt. Sed ter in menſe oleo ſe vngunt quod è lacte cōficitur,& ſe pellibus abſtergūt.Veſtē autem villoſam non geſtāt,ſed villis carentia maſthlemata quātenuiſſima ipſi pariter & eorū vxores induūt. At qui ſunt inter eos ditiſſimi,lineo amictu vtūtur,hi autē ſunt pauci. Lectorum nullus eſt apud eos vſus,ſed toris extemporaneis vtuntur. Is verò inter eos ditiſſimus habetur cui maxima fuerit ouium copia. Caudam autem habent omnes viri & mulieres,ſupra nates,canum more: ſed maioré magíſque piloſam. Coeunt cum fœminis quadrupedes, canum ritu. alióque modo coire turpe cenſent.Sunt autem iuſti,& vitæ,præ quibuſuis hominibus,longiſſimæ.cētum enim & ſeptuaginta,nonnulli & ducentos viuunt annos. Vltra hos autem alios habitare dicit ſupra fluuii fontes:qui nigri ſint,ſicut & cæteri Indi: otioſiq; degant,ac neque frumentū edāt, neque aquam bibant:ſed magnam boum,caprarum, ouium copiam alant, eorúmque lac potent,ac nihil aliud. Apud illos quū in lucem prodeūt infantes,ſedem perforatam non habent,neque cacant:ſed nates quidem habent,at foramen interiectum non eſt. quo fit vt nō cacent,ſed caſeoſum quiddam meiant,non valde craſſum tamen,ſed fæculētum.Quū

autem manè lac biberunt, & meridie ad eius potum reuertuntur, dulcem quandam apud eos radicem esse aiunt quæ lac in eorum ventre coagulari non sinat. Huius igitur esu vomitum vesperi prouocant, omniáque facilè euomunt. Asinos syluestres habet India equis pares, quosdam & maiores: quibus caput purpureum, oculi cærulei, reliquũ corpus est album. Cornu illis in fronte cubitalis magnitudinis, cuius inferior versus frontem pars duorum palmorum spatio sit candidissima: at superior, quæ in acutum tendit, punicea sit, summum ruborem adiunctum habens: pars autem media, sit nigra. Ex his pocula conficiuntur, è quibus qui bibũt, nec spasmo nec sacro morbo corripiuntur: sed nec venena vllam in eos vim habent, si modò vel antequam illa hauriant, vel postquam hauserint, aquã aut vinum aut aliud quippiam ex illis poculis bibant. Ac cæteri quidem asini & mansueti & syluestres cæteráque solidipeda animantia & talis & felle in iecore carent: at hi & talum & fel in iecore habent: & quidem talum omnium quos mihi videre contigit pulcherrimum, bouis talo & specie & magnitudine similem, perinde grauem ac plumbum, minii colorem non in superficie tantùm, sed & interius habentem. Est autem & velocissimus & strenuissimus: eúmque nec equus nec aliud animal persequens assequi potest. Et initio quidem remissius currit: quo autem diutius cucurrerit, miro quodam modo concitatior fertur, eiúsque magis & magis velox est cursus. Hac autem arte sola potest à venatoribus capi: Quum illi suos catulos ad pascua eduxerint, à multo equitatu circumdantur. nolentes autem relictis catulis fugam capere, cornibus calcibúsq; & morsibus pugnãt, multósque & equos & viros interficiunt: sed tandem & ipsi sagittis & iaculis confossi ab illis capiuntur. viuos enim capere nullo modo queas. Eorum verò carnes propter amaritiem esculẽtæ nõ sunt. atque adeo non propter aliud quàm propter cornua & talos hoc animal venantur. In flumine Indico vermis nascitur specie quidem eum qui innasci ficui solet referens, septem autem cubitorum longitudinem, alius maiorem, alius minorem habens: crassitudinem verò talem vt eum puer annos decem natus vix vlnis amplecti possit. Duo sunt illi dentes, vnus suprà, alter infrá. his dentibus quicquid prehenderit, deglutit. Et interdiu quidem in limo fluminis commoratur, at noctu egreditur: egressus autem, quemcunque obuium bouem aut camelum momorderit, ad fluuium trahit, totúmque, præter ventrẽ, deuorat. Capitur grãdi hamo, cui hœdum aut agnum ferreis catenis alligauerint. Vbi ceperunt, per triginta dies suspensum, vasis suppositis, relinquunt: intra quod tempus ex eo distillant quæ decem cotylas Atticas implere possint. Elapsis triginta diebus, ipsum vermem abiiciunt: oleum autem, adhibitis custodibus, ad solum Indorum regem mittunt. alii enim id habere non licet. Oleum hoc id cui superfusum fuerit accendit, & ligna pariter animaliáque comburit: solóque luto, & eo quidem crasso, extingui potest.

Habent Indi arbores cedro aut cupresso proceritate pares, quarum folia palmæ foliis paulo latiora, alioqui sunt similia, & axillis carent. Florem qualem laurus mas emittunt, sed fructum nullum ferunt. Nomen illis est Indicum, carpion: Græcum, myrorhoda. Sunt autem raræ. Ex illis olei guttæ distillant, quas lana arbori impressa excipientes, in lapideos alabastros, illam exprimendo, infundunt. Est autem id subrubrum & crassiusculum, adeóque fragrans vt ad quinque stadia eius odor perueniat. Soli autem regi eiúsque propinquis id possidere conceditur. Ex eo rex Indiæ ad Persarum regem misit: seq; Ctesias id vidisse, & odorem qui nec dici nec cuiquam alii assimilari possit, se percepisse narrat. Caseum & vinum omnium suauissimum illos habere, se expertum scire, (quippe qui vsus sit) comme morat. Fons est apud Indos, quadratæ formæ, circuitu circiter quinque vlnas habente, cuius aqua est intra petram, quæ, antequam ad ipsam aquam perueniatur, trium cubitorum, sub aqua trium vlnarum altitudinem habeat. In ea spectatissimi quique Indorum cum liberis & vxoribus se lauant. In eadẽ nataturi se in pedes proiiciunt. quum autem in eam insilierint, eos sursum attollit aqua. Nec verò solos homines sursum attollit, sed quoduis animal, siue viuum siue mortuum, in terram expellit: atque adeo quæcunque in eam coniiciuntur, præter ferrum, argentum, aurum & æs. hæc enim in fundum demittit. Est autem eius aqua perfrigida, & potu suauis: quæ magnum strepitum edit, non secus ac quæ in lebete feruefit aqua. Sed & vitiligini & scabiei medetur. Hæc Indico sermone βαμάδη, Græco ὠφελίμη, *id est utilis*, vocatur. In iis Indiæ montibus ex quibus eorum calamus prouenit, habitat quoddam hominum genus non pauciorum triginta millibus, quorum vxores semel duntaxat in vita pariunt: habéntque earum fœtus dentes supernè pariter & infernè valde pulchros: necnon vniuersis tam fœminis quàm maribus & capitis & superciliorum pili iam inde à natiuitate sunt cani. Vnusquisque certè eorum vsque ad trigesimum ætatis annum albos per totum corpus habet pilos: inde nigrescere incipiunt, adeo vt quum sexagesimum attigerunt, nulli illis pili nisi nigri conspiciantur. Sunt iisdem & viris & mulieribus octoni in vtraque manu & vtroque pede digiti. Sunt autem bellicosissimi, & Indorũ

regem

regem ſequuntur ex his ſagittariorum quinque millia, necnon iaculatores. Aures autem illis tantæ magnitudinis eſſe dicit vt eorum brachia ad cubitos vſque & ponè totos humeros operiant. eſſe autem illas contiguas.

Hæc quæ fabulis ſimilia ſunt, Cteſias ſcribens, ſe veriſſima ſcribere ait, & quorum vel ipſe teſtis ſit oculatus, vel quæ à teſtibus oculatis acceperit. Multa autem his mirabiliora ſe prætermiſiſſe, ne qui ea non vidiſſent, ſcribere ipſum quæ fidē non mererentur, exiſtimarent.

EX LIBELLO QVI DEMETRIO PHALEREO vulgò adſcribitur, Cteſiæ verba,

Stryaglius quidam Medus, quum ex equo Sacidem mulierem deieciſſet (apud Sacas enim mulieres eodem quo Amazones modo præliantur) eámque & formoſam & ætate florētem eſſe vidiſſet, ſaluam dimiſit. At percuſſo poſtea fœdere quum illa quam alioqui deperibat, potiri non poſſet, ſtatuerat quidem inedia vitam finire: ſcribit tamen prius illi hanc epiſtolam, qua expoſtulat, Ego quidem te ſeruaui: & tu quidem per me ſeruata es, ego autem per te perii.

Ex eodem, paulo pòſt,

Oportet autem quæ facta ſint, non ſtatim fateri facta eſſe, ſed paulatim, ſuſpenſum tenendo auditorem, & nobiſcum angi cogēdo. Quod Cteſias in allato de Cyri morte nuntio facit. nec enim nuntius ſimulatque ad Paryſatin venit, ei Cyrum mortuum eſſe, dicit: (hæc enim eſt quæ Scythica oratio appellatur) ſed primùm quidē victoria potitum eum nuntiauit. quæ verba illi gaudium anxietati mixtum attulerunt. Poſtea verò interrogat, at rex quomodo ſe nunc gerit? Tunc ille, Fugæ ſe dedit, inquit. Hîc illa ſermonem excipiens, Tiſſaphernes horum ei malorum eſt author, inquit. Rurſumque interrogat, Cyrus verò vbi nunc eſt? Reſpondet nuntius, Vbi fortes viros diuerſari decet.

EX PLVTARCHO, IN VITA Artoxerxis.

Cteſiæ narratio, vt breuibus multa perſtringam, huiuſcemodi eſt. Cyrus, trucidato Artagerſe, equum in regem permiſit, & hic in illum, ſilentio vterque. Occupat Cyri amicus Ariæus ferire regem, nec ſauciauit eum: rex miſſa lācea à Cyro aberrauit, Tiſſaphernem autem fidum Cyro & fortem virum percuſſit atque interemit. Cyrus intorto per loricā regis, iaculo, vulnus pectori illius ingeſſit duos digitos altum. vnde ille ictus vi defluxit ex equo ad terrā. Fuga & tumultu cohortis regiæ edito, rex aſſurgēs cū paucis (inter quos fuit Cteſias) tumulum vicinum cepit, vbi tenuit ſe quietum. Cyrum inter hoſtes volitantem equus ferox longè abſtulit: nec tenebris iam cognoſcebatur ab hoſtibus, & ab amicis quærebatur. Erectus autem victoria, ardoríſque & fiduciæ plenus per medios vehebatur hoſtes, clamans, Cedite miſeri. Dum hoc identidem lingua Perſica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi quum tiara capiti eius defluxiſſet, prætercurrens adoleſcens Perſes (Mithridati nomen erat) tempus Cyri iaculo ſecundum oculum ferit, inſcius qui ſit. Eructanti vim ſanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine & ſopore collabitur. Equus fugiens oberrabat: ſtratum equi prolapſum capit comes illius qui Cyrum percuſſit, ſanguine redundans. Cyrum ex plaga ægrè tandem colligentem ſe, aſſiſtētes eunuchi pauci alteri equo impoſuere, quò eriperent eum. Quem equitandi impotentem, pedibúſque connitentem ire, ſuſtinentes ducebant, corpore quidem ob vulnus in capite acceptum grauem ceſpitantémque, ſed victorem arbitrantem ſe, quòd fugientes audiret Cyrum regem alta voce appellantes, atque vt parceret ipſis orantes. Interea Cannii quidam homines, tenues inopéſque, qui humilium miniſteriorum gratia regis caſtra ſequebantur, confuſi fortè vt amici fuere cum illis qui circa Cyrum erant. hi vt tandem punicea ſagula eorum aduertere, (quum regii haberēt omnes candida) intellexerūt hoſtes eſſe. Ita vnus eorum auſus eſt, ignarus qui eſſet, Cyrum iaculo à tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapſus Cyrus tempus ſimul ſaucium ad ſaxum offendit: vnde animam exhalauit.

EX ATHENAEO.

LIBRO II.

At Cteſias Cnidius narrat etiā quomodo regia hæc Choaſpis fluuii aqua coquatur, & quomodo vaſis impoſita, portetur ad regē. addítque illam & leuiſſimā & ſuauiſſimā eſſe.

Ibidem,

Cteſias autem Carmaniam oleum acãthinum producere & eo regem vti ait. Qui etiã in libro quem de Aſiaticis tributis ſcripſit, cœnæ regiæ apparatum deſcribens, neque piperis neque aceti meminit, quod vnum inter condimenta eſt optimum.

LIBRO X,

Cteſias autem apud Indos regi nefas eſſe inebriari tradit.

Ibidem,

Amyntas quoque in libro qui περίοδος inſcribitur, Tapyrorum gẽtem ita vino deditam eſſe tradit vt ne ad vngendum quidem alia re vlla quàm vino vtatur. Eadem autem & Cteſias commemorat in libro quem de Aſiaticis tributis ſcripſit: qui & iuſtiſſimos eſſe illos addit.

LIBRO XI,

Verùm repudianda ſunt nobis fictilia pocula. Apud Perſas enim, vt teſtatur Cteſias, quemcunque rex inhonoratum eſſe voluerit, is fictilibus poculis vtitur.

LIBRO XII,

At Cteſias in tertio Perſicorum libro, omnes quidem Aſiæ reges luxui deditos fuiſſe tradit, ſed præ cæteris Ninyan Nini & Semiramidis filium: qui domi manens & in luxu viuens, à ſolis eunuchis & vxoribus conſpiciebatur.

Ibidem,

Cteſias verò Annarum regis præfectum, & qui Babyloniæ regionis imperium obtinuerat, veſte & ornatu muliebri vſum eſſe, & ad eum cœnantem, quum regis ſeruus eſſet, accedere ſolitas centum quinquaginta pſallentes & canentes mulieres, tradit. Pſallebãt autem hæ & canebant illo cœnante.

LIBRO XIIII,

Beroſus autem Babyloniacorum lib. 1, decimaſexta die menſis Loi feſtum Babylone quinque dierum ſpatio celebrari ait Saxeas dictum: per quod tempus ſolere dominos famulis parere: vnúmque ex his domui præeſſe, veſte quæ regiæ ſimilitudinem referat, indutum: quem & zoganen appellari. Meminit huius feſti Cteſias quoque libro Perſicorum ſecundo.

INDEX IN HERODOTVM ET CTESIAM.

A

ABAE oppidum Phocēſium, vbi delubrum locuples Apollinis 205.206.210
Abantes Ioniæ populus 27
Abaris Hyperboreus 104
Abdera vrbs à Teiis condita, vbi 30.182.218
Abrocomes & Hyperanthes Darii filii 199
Abronychus Athenienſis 104
Abſinthii populus 151
Abulites 8.ct.
Abydus vrbs 146.173.175. Abydus ponte à Xerxe iungitur 4.ctes.
Accipiter Ægyptiis ſacer 50.
accipitrum ſepultura vbi 51
accipitrum ſeptem paria ſeptē Perſarum omen 85
Aceratus propheta 206
Aces fluuius 91
Achæmenidarum cognatio vnde 24
Achæmenes Darii filius Ægypti præſes 168.180. achæmenes ab Inaro interimitur 72.168. achæm. Xerxis frater Demarato contradicit 201
Achæmenidis Artox.fr.in Ægyptum exped. 5.ct. Achæmen.obitus Ib. Achæmen. vltio Ib.
Achæorum duodecim genera & partes 27. Achæi Iones Peloponneſo eiecerunt 27
Achæorū in Athamantis poſteros actio 196
Achæiæ Ceretis templum 136
Achelous fluuius 41.184
Acheron fluuius vbi 108.142
Achilleius curſus vbi 106.109
Achilleum oppidum 143
Acinacis à Xerxe in mare deiicitur 176
Acræphia oppidum vbi 221
Acriſii progenitores qui 154
Acrothoon vrbs vbi 172
¶ Adicran Libyum rex 121
Adimantus Corinthiorum dux 201.209.214
Adraſtus Phryx ob fratricidiū à Crœſo expiatur 7. Adraſt.cuſtos Atyis Ib. Adraſt. Gordii filius Midæ nepos 7.8. Adraſt.ſibiipſi mortem conſciſcit 8. Adraſt.calamitoſi monumentum 137
Adria à Phocenſ. occupatur 29
Adyrmachidæ Libyum primi vbi 122
ex Adyto edita vox 29
¶ Æaces Syloſontis fil. Sami tyrannus 148
Æaci fanum 1140
Æacides Samius 118
Ædes hoſpitæ Veneris vbi 57
Ædificium è ſolido ſaxo vbi 69
Ædificia ex virgultis 125
Ægaleus mons vbi 214
Ægæ Ioniæ ciuitas 27
Ægeæ Æoliæ ciuitas Ibid.
Ægea vrbs in Pallena 184
Ægeum mare 111
Ægeus Lycum fratrem Athenis eiicit 31. Ægeus Oiolyci filius vnde Ægidæ tribus 119
Ægialees ab Ægialo dicti 137.
Ægialees Pelaſgi 180
Ægicores Ionis filius 137
Ægila locus 123.124
AEgilea Styreorūm inſula 161
AEgina(alias Argiua) Ariſtodemi vxor 153
AEgina Aſopi filia 139
AEginæ nomen 207. æginetarū ſtrenuitas 214. æginetarum odia in Athen. 139. æginetæ ab Athenienſibus ſuperātur 159. æginetæ Epidauriorum ſubditi 139. æginetæ & Cretenſes vt Samios ſubiugarint 81. æginetarum in Samios ſimultas vnde 81. æginetæ Ioui fanum conſtruxerunt 70. æginetæ Dario terram & aquā dant 153
AEgion ciuitas 27
AEgiræ Achaica ciuitas 27
AEgiroeſſa AEoliæ ciuitas Ib.
AEgis Mineruæ vnde 125
AEgli populus 88
AEgroti Babyloniorū quomodo curentur 36. ægrotos Indi epulantur 88
AEgyptus quæ regio & AEgyptii 42. ægyptus fluuii donum 40. ægypti diuiſio ſecundum Iones 41.68. ægypti diuiſio ſecundū Herod. 42. ægyptus, Aſiæ & Africæ terminus 42.87. ægypt.quorum deorū nomina neſciat 48. ægypt.Africæ finitima 50.87. ægypto phœnix ſacroſancta 51. ægypt.vitibus caret 52. ægypt.quorū deorum oracula habeat Ib. ægypti linum 56. ægypt.in XII.regulos diſtributa 64. ægypt.inequitabilis 56. ægyptus ſorte diſtributa 56. ægyptus & Libya Perſis tributaria 87. ægypt. ab Arto xerxe deficit 4.ct. ægyptus ad Perſas redit 5.ct. ægyptii thoraces Perſis in vſu 25. ægyptii duodecim deorum primi inſtitutores 40. ægyptii aras, ſimulachra, delubra primùm diis ſtatuerūt Ib. ægyptiorum agrorū cultura ſpontanea 42. ægypt.ſementis Ib. ægyptii qui ſint ex Ionis Ammonii oraculo 40. ægyptiſe primos exiſtimant 39. ægypt.inſtituta & mores 45. ægyptii ſacerdotes raſi Ib. ægyp.cum feris veſcuntur Ib. ægypt.circunciſio, & huius rei cauſa 45.56 ægypt.veſtitus 45.52. ægypt. ſcriptura & literarum duplex vſus 45. ægypt.religio, cultus erga deos maximus 46. ægypt.victus 52. ægyp. fabis abſtinent 46. ægypt. ſacrificandi ritus Ib. ægypt. maxima dea Ib. ægypt.victimæ 46.47. ægyp.ablutiones poſt contactum ſuē Ib. ægypt. ſubulcum ingredi tēplum nefas 48. ægyptii quo tēpore ſues immolēt, & ſuilla carne veſcātur Ib. ægypt.præcipui conuētus 49. ægypt. fuſtuaria pugna 50. ægypt.feræ ſacræ Ib. ægypt.cura circa feras Ib. ægyptiis crocodili ſacroſancti 51. ægypt. purgamina 52. ægypt.Afrorum ſaluberrimi Ib. ægypt.panis colleſtis appellat° Ib. ægyp. aer immutabilis Ib. ægypt. vinū ex ordeo Ib. ægypt.cātilena Ib. ægypt.prodigiorū diuinationúmq; obſeruantiſſimi Ib. ægypt. medicina quomodo ſit diſtributa 53. ægypt.lugēdi ritus Ib. ægyp. mos in condiendis cadaueribus Ib. ægypt.vnguenta qualia 54. ægypt.naues Ib. ægypt.reges 55.56.61.63.64. 67.73. ægypt.feriæ 60. ægyptii immortalitatē animarū primi aſſeuerauerunt Ib. ægypt.calamitas 62. ægypt. progenies 64. ægypt. Caſtra locus vbi 66. ægypt. myſteria 69. ægypt.pluuia portētoſa 72. ægypt.capita cur dura Ib. ægypt. fuga Ib. ægyptii ignē animal aſſerunt 73. ægyptiorum clades apud Iraſam 121. ægypt. à Perſis defectio 167. In ægypt.Dar. exerc.parat Ib. ægypt.ab Aprie rege defectio 121. ægypt.per proditionē à Cābyſe capti 2. ct. ægyptii vincunt 5.ct. ægypt.clades Ib. ægypt.Sarſamā præficit Megabyz. Ib. ægypt.quidā vocaliſſimus 11
AEgyptiacæ Thebæ 33. ægyptiacæ regionis natura & deſcriptio 40.45
AEnea oppidum vbi 184
AEneſidemus Hipp. ſatelles 189
AEnigma piſcatorum 253
AEnus vrbs & vbi 111.177
AEnyri, Cœnyri 153
AEoles à Crœſo ſubacti 2.5. æolum in Xerxis exercitu armatura 180. æol.tributarii Dario 87. æol.olim Pelaſgi appellati 180. æol.mos in ſacrificiis 254. æol.ab Hymea capiuntur 146. æolicæ ciuitates 27
AEorpata Scythis quid 114
AEris copia apud Maſſagetas 39 ære qui primi ſe armarint 66 æreus Iupiter & Neptunus vbi 236
AEropus, Gavanes, & Perdiccas fratres 221
Aeris mutatio in hominibus cauſa morbi 52
AEs alienum debere apud Perſas turpiſſimū. 26. æs apud ægyptios pretioſiſſimum 75
AEſchines Eretrien. dux 160
AEſchrionia tribus Sam. vbi 75
AEſchylus poeta 67
AEſopus fabularum ſcriptor genere Iadmius 62
AEſtatis & hyemis ſimulachra vbi 59
AEſtus in India 9.ct.
AEthiopes ex AEgyptiis inſtitutis māſuetiores facti 44. æth. Nomades Ib. æthiops vt AEgypto imperarit 63. æthiopes quē regē creent 74. æthiop.hominum maximi, pulcherrimi, & eorū mores Ib. æthiopū ſepulchra vitrea 75. æthiopes Cambyſi dona ferunt 88. æthiopū genitura nigra 89. æthiopes extremi hominum 90. æthiopes contra Cābyſ. 171. æth. circunciſio 56. æth. in Xerxiano exercitu armatura 178. æthiopum diſcrimen Ib.
¶ Africæ terminus quis 42. africæ deſerta 44
Africus & Auſter venti duo omnium pluuioſiſſimi 43
Agariſtæ proci 164. Agariſtæ ſomnium 165
Agaſicles Halicarnaſſeus 27
Agathyrſus Herculis filius 100
Agathyrſi populus 105.113. Agathyrſorum mores & amicitiæ Ib.
Ager Caicus 150
Agerus Alcidæ filius, Ariſtonis amicus 155
Aglauriæ Cecropis filiæ templum 208
Aglomachi turris 128
Agora locus 177
Agreſtium boum vbi ingens multitudo 184
Agrianæ populus 129
Agrianes fluuius 111
Agricolator vbi cōtemptui habeatur 128
Agyllenſium calamitas 30. agyllenſes Phocenſib. iuſta ex oraculo ſoluunt 30
Ahena citra ignem feruētia 10. ahenum Samium 120
Aiax finitimus ac ſocius Athen. 137. aiax Telamonius 210.219
Aimneſtus Spart. Mardonii occiſor 134. aimn. Platæēſis 235
¶ Alabanda vrbs 221
Alalia à Phocenſibus ædificatur 30
Alarodii populus 88. alarodiorū in Xerx. exerc. armat. 179
Alati ſerpentes vbi 90
Alazeris Barcæorum rex 122
Albæ columnæ 146
Album littus vbi 172
Alcæus Herculis filius 8
Alcæus poeta 143
Alcides Caunius 6.ct.
Alcinor & Chromius Argiui 25
Alcmæon aſtutè aurū à Crœſo aſportat 164. Alcmæon Megaclis f. Cliſthenis gener 165 alcmæonidæ obnoxii crimini piaculari 10. 137. alcmæonidæ genus Athen. 136. alc. an ſcutū Perſis prodiderint 163. alc. generis claritas 164. alcm. tyrannidis oſores Ib.
Alcon Moloſſus procus filiæ Cliſthenis 165

Aleæ Mineruæ tẽplum 12.134.
Aleæ ludus & teſſerarum à Lydis primũ inuentus fertur 18
Alevadæ Theſſaliæ reges 168.
alevadarum machinæ 192
Alexander Priami filius 1.
rapit Helenam 57
Alexander Macedo aureus 219.
alexandri tyrannidis origo 221. alexãdri progenies Ib.
alexander Amyntæ f. dux & rex Macedonum 231
Algæ Achaiæ 192
Aliarchus Arceſilaum ſtrangulat 121. aliarchus dolo interficitur Ibid.
Alilat Vrania Arab. dicitur 72
Alitta Venus Arabibus dicta 25
Alizones populus 106
Alogune Bab. Artox. pellex 6.ct
Alopecæ Atticæ 136
Alpeni vicus 193. Alpenus vrbs vbi 198
Alpheus & Marõ fortiſſ. fratres 200
Alpis fluuius vbi 106
Alyſonii populus 87
¶ Amaſis rex 47.52.64.67.68. amaſis regis monumẽtũ Ib. amaſis rex Saitanus Ib. amaſis ex pelui ſimulachrũ ſtatuit 69. amaſis regis mos Ib. amaſis Mineruæ veſtibulum erexit Ib. amaſis amicitia cum Cyrenæis 70. amaſis Græcorum amãs quid eis donarit Ib. amaſis varia donaria Ib. amaſis Cyprum omnium primus cepit Ib. amaſis regis mors 73. amaſis cadauer verberibus cæditur 74. amaſis cadauer crematur Ib. amaſis epiſtola ad Polycratem 78. amaſis picturati thoraces 79. amaſis Barcæos dolo capit 126.
Amaſis Maraphius Aryandis contra Ayrenæos dux 111
Amathuſii populus 144.145
Amaxampeus fons amarus 106
Amazones populus 114. amazonum cum Sauromatis cõmixtio Ibid. amazonum ſedes vbi Ib. amazonum nuptiæ 115
Ameſtris Xerxis vxor 177.183.241 ameſtris crudelitas in Maſiſtæ vxorem 241
Amiantus Lycurgi filius 165
Amici deploratio 73. amicus prudens omnium rerũ prætioſiſſ. 130. amicus amicũ quæ roget 155
Amictus lignei 11.ct.
Amilcar Carthagin. rex 191. amilcaris genus & mors Ibid.
Aminias Palleneus Athenien. certamen init 213
Aminoclis fortuna 195
Amiſtris Onophæ filia, Xerxis vxor 3.ct. amiſtris & liberorum luctus 4.ct. amiſtris Megabyzum Artoxerxi conciliat 5.ct. amiſtris libido 6.ct. amiſtris Apollonidem excruciat Ib. amiſtris Zopyri cædẽ vlciſcitur ib. amiſtris mors Ib.
Amiſtris Ochi filia Ib. amiſtris Terituchmis vxor 7.ct.
Amompharetus Pitaneti 232. amompharetivictoria 235
Ammon Ægyptiis quid 47. ammonis oraculum de Ægypt. 42. ammonis oraculi origo 49
Ammonii populus vbi 47.114
Amorges Perſarum dux 146
Ampa vrbs vbi 149
Ampelon promontorium 183
Amphiarao aureus clypeus à Crœſo donatus 9. amphiarai expeditio in Thebas ab Hom. conſcripta 245. amphiarai templum apud Delphos 17. & oraculum 220
Amphicæa oppidum 206
Amphicrates Sami rex 81
Amphictyonidis Cereris templum 196. amphictyonis fanum, & ſedilia Ib. amphictyones templum Apollinis Delphicum ſtruendum locant 70.136
Amphilochus Amphiarai f. 87
Amphilytus Acarnan ariolus 11. amphilyti vaticiniũ Ib.
Amphimneſtus Epidãnius 164
Amphion 141
Amphiſſa vrbs vbi 206
Amyntas Macedo, Perſas vt exceperit 129. Hippiæ vrbem donat 142
Amyntas Amyntæ nepos, Aſiaticus 221
Amyrtæus 63. amyrtæi Ægypti rex à Cãbyſe captus 2.ct.
Amytis filia Aſtyagis 1.ct. amytis & Spitama Aſtyagẽ occultant Ib. amytis à Cyro in vxorem ducta Ibid. amytis Petiſacam excarnificat Ib. Amytis Aambyſem monet 2.ct. amytis veneno ſe necat Ib. amytis Cambyſem in ſomnis vexat 3.ct.
Amytis Xerxis filia Ib. amytis Megabyzi vxor 4.ct. amytis adulterii accuſatur à marito Ib. amytis Inarum ad ſupplicium poſcit 5.ct. amytis libido 6.ct. amytis morbus & mors Ibid.
¶ Anacharſis ſapiens 105. & eius cædes 109
Anacreon Teius 91
Anactorium templum 234
Anaua vrbs Phrygiæ 173
Anaxagoras rex Cypri 8.ct.
Anaxandrides Lacedæmoniorum rex 12. anaxandrides & eius vxores 133
Anaxilaus Rhegiorum Tyrannus 149.191
Anchimolius Aſteris f. & eius cædes 136
Ancora Sophanis 235
Anderica Ciſſiæ ſtathmus 163
Andia Artoxerxis pellex 6.ct.
Androcratis fanum vbi 217
Andromeda Cephei filia 177
Androphagi populus vbi 101. androphagorum mores 113
Andrus inſula 131. andrum Græci obſident 217
Angarion Perſis quid 115
Angites fluuius vbi 182
Angrus fluuius 106
Anguilla Ægypt. ſacroſancta 51
Animarum immortalitas atq; tranſmigratio, primis AEgyptiis cognita 60. animarum immortalitatem Zamoxis Thracas edocet 112
Animal Indicum 9.ct. animalia Indica grandiora cæteris 89. animalcula Indiæ tinctoria 11.ct. animalia quæ eſui ſunt, plura: noxia pauciora 89
Anni humanæ vitæ ſeptuaginta 6. annus ab AEgyptiis primùm inuẽtus, inque duodecim menſes ab eiſdem diſtinctus 40
Anopæa mons & vicus 198
Antacæi cete ingẽtia Boryſthenis 106
Antandrus locus 130
Antandros vrbs vbi 175
Anthela vrbs 193
Anthela vicus vbi 196
Anthylla oppidum 55
Antichares Eleonius 133
Anticyra vrbs 196
Antidorus Lemnius ad Græcos tranſfugit 203
Anthropophagum animal 9.ct.
Anyſis vrbs 63
Anyſis cæcus AEgypti rex Ib. anyſis imperium AEgypti recuperat Ibid.
¶ Apaturia Iones Athenis oriũdi, celebrant 27
Aper immẽſus Myſorum opera deuaſtans 7. aper in Africa nullus 125
Aphetæ loci nomen 195
Aphidnæ produntur Tyndaridis 235
Aphlyſtii Iouis templum 195
Aphrodiſias inſula vbi 122
Aphytis Pallenæ vrbs 184
Apia vrbs vbi 42
Apidanus fluui' Theſſaliæ 184
Apis aula vbi 66
Apis Græcorum lingua quid Ibid. apis apparuit: feriantur AEgyptii 75. ſigna eius Ibid. Cambyſes ferit Ib.
Apollinis Iſmenii templum 9. 17.135.220. apollinis imbre Crœſus è pyra liberatur 16. apollinis Triopii ſacrum atque certamen 27. apollinis oraculum apud AEgypt. 52. apollo AEgyptiis Orus dictus 64.67. apollinis tẽpla vbi 66. apollinis & Dianæ parentes 67. apollo ad Metapõtinos ſolos Italorum venit 101. apollinis ara ab Ariſteo extructa Ib. apollo Scytharum deus 107. apollo Œtoſyrus apud Scythas Ib. apollinis oraculũ Batto redditum 120. apollinis fons vbi 121. apollinis ſimulachrum 163. apollinis delubrum apud Abas 206. apollinis oraculã apud Delphos Ib. apollinis arma ſpõtè apparentia Ib. apollinis Ptoi fanum 220. apollinis ædes à Mard. diripiẽda 4.ct.
Apollonia vrbs vbi 111.238
apolloniates ager 238
apolloniatis oraculum redditur Ibid.
Apollonides Cous medicus Artox. 4.ct. apollonidis cum Amyti coitus 6.ct. apollonides cruciatur & viuus defoditur Ibid.
Apologus Cyri ad Iones 16
Apparitæ populus 87
Apries rex AEgypti 67.111. apries ſtrangulatur 68
apriis bellum cum Sidoniis & Tyriis 67
¶ Aqua diuerſarum qualitatum vbi 124. aqua Stygis vbi 157. aqua adeo debilis vt ne lignũ quidẽ ferat 75. aqua quæ potata coagulatur 10.ct. aqua dementans Ib. aquã quod lignum cogat 11.ct. aqua attollẽs põderoſa 11.ct.
¶ Ara duodecim deorũ vbi 40. aræ à quibus primùm, diis conſecratæ Ib. ara Dianæ 111. ara Iouis forenſis 133. ara Herculis 193. ara ventorum in Thyia Ib. ara Iouis diabateris à Dario ſtructa 3.ct.
Arabia vbi 41.89.104. arabiæ mons 40. & humus 41. arabia tributorum immunis 87. arabia quæ producat 89 arabici ſinus deſcript. 41.104
Arabum dei 72. arabum fides conſtantiſſima 72. arabum in Xerxiano exercitu armatura 178.179
Aratus Scythiæ fluuius 105
Araxes fluuius 37. & eius curſus quò tendat 104. araxis accolæ quo victu & veſtitu vtantur 37
Arbarius à Secundiano deficit 6.ct.
Arbor Siptachora 11.ct. arbor lacrymans Ib. arbor electrifera Ib. arbores Indicæ 12.ct. arborea lana optima vbi 89
Arcades 27.69.134. arcadia & eius incolæ quales 11
Arceſilaus Batti filius, Cyrenæ rex 121. arceſilaus inimicos perſequitur Ibid. arceſilaus ſtrangulatur Ib.
Arceſilaus arceſilai nepos regno paterno eiicitur Ib. arceſilaus Samum fugit Ib. oraculum conſulit 122. recuperat ſua, & oraculo non ſatisfaciens occiditur Ibid.
Archander Phthii Achæi filius 55. archandri vrbs Ib.
Archiæ & Lycopæ in expugnãdo Samo feruor 80
Archias Samius vnde dictus 57
Archidamus Zeuxidami f. 156
Archidice nobilis in Græcia meretrix, & eius amaſi' à Sappho conuitiis notatus 61
Archilochi Parii de Gyge Lãbi 3
Arcis Athen. expugnatio 138
Ardys rex, filius Gygis 3 ardys Prienenſes expugnauit Ib.

Areius pagus 208
Arena aurea 89
Argadeus Ionis filius 137
Arganthonius Tarteſſiorũ rex 30. Arganthonius moritur Ibid.
Argentei & aurei nummi primùm à Lydis percuſſi 18
Argentifodina Bactrica 10.ct. argentum in vſu Scythæ nõ habent 108. argentifodinæ Indicæ 10.ct. argentum & ferrum apud Maſſagetas non eſt in vſu 39
Argilus Græca vrbs vbi 183
Argiopius locus quidam 233
Argis & Opis virgines ſacra ex Hyperboreis aſportantes 103
Argippæi populus & eorum victus 102
Argiui 134. argiuorum cum Spartiatis de agro Thyrea cõtentio 15. argiuorum fines ditióque Ibid. argiuorum raſura in præſenti clade Ib. argiuorum mulieribus vetitum aurum ferre in præſenti clade Ibid. argiuis redditum oraculum 188. argiui Xerxi ſubdi maluerunt quàm Lacedæmoniis eſſe inferiores Ibid. argiuorum cum Perſis affinitas Ibid. argiui mercede militant in Peloponneſo 11. argiui ad Mardonium mittunt nuntium 225. argiuorum ad Artaxerxem legatio 189. argiui muſica cæteros Græcos antecellunt 93. argiuorum mulieres Melampus ſanat 129
Argiua Auteſionis filia, Ariſtonis vxor 153
Argos ab Homero maximè celebratum 137. argos ciuitatum Græciæ nobiliſſima 1. argos à ſeruis tenetur. argi lucus a Cleomene incenditur 157.
Argûs ædificator 123
Argonautarum poſteri à Pelaſgis Lemno eiecti 118. argonautæ Herculẽ amittũt 195
Argon Heraclidarum primus Sardium rex 2
Ariabignes Darii filius 181.213
Ariantes rex 110
Ariaramnis aduerſus Scythas expeditio 3.ct.
Aridius Nerbalus Arbali filius 180
Aridolis Alabandẽſium tyrannus 195
Arienæ & Aſtyagis cõnubium 13.
Arietes cur non mactẽtur à Thebanis 47. arietes Thebanis ſacroſancti 47
Arii populus 88.177. ariorum in Xerxiano exercitu armatura 178
Arimaſpi viri vnoculi vbi 90. 101.102.& vnde dicti Ib. arimaſpii verſus 101
Ariomardus Caſpiorũ dux 178. ariomardus Moſchorum & Tibarenorum dux 179
Arion Methymnæus dithyramborũ primus author 4. arion Methymnæus delphino inſidens ad Tænarum euectus eſt Ibid. arionis ingens donarium in Tænaro 5
Aripithes Scyth. rex 109
Ariſba Leſbi ciuitas 28
Ariſtagoras Cyzicenus 118. ariſtagoras Cumæus 132. ariſtagoras Myleti tyrannus 131. ariſtagoras Ionicæ rebellionis author 132. ariſtagoræ oratio ad Cleomenem 134. ariſtagoræ mors 146
Ariſteas Corinthius 186
Ariſteus Procõneſius verſificator 101. ariſtei Proconneſii ſtatua Ibid.
Ariſtides Lyſimachi f. Athen. 212. ariſtidis nobile facinus 214.228. ariſtidis conſilio ſagittarii ex Creta accerſuntur 4.ct. ariſtidis aſtu Xerxes è Salamine fugit 4.ct.
Ariſtocyprus Soliorum rex 145
Ariſtodemus Spartarum rex 153 ariſtodemus militiam deſerens, infamis 200. ad Platæas infamiæ notam ſtrenuitate delet 235
Ariſtodic⁹ Heraclidis f. Cumæ⁹ oraculum conſulit 29
Ariſton rex 12.155. ariſton Byzantius 132
Ariſtophilides Tarentinorum rex 94
Arizãri gẽs Medicæ nationis 19
Arma Martia ſponte apparentia 206
Armenii pecuarii 35.134. armeniorum in Xerxiano exercitu armatura 178
Arpoxais Targitai filius 99
Arſacas Ochi regis filius 6.ct. arſacas patri ſuccedit 7.ct.
Arſamenes Vtiorum dux 178
Arſames AEthiopum dux Ib.
Arſites Artoxerxis ſpurius 6.ct. Arſites à fratre Ocho deficit 6.ct. Arſitæ cædes 7.ct.
Artabanus Hyſtaſpis filius Xerxis patruus 169. Artabani oratio de bello aduerſus Græcos ſuſcepto Ibid. Artabani ſomnium 175. artabanus Suſa dimittitur 176
Artabaz⁹ Pharnacis f. Parthorũ dux 178. artabazi fuga cũ Perſis 234.237
Artaba menſura Perſica 35
Artachæes Achæmenides genere, & eius proceritas 183
Artaca 151
Artacia vrbs 101
Artæus Artachæi filius 172. artæi Cephenes antea dicti 177.
Artapanus Artaſyræ filius apud Xerxem ſpectatus 3.ct. artapani cum Leonide ad Thermopylas prælium 4.ct. Artapanus Xerxem occidit 4.ct. Artapanus Artaxerxi inſidians ab ipſo occiditur Ib. Artapani filiorũ interitus Ibid. Artapani præfecti ab Artox. defectio Ibid.
Artaphernes Darii frater 130. 131. artaphernes Sardium præfectus 138. artaphernes Ionibus vectigalia imponit 151. artaphernes vnus ex ſeptem magi occiſoribus 3.ct.
Artarius ſatrapa 5.ct. artarius Megabyzum monet Ibid.
Artaſyras Hyrcanius Cambyſis conſiliarius 2.ct. artaſyras Mago regnum tradere conatur 3.ct. Artaſyras à ſeptem coniuratoribus aſſumitur ad occidendum Magum Ibid. artaſyræ mors Ibid. artaſyras in Artyphiũ mittitur 6.ct
Artaxerxes quid Græcis ſignificet 160. Artaxerxes Xerxis filius 182.188
Artayctes Macronum dux 179. artayctes nefarius in Seſto Xerxis prætor 242. artayctes captus ſuſpenditur Ibid.
Artaynta Xerxis amaſia, & eius clades 241
Artayntes Artachæi fil. 220. conuitiis petitur à Maſiſte, inſurgit, reprimitur 240
Arteatæ Perſarum genus 24
Artembares Medus 21.22. artẽbaris oratio ad Perſas 242
Artemidis. i. Dianæ tẽplum 193
Artemiſia Lygdamis filia mortuo marito Xerxis exercitũ ſequuta 180. artemiſia pugnam naualẽ diſſuadet 210. 215. artemiſiæ glorioſa pugna 213. artemiſiæ capiendæ præmium 214. artemiſiæ Xerxes liberos ſuos abducendos dat 216
Artemiſium vbi 103.193.
Artibarxanes eunuchus 8.ct
Artimpaſa Venus cæleſtis apud Scythas 107
Artiſcus fluuius vbi 111
Artochmes Armeniorum dux 178
Artontes Mardonii filius patris humatoribus præmia reddit 137
Artoſtes Ochi filius 6.ct.
Artoxares à Secundiano deficit 6.ct. artoxares Ocho inſidians occiditur 7.ct. Artoxares Paphlagon eunuchus 5.ct. Artoxares relegatur Ibid.
Artoxerxes Xerxis filius 3.ct. artox. Artapanum ſe occidere machinantẽ interficit 4. ct. artox. rex Ibid. artoxerxis luctus ex graui caſu Ib. artoxer. Bactra, quæ deſciuerant à ſe capit Ib. artoxerxis in AEgyptum exercitus 5.ct. artox. ægrè Græcis ignoſcit Ib. artoxerxis aduerſus Megabyzum exercitus Ib. artoxerxis cum Megabyzo pactum Ib. artoxerxes Megabyzum occidi iubet Ib. artoxerxis mors 6.ct. artoxerxis ſpurii Ib. artoxerxis mater Paryzatis Ib. ¶ Artox. Ochi filius Ib. artox. vxor Statira 7. ct. artox. in fratris Cyri cadauer ſæuitia 7.ct. artox. cum Græcis fœd⁹ 8.ct. artox. Cyri hoſtes remunerat Ib. artox. & Euagoræ diſſenſio Ibid.
Artozoſtra Darii filia, Mardonii vxor 152
Artybii equus, cædes 145
Artyphi⁹ Artabani, f. Gãdariorũ dux 178. artyphii Megabyzi filii fortitudo 5.ct. artyphius ſuperatur 6.ct. artyphii mors 7.ct.
Artyſtona Cyri filia 87. Darii vxor ex omnibus chariſſima 178
Arxanes AEgypti ſatrapa 6.ct.
Aryandes AEgypti prætor 111. aryandes à Dario morte affectus Ib. aryandicũ argẽtum Ibid.
¶ Aſbyſtæ populus vbi 122
Aſcalon vrbs Palæſtinæ 20
Aſchi liquoris genus 102
Aſia à Phraorte ſubacta 19. aſiam omnẽ trans Halym fluuiũ Cyaxares ſibi conciliauit Ib. aſiæ imperiũ à Scythis occupatur 20. aſiæ termini quot & vbi 104. aſia vnde ſortita nomen 105. aſiæ & Europæ deſcriptio 104
Aſi is familia Sardibus 105
Aſina Dryopum vrbs 211.
Aſini Pygmæorũ 10.ct. aſini apud Scythas non viſuntur 116. aſinorũ vox Scythiæ inſueta Ib. aſini vbi cornibus præditi 125. aſini non potantes vbi Ib. aſinorum vocem & formam equi Scythici non ferunt 116. aſinus Darius Demarati pater dicitur 156
Aſmach populus vbi 44
Aſonides AEgin. nauarchus 133
Aſopus, & duæ eius filiæ 139. aſopus fluuius 161 166.225
Aſopodorus Theban. equitum dux 234
Aſpadates Cambyſis eunuchus 2.ct.
Aſpamitris Xerxis occiſoris tormenta 4.ct.
Aſphathines Perſa 83
Aſphaltus bitumen 32.163
Aſſa vrbs vbi 183
Aſſẽſiæ Mineruæ templum 4
Aſſyria quæ & vbi 42.104. aſſyriæ ſiccitas 35. aſſyriæ ſeges quomodo irrigetur, frumentúmq; prouenìat Ib. aſſyriorum imperiũ 18. aſſyriorum bellũ cum Phraorte 19. aſſyrii à Medis ſubiguntur 20. aſſyr. Venus Mylitta vocata 25. aſſyr. bellum cum Cyro 32. aſſyr. armatura in Xerxiano exercitu 17. aſſyrii Græcis Syrii dicti Ib.
Aſtyages Cyaxaris f. Med. rex 8.13. Aſtyages à Cyro capitur 13. aſtyagis cum Crœſo affinitas Ib. aſtyagis cum Ariena nuptiæ Ib. aſtyages Crœſi auus maternus 14. aſtyages patre defũcto Scytharum regnum ſuſcipit 20. aſtyagis ſõnia Ib. aſtyages Cyrũ agnoſcit 22. aſtya. Harpagi

filium mactat Ibid. Aſtyages Harpagũ proditorem arguit Ibid. In bello contra Perſas capitur 24. Aſtyages alio nomine Aſtyiges dictus 1.ć. Aſtyages Cyro non cõ ſanguineus Ib. Aſtyages fugiens à Cyro capitur Ib. Aſtyages à Cyro honoratur Ib. Aſtyages à Cyro & Amyti accerſitus Ibid. Aſtyages à Petiſaca deſertus fame perit Ibid. Aſtyagis ſepulchrum Ibid.
Aſychis AEgyptiorum rex 62
Aſychidis regis pyramis laterítia 63
Aſylum Herculis 57
¶ Atarbechis vrbs vbi 46.175
Atarneus ager Myſiæ piacularis 29.216
Atarnes fluuius 105. Atarnes Darii regis frater 199
Athamas AEoli filius 195
Athenades Trachinius 198
Athenagoras Samius ad Leutychidem mittitur 238
Athenæ à Piſiſtrato occupantur 10. athenæ Græciæ & Ioniæ inſignior vrbs 27. athenarum à Piſa diſtantia 40. athenæ tyrannis liberatæ 136. athenarum arx 187. athenæ captæ 208. athenarũ arx incenſa Ibid. athenarũ incendiũ 225. athenæ ab Homero celebratæ 251. athenas vacuas Xerxes capit 4.ć. athenas & earum arcem Xerxes incendit Ibid.
Athenienſes ſanctimonia iuriſiurandi adacti ſeruare Solonis leges 5. athenienſes Græcorum potentiſſimi 9. athenienſium cum finitimis Eleuſine pugna 5. athenienſes nunquam ſolum mutarunt 9.190. athen. Ionesgenere 9. athenienſes Ionicum nomen fugiunt 27. athenienſium in Ionia colonorũ vxores Caricæ cum eis cibũ capere renuunt, & nomine cõpellare,& quare 27. athenienſiũ ex ſeditione, Piſiſtrati tyrannis 10. athenienſes partim taxillis,partim ſomno occupati,à Piſiſtrato inuaduntur 11. athenienſium tribus & nomina vnde 137. athenienſes Lacedæmoniorũ opem cõtra barbaros implorant 161. athen.cum Mitylenæis pugna 143. athenienſ. ex Laureo reditus metallici 187. athen.Mileti expugnationẽ ægrè ferunt 149. ath. Perſarum ſocietatẽ ambiunt 138. athenienſis democratiæ author 165. athen.vt tyrannis liberati 135. athen. ad Mardoniũ reſponſum 222. athen.Græciæ vindices 186. athenienſiũ præſtãtia 138.139. athen.mutua cædes 140. athenienſis quidã fibulis à mulieribus cõfectus Ib. athen. cum AEginetis bellum 159. athen.xii.dii 161. athen. panegyries 161. athen.apud Marathonẽ victoria 163. athen.vxores à Pelaſgis raptæ 166. athen.laus 169. athenienſiũ ſolum cur à Perſis vaſtatum 185. athen.Græciæ liberatores 186. athen. oraculũ Ib. athen.nunquam ſolum verterũt 190. athen. vnde dicti 207. athen.virtus in propugnãda arce 208. athen.præclara facta 227. athen. iniurias Xerxes vlciſcitur 3.ć. athen.ad Salaminem profugium 4.ć. athen. Inaro claſſem mittunt aduerſus Perſas 5.ć.
Atticorum lingua 10. atticarum mulierum vnà cum liberis cædes 166. atticus medimnus quid ſit 35.154. atticorũ in ſacrificando conſuetudo 140. attica vt Lemno cohæreat 166
Athos mons & eius Iſthmus ac vrbes 172. athos mons effoditur Ibid.
Athous eunuchus 6.ć
Athres fluuius vbi 105
Atlanticum mare vbi 37
Atlantes innominati populi vbi & vnde dicti 124
Atlas fluuius 105
Atlas mons,& cur columna cæli 124
Atoſſa Cyri filia 83
Atoſſa Darii vxor 87.167
Atoſſæ in mamilla vlcus 94
Atramyttium vrbs vbi 175
Atrayntes dux Pactyenſium 178
Atridæ exercitus aduerſus Ilium 172
Attaginus Phrynonis filiꝰ Thebanus Mardoniũ cũ ſuis excipit opiparè 225. Attaginus Perſarum primarius apud Thebas fautor, ad ſuppliciũ à Græcis poſcitur 237
Attrahendi vi præditum lignũ 10.ć.
Atys Lydi pater 178. atys Cræſi filius 6. atyis oratio ad Cræſum patrẽ ſuum, venãdi ſibi copiam denegantem 7. atys Adraſto cuſtodiẽdus datur Ibid. atys cuſpide ictus paternũ ſomnium implet 8. atyis Cræſi filii mors Ibid. atys Manis filius,Lydorũ rex, colonias in Hetruriã per filium Tyrrhenum mittit, fame coactus 18
¶ Auchatæ Scythæ 99
Aues quadrupedes 10.ć. auis ὄκραιρος 10.ć. aues vt venentur Indi 11.ć
Augurium expulſionis magorum 85
Auras fluuius vbi 105
Aurum & argentum à quo primùm percuſſum 18. aurũ Indicum 88. aurum indicũ 10.ć. auri immenſa vis à Gyge Delphis dicata 3. auri magna vis in ſeptẽtrionalibus Europæ plagis 90. Aureacea arena vbi 89. & quomodo diripiatur Ibid. aurea platanus atq; vitis 173. de aureis metallis certamen 235. aureus tripus apud Delphos 236. aureũ aratrũ, iugum,ſecuris,& phiala, cælo delapſa in Scythiam: & circa illa oſtentum 99
Auſter & Africus vẽti omnium pluuioſiſſimi 43. auſter aduerſus ſe bellantes Pſyllos ſatu in arena obruit 123
Autonous & Phylacus Delphorum heroes, & aduerſus Perſas vindices,eorúmque delubra 207
Auxeſiæ & Damiæ ſimulachra 139
¶ Axius fluuius Mygdoniam à Bottiæide diiimit 184
¶ Azabarites eunuchus 6.ć.
Azanes Artæi filius Sogdorum dux 178
Aziris portus vbi 122
Aziriſtus locus vbi 121
Azotus, vrbs Syriæ à Pſam. expugnata 67

B

Babylon Aſſyriæ vrbs celeberrimi nominis 32. Babylonis ſitus & magnitudo 32. babylonis cẽtum æreæ portæ Ibid. babylonis cõſtructio Ib. babylonis duæ plagæ Ib. babylon à Cyro capitur 35. babylonis principatus, Perſis Satrapia dicitur Ibid. babylonis obſeſſio à Dario 97. babylon ſecũdò capitur 98. babylonis à Xerxe defectio 3.ć. babylon à Megabyzo capta Ibid. Babylonica regio foſſis diſtincta 35. babylonicæ regionis potentia quanta, Ibid. babylonicæ palmæ vſus & diuerſitas Ibid. babylonica nauigia orbiculata Ibid. babylonicæ regionis prouentus 35. Babyloniæ fertilitas Ibid. babylonicarum virginum auctio 36. Babyloniorum tyrannus Labynetus 14. babyloniorũ fœdus cum Cræſo Ibid. babyloniorũ leges & inſtituta 36. babyloniorum quorundã victus Ib. babyloniorum cultus Ib. babyloniorum comata capita Ib. babyloniis ſceptrũ geſtare ſine inſigni, nefas Ibid. babyloniorum medica cura erga ægrotos ſuos Ib. babylonii vt ſe aduerſus ſecundam obſidionẽ munierint 96. babylonii vt fœminas in obſidione tractarint 96.97. babyloniorum in melle ſepulchra 36. babyloniorũ ablutio poſt coitum 36. babyloniorum fœda lex de mulieribus Ib. babyloniorum talentum 87
Bacchus AEgypt. Oſiris dictus 46. bacchi feſtũ apud AEgyptios,& de phallis 48. bacchi delubrum 111. Bacchica Dionyſi ſacra 110. bacchici ſacrificii inuentor quis 48. bacchica & Orphica 51 Bacchanalia Græcorũ Scythæ improbant Ib. bacchantiũ vox 210
Bacchiadæ qui apud Corithios 141
Bacidis oraculum 204.212.214
Bactra deficiunt ab Artoxerxe 4.ć. bactra capiuntur Ib. Bactriorũ dux Hyſtaſpes 178. bactriorum in Xerxis exercitu armatura Ib. bactrii Cyro oppugnanti ſe dedunt 1.ć. bactriis præficitur Tanyoxarces 1.ć
Bactriana natio 28.88. bactrica argentifodina 10.ć
Badres genere Paſargades 121. Badres Hyſtanis filius Milyarum dux 179
Bagæus Artontis filius 93
Bagapates Cyrum ſepelit 2.ć. Bagapates Mago regnum tradere conatur 3.ć. Bagapates à ſeptem principibus aſſumptus,claues eis regiæ dat Ibid. Bagapates ſepulchro Darii aſſidet Ib. Bagapates moritur Ibid. Bagapatis cruciatus 8.ć.
Bagaſaces Thracum dux 178
Bagoraſus 6.ć. Bagoraſi cædes Ibid.
Βαγάδης aqua 11.ć.
Barba ſacrificæ Mineruæ ominoſa 216. barba Pygmæorum 10.ć.
Barbarorum vociferatio 133. barbarorum apud Marathonem ingens ſtrages 163. barbarorum fuga cum Artabazo 234. barbarorum cædes 235
Barca oppidum 87.121.122. barcæ obſidio 126. barcæ vicus Bactriacus 127
Barcæorum expugnatio 116. 117. barcæorum deditio 73. barcæorũ fœdus cum Perſis 116
Barena vrbs Cræſo donatur 1.ć
Bariſſes vnus ex ſeptem magi occiſor 3.ć.
Baris nauigii genus 55
Battus Polymneſti filius 110. Batti filia 68. Batti & Batti claudi regnum 121. Batto vnde nomen inditum 110
Beatus qui diem ſuum rectè obierit 6
Beccus quid ſit 40
Belides portæ Babylonis 97
Belitanæ ſepulchrum Xerxes vi ſit 3.ć.
Bellorum Græcorum initia 1 belli inter Cãbyſem & Amaſin occaſio 71. bellum cum Argiuis ſeruorum 158. bellum Peloponnenſium 135
Benemeriti Craſangæ Perſis dicti 213. benemeriti qui vocarentur 12. Benemeriti apud Perſas honorantur 97
Benecuolẽtia Ind. in reges 10.ć

Bernicus mõs vbi 121
¶ Biantis Prienæi reſponſio ad Crœſum 5 biantis Prienæi conſilium ab Ionibus ſpretũ 31.
Bibli quid Ionibus 135
Biſalteorum regis facinus eximium,& pœna in filios 118
Biſaltia regio vbi 183
Biſanthes oppidum vbi 186
Biſtones Thraciæ populus Ib. biſtonis lacus Dicææ contiguus 182
Bithyni populus quis 178. bithyni à Crœſo ſubacti 5
Biton & Cleobis ſecundo loco beati 6. bitonis & Cleobis Argiuum genus Ib. biton & Cleobis in certaminibus victores Ib. bitonis & Cleobis feliciſſimꝰ exitus Ib. bitonis & Cleobis effigies apud Delphos Ib.
Bœbeis lacus vbi 184
Bœotia terra 48
Bogis ampliſſimæ laudes 182
Boges Eionis vrbis præfectus Ib.
Bolbitinum oſtium Nili effoſſum 42
Boliſſus locus 249.
Boreæ vxor Orithyia Erechthei filia 195. Boreæ delubrum ab Athen. extructum Ib.
Boryes vbi gignantur 125
Boryſthenes fluuius vbi 101 106. 113. boryſthenes huberrimus 106
Boryſthenitarũ imperiũ 101
Boryſthenitæ populus vbi 101. 106
Boſphorus Cimmerius 100 113. boſphorum & Iſtrũ Darius ponte iungit 3.ct.
Bottiæis terra vbi 184
Boues mares AEgyptii immolant 46. boues immolãdos vt explorent AEgyptii Ibidẽ. boum ſepultura apud AEgyptios Ib. boum veneratio apud AEgyptios Ib. bos lignea ſepulchri loco vbi 61. bobus vbi cornua nõ ſuccreſcant 107. boues præpoſterè paſcẽtes 124. boum agreſtium ingens vis vbi 184. boues Pygmæorum 10. ct.
¶ Brãchidæ populus 8. branchidarum oraculum de Pactya 29
Brauron inſula 118. 166
Brongus fluuius 106
Brunduſium vrbs 113
Brygi populus 152
Bubares Megabyzi filius 172. bubares Perſa Amyntæ gener 221
Bubaſtis AEg. Diana 63. bubaſtis oppidum 49.63. bubaſtis hoc eſt Dianæ templũ 63.
Bucolicum oſtium nili effoſſum 42
Budii gens Medica 19
Budini populus vbi 102.113. budinorum mores. Ib.
Bulis Spartiata Nicolai filius 185.
Bura Ioniæ ciuitas vbi 27
Buſæ Medicæ nationis ſpopulus 19.
Buſiris oppidum 49
Butis vrbs 66
Byblesia vbi 32
Byſantium 111. 151

C

CABALES Libyes vbi 122
Cabalii populus 87
Cabelees Mæones quem cultũ in Xerxiano exercitu tulerint 179. cabelees Mæones aliàs Laſinii dicti Ib.
Cabirorũ orgiis Thraces initiantur 48. Cabirorũ tẽplum aliis præter ſacerdotem inacceſſum, Cambyſes adit & profanat 77
Cadauera Perſarum quomodo humentur 28. cadaueris paterni oppignerãdi lex 62 Cadauera vbi non crementur 72. Cadauera mortua vt ſepeliant Naſamones & Nomades 125. Cadaueris regii ſepultura qualis apud Scythas 108
Cadmæa victoria Phocenſibus obtigit 30. cadmææ literæ 135. cadmæorum ab Argiuis eiectio 136.
Cadmus Tyrius 48.135. Cadmus Scythis f. Cous 191. cadmi iuſtitia Ib.
Cadytis vrbs Syriæ 57. 71
Caicus ager vbi 150. & fluuius 175.
Caira vel Carica Halyattis vxor, Crœſi mater 17
Caira veſtis 140
Calamus Indicus 9.ct.
Calandæ Indiæ populus 88
Calaſiris veſtis genus apud Ægypt. 52
Calaſiries Ægyptii 68. calaſirium AEgyptiorum plagæ quæ Ib.
Callatebus vrbs vbi 173
Callatiæ Indi parentibus veſcũtur 78
Callias Eleus Iamideorum vaticinus 133
Callias Phænippus Hipponici pater 164. Calliæ filiæ tres 164. Callias Hipponici f. 188
Calliadates in pugna ad Ther. Xerxi conſilium 4. ct.
Callimachus Aphidnæus 162
Callimachi cædes 163
Callipidæ Græcoſcythæ 101
Callipolitani populus 189
Calliſta inſula 119
Calui à natali vbi 102. Caluitiei cauſa 72
Calyndici montes vbi 31
Calyſtrii Indi 11. ct.
Cama mons vbi 89
Camarina vrbs 189. camarinæi Ib.
Cambyſis nuptiæ cum Mandane 20. cambyſes Cyro patre defuncto regnum ſuſcipit 39. 2.ct. cambyſis expeditio aduerſus AEgyptios Ib. cãbyſes aduerſus Amaſin bellum mouit 171. cambyſis ortus 71. cambyſis expeditiones 74. cambyſis dona ad regẽ Macrobiorũ Ib. cambyſes Apin vitulũ AEg. Deum ferit 76. cambyſis ſomnium 76.81. cãbyſis parricidia 76. cambyſes ſororem interimit Ib. Cambyſis morbus Ib. cãbyſes vinolentus 77. cãbyſis crudeliſſima facinora Ib. cambyſis fatũ, imprecatio 82. mors 83. cambyſi quæ prodigia acciderint 2. ct. cãbyſis angores Ib. cãb. mors, cãbyſes ſepelitur Ib. cambyſes Amyrteum & AEgyptios capit 2.ct. cambyſes Tanyoxarcem fratrem interficit Ib. cambyſes magum doloſè in Tanyoxarcis
Calocum ſufficit Ib. meli formidini ſunt equis 15. Cameli Indici forma 83
Camicum Acragantini incolũt 191. camici oppidi obſeſſio Ib.
Caminus poemation Homeri 511.
Camirus oppidum 27
Campſa oppidum 184
Cãpus Niſæus Medicæ regionis 174.
Canales coriacei miræ longitudinis 72
Canaſtræum promontoriũ 184
Candaules Græcis Myrſilus dictus Sardium tyrannus 2 Candaules ab Alcæo Herculis filio oriundus, Ib. Candaules Sardium nouiſſimus rex Ib. Candaulis amor in vxorem ſuam Ib. Candaulis vxor Gygi nuda viſa Ib. Candaulis interitus 3
Canes Indici 9.ct. caninum caput habentes 11.ct.
Cana ſupercilia 12. ct. cani iuuenes Ib.
Canobicum Nili oſtiũ vbi 42. 57.70.
Capilli Pygmæorum 10.ct.
Cappadocibus à Crœſo bellum infertur 13. cappadoces Græcis Syri nominantur Ib. cappadoces populus 13.134
Caprarum immolatio vbi 46
capripedes homines vbi 102
Caput ſine ſutura 237. capita AEgyptiorum cur firma 72 capita Perſarum cur fragilia Ib. capite carens partus 2.ct.
Carcinitis oppidum 106. 113 ad Cardamylam Laconicam ſita Aſina 211
Cardia vrbs 151.177. 242
Cares populus 31. Cares in poteſtatem à Crœſo redacti 5. Cares inſularum olim habitatores 31. Carum inuẽta tria memorãtur Ib. Cares indigenæ & aborigines Ib. cares AEgyptii 50. 66. 87. carum cum Perſis præliũ 146. cares Pedaſenſes 149 carum in Xerxiano exercitu armatura 180
Caria pars Ioniæ 26. caria à Perſis capitur 150.
Caricarum mulierum lex aduerſus maritos 27
Carius Iupiter 137. carii Iouis templum apud Mylaſſos 31.
Carnia vrbs vbi 179
Carmaniorũ præfectus Tanyoxarces 2.ct.
Carmen Orthium 4
Carnia feſta 194. 211
Carpathium mare 79
Carpion arbor Indica 12. ct.
Carpus fluuius 106
Carthagin. bellum cum Phocẽſ. 30.
Caryſtus vbi 103. caryſtus obſeſſa & capta 160
Caſambus Ariſtocratis filius 156.
Caſeus ſuauiſſimus 12.ct.
Caſiæ collectio 90
Caſius mons 71. 72. caſius mons AEgyptum & Syriam diſterminat 67
Caſmena vrbs 189
Caſpatyrus oppidum 89.105
Caſpium mare 37.104. caſpii maris lõgitudo & latitudo 37
Caſpii populus 88. caſpiorũ in Xerxis exercitu armatura 178.179.
Caſſandane Cambyſis mater 71
Caſſiterides inſulæ vbi 90
Caſſius mons vbi 40
Caſthanæa vrbs vbi 194
Caſtor & Pollux Tyndaridæ 119
Caſtorum teſticulorũ medica vis & operatio 114
Caſtratio iuuenum 150
Catadupa 42
Cataractes fluuius vbi 173
Catiari Scythæ 99
Caucaſus mons 20.37.88. Caucaſii populus 37
Caudæ Cynocephalorum 11.ct.
Caunus vrbs vbi 144. Caunus oppugnatur 6.ct.
Cayſter fluuius 143
¶ Cebrenia à quibus ædificata 248.
Cecropidæ, Cranai, Pelaſgi 207
Ceiorum cœnaculum 104
Celenæ vrbs vbi 173
Celtæ populus vbi 45.106
Cepheus Beli filius 177
Cephiſſus amnis 206
Cercaſi populus vbi 42.55
Cercopũ hedræ 198
Ceres AEgyptiis Iſis dicta 67 cereris templum 60.106. cereris & Liberi principatus apud inferos 60. cereris Achææ templum 136. cereris templo adhærens, manibus truncatur 159. cereris Amphictyonidis fanum 196. cereris & Proſerpinæ ſacra 210. cereris Eleuſiniæ templum 233
Certamen Triopii Apollinis 27
Ceruus in Africa nullus 115
¶ Chalcedonenſes à Dario multantur 3.ct. chalcedonen-

ſes Xerxes vleiſcitur Ib.
Chalcedonius populus vbi 151
Chaldæi inter Aſſyrios 178
Chaleſtra oppidum 184
Chalybes in poteſtatẽ à Crœſo redacti 5
Champſæ crocodili dicti 51
Charadra oppidum Phocenſiũ 206
Charaxus Mitylenæus 62
Charitimidis gloria 5.ct.
Charopinus 143
Chemmis inſula vbi 66
Chemmis oppidum AEgypti 55
Cheopes AEgyptiorum rex 60. Cheopes AEgyptiis ne ſacrificarent interdixit Ibidem. Cheopes filiam ſuam proſtituit 61
Chephrenis regis AEgypti tyrãnis 61
Cherſoneſus vbi 167 & eius præſtãtiores vrbes 151. Cherſoneſus Athenienſ. ditionis 167
Chidori fluuii aqua Xerxis copiis deficit 184
Chidori origo Ib.
Chileus Tegeata 224
Chilon Lacedæm. vir præſtans 101
Chilonis Lacedæm. conſilium 19
Chius oppidũ & inſula 26.70. chiorum bellum 4. chiorum conſtantia & cædes 148 chiorum prodigia 150
Choaſpes fluuius cuius ſolius aquam rex bibit 34.134.135
Chœnix quid 154
Chœreatæ, tribus Sicyonia 137
Chœreæ locus 161
Choramniis præficitur Tanyoxarces 2.ct.
Choraſmii populus 88. 90. choraſmiorum in Xerxiano exercitu armatura 178
Chorus iuuenum peſtilẽtia abſumptus 150
Chromius Argiuus 15
¶ Cicones Thraciæ populus 177.182
Cilicia vbi 42.45.87. cilices populus 87.134. cilicum in Xerxiano exercitu armatura 180. cilices vnde dicti Ib.
Cilix Phœnix Agenoris filius 180. cilix Syenneſis Oromedontis filius Ib.
Cilla AEoliæ ciuitas 27
Cimmeriorum aduerſus Ioniã expeditio, Crœſo vetuſtior 2. cimmeriorum è ſedibus ſuis ciectorũ in Aſiã trãſitus 3. cimmerii ex Aſia per Halyattem exacti 3. cimmerii ex Europa pulſi 20. cimmerii vbi 100. cimmerii muri Ib. De cymmeriis duo referuntur Ib. cimmeriorũ populi & regis pugna Ib. cimmeriorum ſepultura Ib. cimmerius Boſphorus vbi 100.113. cimmeriũm fretum vbi 105
Cimonis res geſtæ, cædes & ſepulchrum vbi 161
Cimõ Miltiadis pater, & eiuſdẽ nominis, ipſius filius 166. qui Bogem Xerxis præfectũ Eione obſidet 182
Cinnabari 9.ct
Cinnamomum quomodo colligatur 90
Cineas rex Theſſaliæ 136
Cinyps fluuius vbi 113.133. cinypis fertilitas 126
Cippi Herculis 45. cippi duo aureus & ſmaragdinus in tẽplo Herculis 47. cippi Seſoſtris nomine inſcripti 55. cippi Darii regis vbi 111. cippus Crœſi regis vbi 175 cippo Midæ regis Gordii filii epigramma ab Homero inſcriptum 245
Circunciſionis AEgyptiorum cauſa 45. circunciſio quibus communis 56
Ciſſii: ciſſiorũ regio 87.134.135. ciſſiorum in Xerxis exercitu armatura 179. Ciſſiæ portæ Babylonis 97
Citaris inſigne regium 6.ct.
Cius fluuius vbi 105
Cius Myſia vrbs capitur 146
¶ Clazomenæ vrbs 26.70. clazomenæ vrbs capitur 146
Cleades Platæenſis AEginetis in prælio defunctis tumulũ ſtruit 237
Cleander Phigaſeus vates 158.
Cleander Patareus Gelæ tyrannus 189
Clearchus Lacedæm. Cyri dux 7.ct. Clearchus circumuenitur. 8. ct. Clearchi tumulus palmifer Ib.
Cleobis & Biton à Solone ſecũdo loco beati habiti 6. cleobis & Biton Argiuum genus Ib. cleobis & Biton in certaminibus victores Ibid. cleobis & Bitonis feliciſſimus exitus Ibid. Eorúmq; effigies apud Delphos Ibid.
Cleodæus Hylli filius 153
Cleombrotus & Leonides gemini 133.211
Cleomenes Spartiatarũ rex 96. 153. Cleomenes virorum iuſtiſſimus 96. Cleomenis mater, & natiuitas 133. Cleomenis regnum Ibid. Cleomenis cum Ariſtagora colloquium 134. Cleomenes contra Piſiſtratidas 136. Cleomenes Achiuum ſe, nõ Dorienſem eſſe ait 138. Cleomenes cum Arcadibus cõtra Spartam 157. Cleomenis profugium 156. Cleomenis inſania 157. Cleomenes ſeipſum laniat Ib. Cleomenes lucum Argi incendit Ibid.
Cleonæ vrbs vbi 172
Clinias Alcibiadæ f. victor 204
Cliſthenes Alcmæonides Athenienſis, Sicyonii Cliſthenis nepos 137. Cliſthenes Athenis eiicitur Ibid.
Cliſthenis Sicyonij tyrannus 137.164. Cliſthenis oratio ad procos filiæ ſuæ 165
Clytiades ex Iamideorũ genere vates 219
¶ Cnidus ciuitas 27.70
Cnidii Lacedæmoniorum colonj 32. Cnidiorum regio Ib. Cnidii de Iſthmo fodiendo Pythiam conſulunt Ibid. Cnidiorum deditio Ibid. Cnidii Samios quoſdam ſeruant 122
¶ Cobon Ariſtophanti filius 155
Codri Melanthi filii, nepotes reges 27
Codrus Athenienſium rex 138
Cœnyrorum locus: prope quem metalla Thaſia 153
Cois Erxandri filii oratio ad Darium 112. Coes donatus Mitylene à Dario 132.
Coitus hirci cum muliere 47. coitus in templo 50. coitus Indorum in propatulo 89. coitus & partus viperæ 90. coitus Naſamonũ in propatulo 113. coitus Cynocephalorum 11.ct.
Colaxais Argitai filius 99
Colchi vbi 20. 56.88.104
Colchorum circunciſio 56
Colchicum linum 56
Colias ora Atticæ 214
Colæus Samiæ nauis in AEgyptum tendentis nauclerus 120.
Colleſtis AEgyptius panis 52.
Coloniam in Thuſciam Lydi deduxerunt 18
Colophon vrbs 26. Colophõ à Gyge capitur 3. Colophonii & Epheſii ſoli ex Ionibus ab Apaturiis arcentur 27
Coloſſi lignei concubinarum Mycerini regis 61. Coloſſi Androſphinges vbi 169. Coloſſus ante tẽplũ Vulcani Ib.
Coloſſæ Phrygiæ oppidum 173
Colubri ab equis deuorantur 14
Columbæ Dodoneæ nigræ 49
Colũnæ Herculis vbi 100.120. 124. columnæ albæ vbi 146
Colus cum fuſo fœminis tractanda, non arma 121
Coma Lacedæmoniorum 15. coma Babyloniorum 36
Combapheus AEgyptũ Cãbyſi prodit 2.ct.
Combrea vrbs 184
Commentarii Homericæ profectionis 244
Compedes Lacedæmoniorum apud Tegeatas 11
Compſatus fluuius 182
Conchylia in montibus vbi 41
Conon 8.ct.
Conſultant Perſæ inter pocula 25. conſultationis vſus quis 169
Contadeſdus fluuius 111
Copais palus vbi 221
Coquẽdi mod' citra lebetẽ 107
Corcyra vrbs: Corcyræi populi 79. corcyræorum oratio ad Xerxem 191
Coreſum vbi 145
Corinthia veſtis 140. corinthiorum mulieres à Periandro denudatæ 141. corinthiorum reip. cõſtitutio 141 corinthiorum theſaurus 9. corinthiorum cum Samiis & Corcyræis diſſenſiones 79
Cornua quibus in locis maturius proueniant aut ſerius 103
Corobius 119.120
Corona oleagina olympiorum præmium 205. coronari in ſomnis videri, quid 171. 172
Coronæi populus 119
Corys fluuius Arabiæ 71
Corycium antrum 106
Coſmartidone Artoxerxis pellex 6.ct.
Coryle quid ſit 154
¶ Cranai Pelaſgi nominati 207
Cranapes Mitrobatæ filius ab Oroete infeſtatus 91
¶ Craſtis: Craſtia Minerua 133
Crater Pauſaniæ in oſtio Ponti 110. crater Samius & Argolicus 120. crater Lacedæmonius ad Crœſum 13
Crathis AEgarum fluuius perpetuus 17
Cremni emporium vbi 101
Creſton oppidum 9. creſtoniatarum lingua 10. creſtonicus ager 184
Cretæ antiqui incolæ 31. cretenſes, & reſponſum oraculi 191.192. creta Athenienſes ſagittarios aduerſus Xerxem miſerunt 4.ct.
Crex animal 51
Crimina vt exploret Indiæ rex 10.ct.
Crios Polycriti 153.156
Criſæus campus 206
Criſcrana regiarum ædiũ 1.ct.
Critali Cappadociæ 171
Crobyzi populus Thraciæ 105
Crocodili natura 51. Crocodilus animal ἀμφίβιον Ibid. Crocodilus ſolus animalium inferiorem mandibulam nõ mouet Ibid. Crocodilus animalium ſoli trochilo pacatus Ibid. Crocodili AEgyptiis ſacroſancti Ib. Crocodili capiendi modus Ibid. Crocodilus tricubitali magnitudine vbi 115
Crocodilopolis 65
Crœſi genus altius repetitur 2. Crœſus Halyattis filius Ib. Crœſus quarum regionum tyrannus fuerit Ibid. Crœſus ad pendendum tributum Græcos coegit 2.5. Crœſus Iones, Æoles, Dores ſubegit, Ib. Crœſus Lacedæmoniorum amicus 2. Crœſi regnũ 5 Crœſus Græcorum prim' Epheſiis bellum intulit 5. Crœſus quas gentes in poteſtatem redegerit Ib. Crœſi ſomnium de filio Aty. 6 Crœſi liberi Ibid. Crœſus Adraſtũ ob fratricidium expiat 7. Crœſus ob mortem filii duos annos in luctu tranſ

igit 8 à Crœſo tentata oracu la, vera deprehenſa Ibid. Crœſus donaria & hoſtias Py thio conſecrat Ibid. Crœ ſus potentiſſimos Græciæ ſi bi cõciliare conatur 9 Crœ ſi legati de ineunda pace ad Lacedæmonios 12. Crœſus aduerſus Cappadociam exer citum parat 13. Crœſi affi nitas cum Aſtyage Ibid. Crœſus exercitum Halym flu uiũ traiicit 14. Crœſus Pte riorum vrbem expugnat Ib. Crœſus Syrorum prædia de uaſtat Ib. Crœſus Syros ex terminat Ibid. Crœſi & Cy ri regum pugna Ib. Crœ ſus capitur 14.15.16. Crœſo oraculũ de muto filio reddi tum 16. Crœſi filius voca lis fact⁹ Crœſi regnũ quot annorum Ibid. Crœſus ſu per ingẽtẽ lignorum ſtruem impoſit⁹, Solonis recordatur Ibid. Crœſus Apollinis im bre è pyra liberatur Ibid. Crœſus abaui ſui crimen luit. 17. Crœſus Apollini com pedes mittit 17. Crœſi fra ter Pantaleon ex Iade fœmi na ſuſceptus Ib. Crœſi Cy ro datum conſilium 16.37 Crœſus Cambyſi traditur 38. Crœſus Cambyſem deſipien tem admonet 77. & in de periclitatur Ibid. Crœ ſo mittendus crater 79. Crœ ſi in Branchidarum templo repoſitæ pecuniæ 132. Crœ ſi in Alcmæonem munificẽ tia 164. Crœſi cippus vbi 173. Crœſus à Cyro oppu gnatur 1.&. Crœſi filius ob ſes Cyro dat⁹ interficitur Ib. Crœſi vxor ſe è muro præ cipitat Ibid. Crœſus qua ar te è vinculis euaſerit Ibid. Crœſus quomodo liberatus Ib. Crœſus à Cyro vrbe do natur Ibid.
Crophis mons vbi 44
Croſſea regio 184
Crotoniatarum cum Sybaritis bellum 133. Crotoniatarũ genus 208
¶ Cteſiæ Perſica quot in libros diſtributa 1.&. Cteſiæ librorum ſeries Ibid. Cteſias Herodoto repugnãtia narrat Ib. Cteſias vnde acce perit quæ narrat Ib. Cteſias à Xenophonte in aliquibus diſſentit Ibid. Cteſias quã do floruerit Ibid. Cteſi i li ber 18.7.&. Cteſiæ lib.19.20.8 &.Cteſiæ liber 21.22.23. Ibid. Cteſias medicus Paryſatidis 8.&. Cteſiæ in Græcos hu manitas Ibid. Cteſiæ epi ſtolæ & actiones 8.&. Cte ſiæ Indica Ionicè ſcripta 9.&.
¶ Cubitus regius quid 32. Cubitus AEgyptius, Samius 68
Culicum vis ingens apud AE gypt. 54
Cultus Babyloniorum 35
Cuma ciuitas AEoliæ 27.143 Cuma capitur 146. Cumani Pactyam à Cyro deficientẽ recipiunt:& de reddendo,o raculum conſulunt 28.29
Curiẽſes Argiuorum coloni 145
Currus Xerxis 174 Currus ſa cer Iouis 218.
Cyaneæ inſulæ vbi 111.
¶ Cyaxares Medorum tyrannus 13.20. cyaxaris puer trucidatus,in morémque venatio nis apparatæ offertur ei à Scy this 13. cyaxares Phraorti pa tri ſuccedit 19. cyaxares A ſiæ populos prim⁹ in prouin cias & ordines ac acies belli cas diſtinxit 19. cyaxaris prælium cum Lydis Ibid. cyaxares Aſiam ſibi conciliat Ib. cyaxares Ninum ciuita tẽ obſidet 20. cyaxares XL. imperii ſui anno moritur Ib.
Cybeles templum concrema tur 144
Cyclades inſulæ 131
Cydippa Terilli filia, Anaxilai vxor 191
Cydonia vrbs à quibus condi ta 78. & eius ſacra 81
Cydra vrbs vbi 173
Cyllyrii Syracuſanorum quorũ dam ſerui dominos eiiciunt 189
Cylon Athenienſis 137
Cynægirus Euphoriõnis f. nau em aduerſariam prehẽſans manu truncatur 163
Cyneſii populus 45
Cynetæ Celtarum accolæ in vl timis ſeptentrionis plagis 106
Cynocephali vbi 115. & 11.&.
Cynoſura 112
Cyno Mitradatis bubulci vxor, Cyri nutrix 21
Cynoſargi 163
Cynurii populus Ionicus 111
Cynthii populus 107
Cyprii verſus non Homeri 58
Cyprus à quo primùm capta 70. cyprus tributaria facta ab Amaſi Ib. cyprus inſula 134. cypri claues 145 cyprii Perſis ſe dedunt 74. cypriorum defectio à Medis 144. cypriorum ad Iones oratio. 145 cyprii in ſeruitutem redacti Ib. cypriorum in Xerxiano exercitu ar matura 180. cypriorum va ria genera Ib.
Cypſela quid 142
Cypſeli Eetionis filii theſaurus Delphis 3 cypſelus Periandri pater 4.142. cypſe lus vnde appellatus Ib.
Cyranis inſula vbi 125
Cyrena vrbs 87. cyrenæi po pulus 110. cyrenæorum deditio 73. cyrenæorum pugna cum AEgypt. 121 cy renæorum 7000,à Libybus cæſa Ib. cyrenæarum fœ minarum ſuperſtitio 124. cyrenaicæ regionis fœcundi tas 116 cyrenenſium diſtri butio 111.
Cyrmianæ Thraces 112
Cyrni ciuitas cõdita à Phocen ſibus 30. cyrnum condi Pythia pronuntiat Ib.
Cyrta vrbs 5.&.
Cyrus Cãbyſis filius 8.20. cy ri mater, Aſtyagis filia 17.20. cyri & Crœſi pugna in regio ne Pteria 14 cyri nobile ſtratagema Ib. cyrus Io nes à Crœſo alienare conatur 14. cyrus vt Crœſum ſuperarit 16. cyrus humanam ſortem in Crœſo videt Ib. cyrus cur mulus dictus 17. cyrus infans morti deſtina tus clàm nutritur 21. cyri nutritius pater Mitradates 21. cyrum pueri ruſtici regẽ eligunt 21. cyrus à magis regnaſſe dicitur 23. cyrus à cane educatus fertur Ibid. cyrus contra Aſtyagem exer citum parat 24. cyrus ex ercitum Perſicũ excipit Ib. cyrus totius Aſiæ dominus 25. cyri ad Iones apologus 26. cyrus Aſſyriis bellum infert 32. cyrus in Babylo nem exercitum ducit 34. cyrus Gyndem fluuium vlciſcitur 34.135. cyrus Babylonem capit 34.35. cy rus in Maſſagetas expeditio nem parat 37. cyri ſomniũ & eiuſdem interpretatio 38 cyri caſus in pugna contra Maſſagetas 39. cyrus ſan guine à Tomyride exſatia tur 39. cyrus Smerdi aures amputat 83. cyrus pater Cambyſes dominus: Darius inſtitor: 87. cyri filiæ Ibid. cyro nullus Perſarum ſe con ferre dignabatur 98 cyrus Aſtyagi nõ cõſangineus 1.&. cyrus Aſtyagẽ fugiẽtẽ capit Ib. cyrus Aſtyagem honorat Ibid. cyrus Amy tin Aſtyag. filiam ducit ma rito eius interfecto Ibid. cyrus Bactrios oppugnat, & per deditionem capit Ibid. cyri aduerſus Saccas bellum Ib. cyrus à Sparethra Amor gis vxore capitur Ibid. cy rus Amorgis ope Crœſum & Sardis oppugnat Ibid. cy rus Crœſum liberatum vrbe donat Ibid. cyrus Derbi ces oppugnat 2.&. cyrus ia culo ictus moritur Ib. cy rus Cambyſi filio regnum tradit Ibid. cyri teſtamen tũ & ad hæredes admonitio Ib. cyri etymologia 6.&. cyri mater, Paryſatis Ibid. cyrus ſepelitur Ib.
Cyrus apud fratrem Artox erxẽ inſimulatur 7.&. crimi ne liberatur Ib. deficit à fra tre Ib. exercitum inſtruit:o bit, & quomodo Ibid. eius cadauer vt fœdatum Ibid.
Cythera inſula vbi 15.101
Cytiſſorus, & eius poſterorum calamitas 196
Cyzicus vbrs vbi 151

D

¶ Dadicae populus 87. Da dicarum in Xerxiano exerci tu armatura 178
Dædalum inueſtigat Minos 192
Dai Perſarum genus 24
Damas Siritanus Samyris filius 164
Damaſithymus Candaulis filius 180. Damaſithymus Calyn denſium rex 113
Damaſpia Artoxerxis vxor 6.&.
Damiæ & Auxeſiæ ſimulachra 139.
Danaes Acriſii fil. progenies 154 Danaus & Lynceus Chemmitani 53. Danai filiæ templum Mineruæ in Lindo extruxerunt 70.
Daphnæ Peluſiæ 44.56
Daphnis Abydenus 118
Dardanus vrbs vbi 175. Dar danus vrbs capitur 146. dardanei populus 34
Daritæ populus 88
Darius Hyſtaſpis filius 33. 38. 83.167. darii regis auaritia 34. darii regis ſtatua 52. darii ad monarchiam ex hortatio 86. darii ad aggrediendum Magum con ſiliũ 84. darius quo ma chinamento imperio Perſa rum potitus 87. darius rex Perſarum declaratur Ibid. darii matrimonia Ib. Libe ri 167. darii lapideum ſi mulachrum 87 darius in ſtitor ob exactionem tributi Ib. darii theſaurus & an nuum tributũ 87.88. da rius Oroetẽ & inimicos per ſequitur 92. darius luxato pede Democedem accerſit: & quæ cum illo egerit 93. darius bene de ſe meritos re munerat 95. darius Cam byſis ſatelles 95. darius Ba bylonem obſidione cingit 97. darii elogium celebre de Zopyro 98. darii expe ditio in Scythas 99. darius Indos ſubegit 105. darius quot vrbes in Scythia con diderit 116. darii crudele factum 111. darius duobus cippis exercitus ſui gẽtes in ſcribit Ib. darii de Mega byzo elogium 118. darius à Macedonibus terrã & aquã poſcit 129. darius emiſſo in cælum iaculo Iouem pre catur 144. darius à Græcis terram & aquam petit 153. darii vxores, liberi & ſucceſ ſores 167. darius Sando cem crucifixum liberat 195. darii filiorum interitus 199. darii moneta 122. darius quid Græcis ſignificet 160. darii liberi de imperio diſce ptantes 167. darii obitus Ib. darii legati in puteum coniiciuntur 185. darii vxor & duo filii 199. darius

Hyſtaſpis filius vnus ex ſeptẽ Magi occiſorib. Ib. 3.ct. dar. equi ſui hinnitu rex fit Ibid. darii ſepulchrum Ibid. darii parentes ſepulchrum viſuri cadunt lethaliter, Ib. darius parentum caſum vindicat Ibid. darii aduerſus Scyth. bellum Ibid. darius Boſphorum & Iſtrum ponte iungit Ibid. darius à Scythis fugatur Ibid. darius Chalcedonios mulctat Ib. darius Ioui diabaterio arã ſtatuit Ibid. darii mors Ib. darii ſepulchro aſſidet Bagapates Ib.

Darianus excercitus aduerſus Scythas 171

Darius Xerxis filius Artayntam ducit quam Xerxes adamat 240

Dariæus Xerxis filius 3.ct. dariæus parricidii accuſatur 4. ct. dariæus inſons occiditur Ibid. dariæi innocentia patefit Ibid.

Dariæus Ochus 6.ct.

Datis Medus natione 160. datis oratio ad Delios Ibid. datis pietas in ſacra 163 datis Græciam populatur 3. ct. datis mors Ib. datis cadauer Perſis denegatur Ib.

Dauliorum vrbs accenditur 206.

Dauriſes Darii gener Perſarum dux Iones perſequitur 145. 146. Dauriſes à Caribus obtruncatur 146

¶ Decelea tranſit Mardonius 225. deceleæ parcunt Lacedæmonii: & cur 235.

Decelenſium immunitas vectigalium ob ipſorum & Decelei erga Atticam beneficiũ 235

Decimæ Ioui neceſſariò reddũtur 17

Deioces Phraortis filius 18. deiocem Medi ſibi iudicem conſtituunt 18. deioces, Medorũ rex ob iuſtitiæ ſpecimen declaratur 19 deioci regia à Medis ædificatur Ib. deioces in exercenda iuſtitia incorruptus 19. deioces exploratores & auſcultatores delictorum in ſua ditione cõſtituit Ib. defuncto Phraortes f. ſuccedit Ib.

Deiphonus vates 238

Delos incõcuſſa antea, tremuit 160 delus inſula à Piſiſtrato expiatur 11. delii ſacri à Dati appellantur: nec à Perſis læduntur 160. deliæ puellæ & pueri parentãt Hyperochæ & Laodicæ Hyperboreis 103. deliorum de Hyperboreis ſententia Ib. delium Thebanorum 163

Delphici oraculi reſponſum ad Crœſum 8. delphicum oraculũ verax à Crœſo deprehenſum Ib. delphicum ſacerũ, ipſum ſe deus tutaturum reſpondet 206 delphicũ templũ Matacas Xerxis iuſſu ſpoliat 4

Delphorum fuga 206. delphorum indigenæ Heroes 207

Delubra à quibus primùm, diis ſtatuta 40. delubrum Iouis olympii vbi Ib.

Delta Nili Ægypti pars 48

Demaratus Spartiatarum rex 138. demaratus Cleomenẽ inſectatur 153. demarati nominis etymologia 155. demarati parentes qui Ib. demarati fuga Ib. demarati elogium 156. demarati cũ Xerxe de rebus Græcorum colloquia 181.197. demarati ſtratagema 201. demarati tabellæ pugillares & ingenioſa clàm nuntiandi ratio Ib. demaratus ad Xerxem accedit 4.ct. demaratus Xerxem à Lacedæmoniis inuadendis prohibet Ib. demarati in pugna ad Thermopylas ad Dariũ conſilium Ib.

Democedes Crotonienſis, Polycratis medicus, exul & captiuus, à Dario accerſitur, & ad medendum adigitur 91.93. democedes ſplendidis muneribus donatur à Dario 93. democedis in medicina profectus Ibidem. democedis apud regem honor & exiſtimatio 93.94. democedes explorator in Græciam mittitur 94. democ. ſocios Perſas deſtituit & ducit vxores Ib.

Democratiæ & æquabilis ſtatus vtilitas 139. democratiæ & tribuum Athenienſium author Cliſthenes 165 democratiam tyrãnidi vrbes præoptant 118. democratiam Otanes Perſis ſuadet 151. democratiæ laus & reprehẽſio 85.86

Democritus Naxius nauarchus ad Græcos accedit 207

Demonax Mantinæus 121

Demophilus Diadromei filius 19

Dens tuſſi excuſſus, euanuit: & quid ſignificet 161. dentes ex vno oſſe 137. dentes habens partus 12.ct. dentatus vermis Ib.

Depoſiti reddendi argumentũ 158.159

Derbicum cum Cyro prælium 2.ct. Derbicibus præficitur Spitades 2.ct.

Derſæi Thraciæ populus 182

Derſiæi Perſarum genus 14

Detractio importuniſſima res 170.

Deus AEgyptiorum maximus 46. deorum oracula apud AEgyptios 52. deorum acres vindictæ 127. 216. deorum ira etiam in nepotes extenditur 185. Deorum nomina ex AEgypto in Græciam perlata 48

¶ Diabaterii Iouis ara 3.ct.

Diacœle via 161

Diactorides Cranonius 165

Dianæ templum vbi maximũ 63.66. Dianæ & Apollinis parentes 66 67. Diana AEgyptiis Bubaſtis dicta 63.97. Dianæ puluinar, & aſylum 79. Dianæ regiæ ſacra apud Threſſas & Pæonidas, 103. Dianæ in Braurone adducuntur Atheniẽſes mulieres 166. Dianæ orthoſiæ Byzantii ara 111. Dianæ templum 193

Dicæa vrbs Græca 182

Dicæi ab Attica ad Medos trãſfugæ diuinatio 210

Dictyes vbi gignantur 125

Dictynnes delubrum 81

Dies repentè in noctem verſa Lydorum Medorũmque bello 13.& 19. diei natalis ob ſeruatio apud AEgyptios 52. diei in horas diſtributio à quibus facta 57.

Dienecis Spartani præſtãtia 199

Digitorum octo manus 12.ct.

Δίκερως auis 10.ct.

Dindymenæ matris ſacer mons 14

Dion vrbs vbi 172

Dionyſi nomen quando apud Athenienſes 49. dionyſi educatio 90. dionyſi Bacchei feſta 110. dionyſi oraculum apud Satras 182. dionyſus AEgyptiis Oſiris dictus, & in quorum deorũ numero 64. dionyſus tõſus & Vrotalt Arabibus appellatus 71. Dionyſi feſtum & dephallis, 48

Dionyſii Phocenſis oratio ad Iones 148. dionyſius Iones vexat Ibid. Re malè ſuccedente, fugit & ad prædas ſe conuertit 149

Dionyſiophanes Epheſius 237

Dioſcurorum nomen AEgyptiis ignorum 48. Dioſcuros Caſtorẽ & Pollucẽ excepit hoſpitio Euphorion 165

Dipæenſes populus 229

Dithyramborum primus autor quis fuerit 4. Dithyramb⁹ Harmatidei filius vnus ex Theſpiẽſibus victoribus primariis 200

Diues & fortunatus 6

Diuitiæ cynocephalorum 11.ct.

¶ Doberes populus vbi 129.182.

Dodona 48.49.

Dodonæarum ſacerdotum de oraculo Dodonæo reſponſum 49. earum nomina & numerus Ibid. dodonææ columbæ Ibid. dodonæum oraculum apud Græcos vetuſtiſſimum omnium Ibid. dodonæi primi Græcorum Hyperborea ſacra acceperãt 103

Dolonci Thraces 151 dolonci aperiunt Miltiadi oraculum 151.

Dolopes Xerxianiexercitu ſnatio 194

Domus ex ſale vbi 124 domibus carentes 11.ct.

Dona quantum apud milites poſſint 202. dona à Dario in medicum collata 93. donaria à Gyge Delphis conſecrata 3

Dores popul⁹ Aſiæ à Crœſo ſub acti 2.5. dorum migratio 9. dores Pentapolitæ 27. dorum quinque vrbes Ibid. dores Epidaurii Orchomeniis admixti Ibid. dorum ex inſulis in cõtinentem migratio 31. dorum in Aſiam prima expeditio 81. dorũ in Atticam expeditiones 138. dores vnde propagati 180. dorum Aſianorum in Xerxiano exercitu armatura 180. dorico genere excellentes 9. doricum veſtimentum 140. Doricæ tribus mutantur 138. dorica gens 9.27.31. dorienſium ſacra 27. dorienſiũ principum origo 153 dorienſiũ ciuitates 211.

Doriæi offenſi Sparta diſceſſus, migrationes: bella: obitus 133

Doris regio 206.

Doris Anaxandridæ filii vltio à Gelone facta 190

Doriſcus Thraciæ littus & ingens campus 172.177.181.

Dorus Hellenis filiꝰ Doricæ gẽtis autor 9.

Dotus Megaſidis filius, Matienorum dux 178

¶ Dropici Perſarum genus 14

Drymos vrbs 206

Dryopes populus 27.206.211

Dryopis regio 206

¶ Duodecim deorum inſtitutores Ægyptii 40. duodecim deorum ara vbi Ib.

¶ Dyma vbi 27

Dymanatæ tribus Sicyonia 137

Dyras fluuius vbi 196

Dyſenteria in Xerxis exercitu 218

Dyſorus mons vbi 119

E

EBENVM vbi naſcatur 90

¶ Ecbatana 19.28. Ecbatana Syriæ 81.82

Echemus AEropi filius Tegeatarum rex Hyllum interimit 227

Echinadum inſularum mare vbi 41

Echines genus murum apud Afros 125

Eclipſis ſolis 174

¶ Edoni Thraciæ populus 182. edonorum nouem viæ 183

¶ Eetion Cypſeli pater 3 eetion Echecratis filius 141. eetioni oraculum redditur Ib.

¶ Effigies argẽtea piſtricis Crœſi 9

¶ Eion vrbs ſupra Strymonem 172.182

¶ Elatea oppidum 106

¶ Elbo inſula 65

Elea regio mulos non fert 103

Electro manans fluuius 11.ct.
electrum vnde 90. electrū vt colligant Indi 11.ct.
Elephantina vrbs 41.42.51.69
Elephantes AEthiopiæ 90. elephantes murifragi 9.ct.
Eleus vates 93. eleus Agæi filius Peloponnesius 165
Elei, Minyarum vrbes delent 119. elei de certaminis à se instituti iustitia apud AEgyptios gloriantur 67. elei tardius se ad certamen veniſſe dolent 136. eleorum agonothetæ à quo ſummoti 164
Eleûs Cherſoneſi vrbs 172
Eleuſina inuadit Cleomenes 138. Eleuſiniæ Cereris templum 233.239
Elis Ætolorum ciuitas 211
Elorus fluuius 189
Enagees qui dicantur 137
Enarees fœminei morbi curatores apud Scythas 20
Enaries androgyni 108
Eneti Illyrica gens 36. eneti ad Adriam 128
Eniēſes Xerxiani exercitus gēs 194
Enipeus Theſſaliæ fluuius 184
¶ Epaphi, boues mares 46. epaphus AEgyptiorū lingua Apis dicitur 66. epaphi natalis, feſtus AEgyptiis 75. epaphus è vacca genitus 75 epaphi ſigna 76
Epheſus vrbs Lydiæ 26.41.
Epheſiis à Crœſo bellum infertur 5. epheſii à Crœſo obſeſſi, vrbem Dianæ dicāt Ib. epheſii & Colophonii à celebrandis Apaturiis arcentur 27. epheſinum tēplum celebre 65
Epialtes Eurydemi f. Xerxi iter per montes oſtendit 199
Epidaurii 27. epidauriorum ſoli ſterilitas, vndē 139. ex epidauro AEginetæ 207
Epigrammata Spartiatarū 200. epigramma tripodis Cadmæarum literarum 136. epigrammata eorum qui ad Pylas occubuerunt 200
Epium Minyarum oppidum 119.
Epizeli prodigioſa cæcitas 163
Equi colubros vorant 14. equi camelos reformidāt 15. equus candidus ſacer, Dario in Gynde ſubmergitur 34. equorum & canū numerus regis Babylonii 35. equi à Maſſagetis ſoli immolantur 39. equi fluuiales Papremitanis ſacri 51. equorum fluuialiū natura & ſpecies Ib. equi ſylueſtres candidi 106. equi Sigynarum hirſuti 128. equi Niſæi 89. equus Artybii terribilis 145. equæ olympici certaminis ter victrices 161. equi Darii hinnitus regni omen 3.ct. equi Pygmæorum 10.ct. equa leporē enixa 177. equarum iubæ pro criſtis quibus 178. equæ Theſſaliæ omnium optimæ 195 equeſtrium Xerxis copiarum numerus 179
¶ Eraſinus fluuius 157
Erechtheo Epidaurii quotannis ſacra offerre ſpondent 139 Athenieēſes erechtheo regnā te, quū dicti fuiſſent Cranai vocati ſunt Athenieēſes 207. erechthei terrigenæ templū in arce Athenien. 208
Ereſione poemation Homeri 151
Eretria turbata & conſilii inops 160. eretria capta, direpta, incenſa 161. Eretrieēſes 207
Eridanus fluuius: & nomen illud vnde 90
Erochus oppidum 206
Erophantes Parineus 118
Erycis regio, Heraclidarum 133
Erythia inſula 100.
Ἐρυθρὴ Κῶλος oppidum Ægypti 52.
Erythræ Ionum in continente oppidum 26
Erythræi populus 147 Erythræorum cum Chiis bellum 4
Eryxo Arceſilai vxor 121
¶ Etearchus Ammoniorum rex 44. etearchi regis ſermo de Nili ortu Ibid. Etearchus rex in Oaxo 120
Eteſiæ venti, cauſa inflationis Nili 43
¶ Euænetus Lacedæmoniorum dux 192
Euagoras Laconis filius 161
Euagoræ regis cum Artoxerxe ſimultates 8.ct. euagoræ & Cteſiæ negotia 8.ct.
Eualcides Eretri enſium dux occumbit 144
Euboicum pondus 87
Euboenſes Græcos diſcedere volentes rogāt vt maneant 202 Euboenſes Siculi 189. Euboenſis plebs venundata Ib.
Euclides & Cleander Hippocratis filii 189
Euelthon Salaminis princeps 121
Eueſperides vbi 122.126
Euenius excæcatur 238
Eumenes Anagyraſius Atheniē ſis, in AEgina victor 211
Eunuchi in pretio habiti 216. eunuchus nihil eſt Ib.
Eupalinus Megarenſis architectus 81
Euphorbus & Philagrus proditores 161
Euphrates Babylonem perfluit 32 Euphrates in rubrum mare ex Armeniis decurrit 32. 33. Euphratis ductus atque anfractus 33. & 34. Euphrates Armeniam à Cilicia diſterminat 135
Euripus 192
Europa Tyriorum regis filia 1. 105. Europa à Cretenſibus rapitur 1. europæ filii Sarpedon & Minos 31
Europæ extrema 90. 105. europæ dimēſio & vnde dicta 104. 105. europæ laudes 168
Eurÿanax & Pauſanias duces 232
Eurybates Argiuorum in AEgina dux 160. Eurybatem Sophanes prouocatus occidit 235
Eurybiades Euryclidæ filius 202. 207
Eurydamæ Leutychidis vxor 156
Euryleon in prælio occūbit 133
Eurymachus à Platæenſib. interficitur 200
Euryſthei genus ex regibus Lacedæmoniis 133. euryſthei mors 227
Euryſthenis familia 153. euryſthenes vnde dictus Ibid.
Eurytus & Ariſtodemus 200
Euxinum mare 2.13
Euxinus pontus, & eius accolæ 104
¶ Examinandi fontes ratio apud Indos 10.ct.
Exampæus locus vbi 110. exampæi ahenum Ibid.
Exemplum iuſtæ vindictæ corrupti iudicis 130
Exercitu donari apud Perſas eximium 241
Exitus rerum inſpiciendus 6
Experimenti compendia 169
Expiandi ritus apud Lydos idē qui & apud Græcos 7

F

Fabis AEgyptii ſacerdotes abſtinent 46. Faba in ferendis ſuffragiis 162
Fames mira 142 famis diſcutiendæ inuentum apud Lydos 18. fames Xerxis exercitum inuadit 218
Fanum Panionium 27. fanū Iouis Beli apud Babylonios 33. fanum Iouis Thebani Ibid. fanum Protei regis Ægyptiorum 57. fanum Dianæ vbi maximum 63. fanum Latonæ 66.
Fatis fruſtra obſiſtitur 17.82
Fax Vulcani apud Græcos 215
¶ Felis prolis amantiſſima 50. felium ſepultura vbi 51
Feræ Ægyptiis ſacræ 50. ferarum cura apud Ægyptios Ib. ferarum interfector apud Ægyptios morte mulctatur 50
Ferri compactionem quis primus excogitauerit 5. ferrū fontis Indici 9.ct
Feſtum Theophaniæ 9. feſtum accenſionis lucernæ apud Ægypt. 50. feſtum ſimulachri lignei 50
¶ Fides Arabum conſtantiſſ. 72
Filii Ionis, & inde cognominatæ tribus Athen. 137
¶ Flamma è pectore ſimulachri in templo Iunonis 158
Flos purpureus 11.ct.
Fluminum veneratio apud Perſas 46. flumina Scythiæ 105 flumina quæ Xerxis exercitum potu deſtituunt 175.182. fluuius melliſluus 10.ct. fluuius παλιγλῶσσος 11. ct. fluuius electro manans Ibid.
¶ Fœderis ineundi ritus apud Medos & Lydos 13
Fœmina ſemiuipera 100. fœminæ virili virtute 213. fœminæ agreſtes vbi 115. fœmineus morbus Scythas inuadit 20
Fontes Mæandri vbi 173. fons mirificus 75. fons amarus 106.110. fons Apollinis 121. fons ſolis vbi 124. fons Indiæ aurifluus 9.ct. fons piſcoſus: fons viniſluus 10.ct. fons cuius aqua coagulatur potata Ib. fons Indicus quadratus 12.ct.
Formicæ Indiæ, Græciæ 89
Formæ in Xerxe dignitas 194
Fortuna Aminoclis Cratinei 195. fortunæ circus eoſdem fortunatos eſſe ſemper non ſinit 37. fortunatus & diues 6
Fori apud Perſas non eſt vſus 28. fori vſum apud Græcos ludit Cyrus 28
Fratrem præ marito & liberis fœmina ſaluum vult 91
Frigoris mira vis vbi 102.103
Fructus ebrios reddens 37
Fulgura & tonitrua in Xerxis exercitum ingruunt 175. fulgure carentes 9.ct.
Furis apud AEgypt. callidiſſ. cōmentū 59. fures vt Sardana pali theſauros diripuerint 65
Fuſtuaria pugna apud AEgypt. 50

G

Gades vbi 100
Gæſon 239
Galaica olim, nunc Briantica 182
Galepſus vrbs Græca 184
Galli & gallinæ Indicæ 10.ct.
Gamori Syracuſani 189
Gandarii populus 87. gandariorum in Xerx. exercitu armatura 178
Garamantes populus 123.124
Gargaphius fons 227.232
Gavanes, AEropus, & Perdiccas fratres 221
¶ Gebeleizis dæmon Getarum 112
Gela oppidum à Lindiis cōditum 189. Geloorum euerſio Ib.
Geleon Ionis f. 137
Gelonus Herculis filius 100
Gelonus vrbs 113
Geloni populus 113.114. Gelonorū regio, mores, victus, Ib. geloni agriculturæ operam nauant Ib.
Gelon Dinomenis filius 187. gelon Syracuſana vrbe & Sicilia vt fuerit potitus 189. ad gelonem mittuntur legati Græcorum ad opem contra Perſas petendam Ibid. gelonis magna imperandi

libido 190. gelon eadē die qua Themiſtocles Barbaros, Amilcarē deuicit 191.
Gemma Indica 9.ct. gemmiferi montes Ib.
Genitura Indorum qualis 89.
Geometriæ ortus ab AEgyp. 56
Gephyræi gens 135. gephyræorum origo Ibid. gephyræi literas in Græciam intulerūt: gephyræorum migratio: ſacra Ibid.
Geræſtum vbi 102.240
Gergithæ ab Hymee capiuntur 146
Germanii Perſarum genus 24
Gerrhus fluuius & locus 101. 105. gerrhi & Nili fontes ſoli Herodoto ignoti 106
Gerra Perſica 133
Geryonis vaccæ 100
¶ Gigamæ Libyes 122
Gigonus oppidum vbi 184
Gillus Tarentinus 94
Gindanes populus 123. gindanarū mulierū fimbriæ Ib.
Ginge Paryſatidis familiaris occiditur 8.ct.
Glauci Chii inuentū & opus 15
Glauci Epicydidis æquitas 158. glauci ſtirps extrita 159
Glaucus Hippolochi filius, & eius poſteri 27
Glaucus caprarius 248
Gliſantem Thermodon interfluit 131
¶ Gnomonis & poli inuentio à Babyloniis ad Græcos peruenit 57
Gnurus Lyci filius 109
¶ Gobryas Darii filius Syrorum dux 178
Gobryas vnus ex ſeptem magi occiſoribus 83. gobryas in bello contra Scythas Dario quid conſulat 117
Gonnus vrbs vbi 184.& 192
Gorgo Cleomenis filiola ſcitè patrem monet 134. gorgo Leonidæ vxor vt Demarati tabellas aperiri iuſſerit 201
Gorgonis caput 54
Gorgy Salaminiorū rex 144. gorgus ad Medos trāſfugit Ib. gorgo Salamin reſtituta 145
¶ Græcia à Dati inuaditur 3.ct. græcæ gentis laudes 10.81.
Græcorum oracula 8. græci eadem ſemper lingua vſi 10. græcorum Athenienſes ſapientiſſimi 10. græci Cappadoces vocant Syrios 13. græcorum & Perſarum in cultu deorum collatio 25. græci à menſis famelici diſcedere dicuntur à Perſis Ibid. græcorum intercalandi ratio 40. græci Ionum nomē refugiunt 27. græcorum feſtiuitatum nomina quomodo terminentur 27. græcorum negotiationes 28. græci Schytarū mores cū Naſamonum moribus cōfundūt 39. græcorum ſcriptura & calculi 45. græci ab AEgyptiis pleraque ſumpſere 48. Græcorum nomen quando Pelaſgi aſſumpſerint Ibid.
græca lingua in AEgypto 66
græcorum in Ægypto ſub Amaſi negotiationes, fana, vrbes 70. græci Pontici de Scythis quid dicant 100.
græcoſcythæ Callipidæ 101.
græci quid de regibus Lacedæmoniis dicant 153. græci Olympiorum præſides 130.
græcorum dii nouiſſ. 64.
græcorum natalitia 102.
græcorum literæ ex Phœnicibus 135. græcorum bellorum initia 1. græcorum in Colchidem nauigatio Ibid. Græci in Aſiam priores expeditionem fecerunt Ibid. Græcorum reſponſum ſuper raptu Medeæ Ib. græci imperiū Priami euerterūt 2. græci ante Crœſi imperium liberi Ib. græci Aſiatici à Crœſo ſubacti 5. græco rū imbecillitas in bello ineūdo. 169. græcorum iuſiurandum 185. græci Menelaū ſequuti 143. græci pauperes, at ſtrenui 181. græci qui terram & aquam Xerxi dederunt 183. græci Xerxis ſocii 187. græcorum de cōſpirando contra Barbaros conſiliū 187. græcorū ſpeculatores à Xerxe capiūtur 187. græcorum oratio ad Gelonem 189. græcorū Perſam opperientium catalogus 196. græcorū in bellādo virtus 199. græci exteris inuidi 201. græci Spartanū ducē quærunt 202. græcorum claſſis aduerſus Xerxem 202. græcorum claſſica victoria 203.204. græcorum de inſequendo Perſa cōſultatio 216. Græcorum ad Platæas exercitus ſumma 218. græcorū præda è Perſarū clade 236. græcorū ſepultura 237. græci Thebanos quòd Medos ſequuti fuiſſēt, obſident 237. græcos quo prætextu Xerxes oppugnet 3. ct. græcorum & Perſarum ad Salaminem prælium 4. ct. græcorum victoria in Salamine Ib. græci ex pacto ad Artoxerxem proficiſcuntur cum Inaro 5.ct. græcorum interitus & fuga Ib. græcanicorū operū tria maxima apud Samios 81
Gratiarum collis nemoribꝰ frequens 123
Grinus Theræ inſulæ rex 119
Grues Scythicæ vbi hyberṇēt 43
Grumi grandes ſalis in montibus 114
Grynæa Æoliæ ciuitas 17
Grypes auri cuſtodes 90.101. 10.ct.
¶ Gyges Daſcyli filius Candaulis ſatelles 1. gyges Cādaule interempto, vxore eius & regno potitur 3. gyges ſuffragio Delphici oraculi Lydorum regnum poſſedit Ib. gygis atnepos de Candaulis morte pœnas dedit Ib. gygis donaria Delphis conſecrata Ib. gyges barbarorū primus apud Delphos munera poſuit Ib. gyges Mileto & Smyrnæ arma intulit 3. gyges colophonem cepit 3. gygis abaui crimen Crœſus luit 17. gyges Heraclidarum ſatelles Ib.
Gygadas vocatur Delphis aurū & argētum à Gyge dicatū 3
Gygæus lacus proximus Halyattis ſepulchro 18
Gygæa Alexandri ſoror 130. gygæa Amyntæ filia Bubaris vxor 221
Gymnicū certamen Perſis 54
Gymnopædiæ 155
Gyndis fluminis ortus 34.37. gyndis fluuii riuuli 34.37. 135

H

HAEMVS mons trium fluuiorum pater 105
Haliacmon fluuius 184
Halicarnaſſus ciuitas 27
Halizones populus vbi 101
Halyattes ſucceſſor Sadyattis 3. halyattis bellum cum Cyaxare & Medis Ib. halyattes Cimmerios ex Aſia exigit 3. halyattes Smyrnam Colophoniam capit Ib. halyattes ad tibiarum fiſtularúmque cantum in expeditionem procedebat Ib. halyattes paternum bellum adminiſtrat Ib. halyatti oraculum à Pythia redditur 4. halyattis cum Mileſiis fœdus Ib. halyattes Mineruæ duo delubra ædificauit Ib. halyattis regnum & mors 5. halyatti defuncto Crœſus in regno ſuccedit Ib. halyattis dona delphis conſecrata Ib. halyattes fugiētes Scythas recipit 13 halyattis vxorū, Carica altera, altera Ias genere 17. halyattis ſepulchrum apud Lydos 18. halyattis ſepulchrū ab emptitiis hominibꝰ & ancillis cōſtructū Ib.
Halys amnis 2.5. 13.19. 24.135 halys amnis in mare Euxinū voluitur 2. halys amnis Medicum imperium & Lydū diſterminat 13
Hamilcar Carthaginēſium rex 191. hamilcaris genus & mors Ibid.
Harmamithres Perſici equitatus præfectus 179
Harmocydis oratio ad milites Phocenſes 226
Harpagus Medus 14. harpagus Aſtyagis familiaris, eiq; omnium Medorum fidiſſimus 20. harpagi corā Aſtyage purgatio 22. harpagi filiū Aſtyages mactat 22. harpagus proprium filiū comedit 22.29. harpagus Medos in Aſtyagem cōcitat indignè ab eo tractatus 23. harpagi ad Cyrum literæ intra leporem reconditæ 23. harpagus exercitui Aſtyagis contra Cyrum præficitur 24. harpagus capto Aſtyagi inſultat 24. harpagus, Ionia ſubacta, in Cares exercitum traducit 31. harpagus Cyrum in poteſtatē regni ducit 29. harpagus inferiorē Aſiā ſubigit 32. harpagus in Mazaris defuncti locum ſufficitur 29
Harpagus Perſa Darii dux 150
¶ Hebes teſſera 239
Hebrus fluuius vbi 111.177
Hecataeus hiſtoriographus, & eius genealogia 64. hecatæi de defectione & bello Perſico ſententia 132. hecatæus Hegeſandri filiꝰ 146. hecatæi de Pelaſgorum ejectione ſententia 166
Hector ſucceſſor Troiani regni 59
Hedoni Thraciæ populus 181. hedonorum nouem viæ 185
Hegeſicles & Leo Spartiatarum tyranni 11.
Hegeſipyla Olori filia Miltiadis vxor 151
Hegeſiſtratus Hippiæ ſp. Sigæi tyrannus 141
Hegeſiſtratus Telliadeus aruſpex vt è vinculis euaſerit 119 hegeſiſtrati interitus 130
Hegeſiſtratus Samius Samiorū explorator 138
Hegetorides Antagoræ filius 235.& 236
Hegias quomodo ciuis Spartanus fratris ope factus 219
Hegiæ Epheſii in pugna ad Thermopylas ad Xerxem cō ſilium 4.ct.
Helenæ ab Alexandro raptus 1. 57. helena Menelao redditur 18. Helenæ templum in Therapne 155
Helice vbi 27
Helicus Terituchmis frater exditur 7.ct.
Heliopolis ſolis vrbs 40.49.50 Heliopolitani, Ægyptiorum ſolertiſſimi 40
Helis AEtolorum ciuitas 211
Hellanicus mendacii arguitur 7.ct.
Helles filiæ Athamantis ſepulchrum 177.
Helleſpontus vbi in AEgæum intret 111. helleſponti pōs 173. helleſponto Xerxes cō pedes iniicit Ibid. helleſponto ſtigmata à Xerxe inurūtur Ib. helleſpontū Xerxes muneribus donat 176
Helleſpontii populus 87
Helleſpontias ventus ſubſolanus 194
Hellus in Hermum influit 14
Heneti populus 36.& 118
Hephæſtienſes pōpulus 167
Heracleū Atticæ anguſtiæ 4.ct. heracleum Salamini aggere Xerxe iungere conatur, Ib.

Heraclidæ Sardium reges ex oraculo 2. heraclidarum genus è ſerua Ibid. heraclidarum. imperium quot annorum Ibid. heraclidarum vltio in atnepotem Gygis deuoluta 3
Heraclides Ibanolius 146
Hercules Iouem viſendum ſe exhibere nolentem qua ſpecie viderit 46. Herculis Tyri Phœniciæ tẽplum 47. hercules Ægyptius & Græcus Ibid. herculis Thaſii tẽplum Ibid. hercules vnus è xii diis 47. herculis parentes ab Ægyptiis oriundi Ibid. hercules vetuſtus de⁹ Ibid. herculis templum vbi 47.57.136.162.163. herculis in templo cippi 47. de hercule fabula Ibid. herculis oraculum apud AEgypt. 52. hercules plures 74. herculis columnæ vbi 110. herculis tres filii 100. hercules Scytharum deus 107. herculis veſtigium vbi 110. herculis ara vbi 193. hercules ab Iaſone derelictus 195. ad opem herculi ferendam emerſit Dyras fluuius 196
Herma vbi 194
Hermeus ſinus 243
Hermiona Dryopum ciuitas 211. hermionenſes Dryopes 207. hermionei Samiis dant Thyream inſulã 81
Hermippus nuntius 147
Hermolyci præſtantia: ſepulchrum 240
Hermophantus 143
Hermotimus Pedaſenſis eunuchus 216
Hermotybies AEgyptii milites 68.229.hermotybiũ AEgyptiorum plagæ Ibid.
Hermus fluui⁹ 14.144.244.hermus fluuius iuxta Phoclã vrbẽ in mare effunditur 14
Herodoti peregrinatio 40.44 47. Herodoti ſententia de incremento Nili 43. herodoti de origine oraculorum Græcorum ſententia 49. Herodoti & Homeri ac Heſiodi ætas quanti interualli 49. herodoti & Dionyſi ætas 64. herodoti de raptu Helenæ ſententia 58. herodoto contraria de Zopyro Cteſias narrat 3.ct. herodotus mendacii arguitur 7.ct.
Herodotus Baſilidis filius Ionũ ad Lacedæm. legatus 210
Heroicum: conditorium 156
Heroum indigenarum nomina gerebant tribus Athen. 137
Herpys Thebanus 230
Heſiodus & Homerus deorum opifices 49. eorũmque ætas Ibid. heſiodus de Hyperboreis retulit 103
Hexapolis nunc Pentapolis dicta 27
Hieron Gelonis frater 189
Hieronymus Andrius 219
Himera vrbs 191
Hipoleon promontorium Scythiæ 106
Hippagogæ naues 153
Hipparchi inſomnium 135. hipparchi interfectores Ib.
Hippiã Spartiatæ reducere conantur 141. hippias tyrannus Athenienſis 136. hippias exul Artaphernem in Athenien. concitat 143. hippias oraculorũ peritus 142. hippias Piſiſtrati filius 161. hippiæ quũ Perſas Marathonem ductaret, ſomnium Ib. hippiæ dens tuſſiendo excuſſus Ib.
Hippobatarum prædia 138
Hippoclides Tiſandri filius 165. hippoclidis proci præſtantia Ib.
Hippoclus Lampſacenus 118
Hippocrates Megaclis fil. & eius progenies 165
Hippocrates pater Piſiſtrati 10. 136. hippocrati portentum ingens viſum 10
Hippocrates Patareus, fratri Cleandro Gelæ tyranno ſuccedit 189. hippocratis filii Ib. hipp. vrbes vicinas obſidet Ib. hipp. Scythæ Zanclæorum tyrannovincula iniicit 149. hippocratis mors 189
Hippomachus Leucadius arũſpex Græcorum 230
Hippotoxotæ quid 231
Hirci coitus cum muliere 47
Hiſtiæus Mileſius 118. hiſtiæi ad Scythas oratio Ib. hiſtiæi erga Darium fides Ib. hiſtiæus à Dario petit Myrcinũ 128. hiſtiæus Sardis à Dario accerſitus venit 130. hiſtiæus vt Ariſtagoræ defectionem indicet 132. hiſtiæus Dario callida oratione decepto, in Ioniam redit 145. hiſtiæus Sardibus aufugiens à Dario deficit 147. hiſtiæus à Chiis in vincula coniicitur 147. hiſt. literæ produntur Ib. hiſtiæi vulnus Ib. hiſtiæus capitur, & in crucem tollitur 150
Hiſtiæus Tymnis filius 180
Hiſtiæa vrbs capitur 105
Hiſtiæotis ora ſuper Artemiſium 193 hiſtiæotis regio ad Oſſã & Olympũ 9
¶Hoarus fluuius vbi 116
Homerus & poetæ Oceanũ fluuiõ finxerũt 43. homerus & Heſiodus deorũ opifices, eorúmque ætas 49. homerus vt ſcripſerit de raptu Helenæ 58. homerus verſus Cyprios non fecit 58. homerus de hyperboreis 103. homericis verſibus Argi celebres: eorúmque cantores Sicyone eiecti à Cliſthene 137. homeri de boum cornuum pullulatione ſententia 103. homerus Athenienſes in exercitu contra Iſium laudat 190. homeri Epigoni 103. homeri cæcitas 244. hometi epigrãma in Midam Phrygum regem 245. homeri nomen vnde Ib. homeri minor Ilias 246. homeri Phocais Ib. homerus apud Chium 249. homeri Cecropis, Batrachomyomachia, Epicichlides Ib. homeri Caminus 251. homeri Ereſione 251. hom. mors & ſepulchrum 253. homeri ſepulchri inſcriptio Ib. homerus AEolicus Ib. homeri ætas 254. homericæ profectionis cõmẽtarii 244
Homo fato functus vbi per lætitiam terræ demandetur 117. homini ſatius mori quàm viuere 6. hominis calamitoſa conditio Ib. hõ. prima & naturalis vox 40. homines in fortuitorũ arbitrio & non contrà 175 homo ſibi malorum autor non Deus 17. homines ferè omnes præter Græcos & AEgyptios in templis coeunt 50. homo hominem fato impẽdenti eripere nequit 78. homines molles mollis regio fert 241
Homiuorum animal 9 ct.
Hoples Ionis filius 137
Horæ diei à quibus inuentæ ſint 57
Horti Midæ Gordii filii 221
Hoſtiæ Pythio à Crœſo conſecratæ 8
Hotaſpes Artachæi filius Aſſyr. dux 178
¶Humanarum rerum inconſtãtia 2.16.37.humanæ vitæ anni ſeptuaginta 6. humanæ vitæ breuitas & calamitas 175
¶Hyacinthia Lacedæm. ſolẽnia 224
Hyampeus vertex 207
Hyampolis vrbs 206
Hyatæ tribus Sicyonia 137
Hybla vrbs 189
Hydarnes Perſa 183 hydarnes Hydarnis filius Perſarum dux 179
Hydrias regio 146
Hyela in agro Œnotriæ ciuitas 30
Hyænæ vbi naſcantur 115
Hygennenſes populus 87
Hylæa locus 100.106.109
Hylleæ tribus Sicyonia 137
Hylli progeniei celebritas 153 hyllus Herculis filius 196 hyllus interimitur 227
Hymees Perſa 146. hymeæ obitus Ib.
Hymeſſus 166
Hymni deorum ab Homero cõſcripti 245
Hypachæi quondam Cilices appellati 180
Hypacytis Scythiæ fluuius 105.106
Hypanis fluuius impotabilis 101.106.110
Hyparchus fluuius Indiæ 11.ct
Hyperãthes & Abrocomes Darii filii 199
Hyperborei vbi 101. hyperboreorum ſacra 103
Hyperoche & Laodice Hyperboreæ virgines Ibid.
Hyrcani populus vbi 90
Hyrgis fluuius 106
Hyria vrbs à quibus condita 192
Hyſiæ oppidum 138
Hyſtaſpes Xerxis filius 3.ct.
Hyſtaſpes Arſamenis filius 38
Hyſtaſpes Darii filius 178
Hyſtaſpes Darii pater Perſarum ſatrapa 83
Hyſtriches vbi gignantur 125

I

IACCHVS myſticus 210. iacchus feſtum Athenienſiũ Ib.
Iadmon Samius herus Æſopi 62
Idyſſus oppidum 27
Iamidei 229
Iapygia 94.113.192
Iapyges Meſſapii 113.192
Iardanæ ancilla, Herculis vxor, mater Heraclidarum 2
Iaſonis æreus tripus 125
Iatragoras 132
¶Iberiam Phocenſes occupãt 29
Ibis Ægyptiis ſacra 50.52. Ibidis forma 52. ibidum duplex genus Ib.
¶Ichnæ vrbs terræ Botticidis 184
¶Ida mons 175. & regio 28.
Idernes vnus ex ſeptem Perſarũ principibus 3.ct. idernes Artoxerxis ſocer 7.ct.
¶Ieiunia & feſtus dies Iſidis 124
Ienyſus vrbs Syriæ 71
¶Ignem Perſæ deum arbitrantur 73. ignis Ægyptiis animata belua dictus ibid. igne ſepelire 7.ct. ignis perpetuus 10.ct. ne ignifer quidem elabatur 102
¶Ilias minor Homeri 246
Iliadi Mineruæ mille boues à Xerxe immolantur 175
Ilii expugnatio, barbarorum & Græcorũ ſimultatis origo 2. ilium 41. ilii obſeſſio & expugnatio 58 ilienſis ager 143.175
Iliſſus fluuius 175
¶Imbecillitas fortiſſima neceſſitas 192
Imbribus vacantes 114
Imbrus 130
Immortales Getæ 112 immortales qui apud Perſas 179
Imperiũ Priami à Græcis euerſum 2. impoſſibile ſortem fato deſtinatam poſſe effugere 17. impoſſibilitatis numen 217
¶Indus fl. fert crocodilos 105 indi in mare oſtium explorat Darius Ib.

Inarus Lydus Ægyptios ad defectionẽ ab Artoxerxe incitat 4.ct. inaro mittũt classem Atheniẽses 5.ct. inarus Achæmenidem vulnerat Ib. inarus victor Ib. inarus vulneratur, fugit Byblum Ib. inarus cum Græcis ex pacto ad Artox. proficiscitur Ibid. inarus ab Amyti tribus crucibus figitur Ibid.
Inconstantia rerum humanarum 2
Indathyrsus filius Saulii, rex Scytharum 109.115
India pluuiæ expers 9.ct. indiæ fons aurifluus Ib. indiæ fluuius mellifluus 10.ct. indiæ rex vt exploret fontes Ib. indiæ fluuius παταγαρσίρος 11.ct. indiæ arbor dulcis Ib. Indi Callatiæ parentibus vescuntur 78. indorum multitudo 88. indi Calandiæ Ibid. indi pecuarii & eorum mores Ib. indorum nauigia Ib. indi ægrotos suos epulantur Ib. indorum coitus in propatulo 89. indorum genitura atra Ib. indis sol matutinus ardentissimus Ib. indi vt aurum colligant Ib. indi à Dario subacti Ib. indorum in Xerx. exercitu armatura 178.179. indi Derbicũ aduersus Cyrum socii 2.ct. indus qdam Cyrum iaculo percutit lethali Ib. indorum multitudo 9.ct. indorũ iustitia 9.ct.10.ct. indorum locus sacer Ibid. indi iusti Ibid. indi tonitruum expertes Ibid. indorum nigredo Ibid. indi Pygmæi Ibid. indorum venandi leporesratio Ibid. indorum lacus oleosus Ibid. indorum argentifodinæ Ib. indorũ montes auriferi Ib. indi sani Ibid. indi longæui Ibid. indi vt aues venẽtur 11.ct indi vt electrum colligãt Ib. indi cynocephali Ibid. Indicum aurum 88. ĩndicæ regionis descriptio & situs Ibid. indicæ formicæ 89. indici cameli forma & pernicitas Ibid. indica animalia grandiora cæteris Ib. indici canes 9.ct. indici galli & gallinæ Ib. indici montes gemmiferi Ib indicus æstus Ib, indicum mare Ib. indicus calamus Ib. indicum animal Ib. indicus sol 10.ct. indicæ oues Ib. indicæ palmæ Ibid. Indicus serpens Ib. indica auis Ib. indicũ lignũ σάνδυξ Ib. indici asini syluestres 12.ct. indicꝰ vermis Ib. indicæ arbores Ib.
Ingenium Persarum quale 17
Iufantes Cynocephalorũ 11.ct.
Infernæ sedes 60
Inopiæ & impossibilitatis numina 217
Insomniorum ludibria 171
Institores primi, Lydi extitere 18. institor quare Darius fuerit appellatus 87
Institutio Persarum puerorum 25
Insulæ in Araxo 37
insulæ Œnusæ 30
insulæ natans vbi 661
insulæ Echinades vbi 41
insula Chemmis 66
insulæ beatorum vbi 75
insulæ rubri maris 88
sulæ Cassiterides Herodoto ignotæ 90. insulani Iones qui 26.27
Intaphernes vnus ex septem Magi occisoribus 87 intaphernis facinus eiúsque & domesticorum omnium interitus 91
Intercalationes mensis à quib⁹ introductæ 6 40
¶Io filia Inachi regis 1. io à Phœnicibus rapitur Ibidem. io stuprata 2. io vt à Græcis depingatur 46
Iolcon Thessali Hippiæ offerunt 141
Ion Xuthi filius 196
Ioniæ translatio 240. ioniam Harpagus subigit 31. iones à Crœso subacti 2. 5. ionum lingua 10. 26. iones ad Cyrum legatos mittunt qui obedientiæ iugum acceptent & quid Cyrus responderit 26. ionum regio, Asiaticarum pulcherrima, & eius descriptio Ibidem. ionum duodecim in Peloponneso quoque ciuitates 27. iones insulares à reliquis deficiunt: alios etiam Ionici no minis pudet Ibidem. ionicarum ciuitatum numerus cur duodenarius Ibidẽ. iones qui se præstantiores iactent: & de eorum vxoribus Ibidem. iones ab Achiuis, suis sedibus pulsi Ib. ionum reges qua progenie oriundi Ibidem. iones veri & genuini qui Ibidem. ionum qui ab Apaturiis arceantur Ibidem. quorum ionũ sit Panonium sacrum Ibidem. ionum insulanorum deditio 30.31. iones Biantis cõsilium spernũt 31. iones secundò in seruitutem rediguntur 31. iones in AEgyptum quomodo venerint 66. ionum & Scytharum de Dario impediendo colloquia 117.118. iones captas Sardis incendunt 143. iones ad Ephesum vincuntur 144. iones mari vincunt 1145 iones tertio subiugati 151. iones quomodo AEgyptum diuidant 42. iones vbi & vnde dicti 87.107. iones ignauissimi hominum 118. ionum & Carum fuga 146. ionibus Persarum minæ intẽtatæ 148. ion. laborũ nauticorũ insueti Ib. ion. Dario tributarii 152. Ionũ in Xerxis exercitu armatura 180. iones Pelasgi AEgialees appellati Ibidem. ionibus solum suum permissum 240. Ionico genere excellentes 9. ionicæ rebellionis occasio 131. ionicarum nauium catalogus 147
Iupiter expiator hospitalis 8. iupiter apud Persas 25. iupiter Bel apud Babylonios 33. iupiter Ammon 47. iupiter Thebanus 49. iupiter liberator, & eius templum 95. iupiter Scytharũ deus 107. iupiter Papæus apud Scythas Ibidẽ. iupiter Lycæus 127. iupiter Carius 137. iupiter Lacedæmonius 154. iupiter cæleſtis Ibidem. iupiter sub specie & nomine Xerxis inuadere Græciã dicitur 177. iupiter æreus decẽ cubitorum vbi 136. ioui decimæ necessariò reddũtur 17. Iouis Carii fanum apud Mylassos 31. iouis Beli templum & simulachrũ 33. iouis Thebani templũ 33.124. iouis simulachrum arietina facie 47. iouis fanum apud Thesprotos 49. iouis cultus apud Meroen 44. iouis oraculum apud AEgyptios 52. iouis Ammonii templum à Cambyse incensum 73. iouis diabaterii ara 3.ct. iouis Beli puluinar 98. iouis forensis ara 133. iouis militaris templum 146. iouis olympii delubrum 40. iouis currus in Xerxiano exercitu 174.218. iouis Amphlystii templum 195
¶ Iphigeniæ apud Tauros cultus 113
Ipni locus quidam 194
¶Irasa locus vbi 111.
¶Is vrbs & flumen 32. Is flumen 32. is fluuius in Euphratem se deuoluit Ib.
Isagoras Tisandri filius 137
Isis δημήτηρ id est Ceres dicta 49.67. isidi vaccæ sacræ 46. 124. isidis simulachrum bubula cornua habens 46. isidis templum maximum in vrbe Busiri 49. isidis & Dionysi filii Ibidem
Ismaris lacus famosissimus 182
Ismenii Apollinis templũ 17
Issedones populus 101.102. issedonum mores Ib.
Issedoni populus 37
Ister vbi 104.113. ister semper sibi par 106. istriorus & fluxus 45. ister & Bosphorus à Dario põte iuncti 3.ct.
Isthmus Cnidiæ 32. isthmus Chersonesi muro præsepeus à Miltiade 115
Istiæotis locus proximus Ossæ & Olympo 9
¶Itanus oppidum 119
¶ Iudices regii apud Persas 76 iudicis corrupti iustæ vindictæ exemplum 131.
Iuncus esui aptus 54
Iunonis festum 6. iunonis duæ imagines vbi 70. iunonis templum vbi 111.112 233
Iurare per aquam Stygis 157
Iusti principis officium 74
Iustitia Cynocephalorum 11.ct. iustitia Indorũ 9.ct.10.ct.
¶ Ixabates Cambysis eunuchus 2.ct. ixabates Cambysem expelit 3.ct. ixabates Magi index interficitur 3.ct.
¶ Iyrcæ populus Scythiæ 101

K

KIKI quid sit 54

L

LABDA Amphionis filia 141
Labynetus Babyloniorum tyrannus 14
Labynitus Assyriæ rex 34
Lacedæmonii Crœso amici 2. 9. Græcorum potẽtissimi Ibid. lacedæmoniorum leges à Lycurgo 11. lacedæmonii bellum Tegeatibus inferunt 12. lacedæmoniorum compedes apud Tegeatas. Ib. lacedæmonii quibus artibus Tegeatibus facti sint superiores Ib. lacedæmon. Argiuorúmque pro agro Thyrea dimicatio 15. lacedæm. coma post victoriam de Argiuis Ibid. aduersus Polycratem expeditio 79. in Samum expeditio 78. mos in sumendis suppliciis 119. de seipsis opinio 153. lacedæmoniorum regum funera 154. lis de progrediendo ad bellum 161. oratio ad Platæenses Ibid. ad Hydarnem Persam 185. ad Athenienses 111. lacedæmoniorum virtus 181. cõsuetudo 197. frugalitas 136. lacedæmoniorum occisorũ sepultura 137. laced. ad Platæas victoria 4.ct. ad Thermopylas clades Ibid.
Lacmon mons vbi 138
Lacrines legatus ad Cyrum 18
Lacrymæ arboris Indicæ 11.ct.
Lactis emulgẽdi mos apud Scythas 99. lacte victitantes 11.ct. lactis coagulationem prohibens radix Ib.

Lacus Tritonidis 124. lacus vnde pix hauritur 125. lacus Stymphalius vbi 157. lacus oleosus Indorum 10. &. lacus piscosus & salsus Ib. lacus Bœbeis vbi 184. lacus Gygæus vbi 18. lacus famosissimus 182
Lada insula vbi 147
Ladice vxor Amasis 70. ladicæ vorum Ib.
Laii delubrum 119. oraculū 133. & genus 136
Lampito Leutychidis filia 156
Lamponium vbi 130
Lampsacum vrbs 146
Lana arborea vbi 89
Laodamas Phocensis 118. laodamas Eteoclis filius 136
Laodice 103
Laos oppidum 149
Laphanes Euphorionis filius 165
Lapidicinæ adpyramides Mēphios 40
Lapis Porinus, Parius 136. lapis Melampygus 198 lapidum aceruus à Dario cō gestus 112 lapideus leo vbi 199
Lariſſæ Æoliæ ciuitas 27
Lasus Hermionis filius 168
Lauacrum Indorū nobiliorū 12.&.
Laxii Sauromatæ vbi 102
¶ Lænæ partus 90
Lebæa vrbs 221
Lebedus 26
Lectis non vtentes 11.&.
Ledanum, alias Ladanum 90. ledanum quomodo comparetur Ib. ledani medica vis Ib.
Legati Darii in puteum coniecti 185. legati non violandi Ib.
Leges Athenienſium à Solone conditæ 5. leges & instituta Babyloniorum 36
Lemnū oppidū 130. capitur 167
Lemnia facinora 166
Leo viri nomen 193
Leo Sardius 15
Leobota Spartiatarum rex 11
Leocides Phidonis Argiuorū tyranni filius 164
Leon & Hegesicles Spartiatarum tyranni 11
Leonis ex auro effigies 9. leonum natura atque loca 184. leones vbi gignantur Ibid. leo lapideus 199
Leonides 133. in crucē tollitur 201. leonidis regis Spartiat. genealogia 196. leonidæ mors 199. leonidæ cædis vindicta 218. leonidæ ad Thermop. cū Xerxe conflictus 4.&.
Leontini populus 189
Lepreum oppidum 119
Leprosos vt vocent Persæ 5.&.
Lepus ex equa natus 177. leporis fœcunditas 89. lepores vt venentur Indi 10.&.
Leros insula 146
Lesbus insula vbi 29. lesbus quando habitari cœpta 254. lesbii à Polycrate victi 178
Leucadius Hippomachus aruspex 230
Leucadii Dorica gens 207
Leucon oppidum Libyæ 121
Leutychides Menaris filius 155. leutych. Spartiat. rex Ib. leutychidæ fuga & mors 156. leutych. oratio de depositō reddendo 158. leut. genealogia 220. Stratagema 239
Lex Caricarum mulierū in maritos 27. lex oppignerandi paterni cadaueris vbi 62. lex omnium rex & domina 182
¶ Liberi cultus apud Meroen 44. liber Græcis Osiris dictus 64
Libya vnde sortita nomen 105. libyæ, Asiæ & Europæ magnitudo 104. Libya arbo tibus nuda 123. Libya & eius incolæ 124.125.126 libyes primi Neptuni nomen habuerunt 48. libyes solis deorum omnium soli & lunæ sacrificant 125. libyes Ægyptiis se dedūt 121 libyes Cambysi se dedūt 73. libyes AEgypto contermini 87. libyum variæ nationes 122. libyes Nomades, id est pastoritii 124.125. libyes saluberrimo corpore Ib. libyum pastoritiorum sacrificia Ib. libyes vbi 126. libyū inuēta quæ Græci didicerūt 115. libyū in Xerx. exercitu armatura 179. libycus mons 41.60
Libyssarum mulierum eiulatus 125
Liches Delphici oraculi coniector 12
Lignum παράσχον admota attrahens 10.&. lignum coagulās 11.&. lignei amictus 11.&.
Ligyum in Xerx. exercitu armatura 178
Liliorum ingens vis vbi 54. liliorum radices esui aptæ Ibid.
Limeneion regionis Milesiorū 4
Lindi populus è Rhodo 189
Lindos oppidum 27
Linum Colchicum, Sardicum, AEgyptiacum 56
Linus modulationis genus apud AEgyptios 52
Lipaxus vrbs vbi 184
Lipoxais Targitai filius 99
Lipsydrium oppidum 136
Lissæ oppidum vbi 284
Lissus fluuius vbi 182. lissi fluuii aquæ Xerx. copiis non suffecerunt Ib.
Literæ Histiæi produntur 147. literarum mira occultatio 201. literæ Themistoclis ad Iones lapidi incisæ 204. literarum per sagittam transmissio 219. literæ capiti impressæ 131. literæ Græcorum ex Phœnicib. 135
Littus pulchrum vbi 149
¶ Locri Epizephyrii populi Ib.
Locri Ozolæ populus 206
Longæui Indi 10.&. longæui Cynocephali 11.&.
Lotiones Cynocephalorū Ib.
Lotos vbi plurima 54. loti radix esculenta Ib. loti fructus descriptio 113
Lotii muliebris vsus 57
Lotophagi populus vbi 113
¶ Lucernarum accensarum festum apud AEgyptios 50. lucernarum accensio 198
Lucinæ tributum 103
Lucus platanorum 146
Ludorū primi inuētores Lydi 18
Luna Persarum præses 174. lunæ festum 48
Lupi ex hominibus 113 luporum sepultura 51
Lutræ vbi capiantur 114
Luxus Persarum 236
¶ Lycidas cum vxore & liberis lapidatur 223.224
Lycæus Iupiter 117
Lycaretus Mæandri germanus 130
Lyciæ ignis perpetuus 10.&. Lycii in potestatem Crœsi redacti 5. Lyciorum è Creta origo 31 lycii ab Harpago victi 32. lycii populus Dario tributarius 87. lyciorū in Xerxis exercitu armatura 180. lycii quondam Termilæ vocati Ib. lycio rum nomen & leges 31
Lycius Cybernisicus Sicæ filius 180
Lycon Athenienſis prodit Pisuthnem 7.&.
Lycophronis Periandri filii interitus 80
Lycurgus Aristolaidis filius 10. lycurgus & Megacles Pisistratem eiiciunt Ib. lycurgus Spartiata integerrimæ vitæ Ib. lycurgo oraculum à Pythia redditur Ib. lycurgus legumlator apud Lacedæmonios Ib. lycurgus Leobotæ Spartiatarum regis tutor Ib. lycurgi delubrum apud Spartiatas Ib.
Lycus fluuius 116.
Lycus Pandionis filius à fratre AEgeo pellitur Athenis 31
Lyda mons à Pedasiis extructus 32
Lydus Atyis filius 2
Lydeus fluuius 184
Lydia auri ramenta è Tmolo prouenientia habet 18. Lydia Halyattis regis sepulchro se nobilem iactat Ib.
Lydi populus antè Meones vocati 2. lydorum strenua gens 14. lydorū gens equitandi peritissima Ib. lydorum mores & leges 18. lydorum ritus ineundi fœderis Ib. lydorum expiandi ritus idem qui apud Græcos 7. lydorum filiæ omnes prostituuntur 18. lydi primi caupones institores que Ib. lydorum partes primæ in consulendis oraculis 9. lydorum Medorúmque fœdus 13. lydorum Medorúmque quinquēnale bellum Ib. lydorū medorúm que bello dies repentè nox facta Ib. lydorum cum Persis conflictus & fuga 14. lydi primi omnium aurum argentúmque ad vtendum percusserunt 18. lydi primi inuentores ludorum Ib. lydi in Thusciam colonias deduxerunt Ibidem lydorum diuisio Ibid. lydorum cum Cyaxare prælio 19. lydi Sardibus per Cyrū exacti 18. lydi Caribus germani 31. lydi populus tributum Dario pendens 87. lydorum in Xerxis excercitu armatura 178
Lygdamus Naxius 11

M

Macae populus 123.133.
Macedones à Dario subacti 152
Machlyes populus 123
Macrobii populus AEthiopiæ 74
Macrones populus 50. Macronum in Xerxis exercitu armatura 179
Mactorium vrbs super Gelam 189
Madyes filius Protothyæ Scyth. rex 20
Madytus vrbs 173
Mæander fluuius 92.146. & eius fontes vbi 173
Mæandri campus 4. mæandri campum Mazares incursat 19
Mæandrius Polycratis sctiba 92. mæandrius Sami procurator 95. mæandrii oratio ad Samios Ibid.
Mæotei populus vbi 116
Mæotis palus vbi 20. 99.105. 106.111.113.115.116
Magdolus oppidum vbi 67
Magi populus Mediæ 19. Magi Persarum 26. Magorum commentum vt Persarum imperium occupent 81. Magi cuiusdam imperium apud Persas 83. Magus Cambysi succedens 3.&. Magus interficitur Magorum cædes 85. Magophonia Persarum festum celebre Ibid. & 3.&.
Magistum oppidum 119
Magna cum periculis suscipiuntur 176
Magnarum iniuriarum magnæ vindictæ 59
Magnesia vrbs vbi 92
Magnetes populus 87
Malæ dextræ in contumeliam derasæ 60
Malea promontorium vbi 15
Malena 150

Males Ætolus 164
Mandane Aſtyagis filia 20
mandane Cambyſi nuptum datur Ib.
Mandrocles Samius 111. & eius monumentum Ib.
Maneros AEgyptiis quid 52
Mantieni montes 34.37
Mantiena vrbs 121
Manus octo digitorum 12.ct.
Marathon locus 161. marathonem occupat Piſiſtratus 11. marathonia clades 165. marathonia pugna 3.ct.
Mardonius Xerx. exercitus imperator 179 mardonius Gobryæ filius 152. 168.179. mardonius vulneratur 152. mardonius à præfectura ſemouetur 160. mardonii oratio de bello Græciæ inferendo 169. mardonii in Lacedæmonios obiurgatio 231. mardonii cædes 234. mardonius vn⁹ ex ſeptẽ magi occiſor ib⁹ 3.ct. mardonius antiquus apud Xerxem ſpectatus 3.ct. mardonius bello aduerſus Platæenſes præficitur 4.ct. mardonii fuga Ib. mardonii mors Ib.
Mardi Perſarum genus 24
Mardus Hyrœdes Sardiũ muros primus conſcendit 15.
Mare Sardonium vbi 30. mare Caſpium 37. mare Atlanticum, rubrum, auſtrale 37.67.88.104.179. mare Indicum 9.ct. mare Echinadum inſularum 41
Marea vrbs vbi 42
Mares quam armaturam in Xerxiano exercitu tulerint 179
Mariandeni populus 87.
Mariandyni à Crœſo ſubacti 5. mariandynorum in Xerxiano exercitu armatura 178. mariandynus ſinus vbi 104
Maris fluuius 105
Maronea Græca vrbs 182
Martis oraculum 52.178. martis ſoli ſimulachra faciũt Scythæ 107. martis ſepulchrum apud Scythas 107
Marſagetes Scythiæ regis frater captus 3.ct.
Marſyas fluuius 146
Martichora animal Indicum 9.ct.
Maſanges Aorizi filius dux 178
Maſcamis elogium 181
Maſii Perſarum genus 24
Maſiſtes Darii filius Xerxis exercitus imperator 179
Maſiſtius à Græcis Maciſius dictus 226. maſiſtii interitus Ib.
Maſiſtæ & liberorum eius cædes 245
Maſſagetæ populus ferus & robuſtus 37. maſſagetarum deus ſol 38. maſſagetarum victus Ibid. maſſagetarũ vxores communes Ibid. maſſagetarum ſenes immolantur Ib.
Maſtyes populus 118
Matacas Xerxis iuſſu, Delphorũ templum diripit 4.ct.
Maternum genus paterno nobilius apud Lycios 31
Matieni populus 13. Matienorum in Xerxis exercitu armatura 178
Matris Martis templum vbi 50
Maxyes Libyes vbi 115
Mazares Medus 29. mazares Prienenſes ſubigit Ibidem. mazares Mæandri campum incurſat Ibid. mazares moritur Ib.
¶ Meci populus 88
Mecyberna Græca vrbs 184
Medea Colchorum regis filia 1. Medeæ raptus à Græcis Ibidem.
Medicæ regionis facies 11
Medi vbi 104. medorum appellatio vnde 177 medorum tyrannus Cyaxares 13. medorum & Lydorum mos ineundi fœderis Ibidem. medorum bellum quinquennale cum Lydis Ibidem. medorum & Lydorum bello dies repentè nox facta Ibidem, & 19. medorum ab Aſſyriis defectio 18 medi Aſſyrios ſubigunt 20 medorum à Dario defectio 24. medorum imperium ad Perſas tranſlatum Ibidem. medorum in Xerxis exercitu armatura 177. 179. medi Deiocem ſibi iudicem conſtituunt 19. medi regi ſuo regiam ædificant Ibidem. medi à Scythis prælio fuſi, Aſiæ imperium amittunt 20. 25. medi Ninum ciuitatem expugnant 20. medi inebriatos Scythas interimunt Ib. medis canis ſpaco dicitur 11. medicum imperium Halys fluuius terminat 13. Medicum nomen Græcis terorem incutere ſolet 163. medicus exercitus contra Græcos 3.ct. medicæ nationis gentes 19.3.ct.
Medici ſinguli ſingulorum morborum apud Ægyptios 53
Medimnus Atticus menſuræ genus 35.154
Megabates Perſa 131
Megabazus Megabatis filius 180
Megabernes Spitamæ filius 1.ct. megabernes Barcaniis à Cyro præficitur 2.
Megabyzus Perſa 83. megabyzi oratio ad ſuos de oligarchia 86. megabyzus Zopyri filius 98. megabyzi elogium 118. megabyzus in Pæones exercitum ducit 118. megabyzus Xerxis exercitus impera tor 179. megabyzo Cteſias tribuit quæ Herod. Zopyro 3.ct. megabyzus Xerxis gener Ibidem. megabyzus Babylonem capit 4.ct. megabyzo mola aurea à Xerxe donatur Ibid. megabyzus diripere templũ Delph. recuſat Ib. megabyzus vxorem adulterii apud patrem accuſat Ibidẽ. megabyzus Artapani machinas prodit Ib. megabyzus in cõiuratorum prælio vulneratur Ib. megabyzus in Inarũ mittitur 5.ct. megabyzus Inarũ vulnerat Ib. megabyzus cum Græcis paciſcitur Ib. megabyzi luctus Ib. megabyzi ab Artoxerxe defectio Ib. megabyzus vulneratur Ib. megabyzi victoria Ib. megabyzi ſtrenuitas Ib. megabyzus ex pacto ad regem venit Ib. megabyzus mortis periculum euadit Ib. megabyzus relegatur Ib. megabyzus regi reconciliatur Ib. megabyzus moritur 6.ct.
Megacles Alcmæonis filius 10.164.165. megacles & Lycurgus Piſiſtratum imperio Atheniẽſiũ eiiciũt 10. megacles Cliſthenis gener fac⁹ 165. megacles Hippocratis filius Ib.
Megacreon Abderites 183
Megapan⁹ Hyrcanorũ dux 177.
Megarenſis populus 189. megarenſis plebs venũdatur Ib.
Megiſtæ inſcriptum epigramma 200
Megiſtiæ extiſpicia 198. megiſtias Acarnan à Melampode progenitus 199
Melampus Amytheonis filius 48. melampodis poſtulata ab Argiuis 129. melampus Bacchici ſacrificii inuentor apud AEgypt. Ib.
Melampygus lapis 198
Melanchlæni populus vbi 113. melãchlænorũ mores & nomenclatura Ib. melãchlænorũ victus humana caro Ib.
Melanipp⁹ Aſtaci filius 137.143 melanippus Alcæi ſodalis Ib.
Melanopus Ithagenis filius 243.
Melas fluuius 196. Melas ſinus & fluuius eiuſdem nominis 177
Meles primus rex Sardiũ 15
Meleſigenes vnde appellat⁹ 243
Meletes fluuius Ib.
Melibœa vrbs 194
Melienſes populus 195
Melienſis ſinus vbi 103
Meliſſa Periandri vxor 79. meliſſa à Periãdro occiſa Ib.
Mellis vbi maxima copia 115 mellifluus fluuius 10.ct.
Melois amnis 233
Melyenſes populus 87
Memnonia regia 135. memnoniæ Suſæ 188. memnonis vrbs vbi 135
Mẽphis vrbs 68. mẽphis vrbs à Mene primùm cõdita 55 mẽphios vrbis ſitus & deſcri ptio Ib.
Mendacium dicere quando expediat 84
Mendes quid lingua AEgyptiaca 47
Mendetis templum 46
Mendeſium oſtium Nili 41
Mendeſia prouincia 46.47
Mendeſii cur oues immolent, capris abſtinentes 46. mendeſii capros venerantur 47. mendeſii caprarios præcipuo honore afficiunt Ibid.
Menelaus Helenam recipit 58
menelai portus vbi 111
Menes prim⁹ regnaſſe fertur 55
Menſa ſolis 74
Menſis intercalaris 6. à græcis tertio quoque anno introductus 40
Mentes nauicularius 144
Mentiri apud Perſas turpiſſimum 16.
Mentor Ithacẽſis Homerum ſedulò curat 244. mentoris in Ithaca virtutes prædicatæ Ibid.
Mentulæ portentum apud AEgyptios 48
Menoſtanis in Megabyzum expeditio 5.ct. menoſtanis clades & fuga Ibid. menoſtanes Secundianum monet 6.ct. Menoſtanes ſe occidit 7.ct.
Menon Cyri dux 7.ct. menonis doli 8.ct.
Meones Lydorum nomen aſſũpſerunt 1
Meraphii Perſarum genus 24
Mercurii ſtatua porrectum veretrum habens 48. & templum 63. mercurius quibus gentibus colatur 118
Mermnadæ populus 2. mermnadarum tyrannis 3
Meroe oppidum vbi 44
Meſambria vrbs vbi 112.181. meſambriam vrbem quis cõdiderit 151
Meſſana olim Zancla 191
Metalla aurea atque argentea vbi 182. de metallis aureis certamen 235. metallum ſalis 114
Metapontini populi vbi 101
Metiochus Miltiadis filius 152
Metra Venus 15
Metroſtes Terituchmis frater 7.ct.
¶ Micythus Anaxilai famulus 192
Midas apud Delphos munera poſuit 3. midæ ſella apud Delphos Ibid. midas Gordii filius, Phrygiæ rex Ibid. & 245. midæ horti 121. midæ epigrammata ab Homero 245
Mileſiorum cum Halyatte bellum 3. mileſiorum duo ingentia vulnera 4. mileſiorum oppugnatio per XII annos 4. mileſiorum cum Halyatte fœdus Ibid. mileſii Cyro confœderati 16. mileſiorum correctio 131. mileſiorũ & Carũ fuga 146

Miletus oppugnatur 3
Miletus vrbs Ioniæ prima 26. capta diripitur 149
Militiæ ordo à quo primùm diſtributus 19
Militum Cambyſis depaſtio 75
Milo Crotoniates luctator 94
Miltiades Cimonis filius Cherſoneſi tyrannus 151. miltiades Atheniēſiū dux 117.11. miltiades victor in Olympico certamine 151. miltiades capitur Ib. miltiades Cherſoneſo potitur 152. Miltiades Parios obſidet 163. miltiadis accuſatio & obitus 166. miltiades Dati ad Marathonem occurrit 3.ct.
Milyas Aſiæ regio 31. milyæ Solymi dicti Ibid. Milyarum in Xerx. exercitu armatura 179
Mineruæ templi deflagratio 4. mineruæ templum cognomine Aſſeſiæ Ibid. mineruæ duo templa apud Aſſeſum Ibid. mineruæ Pallenidis fanum 11. mineruæ feſta virginum pugna ab Auſibus inſtituta 124. mineruæ Pedaſiæ ſacrificæ barba pullulat 32. mineruæ Aleæ templum apud Tegeatas 12. 234. tutelaris apud Chios 29. oraculum apud Ægyptios 52. Veſtibulum apud Saios 69. Inaurata ſtatua vbi 70. Lapidea duo ſimulachra Ibid. Parentes 124. Templum in Sigeo 143. Fanum 206. Sciradis templum 214. mineruæ ægis 125. mineruæ Craſtiæ fanum 133. mineruæ in arce adytum Dorienſibus non accedere licitum 138. minerua vrbana 139. mineruæ Iliadi 1000 boues immolantur à Xerxe 175. mineruæ protemplaris 207
Minoa Selinuſiorum colonia 133
Minos & Sarpedon Europæ filii 31. minois cædes 192
Minyæ populus 27.118. minyæ, commento ſuarum vxorum liberantur 119
Miraculum maximum Periandro oblatum 4
Mitradates paſtor, Cyri nutritius 21. 23.
Mitradates Vdiaſtis filius 3.ct. mitradates patri ſuccedit Ib. mitradatis cædes 8.ct.
¶ Mneſiphilus Athenienſis 209
¶ Modus inundi exercitus numerum 177
Mœnia lignea Budinorum 114
Mœris Ægyptiorum rex 55 mœris præclara opera Ib.
Mœrios ſtagnum 51.65. & eius deſcriptio 87 4.ct.
Mola aurea ſex talentorum 4.ct
Moloſſi populus 27
Mons Arabicus 40. 41.60. mons Atlas vbi 124 Mons ingens euerſus indagandis metallis 153. montes gemmiferi 9.ct. montes auriferi 10.ct. mons Sardonis 9.ct. montes feruentiſſimi Indiæ 10.ct. montes qui aluuntur 11. ct.
Mophis mons 44
Moræ compendia 170
Morbus fœmineus Scythas inuadit 20
Mors optatiſſimum perfugiū ærumnoſæ vitæ 175 mortem contemnunt Indi 10. ct. mortui exemplar apud Ægyptios 52. 53. mortuorum apud eoſdem condituræ Ib. mortui cum lætitia vbi humētur 127
Moſchi populus 88. moſchorum in Xerxiano exercitu armatura 179
Moſynœci populus 88. moſynœcorum in Xerxiano exercitu armatura 179
Mula mulū ancipit. peperit 177. mulæ partus 97. mulæ Xerxis funus expectant 6. ct. muli vbi non gignantur 103. mulorum ſpecies Scythis horrendæ 116 muli Pygmæorum 10.ct.
Mulier exuendo tunicam & pariter verecundiam exuit 2. mulierum raptus illicitus 1. mulieris offenſio vindictam quærit 3. mulieres mulierem prædicant 6. mulieris ſimulachrum ex argento 9. mulieribus Babylonicis ſemel in vita cum exteris coire lege impoſitum 36. De mulieribus AEgyptiis 45. mulieres quæ oracula in Græciam intulerunt, columbæ vocatæ 49. mulierum pudenda cippis à Seſoſtre inſcripta 55 mulieris cum marito ſuo ſolo concumbentis vrina Pheroni viſus reſtitutus 57. mulieris opinio quid poſſit 94. mulieres Corinthiorum denudatæ 142. mulier ex turpiſſima formoſiſſima facta 154. mulierum Atticarum vnà cum liberis cædes 166. mulieres ſtuprando extinctæ 206
Munerum regiorum apud Perſas pretioſiſſ. 4.ct.
Munychia 212
Mus Europeus 220
Muſæi ſortes & earundem ediſſertator 168
Muſici Argiui 92
Muſtelæ Libycæ 125
Murium tria genera apud paſtorales Libyes 125. muriū auxilia 63
Murichides Helleſpontius 223
Murus ligneus Perſarum 244. & eiuſdem expugnatio 234
¶ Mycale promontorium 27
Mycerinus rex AEgypti 62. mycerini clementia & iuſtitia Ibid. mycerini filiæ mors & ſepultura 62. concubinæ Ibidem. oraculum 62. & pyramis 63
Mycorum in Xerx. exercitu armatura 178
Mygdoniam à Bottiæide Axius dirimit 184
Mylaſſa oppidum vbi 146
Mylaſſorum fanum 31
Mypſæi Thraces 112
Mylitta Aſſyriis Venus appellata 25.36
Myrcinus vrbs vbi 146
Myrias quid ſit 177
Myrina AEoliæ ciuitas 27
Myrinæi populus 167
Myrios ſtagnum 40
Myris rex 41
Myrorhoda arbor 12.ct.
Myrſes Perſarum dux 146
Myrſilus aliàs Candaules dictus 2
Myrſus Gygis filius 92
Myſi populus vbi 87. myſi Caribus germani 31. myſi à Crœſo ſubacti 5. myſorum in Xerxis exercitu armatura 178
Myſia ab Hymee capitur 31
Myus vrbs Ioniæ 26
Myuſii populus vbi 147

N

Naparis Scythiæ fluuius 105
Naſamones populus 44. 123. naſamonum coitus in propatulo Ibidem. naſamonum iuſiurandum & diuinatio Ibidem. naſamonum cadauerum ſepultura 126
Naſcentium deploratio 127
Natacas eunuchus apud Xerxē ſpectatus 3.ct
Natho inſula vbi 68
Naturæ ſolertia 90. Natura leonum atque eorundem loca 184
Naucrates oppidum 55.58
Naues AEgyptiorum è ſpina 54. naues rubrica delibutæ 81. naues quinis drachmis venditæ 159. nauium Perſarum catalogus 179. nauibus longis qui primi vſi fuerint 186. naueulæ Babyloniorum 35
Naufragi vbi immolentur 113
Nauplia 157
Naxus inſula 131. naxus inſula à Piſiſtrato ſubacta 11. naxi fons vinifluus 10.ct.
Naxii populus 189
¶ Nebris 106
Neceſſitatis numen 217
Necus rex AEgyptiorum Pſammitichi filius 67. 104. neci victoria contra Syros 67. necus à quo interemptus 66
Neleus Codri filius 239
Neon vrbs vbi 206
Neptunus Libyum deus 48. neptunus Thamimaſſiades 107. Neptuno Heliconio Panionium locus ſacer 27. neptunus liberator, & eius templum 195. neptuni templum apud Potidæatas 220. neptunus æreus ſeptem cubitorum 236
Neſtus fluuius Abderorum 184
Neuri populus & eorum mores 101
¶ Nicandra Dodonæorum ſacerdos 49
Nicodromus Cnœthi filius 159
Niger ſinus vbi 152
Nigredo Indorum 9.ct.
Nilus Ægypti fluuius 105. nili fluminis origo 42.44. nili fluminis oſtia 42. nili fluminis natura & incremētum 42. 43. nilus ſolus amnium aura caret Ibid. nili fontes ignoti Ibid. 45. & 106. nilus ſcopuloſus 44. nilus Libyam mediam diuidit 45
Ninus Aſſyriorum vrbs 65. nini oppidi ſitus 35. ninum ciuitatem Cyaxares obſidet 20. ninum ciuitatem Medi expugnant Ibid.
Niphraga vnus Pierum murorum 182
Niſa oppidum vbi 88
Niſæi equi 89. Niſæus campus grandes fert equos 174
Nitetis Apriæ regis filia 71
Nitocris reginæ Babylonis egregia monumenta 33. nitocris Ninum oppidum ſibi ſubegit Ibid. nitocris epitaphium 34. nitocris Ægyptiorum regina fratrem vlciſcitur 55
Nitri ingens vis 53
¶ Nocranis oppidum 157
Noes fluuius 105
Nomades Scythæ 3.13. nomadum Scytharum ſeditio Ib. nomades Libyes 114. nomades Sagartii 179
Norondabates vnus ex ſeptem magi occiſoribus 3.ct.
Noua vrbs oppidum in Pallena 184
Nouus murus ciuitas AEoliæ, & Cumanorum colonia 17. 244
Nouem fontes vbi 186.
Nox pro die vbi extitit 174. noctes in dies commutatæ 62
¶ Nuces Ponticæ 11.ct.
Nudium oppidum 119
Numina Perſarum 25
Nummi primùm à Lydis percuſſi 18
Nuntium Crœſo & Lydis è Delphis 9. nuntiorum Perſicorum celeritas & ratio 217

¶ Nymphodorus Pythei f. 186

O

OARVS fluuius 116
Oasis vrbs vbi 75
Oaxus oppidum Cretæ 120
¶ Obeli, Pheronis donaria 57. Obeli in fano Mineruæ 68
¶ Occisorum Xerxis & Persarũ pugna 4.ct.
Oceani ortus vbi 100
Ochus Persarum rex Artoxerxis spurius 6.ct. Ochus Hyrcaniorũ præfectus à patre cõstitutus 6.ct. ochus rex creatur Ib. ochi mors 7.ct.
Octamasades Scylis frater 110
Oculos in pectoribus gestantes 115
¶ Odomanti populus vbi 129
Odorum oleum 11.ct
Odryses vbi 111
¶ Œa locus vbi 139
Œbares Darii equiso 86
Œbares Astyagẽ captum vincit 1.ct. œbaræ stratagema in capiendis Sardibus 1.ct. œbares se fame enecat Ib.
OEbares Megabyzi filius 151
Œbazus vir Persa 141. œbazi liberi occiduntur 111
OEcetor Gelonis progenitor 189
OEdipodi delubrum extructũ 119
OEnoem Bœotii occupant 138
OEnone insula 107
OEnotriæ agervbi 30
OEnusæ insulæ vbi Ib.
OEroe insula vbi 232
OEtæi montes vbi 198
OEtosyr⁹ Apollo apud Scythas 107
¶ Offa salsuræ resiliit 142
¶ Oiolycus vnde appellatus 119
¶ Olbiopolitæ populus vbi 101
Olea in arce Athienſ. 208 oleagina corona Olympiorum præmium 205
Olen Lycius 103
Olenus 27
Oleum ex lacte 11.ct. oleum ex verme Indico 12.ct. oleum myrorhodinum 12. ct. oleum quo vtuntur Indi Ibid. oleosus lacus 10.ct.
Oliatus 132
Ollas pulsandi mos 154
Olophyxus vrbs vbi 172
Olorus rex Thraciæ 152
Olympus mons Mysiæ 7. olympus & Ossa Thessaliæ montes 9. 184. olympii Iouis delubrum 40. olympieni à monte olympo dicti 178. olympiorum præmium corona oleagina 205
Olympiodorus Lãponis filius 226
Olynthiorum ab Artabazo obsessio 219. olynthii ab Artabazo trucidantur Ib.
¶ Onesilus Gorgi frater 144. onesili dolus & mors 144. 145. onesili caput supra portas suspensum Ib. onesili sacrificia Ib.
Onetes Phanagoræ filius 198
Onochonus Thessaliæ fluuius 184. onochonus Xerx. exercitui defecit 195
Onomacritus sortilegus Athenis eiicitur 168
Onophas vnus ex septem Persarum principibus 3.ct. onophas Xerxis socer Ib. onophas classis Persicæ præfectus 43 ct.
¶ Opœa Spargapithis vxor 109
Ὠφέλιμος aqua 12.ct.
Ophryneus vrbs vbi 175
Opificum ignobilitas vbi 68
Opiniones de Nili fluminis natura & incremento 43
Opis ciuitas 34
¶ Oraculorum origo secundũ sententiam Herodoti 49 oracula Græcorum 8 oracula apud Gracos prima 5 eorũmque origo 49. oracula apud AEgyptios quæ 52. oraculum Halyatti à Pythia redditum 4. oraculum Delphicũ Crœso redditur 8. idem Crœsus verum deprehendit Ib. oraculum Lycurgo à Pythia redditur 11. oraculum captiosum Spartiatis redditũ 11. & 12. oraculum Pythiæ de ossibus Orestis Ib. oraculum Crœso redditum de muto filio 16. oraculum Branchidarum de Pactya 29. oraculum Hammonis de AEgyptiis 42. oraculum Dodonæum omnium vetustissimum 49. oraculi Ammonis origo Ibid. oraculum Pheroni regi redditum 57. oraculum Mycerini regis ex vrbe Buti 62. Oraculum de ærea phiala 66. oraculũ Latonæ sacrũ Ib. Oraculũ Siphniis redditum 81. Corinthiis 141. Argiuis 149. oraculum Doloncorũ 151. Martis 178. Dionysi 182. Athenienſium 186. Argiuorum 188. Cretenſium 191. Spartiatarum 199. 230. Bacidis 204. 212. 214. Amphiarai 220. oraculum Persis à Bacide redditũ 230
Oratio Prexaspis ad Persas 84. Otanis de statu populari 85. Cois Mitylenæorum præfecti 112 Histiæi Milesii ad Scythas 118. Aristagoræ ad Cleomenem 134. Sosiclis 141. Histiæi ad Darium 144. Cypriorum ad Ionas 145. Persarũ ad Ionum tyrãnos 148. Leutychidis de reddẽdo deposito 158. Datis ad Delios 160. Clisthenis ad procos filiæ suæ 165. Xerxis de inferendo bello Græciæ 168. Artabani de bello aduersus Græcos suscepto. 169 Xerxis ad Persas 176. Cyrorum ad Xerxem 191. Harmocydis ad Phocenses 226
Orbelus mons vbi 129
Orbis partitio secundum Herodotum 104
Orchomenii populus 27 orchomeniorum ager 206
Orci filius 159
Ordissus Scythiæ fluuius 105
Ordo militiæ à quo primùm distributus 19
Orestes Agamemnonis filius 12. orestis proceritas & sepulchrum Ibid.
Oricus portus 238
Oriscus Persicæ classis nauarchus 5.ct.
Orithyia Boreæ vxor 195
Orneatæ populus 211
Orœtes indignam Polycratis suffixi cruci mortem luit 92. 111 orœtis dolus Ibid.
Orontes accusatus cæditur 7. ct.
Oropus 161
Orosangæ quid Persica lingua 213
Orphea vnde ortum duxerint 25
Orthium carmen 4.
Orthocorybantes populus
Orus Osiris filius rex AEgypti 64. orus Græcis Apollo dicitur Ib.
Oryes vbi gignantur 115
Osiris AEgyptiis Bacchus & Dionysus dictus 46. 64
¶ Ossa & Olympus Thessaliæ montes 9. 184
Ossa quinque cubitorum 237
Ostenta Xerxi oblata 177. Ostenta Delphis nuntiata 206
Ostia Nili septem numero 142
¶ Otanes Pharnaspis filius 83 otanis oratio de statu populari ad Persas 85. otanes Amastris pater dux Persarum 177. Otanis morbus 96
Othrys mons Thessaliæ 184
Ouium mira duo genera quæ habet Arabia 90. oues sacræ Solis vbi 238. oues Pygmæorum 10.ct. oues Indicæ 10.ct. oxendras Ochi filius 6.ct.

P

PACTOLVS fluuius qui rameuta area è Tmolo defert 174
Pactyus Lydus à Cyro deficit 28. pactyas Persis traditus 29
Pactyica regio vbi 88 89. 105
Pactyes quam armaturam in Xerxis exercitu tulerint 178
Pæan carmen quale 117
Pæoniæ situs 128
Pæones populus 143 pæones transportati Ibid.
Pæonius ager vbi 184
Pæsus vrbs vbi 146
Pæti Thraciæ populus 182
Palæstina & Palæstini 20 71
Palladis sacerdotis barba 31
Pallena Phlegra prius appellata 184
Pallenidis Mineruæ templum 11.
Palmarum Babyloniarum diuersitas 35. palmarum spathæ 178. palmæ Babyloniæ vsus quis 35. palmæ vbi multæ 123. 124. palmæ Indicæ 10.ct. palmæ Babylonicæ Ibid.
Pamisus Thessaliæ fluuius 184
Pamphyliorum in Xerxis exercitu armatura 180
Pamphylii populus 87
Pan vnus inter VIII. deos 47. pan AEgyptius vetustissimus deorum 64. panis templũ vbi 161. panis simulachrũ 47. pan quibus parentibus ortus Ibid.
Panætius Sosimenis filius 212
Panegyries Athenienſium 161
Panes Perdiccæ dupli effecti 111
Pangæus mons vbi 119
Panionium locus 27. 31. sacer Ibid.
Panionius Chius 116
Panitis Messenii consilium in discernendis geminis 153
Panormus portus vbi 19
Παρσηχοφόρος fluuius vbi 11.ct.
Pantagnotus Polycratis frater 78
Panæleon Halyattis filius, Crœsi frater 17
Pantarba gemma 9.ct.
Panthelæi Persarum genus 14
Pantheræ vbi gignantur 115
Panthimati populus 88
Panticapes fluuius 101. 116
Pantita sese strangulat 200
Papæus Iupiter apud Scythas 107
Paphlagones populus 2. 13. 87. paphlagones à Crœso subacti 5. paphlagonum in Xerxis exercitu armatura 176
Papraces pisces 119
Papremus oppidum 49
Papremitanis equi fluuiales sacri 51
Paralatæ Scythæ vnde 99
Parapotamii populus 106
Parasange quid 40. 135. 151
Paretaceni populus Mediæ 19
παράσημον lignum 10.ct.
Parientes semel tantùm 11.ct.
Paris Alexãder ad Proteum ducitur 57.
Parius lapis 336
Parino vrbs 146

Parmiſes Amytis frater capitur 1.ct.
Parmys filia Smerdis filii Cyri 179
Parnaſſus mons vbi 205 parnaſſi vertices duo 206
Paroreatæ populi 119
Parthenius fluuius vbi 56
Parthenius mons vbi 161
Parthi populus 88.91. parthorum in Xerxis exercitu armatura 178. parthiis præficitur Tanyoxarces 2.ct.
Partus leænæ & viperæ 90. partus diuerſa tempora 156 partus dentes habens 12.ct.
Parus inſula 131. parus à Miltiade obſidetur 165
Parycanii populus 87. parycaniorum in Xerxis exercitu armatura 178
Paryſatis Cyri & Artox. mater 6.ct. Paryſatis Ochi vxor, conſiliaria eius 6.7.ct. paryſatis Amiſtris iniurias vlciſcitur 7.ct. paryſatis Cyrum filium luget 8.ct. paryſatis in Bagapatem ſæuit Ibid. Paryſatidis in Cyri hoſtes crudelitas Ib. paryſatis nurum veneno è medio tollit 8.ct.
Paſargadæ Perſarum genus 24
Pataici dii 77
Patarbemi aures naſúſque præſcinduntur 68
Patari oppidum Lyciæ 33
Pateræ aureæ ſex à Gyge apud Delphos poſitæ 3. pateræ aureæ Delphos à Crœſo miſſæ 9. Pateræ aheneæ mira capacitas 13
Paterhorum opificũ ſucceſſio vbi 154
Patiramphes Xerxiani currus auriga 174
Patizithes magus 81
Patrenſes populus vbi 27
Patumus oppidum Arabiæ 67
Pauſanias Cleombroti fil. 110. 224.234. pauſaniæ exercitus ordo 231. pauſaniæ victoria aduerſus Mardoniũ 234. pauſanias Mardonio ad Platæas occurrit victor 4.ct. pauſaniæ præda 236
Pauſicæ populus 88
Pauſiris Amyrtæi filius 73
¶ Pecuarii Armenii vbi 35. pecuarii Indi 88. pecuarii Perſæ 24
Pedaſenſes populus vbi 216
Pedaſii popul' ab Harpago expugnati 32
Pedes octo digitorum 12.ct.
Pediæ oppidum vbi 206
Pedunculorum comeſtores 114. præmorſus 112
Pelaſgi populus 17.48. & eorum lingua 10. pelaſgi Ægialees nunc Iones dicti 180 pelaſgi, Cranai, & Cecropidæ 107. pelaſgi ex Attica exacti 166
Peleon Ionis fil. 137.
Pelius mons vbi 113.184
Pella vrbs Bottiæidis terræ 184
Pellena Achæorum pars 27
Pelops Phryx Perſarum ſeruus 170. pelopis Phrygis regio 168
Peloponneſi gentes ſeptem 111. peloponneſium bellum 235
Peluſium oſtium Nili 41.66.72
Peneus fluuius Theſſaliæ 172. 184.192
Pennis oppletus aer 103
Pẽtapolis antè Hexapolis appellata 27
Penthylus dux Paphius 195
Peræbi populus 184
Percotes vrbs vbi 146
Perdiccas, Gavanes, & Aeropus fratres 221. Perdiccæ panes dupli effecti Ibid.
Pergamum murorũ Pierum vnus 182
Perialla vaticina 155
Periander Cypſeli filius Corinthiorum tyrannus 4.79. periandro maximum miraculum oblatum 4. periander cum defuncta concubuit 142. periandri de non reciendo filio edictum 80. periandri duo filii 79
Perinetades Demarmeni filius 133
Perinthus vrbs vbi 111. perinthi expugnatio 127. perinthii à Perſis ſubacti 127. perinthiorum cum Pæonib. ſingulare certamen Ibid.
Perſarum origo vnde 188. perſarum complura genera 24. perſarum aſpera regio 13. perſæ aratores, perſæ pecuarii 24. perſarum præſtãtiſſimi Paſargadæ Ib. perſarum inſtitutio qualis 25. perſarum numina quæ Ibid. ritus dum Ioui immolãt Ib. perſæ Vraniæ veneri ſacrificant Ib. perſis Venus Metra appellatur Ib. perſarũ natalitia Ib. perſæ inter pocula conſultant Ib. perſ. neceſſitudo vicinitatis maxima Ib. perſarum φιλανθρωπία Ib. perſæ externarum rerũ ſtudioſiſſimi Ib. perſis flumina religioſiſſimè colũtur 26. perſarum mos in ſepeliendis cadaueribus defunctorũ Ib. perſæ gyrũ cœli Iouem appellant 25. perſæ deos ex hominibus ortos eſſe negant Ib. perſæ ignem deum arbitrantur 73. perſarum victus habitúſque priſcus 13. Victus viuendiq; ſpatium 74. perſarum ingenium 17. perſarum conuiuia 129. perſarum cædes in conuiuio 130. perſæ criniti 149. perſæ Cephenes appellati 177. perſæ immortales qui 179. perſæ Mard. luxus 234. perſarum vxores per vices concũbunt 87. perſis oraculum redditum 230. perſarum tabellionũ curſus & modus 215. Magi 16. Satrapeæ 87. clementia 26.73. capita cur fragilia 72. perſarum cum Lydis conflictus 15. perſæ in poteſtatem Medorum redacti 19. perſis à Phraorte bellum infertur Ib. perſarum à Cyro defectio 24.25. perſarum bellica arma 143. perſarum cum Caribus conſertum bellum 146. perſarum duo millia cæſa à Caribus Ib. perſarum obtruncatio Ib. perſarum oratio ad Ioniæ tyrannos 148. perſarũ minæ Ionibus intentatæ Ib. perſarum ornatus in Xerxiano exercitu 176. perſarum equeſtrium copiarum numerus 179. perſarum cum Lacedæmoniis congreſſio 197. perſarum naufragium ad Eubœam 203. perſæ & Sacæ Derbices ſuperant 2.ct. perſarum ſeptem principes Magum regem cædunt 3.ct. perſarum regũ munus quod pretioſiſſimum 4.ct. perſarum ad Thermopylas clades Ib. ad Platæas Ib. perſarum & Græcorum ad Salaminem prælium Ib. perſarum & occiſorum Xerxis pugna Ib. perſæ certamen in AEgypto renouant 5.ct. perſarum victoria Ib.
Perſicum mare 104. perſici equitatus præfecti 179. perſicarum nauium catalogus Ib. perſicarum copiarum apud Platæas ordo 228. perſicus aduerſus Græcos exercitus 4.ct. perſica claſſis capta 5.ct.
Perſeus Aſſyrius 154. perſeus Danaes & Iouis filius 177. 178. perſei ſpecula 42. perſei templum, ſimulachrum, ſandalium vbi 53. perſeus Gymnicorum ludorum inſtitutor Ib. perſei profectio in AEgyptum 54
Petiſacas Aſtyagem fame enecat 1.ct. petiſacas ab Amyti excarnificatur Ibid.
Petiſas Vſiris filius 5.ct.
Petra tribus 141. petræ Trachiniæ locus 196
Phædyma Otanis filia 83
Phalerus vrbs 136.139
Phalli 48
Phanazatres Indorum dux 178
Phanes Halicarnaſſeus genere 71. phanẽ vlciſcuntur AEgyptii 72
Pharandates Theaſpis filius 235
Pharenſes populus 27
Pharnacyas eunuchus 6.ct. pharnacyæ cædes 7.ct.
Pharnaſpes Achæmenides 71
Pharnuches præfectura ſubmouetur 179
Phaſelis vrbs 70.10.ct.
Phaſis 20.56.158
Phemius Smyrnæus Homeri præceptor 143.144
Pheneum vrbs 137
Pherendates Sarangarum dux 178.179
Pheretime Arceſ. regis mater 121. pheretimæ in Barcæos crudelitas 126. pheretimæ miſeranda mors 127
Pheron rex cæcus 57. pheroni oraculum redditur Ib. pheronis donaria Ib.
Phiala in balteis Scytharum 100
Phidippides Athen. 161
Philæus AEaci filius 151
Philagrus & Euphorbus proditores 161
Philaon Cherſis filius 203
Philippus Butacides Olympionices 134
Philitionis pyramides 61
Phillis, Pangæorum regio 181
Philocyprus à Solone verſibus celebratus 145
Phirmus Athenienſis 193
Phla inſula 113
Phocais Homeri 246
Phocæa regio 16.30.70. phocæa quomodo capta & à Perſis occupata 30
Phocenſes 27. phoc. primi longis nauibus vſi ſunt 29. phocenſiũ murus 30. phocenſium demigratio in Cyrnum Ib. phocenſium execratio Ib. phocẽſium cum Tyrrhenis & Carthaginiẽſibus nauale bellum Ib. Phocenſes prælio victi Cyrno ſecedunt Ibid. phocenſibus Cadmea victoria obtigit Ib. phocenſes in Rhegiũ demigrant Ib. phocenſes capti lapidantur Ib. phocẽſium in Theſſalos eruptio 205. phocenſium regio à barbaris vaſtatur Ibid.
Phocia oppidum 14
Phœbi fanum vbi 155
Phœnices diſſenſionum authores cum Græcis 1. phœnices Palæſtini 56.179. phœnices ad Libyã cognoſcendam miſſi 104. phœnices quibus literis vtantur 135
Phœnix AEgypt. auis ſacroſancta 51. phœnicis auis deſcriptio Ibid.
Phœnix fluuius 193.196
Phraortes filius Deiocis 19. phraortes patre defuncto ſuccedit in regnum Ib. phraortes bellum Perſis intulit Ibid. phraortes Perſas in poteſtatem Medorum redigit Ib. phraortes Aſſiam ſibi ſubegit Ib. phraortis interitus apud Aſſyrios Ib. phraorti Cyaxares in regnũ ſuccedit Ibid.
Phrataguna Darii regis vxor 199
Phronima Etearchi filia 110. phronima concubina Polymneſti Ibid.
Phryges populus vbi 13. phryges à Crœſo ſubacti 5. phryges antiquiſſimi 39. phrygum in Xerxiano exercitu armatura 178 phryges Bryges dicti Ibid.

Phrynichi comœdia 149
Phthiotis ora 9
Phthires 11.ct.
Phya mulier ex tribu Pæaniea 10. phya Pisistrato vxor ducitur Ibid.
Phylacus & Autonous Delphorum Heroes & eorum delubrum 207
¶Pidorus vrbs vbi 183
Pieria ora Bœotiæ 187
Pieria pix 115
Pierum muri vbi 181
Pigres Pæones 118
Pindus mons vbi 184
Pinus locus 248
Pini natura quæ 151
Pirus,aliàs Melas, ingẽs fluuius 27
Piromis Græcè quid 64
Pisa vrbs vbi 40
Pisagas Persis leprosus 5.ct.
Piscatorum ænigma 253
Piscibus Ægyptus abstinet 46. piscium qui Ægypto sacri 51. piscium genitura in stagnis apud Ægyptios 54. pisces pabulum equorum vbi 129. piscium mira copia Ib. pisces Papraces & Tilones Ibid.
Pisistratus Hippocratis filius Athenien.tyrannus 10. Pisistrati nobile commẽtum Ib. pisistratus Athenarum imperio potitur Ib. pisistratus Athenis eiicitur Ib. pisistrati vxor Phya Ib. pisistratus illegitimè cum vxore coit Ib. pisistratus Marathonem occupat 11. pisistrati in Athen.copiæ Ib. pisistratus tertiò vrbe Athenis potitur Ib. pisistratus Naxum insulam subegit Ibid. pisistratus Delum insulam expiat Ib. pisistratidæ Athenis pulsi 136
Pissyrus vrbs, & lacus in ea salsus & piscosus 182
Pistricis Crœsi effigies apud Delphos 9
Pisuthnes ab Ocho deficit 7.ct. pisuthnis cædes Ibid.
Pitana ciuitas Æoliæ 27
Pittaci Mitylenæi respõsum ad Crœsum 5
Pituitæ fluxus remedia 115
Pix Pieria vbi Ib.
Pixodoras Cindyensis 146
¶Placianorum lingua 10
Platæa insula Libyæ 119.120. 122
Platæa vrbs incenditur 208. platæarum pugna 239.4.ct
Platæensis clades 233.234 platæenses à Xerxe oppugnãtur 4.ct.
Platanus aurea atque vitis 173. platanorũ ingens lucus 146. platanus aureo monili à Xerxe donata 173
Plinthinetes sinus vbi 40
Pluuia nulla apud Theræos per septem annos 119. pluuia apud Ægyptios portẽtosa 72 pluuiæ expertes Indi 9.ct.
Plynis portus vbi 122
¶Pocula ex cornibus asini syluestris 12.ct.
Podeon Doridis 206
Pœnæ modus apud Persas 25.26
Pœni, vide suprà Libyes.
Pogon Trœzeniorum portus 207
Poli & gnomonis inuentio 57
Polichnitani populus 192
Pollux & Castor Tyndaridæ 119
Polyas Anticyrensis genere 204
Polycratis prodigiosa fortuna 78. polycratis smaragdus Ib. polycratis callidum cõmentum 81. polycratis cædis occasio 91. polycratis filiæ somnium 92. polycrates cruci affixus Ibid.
Polymnestus Theræus 110
Polynices 119
Pons funestus à Sesostre 56. pons Istri & Bosphori à Dario factus 3.ct. pons Abydi à Xerxe factus 3.ct.
Ponticum genus arboris 102
Pontus Euxinus 105. ponti amplitudo 111
Porata, aliàs Pyreton Scythiæ fluuius 105
Porcis India caret 10.ct.
Porinus lapis 136
Portentum ingens Hippocrati visum 10. portentum Crœso visum 14
Posideium vrbs vbi 87
Potidæa vrbs,& eius ab Artaba zo obsessio 184.219
Potidæatarum à barbaris defectio Ib.
¶Præda Græcorum è Persarum clade 237. præda Pausaniæ 236
Prælium circa Masistii cadauer 226
Præsepe Mardonii à Græcis diripitur 234
Præsii populus vbi 192
Prasiadis paludis inhabitatores 129
Prexaspes Persa 76. prexaspes se præcipitem dat è turri 84. prexaspis oratio ad Persas Ibid.
Prexaspes Aspathinis filius 180
Priene vrbs Ioniæ 26. prienen Ardys expugnat 3
Prienenses populus 147. prienenses à Mazare subiguntur 29
Primogenitus ex lege succedit in regnum 153
Procles Epidauri tyrannus 79. procles capitur 80
Prodigium 210. prodigiorũ maxima obseruatio 52. prodigia cæcitas 163
Promenæa Dodonæorum sacerdos 49
Propontidis longitudo 111
Prosopitis insula & eius latitudo 46
Proteus Pheronis in regno successor 57. Protei fanum apud Memphin Ib.
Protemplaris Minerua 207
Protesilai templum vbi 173

Prouerbia

Animus in auribus habitat 174. Cadmea victoria 30. Dolosi homines,dolosa & eorũ vestimẽta 74. Episcythisõ 158. E tripode oracula 123. Hunc calceum tu quidem consuisti: Aristagoras autem sibi induit 147. In frigidum furnum panes ingerere 142. Isthmum fodere 32. Longæ regum manus 222. Lemnia facinora 166. Molles viri ex mollibus regionibus 242. Mulæ partus 97. Muliere ignauior 240. Non est istud curæ Hippoclidæ 165. Ouem lupis relinquere 119. Sylosontis amiculum 95. Ver ex anno exaruisse 190
Proxenus Bœotius decipitur 8.ct.
Prytaneum 161.196
Psammenitus Amasis filius Ægypti rex 72. psammenitus deponitur 73. Psammenitus epoto taurino sanguine obiit Ibid.
Psammis rex Ægypti, Neci fil. 67. psammis mors Ibid.
Psammitichus Ægypti rex 20. 39 44.66
Psitracus auis 9.ct.
Psylli populus vbi 123. psyllorum expeditio aduersus austrum Ibid.
Psyttalea insula vbi 212
Pteria locus Cappadociæ munitissimus 14. Pteria vrbs à Crœso expugnatur diripiturque Ib.
Ptoi Apollinis fanum 220
Pudenda pueris qui præcidant 56. pudenda AEgyptii mũ ditiæ causa præcidunt 45
Pugna instructa restibus 179
Puluinar Dianæ 79
Purpureus flos 11.ct.
Puteus trifarias rerum species exhibens 163
Pygmæi Indi 10.ct
Pygres Seldomi filius 180
Pylos locus 191
Pylæ 193.196
Pyramides apud Memphin 40. pyramides Mœris regis AEgypt. 55. pyramis regis Cheopis 60. pyramis è quæstu meretricio 61. pyramis Chephrenis AEgypt. regis Ib. Pyramides Philitionis pastoris Ib. pyramis Mycerini regis 62. pyramis Rhodopis mulieris prostantis Ib. pyramis regis Asychis lateritia 63
Pyrene vrbs 40
Pyreton fluuius Scythiæ 105
Pyrgus oppidum 119
Pythagoras Mnesarchi f. 112
Pythagoras monarcha Selinuntis 133
Pythagoras Mileti procurator 196
Pythermus Lacedæm. opem petit 28
Pythiæ oraculum Lycurgo reditum 11. Pythiæ oraculũ de ossibus Orestis Lacedæmoniis redditum Ib. Pythiæ oraculum ad Crœsum 17. pythiæ oraculum de Isthmo Cnidiis datum 32
Pythii qui 154
Pythius Atyis f.Lydus 173. pythii ingentes facultates Ibid. pythii filius à Xerxe dissectus 174
Pythii Ischenoi f.præstantia 193
Pythogenes in Inycum oppidũ relegatur 149

R

Radix dulcis, lactis coagulationem impediens 11.ct. radix vomitum ciens Ibid.
Rasura Argiuorum 15
¶Regem vbi conspici nefas 19. reges colunt Indi 10.ct. rex Indiæ,vt fontes examinet Ib. rex vbi statura maximus deligitur 74
Rerum humanarum inconstantia 2. rerum omnium inspiciendus exitus 6. res diuinitus futuræ, signis declarantur 239
Restibus instructa pugna 179
Rhadinace genus olei & eius vis 163
Rhampsinitus rex Ægypti:& eius simulachra 59. rhampsinitus filiam prostituit 60. rhampsiniti ingentes pecuniæ 59. rhampsiniti descensus ad infernas sedes 60. Rhapsodi Homericorum carminum explosi 137
Rhegium 30. Rheginorum maxima cædes 192
Rhenea 160
Rhodium mare vbi 32.
Rhodogune Xerxis filia 3.ct. rhodogunæ luctus 4.ct.
Rhodopis meretricis pyramis, & monumentum in templo Delphico 62
Rhodope mons 105
Rhodus ciuitas 70
Rhoxanæ partus sine capite,& quid ominetur 2.ct.
Rhoxane incesta 7.ct. rhoxane viua secatur Ibid.
Rhyndace auicula 8.ct.
Rhypes populus 27
Rosæ sexagenûm foliorum 112
Rubrum mare 37.40.67
Ruinæ hominibus disciplinæ sunt 37

S

Sabacvs rex Æthiopum 64. 66. sabaci regis iustitiæ visum 65
Sabyllus Gelous 189
Sacæ populus 28.88.178. sacarum in Xerxiano exercitu armatura,& dux 178. sacæ & Persæ Derbices superant 2.ct.
Sacer Indorum locus 9.ct. sacrum morbum quid prohibeat 11.ct.

Sacerdotes AEgyptiorum rasi 45.46
Sacrum Panionium 27. sacra Dorienſium Ib. sacra Triopii Apollinis Ib. sacra Cabirorum à Pelasgis sumpta 48
Sadyattes Ardyi in regno succedit 3. sadyatti succedit Halyattes Ib. sadyattis imperium apud Lydos 4
Sagartii Perſarum genus 24.88
Sagitta ad Iouem excussa 144.
Sagittarii peritissimi 11.ct.
Sai vrbs AEgypti 43.49.68. Saitanorum regum sepultura 68. saiticum ostium Nili 42
Sal sua sponte crescens 106. salis colles vbi 124. salinarii AEgyptii concubitus cũ muliere mortua 53. salsuræ offa vbi resilierit 242
Sala vrbs Samothraciæ 177
Salamis Athenienſium refugiũ 209. salaminem Heracleo Xerxes aggere iungere conatur 4.ct.
Samothraciæ populus Pelasgi 48. samothracii muri 182
Samus & Samiorum lingua 26 sami euersionis per Dariũ, causa 95. samus Syloſonti traditur 96. samiorum AEschrionia tribus 75. samiorum crater 110. samii Zanclam occupant 149
San litera apud Perſas nomina magnificentiæ terminantur 26
Sana vrbs 172.184
Sanacharibus rex Arabum, AEgyptum inuadit 63. sanacharibi statua lapidea 64
Sandanis Lydus 13
Sandoces Thaumasii f. cruci affigitur 195
Sanguis victimæ non fluens 2.ct.
Sanitas Indorum 10.ct.
Sapæi Thraciæ populus 182
Sapientes non esse potentes acerbum 225
Sappho poetria 62
Sarangæi populus 88.91
Sarangarum in Xerxis exercitu armatura 178
Sardanapalus rex Nini 65. sardanapali thesaurus Ib.
Sardena mons 244
Sardis à Cimmeriis captæ 3. sardis expugnantur 15. sardis captæ & cõcrematæ 144. sardis quo stratagemate ab OEbare captæ 1.ct. Sardiũ reges Heraclidæ 2. Sardiũ primus rex 2.15. Sardius leo circumlatus vrbi 15. sardium expugnatio in tertiũ annum dilata 17
Sardonium linum 56. sardonium mare 30
Sardo gemma 10.ct.
Sardonis mons 9.ct.
Sarga vrbs 183
Sarpedõ & Minos Europæ filii 31
Sarsamas AEgypti præfectus 5.ct.
Saspires populus 20.88
Sataspes Achæmenides 104. sataspes cruci affixus 105
Satibarzanes Orontem criminatur 7.ct.
Satræ Thraciæ populus 182
Satrapiæ Perſarum 87
Sattagydæ populus Ibid.
Sauromatæ Amazonibus miſcentur 114. sauromatæ soloecizantes 115
Scabiei remedium 11.ct.
Scamander fluuius 136. scamandri aqua exercitui Xerxis defecit 175
Sceptra gerendi ratio apud Babylonios 36
Schœni quid 40
Sciathus insula 193.202
Scidros oppidum 149
Sciona vrbs in Pallena 184
Sciradis Mineruæ templum 214
Scironis via 211
Scholæ tectum in pueros corruens 150
Scolix vermis Indicus 9.ct.
Scolopois vbi 139
Scopasis rex 115
Scutum Perſis ostendisse dicuntur Alcmæonidæ 163. Et quomodo fuerit ostensum 164
Scylace vrbs 10
Scylax Caryandeus 105. Scylacis supplicium 131.132
Scyles Aripithis filius 109. & eius mors 110
Scyllias vrinator 203
Scytha Herculis filius 100. scytharum origo 99. scytharum regum origo 100. scythæ nomades pecuarii 13. 101.106.158. scytharum Nomadum seditio 13.100. scythæ trucidatum coctúmque puerum Cyaxari, loco venationis offerunt 13. scythæ ad Halyattem cõfugiunt Ib. scythæ in Asiam transeunt 20.100. scythæ Cimmerios ex Europa pellunt 20. scythæ Mediam occupant Ibid. scytharum cum Medis ad Caucasum congressio Ibid. scythæ fusis Medis, Asia potiuntur Ib. scythæ Vraniæ Veneris templum depeculãtur: vnde fœmineo morbo corripiuntur Ib. scythæ à Medis inebriati, quum Asiã aliquandiu obtinuissent, occiduntur Ib. scythæ à Sesostre subacti 56. scytharum serui cur oculis orbentur 99. scytharum ratio emulgendi lactis Ib. Scythæ Auchatæ Ib. scythæ aratores 101.106 scythæ regii 106. scytharũ mores 105. scytharum dii & iusiurandum 108. scyth. mos in cædendis victimis 107. scytharum in hostes sæuitia Ib. scyth. mos ineundi fœderis 108. scyth. regum sepultura 109. scyth. à Scyale defectio 110. scythæ suorum institutorum obſeruantissimi Ib. scythis eorúmque equis asinorum & mulorum vox insueta 116. scyth. munera ad Dariũ 117. scyth. intemperantia 158. scythæ Perſis Sacæ appellati 178. scythæ ab Ariaramne primùm, deinde & à Dario oppugnantur 3.ct.
Scytharcis Scyth. regis ad Dariũ literæ 3.ct. Scytharcis Perſas fundit Ib.
Scythia vetus vbi 113. scythiæ duæ partes Ib. scythiæ flumina 105. scythia lignorũ inops 107. scythicæ grues vbi hybernent 43. scythicũ gramen 106. scythicus exercitus contra Mediam 172.
Scythes Zanclæorum rex in vincula coniicitur 149
Sebennyticum ostium Nili 42
Secundianus rex Perſiæ 6.ct. secundianus dolo occiditur Ibid.
Sedem non perforatam habentes 6.ct.
Selbonides stagnum 40
Selymbria oppidum 151
Semen Indicum quale 89
Semiramis Babyl. regina 33. semiram. egregia monumẽta Ibid.
Senectæ maximus honos apud Ægyptios 52. Senes vbi mactentur 88
Sepia locus 157.194
Sepelire igne 7.ct. sepulchralis agger sua sponte corruens 8.ct. sepulchrum palmiferum Ibid. sepulchrum Halyattis apud Lydos 18. sepulchra Babyloniorum 36. sepulchra vitrea 75. sepulchrum Helles filiæ Athamantis 177
Serbonis lacus 71
Seriphii populus 207
Sermone carentes 11.ct.
Sermyla Græca vrbs 184
Serpẽtum sacrorum descriptio 51. serpentum sepultura in Iouis templo Ib. serpentes alati 52. serpentes alati thuriferas arbores obseruantes 89. serpẽtum vis apud Neuros 113. serpentibus vescentes vbi 124. serpens arcis Athenarum custos 207. serpens Indicus 10.ct.
Serrium promontorium 177
Serui Scytharum cur oculis priuentur 99. serui boni interdum hominibus malis, & contrà 211. seruorum bellum 158
Sesostris rex Ægypti 55.56. sesostris quas gentes subegerit 55. sesostris inscriptiones Ib. & monumenta 57
Sestus vrbs 118.173. sestus à Græcis obsidetur 141
Sethõn Ægypti rex Vulcani sacerd. 63
Sicania nunc Sicilia dicta 192
Sicyon 137. sicyoniorum tribuum nomina Ibid. sicyoniis & Æginetis irrogata multa ab Argiuis 159
Sidon Græca vrbs 58.94
Sidonius Tetramnestus Alcsii filius 180
Sigeum & eius occupatio 136. 140.143 Sigeum troicũ 104
Sigma litera apud Perſas magnificentiæ nomina terminantur 26
Sigynæ populus vbi 128. sigynarum appellatio Ib.
Sileni Marsyæ pellis in vtrem formata vbi suspensa 173
Sillicypria kiki, & ex his vnguẽtum 54
Silphium vbi 122.125
Simiarum comestores 125. simiarum vbi maxima vis Ib. simiæ paruæ Indicæ 9.ct.
Simonides Ceus: & eius encomia 144
Simonides Leoprepis f. & eius epigrammata 200
Simulachrum pistricis Crœsi 9. simulachra ab Ægyptiis primùm diis consecrata 40. simulachrum Iouis arietina facie 47. simulachrum Panis Ib. simulachra ætatis & hyemis 59. simulachrum ex pelui: & quid significet 69. simulachrum Veneris in Cyrene, ob preces exauditas 70. simulachra Mineruæ lapidea duo Ib. simulachrum Isidis bubulis præditum cornibus 46. simulachrũ Mercurii porrectum veretrum habens 48. simulachrum Darii lapideũ 87. simulachrũ Vulcani Pataicis simile 77. simulachra soli Marti faciunt Scythæ 107. simulachra ex oleis, Damiæ & Auxesiæ 139.
Simultatis inter Shœnices & Græcos initium 2.
Sindus vrbs 184
Singus vrbs ad montem Atho 183
Sinope vrbs 14.45.100
Sinus Arabici maris descriptio 41
Siphnus insula locupletissima 81. Siphnii quas naues Salaminem miserint 208
Siptachora arbor 11.ct.
Siromitres Œbazi f. Paricaniorum dux 178
Sisamnes Hydarnis fil. Ariorum dux Ibid.
Sisyra genus penulæ Ib.
Sitalces Thracum rex 120.186
Siuph vrbs Ægypti 69
¶ Smaragdus Solycratis 78
Smerdis Cambysis fr. 76. & eius à fratre cædes. Ibid. smerdin occisum à se Cambyses luget 82
Smerdis fictitius regno potitur 83. smerdis ex auribus amputatis agnoscitur 73. smerdis occiditur 85
Smerdones Otanis fil. Xerxis exercitus dux 185
Smila oppidum vbi 184
Smindyrides Sybarita vnus ex procis filiæ Clisthenis 164
Smyrna à Gyge oppugnata 3.

ſmyrna ab Halyatte capitur Ib. ſmyrna à Colophoniis condita Ibid.
Smyrna Æoliæ ciuitas & celeberrimum emporium 27. 243
Sobolis procreandæ præmia apud Perſas 25
Sogdi populus 88. ſogdorum in Xerx. exercitu armatura 178
Sol Maſſagetarum deus 38. ſoli Maſſagetæ equos immolãt 39. ſol cauſa exundationis Nili 43. ſolis inſuetus ortus & occaſus 64. ſolis menſa vbi 74. ſolis fons vbi 124. ſolem execrantes Ib. ſolis eclipſis Xerxe mouente exercitum contra Græcos 174. ſol Græcorum deus Ib. ſol pro mercede redditus 221. ſol obſcuratus 224. ſolis ſacræ oues vbi 238. ſol Indicus 9.ct.
Soli vrbs, & eius obſeſſio 145
Solonis peregrinatio in Ægyp. 5. ſolon legiſlator Athen. Ib. ſolon à Crœſo humaniter exceptus Ib. ſolonis cũ Crœſo de beatitudine colloquium 5.6. ſolon Crœſi diuitias nihili duxit Ib. ſolonis lex Athen. data 70
Solois promontorium 45
Solymi olim Milyæ dicti 31
Somnium filiæ Polycratis 91
Sontes vt examinet Indiæ rex 10.ct.
Sophanes Eutychidis f. Decelenſis 235. ſophanis ancora Ibid.
Sophiſtarum totius Græciæ peregrinatio 5
Soporiferum ſtercus 10.ct.
Sororem Cambyſes ducit, occidit, & aliam ſuperinducit 76
Soſicles Corinthii de reſtituendo Hippia oratio 141
Soſtrates 120
¶ Spaco Medis canis appellatur 21
Spamitres eunuchus Xerxem interficere parat 4.ct. ſpamitræ tormenta Ibid.
Sparethra regina Cyrum in prælio capit: & maritum liberat 1.ct.
Spargapiſes Tomyridis f. à Cyro capitur 38. ſpargapiſes ſeipſum interimit Ib.
Spargapithes Agathyrſorũ rex 109
Sparta vrbs Lacedæmonis 200.
Spartanorum tyranni Leon & Hegeſicles 11. ſpartiatarum inſtituta à quo Ib. ſpartiatarum rex Leobota Ib. ſpartiatarum reſpub. & leges bellicæ à Lycurgo Ib. ſpartiatæ Lycurgum delubro ædificato colunt Ib. ſpartiatarũ cum Argiuis de Thyrea agro contentio 15. ſpartiatarum regum dignatio & iura 154. ſpart. ſenatus Ib. & lex 138. ſpart. oraculum 199. ſpart. cædes ad Thermopylas Ib. eorúmque epigrammata 200. ſpart. reges 210
Spaſmi remedia 125.12.ct.
Spathæ palmarum 178
Speculatores Græcorum 187
Speluncas inhabitantes 11.ct.
Sperchius amnis Anticyrã præterlabitur 196.
Sperthies Anerifti f. ſe offert ad ſatiſfaciendum Xerxi 185
Sphẽdadates magus Tanyoxarcẽ apud Cambyſem accuſat 2.ct. ſphendadates doloſè ſuccedit Tanyoxarci interfecto Ib. ſphendadates Cambyſi ſuccedit 3.ct. ſphendadatis cædes Ibid.
Spina Ægypti & eius gummi 54
Spitamis Amytis maritus 1.ct.
Spitamas à Cyro occiſus Ibid.
Spitaces Spitamæ fil. 1.ct.
Spitades Derbicibus à Cyro præficitur 2.ct.
Spitradates Piſuthnem perſequitur 7.ct.
Sponſa vbi dotem concubitu quærat 123
¶ Squamoſi piſces Ægypt. ſacri 51
¶ Stadium, paſſus, cubitus, pes 65
Stagirus Græca vrbs 183
Stathmi regii quid 134
Statira Artoxerxis vxor 7.ct. ſtatira Paryſatidem vlciſcitur 7 ct. ſtatira veneno tollitur 8.ct.
Steſagoras Cimonis filius 161. ſteſagoræ cædes 151
Steſenor Curii tyrannus 145
Stentoris lacus 177
Stercus ſoporiferum 10.ct.
Stratias Chius 118
Strattes Chiorum tyrannus 220.
Σθένος & κράτος quid 248
Struchates populus 19
Struthii ſubterranei vbi 125
Strymon fluuius 11.118.143 181.183
Strymonii populus 178
Stryma Thaſiorum vrbs 182
Stygis aqua vbi 157
Stymphalius lacus Ib.
Styracis vſus ad quæ vtilis 89
Styreenſes quas præbuerint naues 207
Styx & eius aqua 157
¶ Sua quenque inſpicere debere 2
Suadelæ numen 217
Subulci apud Ægyptios profani 48
Succeſſionis ius apud Spartiatas 167
Suniacum iugum vbi 113
Sus animal ſpurcum apud Ægyptios 47. ſus hoſtia Lunæ & Liberi patris 48. ſues ſacrificandi modus Ib. ſues apud Scythas 107. ſue abſtinent Ægyptii 124
Suſa oppidum 34.134.135
¶ Sybaris vrbs capitur, & diripitur 133.149. ſybaritanum bellum 133
Syene vrbs Thebaidos 44
Syenneſis Cilicum rex 146. ſyenn. duos hoſtes iuuat 7.ct.
Syleus campus 183
Syloſon Polycratis fr. Æaci fil. 78.95
Syloes promontorium 104
Symanum mare vbi 32
Syrges fl. in Mæotidem influit 116
Syri Græcis Cappadoces 2.13. 41.87.134 178. ſyrorũ prædia Crœſus deuaſtat 14. ſyros Crœſus exterminat Ib. ſyrorum in exercitu Xerxiano armatura 178.179.180
Syria Ægypto contermina 58. ſyria Palæſtina 87.179.180. ſyriæ præfectus Megabyzus 5.ct.
Syropæones in Aſiam abducti 119

T

TABELLA totius orbis 134
Tabellionum Perſarum curſus & modus 215
Tabiti quid 107
Tachompſo inſula 44
Tænarus locus 191
Talentum Babylonicum 87
Talos & fel in iecore habent aſini Indici 12.ct.
Talthybii ira in Lacedæmonios 185. talthybii templum apud Spartiatas Ib. talthybius Agamemnonis præco Ib. talthybii ira in Lacedæmonios pacata Ib. talthybiadarum honos apud Spart. Ibid.
Tanagram interfluit Thermodon 231. tanagræi Thebanorum vicini 139. tanagricus tractus 135
Tanais fluuius 105.106.115.116
Tanyoxarces quibus à Cyro præficiatur 2.ct. tanyoxarces doloſè à Cambyſe occiditur Ib. tanyoxarces fictitius Ib.
Tarentum vrbs 113
Tarentinorum maxima cædes 192
Targitaus & eius tres filii 99
Tarteſſus emporium nobile 120. tarteſſũ Phocẽſes occupant 29. tarteſſiorum rex Arganthonius 30
Tauchira oppidum 122
Tauri Iphigeniam Agamemnonis filiam colunt 113. taurorum populorum mores Ib. taurica gens Ib. taurici montes 99
Taxacis Scythiæ rex 115
¶ Tearus fluuius & eius medica vis 111. teari fontes partim calidi partim frigidi Ib.
Tegea Arcadum 161.192. tegeates 11. tegeatibus à Lacedæmoniis bellum infertur 12
Teos oppidum vbi 26.31. teus à Græcis in Ægypto condita 70. teii demigrant in Thraciam odio Cyri 30. teii Abdera condunt Ib.
Τέλεον Perſis Tycta, id eſt cœna 241
Tellias vaticinus 105
Tellus beatiſſimus à Solone iudicatus 5. telli filii fideliter inſtituti Ib. telli obitus ſplendidiſſimus Ib.
Tellus eadem non ferit omnia 6. tellus Scytharum deus 107. tellus Apia Scythis dicitur Ib.
Telmiſſes coniectores 14
Telus inſula 189
Telys Sybaritarum rex 134
Temeſius Clazomenius Abderorum fundator 30
Tempe locus vbi 191
Tenedus 28
Tenus Æoliæ ciuitas 27.160
Terituchmes Ochi gener 7.ct. terituchmis ſtuprum: cædes Ib.
Termilæ vocantur Milyæ 31
Terra & aqua munera 116. terræ diuiſio 42. terræmotus tanquam prodigium vbi 103
Tethrippotrophus 151
Tethronium oppidum 106
Teucri 175
Thalamia quid 131.132
Thales Mileſius defectionẽ ſolaris luminis Ionibus prædixit 13. thaletis Mileſii inuentum in traducendo fluuium Crœſi exercitu 14. thal. Mileſii conſilium Ionibus datum 31. thaletis Mileſii de incremento Nili ſententia innuitur 43
Thamanæi populus 88
Thannyra Inari Libyis filius 73
Thaſus & eius conditores 47. 153
Thaſii ſubacti 151
Theaſides Spartiata 158
Thebæ Ægyptiæ 40. thebarum Ægyptiarum mirum 71. thebæ olim Ægyptus vocatæ 42. thebani Iouis fanũ 33. thebanis arietes ſacroſancti 47
Thebanis ſtigmata inurũtur regia 200. thebani à Græcis obſidentur Ib. thebani Xerxem contra Platæenſes inſtigant 4.ct.
Themiſtocles Neoclis f. 187. 192.217. themiſtoclis corruptio 202. themiſtoclis commentum 204.211. themiſtoclis literæ ad Ionas lapidi inciſæ 204. themiſtoclis cum Ariſtide ſimultas 211. themiſtoclis vafrities, exactio, auaritia 217. themiſtocles omnium Græcorum prudentiſſ. Ib. themiſtocles Creta ſagittarios aduerſus Xerxẽ accerſit 4.ct. themiſtoclis aſtu Xerxes è Salamine aufugit Ib.
Themiſcyra vbi 111
Theogoniæ cãtus in ſacrificiis Perſarum 25
Theophaniæ feſtum 9
Thera ſeptem annos pluuiam non ſenſit 119. thera inſu-

la quondam Calliſta Ib. 'the rærorum coloniæ 110
Therambus in Pallena vrbs 184
Therapne locus 155
Theres Auteſionis f. Cadmeus genere 119
Therma vbi 183. thermæus ſinus 184
Thermodon fluuius 56.227.230. 231
Thermopylarum mons 193.198. ad thermopylas Xerxis & Leonidæ prælium 4.&.
Theron Acragantinorum monarchus 191
Therſander Theræ auus 119
Theſmophoria ſacra 69
Theſpia vrbs incenditur 208
Theſpienſes 139
Theſproti populus 142.208
Theſſaliæ deſcriptio 184. theſſaliæ equæ omniumoptimæ 195
Theſſalus dux 133
Theſtorides literarum profeſſor 246
Thoes vbi naſcantur 125
Thomanii populus 91
Thonis præfectus Canobici oſtii 57
Thoraces picturati Amaſis regis 79
Thoracis Theſſali in pugna ad Thermopylas ad Xerxem cõſilium 4.&.
Thorica tribus 113
Thraces à Crœſo ſubacti 5. thraces à Seſoſtre ſubiugantur 56. thraces populus Aſiæ 87. thraces cãnabe veſtiuntur 109. thraces aduerſus tonitrua ſagittas excutiũt 112. thraces Bithyni & Strymonii appellati 178. thraces Xerxis ſocii 194. thraces Iouis ſacrum currũ cum equis abegerunt 218. thracum ſepulturæ quales 128. thracum in Xerxiano exercitu armatura 178. thracum ſacrificia 242
Thracia tellus 112. thracia gens, eiúſque mores 127.128. thraciæ muri 151
Thrachiniẽſium procerum ad Xerxem in pugna ad Thermopylas conſilium 4.&. thrachinienſes Perſas per auia ducunt Ib.
Thraſybuli Mileſiorum tyrãni commentum 4
Thriaſius campus 210
Thrixæ oppidum 119
Thus vbi & quomodo colligatur 89
Thyiæ Cephiſſi filiæ fanum 193
Thyrea ager vbi 15
Thyrea inſula 81.157
Thyſſagetæ populus vbi 102.116
Thyſus vrbs 172
¶ Tiarantus fl. Scythiæ 105
Tibareni populus 88. tibarenorum in Xerx. exercitu armatura 179
Tibeſis fl. Scythiæ 105
Tibetheus eunuchus Tanyoxarcis cædẽ prodit Amyti 2.&.
Tigranes Achæmenides Medo rum dux 177. tigranis ſententia 205. tigranis ducis ſpecies & ſtatura 239
Tigris fluuius in rubrum mare infunditur 54. tigris Opin præterlabitur Ibid. tigres tres & eorum ortus 125. tigris oſtium 149
Tilones piſces 129
Timaphernis in prælio ad Thermopylas ad Xerxem conſilium 4.&.
Timnes Spargapithis f. 109
Timo ſacrifica, Paria genere 166
Timon Androbuli f. 186
Timonax Timagoræ filius 180
Tinctura Indica & Perſica 11.&.
Tirynthia regio 157
Tiſamenus Græcorum aruſpex 129.
Tiſſaphernes in Piſuthnẽ mittitur 7.&. tiſſaphernes Piſuthni ſuccedit Ibid. tiſſaphernes Cyrum criminatur Ib. tiſſaphernes Græcis inſidiatur 8.&. tiſſaphernes Clearchum & Græcos regi mittit Ibid.
Titormus Ætolus frater Malis 164
¶ Tmolus fluuius & mons 15.18 144. tmolus fluuius auri ramenta profert 18
¶ Tomyris Maſſagetarum regina à Cyro bello petitur 37.38. tomyridis magnanimitas 39
Tonitrua vbi nulla 103.9.&. tonitrua in Xerx. exercitum ingruunt 175
Tormenta per ſcapham 4.&.
Torona Græca vrbs 172.184
¶ Trachea Cherſoneſus 113
Trachiniæ petræ 196
Trachis vrbs Ib.
Traſpies Scythæ 99
Trauſi populus Thraciæ, eiúſq; mores 127
Trauus fl. 182
Tria capita, ſeu capita quercus, locus 130
Triopii Apollinis ſacrum atq; certamen 27
Triopium Cnidiorum regio 32.104
Tritæenſes Ioniæ gens 27
Tritachmas Artabazi filius 35
Triballica planities 106
Trieterica & Bacchanalia apud Gelonos 113
Triton fl. & tritonis palus 123
¶ Tumulus palmifer 8.&.
Tutelaris Mineruæ templum apud Chios 29
¶ Tychius coriarius Homeri hoſpes 244. ab Homero celebratur 249
Tycta Græcè τὸ λαγον. i. cœna 241
Typhon Ægypti rex 64
Tyrannis lubrica res 80. tyrannidis incommoda 141
Tyrannorum mores 85
Tyres fl. Scythiæ 100.105.106. 110
Tyritæ Græci 106
Tyrius Mapen nauarchus Xerxis 180
Tyrus quando extructa 47
Tyriorum caſtra, locus 57
Tyrodiza Perinthiorum ora 172
Tyrrhenus Atyis f. colonias in Tyrrheniam ducit 18
Tyrrheni Phocenſes oppugnãt 30
Tyrrhenia ſeu Thuſcia 18. tyrrheniam Phocenſes occupant 29

V

VACCAE Iſidi ſacræ 46. Vaccæ vbi non alantur 124. Vaccinam non guſtantes Ib.
Vaticini Scytharum 108
Vdiaſtes Tertuchmẽ interficit 7.&. vdiaſti lingua exciditur Ib. Vdiaſti ſuccedit Mitradates f. Ib.
Velocitas Cynocephalorum 11.&.
Venandi lepores ratio apud Indos 10.&. venandi aſinos ſylueſtres ratio 12.&.
Veneni dandi mira ratio 8.&. venenum ſerpentis Indici 10.&. quæ venena prohibeant 12.&.
Veneris Vraniæ templum à Scythis compilatum 20. veneris fanum apud Cyprum Ib. veneris templum apud Cythera Ib. Venus Mylitta Aſſyriis dicta 25.35. Venus Arabibus Alitta 25. venus Perſis Metra Ib. veneris templum apud Atarbechas 46. veneris hoſpitæ ædes 57. venus Scytharum dea 107. ab iiſdem Artimpaſa dicta Ibid.
Venti Eteſiæ cauſa exundationis Nili 43. Ventorum ara in Thyia 193
Veretra Pygmæorum 10.&.
Vermis fl. Indici 12.&.
Verticis raſura apud quos in vſu 113
Veſta Scytharum dea 107
Veſtes lanex vbi profanæ 52. veſtes Cynocephalorum 11.&.
Veſtigium Herculis vbi 110
Veſtibulo Cereris adhærens, manibus truncatur 159
Victimæ cædendæ ritus apud Scythas 107
Vinum ex hordeo apud Ægyptios 52. vinum ſuauiſſ. 12.&.
Viri ærei vbi viſi 66. viri agreſtes 125. viri pro mulieribus exornati 129.130
Virginum auctio apud Babylonios 36. virgines vbi deuirginentur à rege 122. virginum anniuerſarius conflictus 123
Vitæ humanæ breuitas & calamitas 175
Vitiliginis remedium 12.&.
Viuos defodere Perſis in vſu 182
Vocaliſſimus Ægyptius 218
Vomitum excitans radix 12.&.
Vrbana Minerua 139
Vrbium Græciæ incremẽta decrementáque 2. vrbs vetus Æginæ à Nicodromo occupatur 159. vrbes à Dario in Scythia conditæ 116
Vraniæ Veneris fanũ veteſtiſſ. 20. vraniæ Veneris templum à Scythis diripitur Ib. vraniæ Veneris apud Perſas ſacrificia 25. vrania Venus Alilat Arabibus dicta 72
Vrina hirci, ſpaſmi remedium 125
Vrna olei inexplebilis 3.&.
Vrſorum ac luporum ſepultura 51
Vrotalt Arabibus quid 72
Vſiris cum Megabyzo conflictus 5.&. vſiris capitur Ib.
Vtii populus 88. & eorũ in Xerx. exercitu armatura 178
Vulcani ſacerdotes 40. vulcani maximum templum Mẽphi 55. vulcani veſtibula Ib. vulcani coloſſus 69. & fax 215. vulcani templum & ſtatua 77
Vulpanſeres Ægyptiis ſacri 51
¶ Vxor Candaulis Gygi nuda viſa 2. vxorũ mactatio ad mariti funus 127.128. Vxores Athenienſ. raptæ 166

X

XANTHIVS campus 166
Xanthii populus Ib.
Xanthippus Ariphronis f. 165. 173.210.
Xenagoras Praxilai f. Halicarn. 240
Xerxes Darii filius 33.3.&. xerxis vxor Ameſtris Onophæ filia 177.&3.&. & eius liberi 216.3.&. xerxis genealogia 170. xerxes quid Græcis ſignificet 160. xerxes rex Perſarum declaratur 167. xerxes cur bellum Græcis intulerit 168.3.&. xerxis omnium prima aduerſus Ægyptum expeditio 168. xerxes vrnam olei Babylone explere nequit 3.&. xerxi Babyloniorum defectio nuntiatur Ib. xerxis oratio ad Perſas de bello Græcis inferendo 168. xerxis iuuenile ad Artabanum reſponſum 170. xerxis oratio qua expeditionem in Græcos reuocat Ib. xerxis ſomnia 170. 171. xerxis copiæ omnium maximæ 172. xerxes Helleſponto compedes iniicit 173. xerxis crudelitas 174. xerxiani exercitus ordo Ib. xerxiani exercitus tonitru & fulgure ingruentibus bona pars exanimati 175. xerxes Mineruæ Iliadi mille boues immolat Ib. xerxes lu ſtrato ſuo exercitu & certamine nauali cum voluptate ſpectato, lacrymas profundit

Ib. xerxis & Artabani colloquium Ib. xerxi duo honestissima esse respõdet Artabanus Ib. xerxis oratio ad Persas 176. xerxis dona in Hellespontum collata Ibid. xerxis exercitus in Europam traiectus 177. xerxi quæ ostenta oblata sint Ib. xerxes exercitum suum lustrat Ib. xerxis copiarum catalogus & numerus 176.4.ct. xerxis duces qui fuerint 179. 180. xerxis festiuum strata gema 183.188. xerxis copiis Chidori aqua non suffecit 184. xerxis magnanimitas 185. xerxis in Græciam aduentus 186. xerxis confidentia 187. xerxiana classis 194. xerxis formæ dignitas ib. xerxi naues 400 submersæ 195. xerxis copias Onochoni fl. aqua defecit Ibid. xerxes abydum ponte iungit 4.ct. xerxis cum Leonide ad Thermopylas conflictus ibid. xerxis ad Thermopylas,clades 205. xerxis ridiculum factum Ib. xerxẽ Thebani in Platæenses incitant 4.ct. xerxes Athenas capit & incendit Ib. xerxes Heracleo Salaminem aggerem ducere conatur Ib. xerxes è Salamine fugit 216.4.ct. xerxis impietas 217. xerxis copias fames & pestes extinguit 218. xerxis reditus in Asiam 218.4.ct. xerxes tẽpestate vexatur ib. xerxis crudele factum ib. xerxis amores 240.241. xerxis in fratrem crudelitas 141 xerxes ad templum Delphicum diripiendum mittit 4.ct. xerxes Amytis filiæ impudicitiam obiurgat Ib. xerxes interficitur à suis Ib. xerxis cædes cognoscitur Ib. xerxis occisorum & Persarũ pugna Ib.
Xerxes iunior Artoxerxi succedit 6.ct. xerxes ebrius occiditur Ibid.
¶Xistum aureum Amphiarao donatum 9
¶Xuthus Ionis pater 180

Z

Zabeces Libyum vicini 125
Zacynthus vbi 156. zacynthi fontes piscosi 10.ct. zacynthii pop. 81.156.
Zancla nunc Messana dicta 191. zanclæi populus 149.189
Zamolxis dæmon 112
Zaris vrbs 7.ct.
Zegeries murium genus in Libya 125
Zeuxidamus Leutychidis f. 156
¶Zir amiculi genus 178
¶Zoa à Batto condita 111
Zona vrbs Samothraciæ 177
Zopyrus se mutilat 97. zopyri ad Babylonios ficta fuga Ib. Zopyrus Babylonici exercitus dux declaratur 98. zopyri præstantia Ib. zopyrus Megabyzi pater Ib. zopyri cædes 3.ct. zopyro quæ tribuit Herodotus, Ctesias Megabyzo 3.ct.
Zopyrus Megabyzi f. 98.5.ct. zopyri filia à Sataspe vitiata 104. zopyri fortitudo 5.ct. zopyrus à rege deficit & Athen.fugit 98.6.ct. zopyri cædes 6.ct.
Zoster locus 116
¶Zygantes Libyum vicini 115. Zygantes simiarum comestores Ib.

EMENDANDI IN HAC EDITIONE LOCI.

Pagina 2.versu,gen.]is quẽ Græci Myr. Ibid.v.silũ]siquidẽ Heracl. P.11.v.tus]tertiò potitus Athenis P.27.v.gæa]Myrina, Grynea. Atq. P.31.v. dionis]à fratre AEgeo Athen. P.52.v.solis]Græcorum Lacedæmoniis AEgypt. P.68.v.assid.]satellitibus præbebantur. P.88. v. quinq.] & Pantimathi &. P.105.v.ro vrbe] terra Pactyica solu. P.125.v.habent,] vt Libyes memorant:necnon. P.133.V.Si tu] despiciendum,Eurysthei gen. P.143.v.rem] indicans Melanippo sod. P.152.v.gis,tum] Erat autem eis. P.161.v.rant.Id.] Euagoræ Laconis.al. P.165.v.dens] esset,generum sib. P.165.v.meam f.] Agaristam desp. Ibid. v.te verò] & alia Agarista,ab Agaristæ Clisth. P.178.v.do arm.] sub Arsamene Dar. P.184.v.nenti erat] præter Gõnum. P.194. v.solanus] quem Hellespontiam nuncup. P.200.v.E Pel.]pro Modo videtur scriptum fuisse ab interprete Duo.

IN EDITIONIBVS SVPERIORIBVS, GALLICIS,

Italicis,Germanicis,emendandi errores.

Hos etiam superiorum editionum periculosos errores, paucos è multis, ex eorum genere quorum in epistola ad lectorem mentio facta est,hîc adiungere libuit. P.46.v.quunt] pro Extremos habent illæ superiores editiones Externos.Paulo pòst pro Vapulauerunt habent Epulauerunt. P.49.v.nomina] pro Nomina habent Omnia. P.50. v.sum] pro Marti habent matri. P.51.v. introrſ.] pro Hirudinibus h. Hirundinibus. P.53.v.cas.] pro Nitro h.Intro. Et aliquanto post, h. Impetrasse pro Imperasse, & Vinum pro Vnum. P.61.v.dum] pro Porro quinquaginta,h.Sex & quinquaginta,posito Sex pro Sed. P.66.v.se ind.] pro In palustria h.In plaustra. P.79.v.tes]pro Prohiberent h.Prouiderent. P.84.v.mus]pro Calculum h.Clanculum. P.89.v.ii qui] pro Aurum h.Austrum. P.94.v.Quo ab.]pro Nauibus h.Manibus. P.96.v.que]pro Impetum h.Imperium. P.113.v.vna]pro AEtate h.AEstate. P.115.v.tem] pro Abnuissent h.Habuissent. P.119.v.Non] pro Non longo h.Longo. Sic p.122.v. supra] Pertingunt pro Non pertingunt. P.127.v.cam]pro Ripam h.Rupem. P.132.v.verbis]pro Nox h.Non. Ibid.v. exũl.]pro Continentem h.Concionem. P.144.v.Pact.]pro Ramenta h. AEramenta. P.153.v.cerent]pro Primigenium h.Primi ingenium. P.156.v. aud.] pro Viatico h. Vaticinio. P.179.v.quis]pro Octo myriades h.Octo millia myriadũ. P.181.v.nostr.]pro Non h.Nos. Ibid.v.mnes] pro Nos h.Non. P.185.v.Per]pro Repurgabat h.Repugnabat. P.187.v.bi]pro Gratiam h.Græciam. P.193.v. ad pror.] pro Prorã h.Portam. P.205.v.fuit]pro Hos omnes h.Non omnes. P.208.v.Theb.] pro Non sentire h.Consentire. P.216.v. ventum] pro Comibus habent Communibus. P.239.v.tibúsque]pro Mitium h.Felicium.qui error typographicus ex iis est qui in Lexicis religiosè seruati fuerunt,sicut & varii interpretis errores.